

PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Special Book Fund
1905
Septemb 1899
R. W. Gibson. Inv.



FLORAE ROMANAE

PRODROMUS ALTER

EXHIBENS PLANTAS VASCULARES

CIRCA ROMAM IN CISAPENNINIS PONTIFICIAE DICTIONIS PROVINCIIS
IN UMBRIA ET PICENO SPONTE VENIENTES

SECUNDUM SEXUALE SYSTEMA DISPOSITAS

A

PETRO SANGUINETTI

† 1868

IN ROMANA STUDIORUM UNIVERSITATE BOTANICES PROFESSORE, ACCADEMIAE PONTIFICIAE NOVORUM LYNCAEORUM, CAESAREAE SOCIETATIS NAT. CURIOSORUM MOSQUENSIS, ET IMP. R. BOTANICO-ZOOLOGICAE VIENNENSIS SOCIO ORDINARIO NEC NON IN PLURES ALIAS ACCADEMIAS SCIENTIIS LITERISQUE COLENDIS COOPTATO.

ROMAE
EX TYPOGRAPHEO BONARUM ARTIUM
MDCCCLXIV.

BOTANICO LECTORI

SALUTEM

Quod jamdiu a naturalium scientiarum cultoribus desiderabatur, ut plenior aliqua plantarum descriptio, quae in celebratissimo solo romano sponte nascuntur, prodiret in lucem; id nunc demum mea opera absolutum vides.

Mille et biscentum plantis in Florae Romanae Prodromo a praeclarissimis viris Antonio Sebastiani et Ernesto Mauri tunc primum descriptis, centum paulo post adjecerat ipsemet Mauri, centumque perillustris foemina Elisabetha Fiorini, tercentas denique mea opera studioque collectas, ego ipse edendas curaveram. Nunc vero novis laboribus tam meis, quam plurium illustrium Botanicorum, qui Romanum solum perlustrarunt, inter quos emicat solertissimus historiae naturalis cultor Eques Antonius Orsini Asculanus, permultae aliae investigatae sunt atque inventae; quo factum est, ut ad plus quam duomillia et tercentum plantarum species increverint, quas cellulares vocant. Nec vero ex jam editis refertae non paucae sunt, quarum appellationes definitionesque, scientia ipsa in dies progrediens, non sinit incorreptas relinqui. His de causis ad decus et laudem Urbis, ad doctorum virorum desiderium et commodum, consulere audens, Prodromum alterum Florae Romanae tot additamentis auctum, atque accurate, ut potui, emendatum, in unum opus denuo produco.

Quae sit operis praestantia tu dices; ego autem te, reliquosque lectores vehementer oro atque obtestor, ut meos qualescumque labores, indulgenti animo recipiatis.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

PHILIPPO ANDREAE AB AURIA PAMPHILIO

Post plurimos exantlatos labores, tandem opus meum perfeci de Plantis circa Romam, et in finitimis pontificiae dictionis provinciis sponte venientibus. Illud mox integre editurus, sine Excellentissime Princeps ut tibi offeram, et sub nominis tui patrocinio ponam. Siquidem Gentis Ab Auria Pamphiliae nomen clarissimum resonat tum apud Italos tum apud exteras nationes, divitiis et sanguinis nobilitate non solum, sed maxime virtutibus et rebus clare gestis; et nemo est qui nesciat quam ipsa benemerita fuerit de Ecclesia de civili republica de literis artibusque. Haec vero Majorum gloria modo per Te augetur qui inter romanos proceres comitate charitate in pauperes munificentia emicas, quique in magnificis et vere regalibus tuis aedibus tot nova collegisti artium monumenta, et in suburbana Villa tot selectissimas et exoticas plantas Botanicae provehendae. Nunc autem majora moliris , scilicet ut studiosis omnibus, quod jamdiu erat in votis, insignis Bibliotheca Pamphiliana ab Innocentio X erecta, voluminibus codicibusque praetiosissimis locupletata, librisque multigenis doctissimi Cardinalis Hieronymi Pamphili deinde aucta, ob temporum vicissitudines injuriasque magna ex parte expoliata clausa, iterum copiosior splendiorque pateat.

Peculiaris quoque ratio me urget, ut hunc, licet exiguum studiorum meorum fructum, tibi dono deferam, et avito nomini tuo inscribam. Cum enim ut sapienter monuit Joan. Faber (*Animalia mexicana Romae* 1628) *varia sint genera ingratorum, et qui beneficium recepisse negat, et qui dissimulat, et qui oblitus est;* nolui ego in aliquo horum numero reperiri. Nobilissimus enim Avus tuus avum meum (1) inter praecipuos familiares suos adnumeravit amavit, et mihi in infantiae meae infortuniis benificentissime opitulatus fuit, nec tu cessas benigno animo me respicere.

Excipe ergo Excellentissime Domine hoc publicum mei grati et devoti animi testimonium, diuque vale.

Humillimus et Obsequentissimus famulus
PETRUS SANGUINETTI

(1) Augustinus Sanguinetti natus Clavari, Genuae Chirurgiam primum exercuit deinde Romae, ubi a beneficentissimo Andrea Ab Auria Pamphilio secum translatus, ne a suo Chirurgo et intimo disjungeretur.

FLORAE ROMANAE PRODROMUS

CLASSIS I. MONANDRIA.

ORDO I. MONOGYNIA

1. CENTRANTHUS *DC.* Calyx adhaerens limbo libero: corolla 5–loba calcarata: achenium 1-loculare, limbo calycis, in pappum plumosum, evoluto, coronatum. *VALERIANEAE DC.*

2. SALICORNIA *L.* Perigonium squamiforme tubuloso–ovoideum persistens: stamen 1 exertum, quandoque 2: stylus 1 brevis: stigma 2-3–fidum: nux 1–sperma, perigonio, tecta. *CHENOPODEAE DC.*

3. HIPPURIS *L.* Perigonium sepaloideum adhaerens, limbo brevissimo libero: filamentum ovario adhaerens: stylus, antherae sulco, receptus: achenium 1–spermum, calycis limbo, coronatum. *HALORAGEAE R. Br.*

ORDO II. DYGINIA

4. CALLITRICHE *L.* Perigonium petaloideo–membranaceum diphyllum liberum: anthera biloba filamentosa capillaris: nux membranacea bilocularis: semina 4 rotundo-compsessa. *HALORAGEAE R. Br.*

5. CAULINA *W.* Monoecia. Vaginae brevissimae loco perigonii: filamenta dilatata basi antherifera: antherae ventricosae: caryopsis acuta 1-sperma *NAJADES Rich.*

MONANDRIA MONYGINIA

CENTRANTHUS.

1. *RUBER* *DC. Fl. Fr. t. 4. p. 1. p.* 139. Caulibus caespitosis simplicibus fistulosis: foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis: floribus corymbosis.

Valeriana rubra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 15. *n.* 35. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 163.- Valeriana latifolia *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 17.

Super moenia urbis, et in hortis communis.

Perenn. Flor. vere ad aestatem. Flores pulchre rosei, interdum albidi.

Vulgo. *Valeriana rossa.*

Usus. Dat fistulas pueris.

2. *CALCITRAPA* *Roem. et Schult. Syst. Veget. t.* 1. *p.* 35. Caule solitario striato ramoso: foliis inferioribus indivisis, quandoque serratis, caulinis lyrato-pinnatifidis: floribus racemosis, pedunculis dicotomis.

Valeriana Calcitrapa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 15. *n.* 36. – *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 165.

In maritimis. *Ostia Fiumicino* etc.

Annua. Flor. Majo. Flores rubri.

Vulgo. *Nardo salvatico.*

SALICORNIA.

3. *HERBACEA* *L. Supp. p.* 5. Caule herbaceo erecto articulato, ramis patulis: articulis apice compressis emarginato-bifidis: spicis axillaribus pedunculatis compressis: perigonii squamis quincuncialibus utrinque ternis.

S. herbacea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 1. *n.* 1. – *Maratti Fl. Rom. t.* 1. *p.* 1. *n.* 1. ? (1) – *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 15. – S. geniculata annua *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 85.

Copiosa ad salinas hostienses.

Annua Flor. Junio–Augusto. Flores. virides.

Vulgo. *Erba Soda.*

---

(1) Joannes Franciscus Maratti Abbas Vallumbrosanus in romano Archygimnasio Botanicam legit, et nonnulla opuscula in lucem edidit, ex quibus clare patet Botanicis doctrinis excelluisse; illius tamen opus postumum, sub nomine Florae Romanae, a Reverendissimo P. Mauritio Benedicto Olivieri Ord. Praedicatorum anno 1822 editum, utpote qui plantas exoticas uti indigenas, communes uti rariores et viceversa saepe exhibeat, neque archetypa speciei extent (per quantum hucusque innotuit) nulli facendum esse in synonimia Romanarum Plantarum, quisque facile intelligit. His de causis synonima ad hanc Floram pertinentia silentio mittimus. Haec animadversa volumus. ne famae perillustris viri quidquam detrahatur, at potius suspicemur, ejus manuscripta ad aliud opus parandum exarata.

Usus. Prestat una cum sequenti specie ad alkalim Sodam eliciendum.

4. FRUTICOSA *L. Sp. Pl. p.* 5. Caule fruticoso articulato, ramis strictis ascendentibus: articulis teretibus apice marginatis: spicis axillaribus subsessilibus cylindraceis: perigonii squamis utrinque tribus, media longiore, ortu pari-seriatis.

S. fruticosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 1. *n.* 2. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 17. - S. geniculata *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 84.

β radicans. Caule humili subspithameo inferius decumbente radicante.

δ macrostachya. Caule fruticuloso articulis superioribus abbreviatis, spicis crassioribus.

Species et varietates insimul copiose vivunt secus mare. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Fruticosa. Flor. Julio-Augusto. Flores herbacei.

Obs. Tota planta grabra.

HYPPURIS.

5. VULGARIS *L. Sp. Pl. p.* 6. Foliis verticillatis, omnibus linearibus: verticillis superioribus subduodecimphyllis: achenio ovato.

H. vulgaris *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 161. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 22.

In aquis quietis. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores minuti in verticillis superioribus.

Vulgo. *Coda di Cavallo.*

MONANDRIA DIGYNIA

CALLITRICHE.

6. VERNA *L. Sp. Pl. p.* 6. Caule fluitante: foliis triplinerviis, omnibus spathulatis integerrimis vel retusis, supremis rosulatis natantibus: nucum dorso obtuso.

C. verna *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 2. *n.* 3. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 26.

α Vulgaris. *Fl. Rom.* Foliis omnibus elongato-obovatis.

γ Stellata. Foliis omnibus ovalibus, caulibus abbreviatis.

Copiose nascitur in fossis acquosis utraque varietas. *Roma*, *Ostia*, *Canali pontini* etc.

Annua. Flor. Vere ad Aestatem. Flores monoici, vel dioici dilute flavi.

Vulgo. *Erba gamberina.*

Usus. Pastus Ranae gratus.

Obs. Varietas β *Flor. Rom.* in herbario Mauri desideratur.

7. AUTUMNALIS *W. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 1. Caule fluitante: foliis inferioribus linearibus 1-nerviis truncatis, superioribus spathulatis triplinerviis rosulatis natantibus, omnibus emarginatis: nucum dorso alato.

C. autumnalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 2 *n.* 4. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 29.

β Caule fluitante. Foliis omnibus linearibus uninerviis, vel summis trinerviis.

In aquis limpidis et quietis secus *Sermoneta* et *Terracina*; β frequens circa Romam.

Annua. Flor. Autumno. Flores monoici spurco-albidi.

Obs. Planta intense viridis, fuctibus majusculis. Nomen vulgare et usus precedentis.

CAULINIA.

8. FRAGILIS *W. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 182. Caule dicotomo inermi: foliis oppositis ternisve aculeato-dentatis basi vaginantibus: perigonio nullo.

Najas minor *Maur. Rom. pl. Cent.* 13. *p.* 43.

In lacubus et fluminibus. *Villa pamfili* cepiose.

Annua. Flor. Junio-Augusto. Flores herbacei.

CLASSIS. II. DIANDRIA

ORDO I. MONOGYNIA.

6. JASMINUM *L.* Calyx 5-dentatus vel 5-fidus: corolla hypocrateriformis limbo 5-8-fido: stamina inclusa: bacca didyma 2-locularis, loculis monospermis: semen alterum saepe abortivum. JASMINEAE *Juss.*

7. LIGUSTRUM *L.* Calyx minimus 4-dentatus: corolla infundibuliformis, limbo 4-fido: stamina subexerta: bacca rotunda 2-locularis 4-sperma: semen aliquod saepe abortivum. JASMINEAE *Juss.*

8. PHYLLIREA *L.* Calxy minimus 4-dentatus: corolla rotata 4-fida: drupa 1-locularis 1-sperma, puntamine fragili. JASMINEAE *Juss.*

9. OLEA *L.* Calyx parvus 4-dentatus: corolla infundibuliformis, tubo brevi, limbo 4-fido: drupa carnosa 1-locularis 1-2-sperma, puntamine oblongo osseo. OLEACEAE *Lindl.*

10. GRATIOLA *L.* Calyx 5-partitus, basi 2-bracteatus: corolla tubulosa ringens, limbo irregulari 4-lobo sublabiato: stamina 4 duo sterilia: capsula 2-valvis, dissepimento valvis duabus parallelo. *SCROPHULARINEAE R. B.*

11. PINQUICULA *L.* Calyx 2-labiatus, labio superiore 3-fido, inferiore 2-fido: corolla brevis ringens calcarata, labio superiore 3-lobo, inferiore 2-lobo: stigma 2-lamellatum: capsula unilocularis. *LENTIBULARIAE R. Br.*

12. LYCOPUS *L.* Calyx tubulosus 5-fidus: corolla 2-labiata, labiis subaequalibus, superiore emarginato, inferiore 3-lobo: fructus gynobasicus. *LABIATAE Juss.*

13. SALVIA *L.* Calyx subcampanulatus 2-labiatus 5-dentatus: corolla ringens, labio superiore fornicato, inferiore 3-lobo: antherarum loculi, connettivo transverse filamento adfixo, dissiti, unus tantum fertilis: fructus gynobasicus. *LABIATRE Juss.*

14. ROSMARINUS *L.* Calyx tubulosus compressus, superius integer, inferius 2-fidus: corolla 2-labiata, labio superiore 2-fido, inferiore 3-fido: filamenta incurva inferius et postice 1-dentata: fructus gynobasicus *LABIATAE Juss*

15. VERONICA *L.* Calyx 4-5 partitus: corolla subrotata, lacinia infima angustiore: stamina fauci inserta: capsula polymorpha 2-locularis 2-valvis, dissepimento valvis contrario: semina in quoque loculo plura. *PERSONEAE DC.*

16. CIRCAEA *L.* Calyx 2-partitus adhaerens: petala 2 obcordata: filamenta superne crassiora: capsula ovata 2-locularis 2-valvis 2-sperma, pilis uncinatis hispida: semen in quoque loculo erectum. *ONAGRARIACEAE DC.*

17. LEMNA *L.* Perigonium spathaceo-membranaceum 2-lobum: antherae didymae: stigma dilatatum: nux membranacea 1-2-locularis olygosperma: semina 1-6 plana, dorso convexiuscula. *HYDROCHARIDEAE DC.*

18. FRAXINUS *L.* Flores hermaphroditi vel polygami: calyx 0 vel 4-partitus: corolla 0, 4-partita, vel 4-petala: stamina 2 raro 3: antherae 4-sulcae: samara lanceolata, apice alata 1-2-locularis 1-2-sperma. *OLEACEAE Lind.*

19. SALIX *L.* Flores dioici, rarissime monoici: amenta squamis imbricatis, basi nectariferis: mas stamina 5 saepius 2 et tunc monadelpha: foemina, stygma saepe 2-fidum: capsula 2-valvis: semina basi pilosa. *AMENTACEAE DC.*

ORDO II. DIGYNIA

20. ANTHOXANTHUM *L.* Flores in racemo spicaeformi composito: perigonii glumae calycinae 1-valves 1-florae, valva exterior minor: glumae co-

rollinae minoris 2–valvis, valvae subaequales dorso aristatae: arista brevi articulata: squamae 2 nectariferae: caryopsis nuda. GRAMINEAE *Juss.*

DIANDRIA MONOGYNIA

JASMINUM.

9. OFFICINALE *L. Sp. Pl. p.* 9. Caule subscandente: foliis oppositis pinnatis, foliolis ovato–acuminatis: gemmis erectiusculis: laciniis calyciniis subulatis erectis.

J. officinale *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 3. *n.* 5.

Planta indica nunc frequens in sepibus.

Frutex. Flor. Aestate. Flores albi suaveolentes.

Vulgo. *Gelsomino.*

Usus. Olim planta medica, nunc flores tantum cosmetici; lignum praestat ad opus topiarium, tota planta ad ornandas sepes.

LIGUSTRUM.

10. VULGARE *L. Sp. Pl. n.* 10. Foliis ellipticis lanceolatis glabris oppositis: tyrsis compositis coartatis.

L. vulgare *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 4. *n.* 6. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 37.

Ad sepes vulgare.

Frutex. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

Vulgo. *Ligustro, Rovistico, Sanguinello.*

Usus. Planta perutilis. Ligustro conficiuntur sepes, ramis canistrae caveae flagella, baccae esca volucrum, flores apium ; ars tinctoria color viridis , allumine , e baccis educit: sulphate ferri fit atramentum. Olim in usu medico etiam usurpata.

PHYLLIREA.

11. MEDIA *L. Sp. Pl. p.* 10. Foliis ovato-lanceolatis , oblongisve integerrimis, subserratisve mucronulatis: ramis angulosis: racemulis solitariis , folio multo brevioribus: drupa apiculata.

Ph. media *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 4. *n.* 7. - *Sebast. En. Pl. Amph. Flavi p.* 6. *n.* 173. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 40.

In sylvaticis circa urbem, et ad sepes non rara.

Arbor. Flor. Aprili–Majo. Flores albi.

Vulgo. *Lilatro, Filiera, Olivello, Linternuzzo.*

Usus. Caulis, ligno albo-rubro maculato, tornatoribus utilis; folia sempervirentia ad opus coriarium apta, et febrifugum Medicis praebent.

12. *angustifolia L. Sp. Pl. p.* 10. Foliis lanceolato-linearibus subintegerrimis mucronulatis: ramis angulosis verrucosis: racemis solitariis, folio brevioribus: drupa apiculata.

Ph. angustifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 4. *n.* 8. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 41.

In sylvaticis cum praecedenti, cui affinis.

Frutex. Flor. Martio-Aprili. Flores albi.

Vulgo non distinguitur a praecedenti nomine peculiari.

13. *latifolia L. Sp. Pl. p.* 10. Foliis inferioribus cordato-ovatis planis, spinuloso-crenulatis, superioribus oblongis oblique tortis: ramis patulis: racemis laxifloris, pedicellis flore longioribus: drupa obtusa umbilicata. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 42.

In sylvaticis secus *Ascoli* in Picaeno legit Clarissimus Antonius Orsini de Mineralogia, Botanica, atque Zoologia optime meritus, cujus cura et laboribus plurimae plantae, praesertim alpinae, in Florae Romanae Prodromo adscriptae sunt.

Arbor. Flor. Aprili. Flores albi suaveolentes.

Usus et nomen vulgare praecedentium.

14. *stricta* Foliis omnibus planis ellipticis, superioribus leviter obtuseque serratis: ramis interioribus virgatis: racemis densifloris cernuis: pedicellis flore brevioribus: drupa obtusa umbilicata. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 43.

Ph. latifolia *Maur. Cent.* 14. *p.* 3.

In sylvaticis ad sepes. *Monte Mario, Lucretile* etc.

Arbor. Flor. Aprili. Flores albo-virentes.

Usus et nomen vulgare. Ph. mediae.

OLEA.

15. *europaea Sibt. et Smith. Pr. Fl. Graec. t.* 1. *p.* 4. Ramis teretibus: foliis lanceolatis integerrimis, pagina inferiore incana: racemis axillaribus coartatis.

O. europaea *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 45.

O. europaea α sylvestris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 4. *n.* 9. - *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 6. *n.* 163.

In collibus rupibus et muris haud infrequens.

Arbor. Flor. Majo. Flores albidi.

Vulgo. *Olivo salvatico.*

Usus. Fructus Oleae notissimus: lignum facile urit, et summopere praestat in operibus topiariis et tornatis.

GRATIOLA.

16. *officinalis* *L. Sp. Pl. p.* 24. Foliis lanceolatis 3-5-nerviis superius serratis: floribus pedunculatis, flore longioribus.

G. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 7. *n.* 23. - *Bert. Fl It. t.* 1. *p.* 112.

In pratis depressis. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. aestate. Flores albi vel albo-luteoli.

Usus. Villicis ad febres intermittentes et vulnera sananda inservit. Herba caute adhibenda, nam vi drastica, et emetica pollet; sicca mitior.

PINQUICULA.

17. *grandiflora* *W. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 110. Corollae labio superiore breviore, laciniis integerrimis emarginatis: nectario subulato recto, longitudine floris: ovario staminibus superincumbente: capsula conica.

P. grandiflora *Sang. Rom. Pl. Cent. tres p.* 7. *n.* 6.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 117.

In Apenninis ad rupes humentes. F*ontana di Monte di Bove*.

Perenn. Flor. Julio–Augusto. Flores purpureo-coerulei.

Vulgo. *Erba da taglio.*

Usus. Planta Pecori noxia. Villici ad vulnera sananda oleo infusa utuntur. Lactem hyperboreum Lapponis suppeditat.

UTRICULARIA.

18. *vulgaris* *L. Sp. Pl. p.* 26. Corollae labio superiore subemarginato longitudine palati: nectario conoideo, labium inferius subaequante: foliis alterne-pinnatis dicotomo-capillaceis.

U. vulgaris *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 161.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 120.

In aquis lente fluentibus. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Majo-Augusto. Flores flavi.

Vulgo. *Erba vescica, Ova di Ranocchia.*

LYCOPUS.

19. *europaeus* *L. Sp. Pl. p.* 30. Foliis villosiusculis oblongis grosse serratis basi saepe pinnatifidis: calycibus spinulosis.

L. europaeus, et exaltatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 7. *et* 8. *n.* 24. *et* 25.- L. europaeus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 129.- L. foliis in profundas lacinias divisis *Hort. Rom. t.* 3. *p.* 10. *tab.* 53.

Ad fossas in depressis communis.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

Vulgo. *Erba sega.*

Usus. Planta succo atro-nigro scatens, cujus maculae in linteis indelebiles. Galli lanas nigro colore tingunt: specificum empiricis in febbribus intermittentibus.

20. EXALTATUS *L. fil. Supp. p.* 87. Foliis hirsutis omnibus pinnatifidis, laciniis anguste lanceolatis subdentatis: calycibus spinulosis.

In humentibus ad fossas. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

Vulgo. *Erba sega maggiore.*

Usus praecedentis.

SALVIA.

21. OFFICINALIS *L. Sp. Pl. p.* 34. Incano-pubescens. Caule fruticuloso: foliis oblongis rugosis crenulatis: racemi terminalis, fasciculis paucifloris: calycibus mucronulatis, bractea longioribus.

S. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 10. *n.* 33. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 136.- S. foliis auritis et non auritis floribus violaceis *Hort. Rom. t.* 3. *tab* 24.

In arenosis et montanis. *Ostia*, montes subappennini etc.

Suffrut. Flor. Majo-Junio. Flores violacei, interdum albidi.

Vulgo. *Salvia da uccelli, o d'arrosti.*

Usus. Praestat in arte medica, et culinari.

22. HAEMATODES *L. Syst. nat. ed.* 12. *t.* 2. *p.* 65. Viscida pilis glandulosis. Radice ramoso-incrassata: foliis crenatis cordato-acuminatis, inferioribus cordato-ovatis lobatis: spicarum fasciculis subtrifloris: bracteis minutis: corollis calyce triplo longioribus.

S. haematodes *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 140.- S. haematodes α *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 8. *n.* 28.

In apricis montium. *Circeo*, *Sezze*, et circa Romam *Tre fontane.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores violacei.

Vulgo. *Erba sanguigna.*

Folia saepe sanguineo-maculata.

23. TIBERINA *Maur. in Ten. Viag. in Abruz. p.* 41. Pubescenti-lanata, pilis apice glanduliferis. Radice ramoso-incrassata: foliis rugosis crenatis erosis, supra nudiusculis, inferioribus oblongo-cordatis petiolatis, caulinis sessilibus acutis: bracteis acuminatis brevibus: spicarum fasciculis 3-floris: corollae galea compresso-falcata, calycem duplo superante.

S. tiberina *Sang. Cent. tres p.* 7. *n.* 8. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 142. S. haematodes β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 8.

In valle tiberina. *Pozzo Pantaleo, Monte della Pica, via ostiense* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores roseo-violacei.

24. VIRGATA *Murr. Syst. Veg. ed.* 14. *p.* 70. *n.* 29. Viscoso-hirta, pilis apice glanduliferis. Radice fusiformi: caule ramisque virgatis: foliis cordato-oblongis rugosis sublobato-crenatis, inferioribus obtusis petiolatis: spicarum fasciculis 3-floris: bracteis acuminatis calycem subaequantibus: corolla, calycem, duplo superante.

S. virgata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 143.- S. viscosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 8. *n.* 27.

Circa Tibur frequens, Romae, et prope Anxur ad vias.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores subcarnei.

25. PRATENSIS *L. Sp. Pl. p.* 35. Villoso-glandulosa. Radice fusiformi: foliis nudiusculis erosis vel subinciso-crenatis, radicalibus cordato-ovatis acutis petiolatis, caulinis angustis subsessilibus, summis subamplexicaulibus: bracteis calyce brevioribus: spicarum fasciculis sub 3-floris: corollae galea compresso-falcata pubescenti-glandulosa, calycem triplo superante.

S. pratensis *Sang. Cent. tres p.* 7. *n.* 3. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 144.

In pratis subapenninis *Piano del Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coeruleo-violacei.

Vulgo. *Cavolaccio, Erba da Morroidi.*

26. VERBENACA *L. Sp. Pl. p.* 35. Subhirsuta. Radice fusiformi: foliis cordato-ovatis lobatis angustisve crenatis: spicarum fasciculis sub-3-floris distintis: bracteis ovatis subcordatis: corollis calyce longioribus.

S. Verbenaca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 9. *n.* 29. - *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 68. *n.* 201.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 146.- Hormium sylvestre floribus dilute azzurreis in verticillum dispositis *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 18 *mala.*

Ad vias omnes.

Perenn. Flor. Martio-Junio. Flores coerulei.

Vulgo. *Erba chiarella.*

27. MULTIFIDA *Sibt. et Smith. Fl. Graec. Pr. t.* 1. *p.* 16. Subnuda. Radice fusiformi crassa: foliis inferioribus ellipticis indivisis, caulinis cordato-oblongis pinnatifidis, summis acutis, omnibus rugosis glabris: spica truncata, fasciculis approximatis paucifloris: corollis calyce duplo longioribus.

S. multifida *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 140.– S. clandestina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 9. *n.* 30.

In marginibus viarum mare versus. *Via Ostiense*, et copiose ad *Castel Fusano.*

Perenn. Flor. Aprili ad Aestatem. Flores coerulei.

28. GLUTINOSA *L. Sp. Pl. p.* 37. Pubescenti-viscida. Foliis cordato-hastatis acutis grosse serratis: racemo terminali simplici, fasciculis paucifloris remotis: bracteis concavis calyce brevioribus: labii inferioris lacinia media crenato-crispa.

S. glutinosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 10. *n.* 32. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 155.- S. montana maxima foliis Hormii flore flavescente *Hort. Rom. t.* 3. *p.* 5. *tab.* 23.

In umbrosis montium frequens. *Albano, Nemi, Palazzola* etc.

Perenn. Flor. Augusto. Flores lutei.

Vulgo. *Ormio salvatico.*

29. SCLAREA *L. Sp. Pl. p.* 38. Hirsuta. Foliis cordato-ovatis rugosissimis inequaliter grosse dentatis: racemi brachiati fasciculis 3-floris approximatis: bracteis concavis amplis acuminatis coloratis calycem superantibus: corollis calyce triplo longioribus.

S. Sclarea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 9. *n.* 31.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 157.- Sclarea vulgaris lanuginosa, folio amplissimo *Hort. Rom. t.* 3. *p.* 5. *tab.* 21.

In umbrosis frequens. *Villa Borghese, Villa Pamfili* etc.

Bienn. Flor. Junio. Flores coeruleo-albi.

Vulgo. *Erba moscatella, Chiarella.*

Usus. Olim in usu medico, uti tonica, usurpata, nunc ad vinum vulgo *Moscato* fingendum, folia et praesertim flores inserviunt.

ROSMARINUS.

30. OFFICINALIS *L. Sp. Pl. p.* 33. Foliis sessilibus linearibus, margine revolutis, subtus incanis.

R. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 8. *n.* 12. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 139.- R. hortensis angustiore folio. *Hort. Rom. t* 3. *p.* 5. *tab* 67.

In maritimis communis.

Frutex sempervirens, et fere semper florens. Flores coerulei quandoque albidi.

Vulgo. *Rosmarino, Ramarino.*

Usus. Oleo essentiali, quo abbundat, uti excitans in rebus medicis usurpatur: planta in culinis notissima, et in officinis cosmeticis.

VERONICA.

* Floribus simplicibus.

31. CYMBALARIA *Roem. et Schult. Syst. Veg.* 1. *p.* 21. Hirsuta. Caule ramoso diffuso: foliis cordato-semirotundatis 7-dentatis petiolatis: pedunculis

folio longioribus: calycibus fructus patentibus, segmentis ellipticis: capsulis obcordatis: seminibus umbilicato-concavis.

V. Cymbalaria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p. 8. n. 17.- Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 79. n. 259.- Bert. Fl. It. t. 1. p. 105.*

In viis et muris omnibus.

Annua. Flor. Februario-Majo. Flores albi.

32. *HEDERIFOLIA L. Sp. Pl. p. 19.* Ciliata. Caule ramoso patulo: foliis petiolatis, cordato-5-7-lobatis: pedunculis folio longioribus: calycibus fructus striatis, segmentis cordato-ovatis acutis: capsulis cordatis: seminibus rugosis umbilicato-concavis.

V. hederifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p. 6. n. 18.- Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 78. n. 249.- Bert. Fl. It. t. 1. p. 104.*

Ad sepes et vias frequens. *Colosseo, Villa Madama, Villa Medici* etc.

Annua. Flor. Februario-Aprili. Flores pallide coerulei, fauce albida.

Vulgo. *Morso di Gallina.*

33. *BUXBAUMI Spr. Syst. veg. t. 1. p. 75. n. 79.* Hirsuta. Caule procumbente: foliis cordato-ovatis profunde serratis: pedunculis folio longioribus apice demum recurvis: calycis foliolis lanceolatis nervosis: capsulis brevibus obcordato-dilatatis: seminibus cymbiformibus, dorso tuberculato.

V. Buxbaumi *Sang. Cent. tres p. 6. n. 5.- Bert. Fl. It. t. 1. p. 103.*

Ad margines viarum in viridariis.

Annua. Flor. Aprili. Flores coerulei.

34. *DIDYMA Ten. Fl. Neap. Prrd. p. 6.* Puberula. Caule prostrato: foliis petiolatis cordato-deltoides dentatis: pedunculis folio sublongioribus, fructiferis revolutis: calycibus fructus acutis nervosis erectis: capsulis 2-lobis turgidis, loculis sub-8-spermis: seminibus transverse rugosis umbilicato-concavis.

V. didyma *Bert. Fl. It. t. 1. p. 101.* - V. agrestis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p. 6. n. 19.- Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 78. n. 248.*

In herbidis, plateis, viis vulgaris.

Annua. Flor. Februario-Aprili. Flores dilute carnei striati, fauce albidi.

Vulgo. *Gallinella.*

35. *AGRESTIS L. Sp. Pl. p. 18.* Puberulo-glandulosa. Caule patulo diffuso: foliis oblongis dentatis petiolatis: pedunculis folio subaequalibus, fructiferis recurvis: calycibus obtusis: capsulis 2-lobis turgidis, sutura compresso-carinata, loculis sub-4-spermis: seminibus transverse rugosis umbilicato-concavis.

V. agrestis *Bert. Fl. It. t. 1. p. 100.*

In apennino Piceni *Monte de' Fiori* legit Mauri et Orsini.

Annua. Flor. Aprili-Majo. Flores coerulei, lacinia quarta angustiore pallida.

36. PRAECOX *Vahl. En. t.* 1. *p.* 79. Hirsuta. Caule eretiusculo: foliis inferioribus petiolatis cordato-ovatis serratis: floribus subsessilibus integerrimis: pedunculis strictis, folio brevioribus: calycibus 4-partitis: capsulis turgidis ovato-emarginatis: seminibus laevibus umbilicato-concavis.

V. praecox *Sang. Cent. tres p.* 6. *n.* 4.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 99.

In Nursiae montibus.

Annua. Flor. Majo-Junio. Flores coerulei.

Obs. Saepius glanduloso-pubescens; folia plus minus incisa, incisuris alternis profundioribus; capsula subcompressa ad basim vix attenuata, saepius emarginato-2-loba; pedunculi, bracteis vix longiores.

37. ACINIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 19. Pubescenti-glandulosa. Caule erecto ramoso: foliis subcarnosis ovatis cuneatis subserratis, pedunculo subaequalibus: laciniis calycinis ovatis obtusis, capsulis obcordatis profunde emarginatis, longioribus: seminibus planis, altero latere concavis.

V. acinifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 7. *n.* 21.- *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 79. *n.* 252.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 93.

In sterilissimis et muris non rara. *Amfiteatro Flavio, Circo di Villa Borghese* etc.

Annua Flor. Aprili. Flores dilute coerulei, lacinia minore albida.

38. ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 18. Pubescens. Caule ramoso diffuso: foliis serratis, inferioribus petiolatis ovatis, superioribus sessilibus cordatis pedunculo longioribus: laciniis calcynis lanceolatis obtusis inaequalibus, capsulas obcordatas, superantibus: seminibus rugulosis subplanis.

V. arvensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 6. *n.* 20. - *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 79. *n.* 251.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 92.

In agris et in viis etiam urbis vulgaris.

Annua. Flor. Aprili. Flores pallide coerulei.

Vulgo. *Ederella, Serpollo.*

** Racemis terminalibus.

39. SERPILLIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 15. Glanduloso-pilosiuscula. Caule diffuso basi repente: foliis ovatis integerrimis crenatisve, superioribus pedicellis longioribus: laciniis calyciniis lanceolato-ovatis obtusis, capsulis obcordatis, brevioribus: seminibus laevibus minutis lenticulari-compressis.

V. serpillifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 7. *n.* 22.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 89.

In pascuis viis et ad sepes communis.

Perenn. Fl. Aprili-Majo. Flores albidi vel subcoerulei striis saturatioribus.

40. ALPINA *L. Sp. Pl. p.* 15. Subpubescens. Caule simplici ascendente folioso: foliis ovatis obtusis integris dentatisve: racemo conferto abbreviato: calycis hispidi laciniis lineari-lanceolatis obtusis, capsulis hirtis obovato-cordatis, brevioribus: seminibus subverrucosis leuticulari-compressis.

V. alpina *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 88.

In pratis apenninis.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores intense coerulei.

41. BELLIDIOIDES *L. Sp. Pl. p.* 15. Villosa. Caule simplici ascendente: foliis obovato-cuneatis subcrenulatis, radicalibus confertis, caulinis remotis oppositis: racemo conferto abbreviato: calycis laciniis lanceolatis obtusis, capsulis ovatis subcompressis, brevioribus: seminibus plurimis laevibus lenticulari-compressis.

V. bellidioides *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 84.

In alpinis Umbriae.

Perennis Flor. Junio-Julio. Flores saturate coerulei fauce alba.

*** Racemis lateralibus.

42. URTICAEFOLIA *L. fil. Supp. p.* 83. Caule erecto: foliis hirsutis cordato-ovatis argute serratis, superioribus acuminatis: racemis lateralibus oppositis: calycibus 4-partitis: capsulis orbiculato-emarginatis: seminibus compressis laevibus.

V. urticaefolia *Sang. Cent. tres p.* 5. *n.* 3.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 82.

In montibus Nursinis. *Bosco di Cavalieri.*

Perennis *Flor.* Junio. Flores purpureo-coerulei.

43. CHAMEADRYS *L. Sp. Pl. p.* 17. Pilosa. Caule prostrato ascendente bifariam piloso: foliis ovatis sessilibus grosse dentatis incisisve pilosis: racemis laxis elongatis: calycibus partitis lineari-lanceolatis subacutis ciliatis, capsulas obcordatas dilatatas subciliatas, superantibus: seminibus laevibus, altero latere umbilicato-concavis.

V. Chameadrys *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 6. *n.* 16.- *Bert. Flor. It. t.* 1. *p.* 80.

In umbrosis ad sepes frequens. *Caffarella, Albano* etc.

Perennis. Flor. Majo. Flores coerulei.

Vulgo. *Crescione de' Prati.*

44. PROSTRATA *L. Sp. Pl. p.* 17. Pubescens. Caulibus sterilibus prostratis, fertilibus ascendentibus: foliis oblongis obtusis dentatis basi pectinatis,

superioribus sessilibus: laciniis calyciniis inaequalibus linearibus acutis, capsulis obcordatis, brevioribus: seminibus compressis laeviusculis.

V. prostrata *Maur. Rom. Pl. Cent.* 13. *p.* 3.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 76.

In subapenninis. *Norcia, Castelluccio, Monte de'Fiori, Vettore* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores amethystini grandiusculi.

45. MONTANA *L. Sp. Pl. p.* 17. Pubescens pilis articulatis. Caule prostrato basi radicante: foliis longe petiolatis ovatis dentatis: laciniis calycinis lanceolatis ovatis dilatatis, capsulis margine undulatis, brevioribus: seminibus laevibus grandiusculis compressis.

V. montana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 5. *n.* 15.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 75.

In nemorosis umbrosis montium. *Albano.*

Perennis. Flor. Majo. Flores pallide coerulei.

46. SCUTELLATA *L. Sp. Pl. p.* 16. Glabra. Caule erectiusculo basi subrepente: foliis sessilibus lineari-acutis remote denticulatis: racemis alternis, pedicellis filiformibus demum divaricatis: laciniis calycinis lanceolatis, capsulis compressis obcordatis dilatatis, brevioribus: seminibus compressis laevibus.

V. scutellata *Sang. Cent. tres p.* 5. *n.* 2.

In humentibus montanis prope *Castelluccio* in Umbria.

Perenn. Flor. Julio. Flores rosei venis saturatioribus.

47. BECCABUNGA *L. Sp. Pl. p.* 16. Glabra. Caule repente ascendente: foliis ellipticis obtusis obsolete crenulatis: laciniis calycinis ovato-lanceolatis, capsulas vix emarginatas, subaequantibus: seminibus numerosis minutis ovatis laevibus.

V. Beccabunga *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 3. *n.* 13. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 69.

δ Alpina. Planta minor foliis oblongis obtusis.

In aquosis ad fontes ubique vulgaris, δ in alpinis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio. Flores coerulei.

Vulgo. *Beccabunga.*

Usus. In acetariis vulgo usurpatur ad Scorbutum sanandum: medici, succum depuratum herbae, praediligunt.

48. ANAGALLIS *L. Sp. Pl. p.* 16. Glabra. Caule erecto fistuloso: foliis sessilibus lanceolatis acutis serratis: laciniis calycinis lanceolatis, capsulas ovatas vix emarginatas, superantibus: seminibus numerosis minutissimis ellipticis laevibus.

V. Anagallis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 5. *n.* 14. - *Bert. Fl. It.* t. 1. p. 70.

In aquosis et fossis ubique.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores pallide purpureo-coerulei.

Vulgo. *Beccabunga, Crescione.*

Usus. Vires speciei praecedentis habet, utpote vero minus succosa rarius usurpatur.

49. APHYLLA *L. Sp. Pl. p.* 14. Pubescens. Caule inferius repente: foliis ellipticis integris crenatisve congestis: racemo terminali unico paucifloro: laciniis calycinis oblongis obtusis, capsulis ovato-cordatis, subaequalibus: seminibus minutis planis.

V. aphylla *Sang. Cent. tres p.* 5. *n.* 1.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 68.

In apenninis ad rupes umbrosas. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores coeruleo-violacei.

50. OFFICINALIS *L. Sp. Pl. p* 14. Hirsuta. Caulibus procumbentibus, ramis ascendentibus: foliis oblongis petiolato-serratis apice integerrimis: laciniis calycinis lanceolatis, capsulis compressis obcordato-trigonis, brevioribus: seminibus laevibus altero latere vix umbilicatis.

V. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 5. *n.* 12.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 65.

In sylvaticis montanis et prope urbem. *Pigneto Sacchetti, Monte Mario* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores pallide coerulei.

Vulgo. *Veronica maschio, The Svizzero.*

Usus. Vi tonica, adstringenti, et vulneraria gaudet; qua de causa veteres medici plurimis in morbis utebantur, nunc fere obsoleta, et loco Theae tantum hadibita, quamvis minus grata.

51. SPICATA *L. Sp. Pl. p.* 14. Pubescens. Caule ascendente: foliis oblongis dentatis basi cuneatis apice integerrimis: laciniis calycinis lanceolatis acutis, capsulis subcordatis vix emarginatis, brevioribus: seminibus laevibus convexis, altero latere, umbilicato-subconcavis.

V. spicata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 62.

In Piceno ex agro Asculano. *Acquasanta.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei.

CIRCAEA.

52. LUTETIANA *L. Sp. Pl. p.* 12. Caule erecto: foliis ovatis subcordatis denticulatis pubescentibus.

C. Lutetiana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 5. *n.* 11.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 56.

In nemoribus umbrosis circa urbem frequens. *Villa Madama.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi vel rosei.

Vulgo. *Circea, erba magica, erba da streghe.*

LEMNA.

53. *TRISULCA* *L. Sp. Pl. p.* 1376. Caulophyllo dicotomo patulo, segmentis ellyptico-lanceolatis, basi filiformi-cordatis, superne cruciato-proliferis. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 123.

L. trisulca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 321. *n.* 1131.

Natat in aquis puris lentis: frequens Romae et alibi.

Annua. Flor. Majo. Flores herbacei.

Vulgo. *Lente d'acqua*, *Erba pulla* uti aliae species hujus generis.

Obs. Planta laete virens; fructificatio et prolificatio marginialis.

54. *MINOR* *L. Sp. Pl. p.* 1376. Caulophyllo oblongo. compresso ecaudato, utrinque concolore monorhizo, prolificatione laterali solitaria *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 125.

L. minor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 321. *n.* 1132.

Vulgaris ad superficiem aquarum lente fluentium.

Annua. Flor. Majo. Flores herbacei.

Obs. Planta intense viridis, tam prolifica ut superficies aquarum cito tegat. Fructificatio, et prolificatio lateralis.

55. *GIBBA* *L. Sp. Pl. p.* 1377. Caulophyllo obovato ecaudato monorhizo subtus gibbere albido-celluloso hemispherico, prolificatione laterali solitaria *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 126.

L. gibba *Maur. Cent.* 13. *p.* 44.

In aquis pigris ad superficiem non rara. *Fontana di Pratalata*, *Villa Pamfili*, *Borghese* etc.

Annua. Flor. Majo-Junio. Flores herbacei.

Obs. Plantula praecedenti grandius, supra laete virens, subtus albicans, prolificatione laterali.

56. *POLYRHIZA* *L. Sp. Pl. p.* 1377. Caulophylo rotundo-obovato ecaudato supra radiatim nervoso, subtus discolore polyrhizo. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 127.

In canalibus pontinis, qui extant in semita, quae ducit ad *Sermoneta.*

Annua. Flor. Julio-Augusto.

Obs. Plantula laete virens, nervis radiantibus statim a speciebus praecedentibus distinta, subtus atro-purpurea. Prolificatione, et fructicatione laterali.

FRAXINUS.

57. *EXCELSIOR* *L. Sp. Pl. p.* 1509. Gemmis nigris: ramis fuscis: foliis pinnatis, foliolis sessilibus lanceolatis serratis: floribus apetalis: samaris emarginato-mucronatis.

F. excelsior *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 336. *n.* 1183.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 50.

In sylvis montanis, *Monte Gennaro* , *Circello* , *Allumiere* etc. Romae *a Villa Madama.*

Arbor. Flor. Aprili. Flores subfusci.

Vulgo. *Frassino.*

Usus. Arbor a graecis et latinis Poetis celebrata. Olim fructus lithontriptici, cortex febrifugus: nunc cortex in arte coriaria valet, et in tinctoria ad colorem viridem eliciendum. Ligno conficiuntur astae et furcae ad sustinendas Vites. Meloe vessicatorius L. folia hujus arboris praediligit.

58. *Ornus L. Sp. Pl. p.* 1510. Gemmis cinereis: ramis flavo-punctatis: foliis impari-pinnatis sub-3-jugis, foliolis subsessilibus subrotundo-ovatis serrulatis: floribus nudis: samaris emarginatis.

Ornus europaea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 4. *n.* 7. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 43.

In nemoribus montanis et urbanis obvius.

Arbor. Flor. Aprili. Flores albidi.

Vulgo. *Ornello, Orniello, Avorniello.*

Usus corticis et ligni ut in specie praecedenti ; praeterea dat succum purgantem, qui vel sponte , vel incisionibus elicitur in Calabria , nec non apud nos, et commercio traditur sub nomine *Manna.*

SALIX.

* Capsulae glabrae

59. *phylicifolia Smith. Fl. Brit. t.* 3. *p.* 1049. Foliis ovato-lanceolatis undulato-serratis acuminatis subtus glabris: stipulis semicordatis grandiusculis: amentis subcoetaneis ovatis tandem cylindricis villosis: capsulis pedicellatis pyramidato-attenuatis: stylis elongatis.

S. phylicifolia *Sang. Cent. tres p.* 130. *n.* 295.

In humentibus montium. *Villa Madama* secus *Monte Mario* , prope lacum di *Piedilugo* etc.

Frutex. Flor. Martio. Flores herbacei.

60. *triandra L. Sp. Pl. n.* 1442. Foliis ovato-lanceolatis serratis subtus glaucescentibus: stipulis semicordatis obtusis: amentis subcoetaneis cylindraceis elongatis, masculis 3-andris: capsulis sessilibus ovato-acuminatis tuberculatis: stylis brevissimis.

S. triandra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 336. *n.* 1182.

Ad ripas Anienis, et Tiberis, nec non fossarum prope urbem vulgaris.

Arbor. Flor. Martio. Flores herbacei.

Vulgo. *Salcio vetrice, Salcio fragile.*

Usus. Rami parum flessibiles ad corbes majores extruendas inserviunt.

61. VITELLINA *L. Sp. Pl. p.* 1442. Foliis lanceolato-acutis sericeo-pubescentibus supra tandem denudatis, serraturis cartilagineis: stipulis nullis: amentis coetaneis pedunculatis cylindricis pilosis: capsulis ventricosis, apice attenuatis tuberculatis: stylis brevissimis.

S. vitellina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 335. *n.* 1179.

In vineis et hortis vulgaris.

Arbor. Flor. Martio-Aprili. Flores herbacei.

Vulgo. *Salcio giallo, Salcio da legare.*

Usus. Rami admodum flexibiles ad ligandum usitatissimi. Cortex lutescens, liber vitellinus.

62. ALBA *L. Sp. Pl. p.* 1449. Foliis lanceolato-acuminatis supra glabris, subtus sericeo-pubescentibus, serraturis imis glandulosis: stipulis nullis: amentis coetaneis pedunculatis elongatis pubescentibus: capsulis sessilibus cylindraceis: stylis brevibus.

S. alba *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 335. *n.* 1178.

Ad ripas fluviorum, et fossarum vulgatissima.

Arbor. Flor. Martio-Aprili. Flores herbacei.

Vulgo. *Salcio arboreo.*

Usus. Arbor praecedenti affinis, at grandius, cortice, et inprimis libro jamdudum viridi distincta: rami breviores et minus versatiles, ideo ad ligandum parum usitati, sed ad canistras texendas utilissimi.

63. INCANA *Schranck Flor. Bav. t.* 1. *p.* 230. Foliis sessilibus linearibus aut lineari-lanceolatis, margine revolutis glanduloso-serrulatis, subtus tomentoso-incanis: stipulis nullis: amentis subcoetaneis sessilibus cylindraceis: capsulis sessilibus ovatis apice acuminatis: stylis elongatis.

In locis humidis. *Cartiere di Fuligno.*

Frutex. Flor. Martio-Aprili. Flores herbacei.

Vulgo. *Salcio bianco.*

Usus. Rami virgati flessibiles ad corbes texendas utiles.

64. RETUSA *L. Sp. Pl. p.* 1446. Procumbens foliis petiolatis ovatis obtusis, quandoque emarginatis venosis supra nitidis subtus pallidis: stipulis nullis: amentis coetaneis abbreviatis: capsulis pedicellatis ovatis: stigmatibus sessilibus.

In humidis elatiorum montium *Vettore.*

Frutex humilis. Flor. Junio-Julio. Flores herbacei.

65. *HERBACEA* *L. Sp. Pl. p.* 1445. Prostrata. Caule subterraneo: foliis petiolatis articulatis subcordatis serratis nitidis: stipulis nullis: amentis coetaneis ovatis paucifloris: capsulis lanceolatis.

In montanis alpinis secus Nursiam.

Frutex humilis. Flor. Junio. Flores herbacei.

** Capsulae pilis donatae.

66. *HELIX* *L. Sp. Pl. p.* 1444. Foliis sessilibus lanceolatis glabris serrulatis basi integerrimis: stipulis nullis: amentis praecocibus cylindraceis villosis, masculis monandris: capsulis confertis subglobosis dense tomentosis: stylis brevissimis deciduis.

S. helix *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 335. *n.* 1177.

Ad ripas Tiberim frequens.

Frutex. Flor. Martio. Flores herbacei.

Obs. Rami rubro-fusci, foliis polliceribus.

Usus. Gaudet ramis virgatis longis tortilibus; decorticati ad corbes tenujores texendas aptissimi.

67. *ACUMINRTA* *Hoff. Salic.* 1. *p.* 39. *tab.* 6. *f.* 1 *et* 2. *et tab.* 28. *f.* 2. Foliis ovato-oblongis acuminatis undulatis denticulatis, supra glabriusculis, subtus tomentoso-venosis: stipulis reniformibus: amentis praecocibus ovatis: capsulis confertis ovato-subglobosis dense pilosis: stigmatibus sessilibus.

S. acuminata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 335. *n.* 1181.

In umbrosis humidis. Copiose secus *lago di Albano*, *Nemi* etc.

Arbor. Flor. Aprili. Flores herbacei.

68. *CAPRAEA* *L. Sp. Pl. p.* 1448. Foliis petiolatis ovatis rugosis undulatis denticulato-acutis aut mucronulatis, subtus tomentosis: stipulis reniformibus dentatis: amentis praecocibus ovato-cylindraceis: capsulis pedicellatis conicis basi vetricosis villosis: stylis brevissimis.

S. capraea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 335. *n.* 1180.

In sylvaticis circa urbem non infrequens et in Umbria *Monte bove*.

Subarborea. Flor. Aprili. Flores herbacei.

DIANDRIA DIGYNIA

ANTOXANTUM.

69. *ODORATUM* *L. Sp. Pl. p.* 40. Culmo erecto: foliis brevibus linearibus acuminatis glabris: vaginis elongatis: ligula erosa: racemo composito termi-

nali: glumae calycinae valva externa ovata , interna oblonga acuminata duplo longiore: valva corollina externa infra medium aristata, arista articulata contorta, interna supra medium, arista breviori recta.

A. odoratum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 10. *n.* 34. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 324.

In pratis et montibus obvia.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Spiculae virentes.

Usus. Planta grate redolens: odor exicatione auctus , foenum gratum reddit. Boves plantam viridem respuunt.

CLASSIS III. TRIANDRIA

ORDO I. MONOGYNIA.

VALERIANEAE DC.

21. VALERIANA *L.* Calyx adhaerens, limbo primum involuto, dein in pappum plumosum producto: corolla supera tubulosa, basi calcarata aut gibba , limbo 5-fido , laciniis subaequalibus: achenium 1-loculare 1-supernum pappo coronatum.

22. VALERIANELLA *Moench.* Calyx adhaerens , limbo libero foliaceo dentato, dentibus quandoque obsoletis: corolla tubulosa ecalcarata, limbo 5-fido regulari: achenium 2-3-loculare loculo unico fertili , calyce persistente coronatum.

IRIDEAE Juss.

23. CROCUS *L.* Spatha 1-2-valvis uniflora: perigonium petaloideum liliaceum infundibuliforme, ovario adhaerens, tubo longo gracili, limbo bifido: antherae incumbentes: stylus longissimus: stigma trifidum , laciniis cristatis: capsula 3-locularis: semina globosa.

24. ROMULEA *Maratt.* Spatha 2-valvis, valva exterior angustior: perigonium petaloideum liliaceum campanulatum, ovario adhaerens , tubo brevissimo, limbo 6-fido: stamina inclusa , antheris incumbentibus: stigma 3-sectum, laciniis 2-fidis: capsula oblonga: semina globosa.

25. GLADIOLUS *L.* Spatha 2-valvis canaliculata: perigonium petaloideum liliaceum, ovario adhaerens irregulare, tubo saepe curvo, limbo 6-partito sub-2-labiato: stamina adscendentia: stigma 3-fidum: capsula 3-locularis: semina arillata.

26. IRIS *L.* Spatha 2-valvis scariosa: perigonium petaloideum liliaceum, ovario adhaerens, tubo brevi, limbo 6-partito, laciniis 3 minoribus erectis, majoribus reflexis, ut plurimum barbatis: stamina reflexa: stylus tubo perigonii saepe connatus: stigmata 3 magna petaloidea reflexa: capsula 3-gona 3-valvis: semina 2-seriata.

27. GNEORUM *L.* Calyx parvus liberus 3-4-dentatus persistens: corolla petalis 3-4 aequalibus: ovarium 3-4-loculare, loculis 2-ovulatis: stigmata 3-4: bacca succosa partibus 3-4 2-locularibus indheiscentibus, ad axem arcte connexis. TEREBINTHACEAE *Juss.*

28. OSYRIS *L.* Perigonium sepaloideum 3-fidum: flores dioici, masculi stamina 3, foeminei stigmata 3: drupa globosa monosperna. SANTALACEAE *Brown.*

29. POLYGNEMUM *L.* Perigonium liberum 2-3-5-sepalum, saepius 2-bracteatum: stamina 1-5: stylus 2-fidus: capsula 1-sperma: semen lenticulare tuberculatum. CHENOPEDAE *DC.*

CYPERACEAE *DC.*

30. SCHOENUS *L.* Spiculae multiflorae in fasciculum congestae: perigonii glumae undique imbricatae, inferiores steriles: stylus capillaris deciduus: stigmata 3: achenium basi saepius setosun.

31. CLADIUM *Brown.* Spiculae pauciflorae in capitulum congestae: perigonii glumae imbricatae, inferiores steriles: stamina 2 plura: stylus capillaris deciduus: stigmata 2-3: achenium basi nudum.

32. FIMBRISTYLIS *Val.* Spiculae multiflorae in umbella spuria: perigonii glumae undique imbricatae, omnes fertiles, subinde deciduae: stylus linea marginali utrinque fimbriatus, basi bulbosus, et sub bulbo articulatus: stigmata 2: achenium basi saepe setosum.

33. SCIRPUS *L.* Spiculae varimode dispositae: perigonii glumae undique imbricatae, 1-2 ex inferioribus saepe steriles: stylus capillaris deciduus: stigma 2-3-partitum puberulum: achenium triquetrum, aut 3-loculare basi setosum vel nudum.

34. ELEOCHARIS *Brown.* Spiculae solitariae: perigonii glumae undique imbricatae, duo inferiores steriles: stylus filiformis deciduus, basi compresso-dilatatus, stigma puberulum profunde 2-partitum: achenium, bulbo styli persistente, coronatum, setis quandoque basi cintum.

35. ERIOPHORUM *L.* Spiculae varimode dispositae: perigonii glumacei paleae membranaceae undique imbricatae· staminum filamenta capillaria, antheris pendulis: stigma 3-fidum puberulum: achenium basi villis plurimis sericeis, tandem longissimis, cintum.

36. CYPERUS *L.* Spiculae compressae varimode dispositae: perigonii glumae disticae imbricatae, duo inferiores steriles: stylus capillaris deciduus: stigmata 2-3: achenium basi nudum.

37. NARDUS *L.* Spica laxa secunda: gluma calycina 1-valvis, dente minuto membranaceo rachidis conflata, corollina 2-valvis, valva externa 3-nervi carinata breviter aristata, circa internam breviorem hyalino-membranaceam convoluta: ovarium monogynum: cariopsis linearis libera. *GRAMINEAE DC.*

ORDO II. DIGYNIA

GRAMINEAE DC.

* Glumae calycinae univalves.

38. ALOPECURUS *L.* Flores in racemo spicaeformi: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis subaequalibus compressis , inferius connatis vel liberis, corallina 1-valvis utriculiformis, infra medium dorso aristata , arista geniculata: caryopsis libera.

39. PHLEUM *L.* Flores in racemo spicaeformi densissimo: perigonii gluma calycina 2-valvis , valvis angustis compressis quandoque truncatis , nervo carinae producto, mucronatis, corollina inclusa mutica 2-valvis, valvis inaequalibus: caryopsis libera.

40. POLYPOGON *Desf.* Flores in racemo spicaeformi composito: perigonii gluma calycina 2-valvis , valvis subaequalibus marginatis vel inferius aristatis, corollina 2-valvis inclusa , valvis inaequalibus , major saepius aristata: caryopsis libera.

41. MILIUM *L.* Flores in panicula ramosa vel stricta: perigonii gluma calyciua 2-valvis, valvis acutiusculis ventricosis , corollina 2-valvis inclusa , valvis inaequalibus, externa saepius sub apice aristata , internam involvens: caryopsis, valvis corollinis, arcte cinta.

42. STIPA *L.* Flores pedicellati in panicula, vel racemo terminali stricto: perigonii gluma calycina 2-valvis , valvis subaequalibus laxis, corollina brevior 2-valvis cartilaginea , valvis inaequalibus , externa convoluta , apice aristato-articulata : arista geniculata barbata , apice nuda , infra geniculum contorta, taudem longissima, valva interna integra mutica: squamae nectariferae 2: caryopsis libera, glumis corollinis, arcte obvoluta.

42. ARISTELLA *Bert.* Flores sessiles in panicula coarctata: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis subaequalibu strictis, corollina brevior 2-valvis, valva externa cartilaginea aristata, arista terminali recta articulata, valva interna membranacea longior: squamae nectariferae 2 lineares: caryopsis libera, glumis corollinis, arcte cinta.

43. AGROSTIS *L.* Flores paniculati in anthesi patentes, antea et postea contracti: perigonii gluma calycina 2-valvis persistens, corollina 2-valvis, valvis inaequalibus, externa major intra apicem aristata vel mutica, interna minor, quandoque obsoleta: caryopsis libera.

44. CRYPSIS *Schreb.* Flores in racemo contractissimo: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis inaequalibus muticis carinato-compressis, corollina longior 2-valvis, valvis inaequalibus muticis: caryosis libera.

46. LAPPACO *Schreb.* Flores subterni, laterales hermaphroditi, intermedii masculi vel neutri, in racemo laxifloro: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis admodum inaequalibus, externa major ventricosa dorso echinata, interna minima plana nuda, corollina 2-valvis nuda in valva calycina majore abscondita, valvis inaequalibus, majore cartaceo-membranacea, minorem externam hyalino-membranaceam, involventes: squamae nectariferae 2 minutae: caryopsis libera minime sulcata.

47. HORDEUM *L.* Flores terni, intermedius hermaphroditus, laterales masculi aut neutri, in spica disticha continua articulata: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis angustissimis aristatis, corollina 2-valvis, valva externa minor acuminata aristata, in floribus lateralibus quandoque nuda, interna bidentata: squamae nectariferae 2 variae: caryopsis, valvis corollinis, cinta.

48. DIGITARIA *Hall.* Flores in spica filiformi digitata: perigonii gluma calycina 3-valvis, valvis omnibus inaequalibus adpressis, externa minutissima, corollina major 2-valvis cartilaginea, valvis inaequalibus, externa concava: caryopsis, valvis calcynis, tunicata.

49. CYNODON *Rich.* Flores in spica filiformi digitato-fasciculata: perigonii mutici gluma calycina 2-valvis, valvis subaequalibus ovato-lanceolatis, corollina longior cartilaginea 2-valvis, valva externa navicularis, internam angustissimam canaliculatum includens: paleae nectariferae 2 minimae: caryopsis, valvis corollinis, tunicata.

50. PHALARIS *L.* Flores in racemo spicaeformi composito, vel in panicula racemosa: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis aequalibus navicularibus vel carinatis, corollina brevior inclusa 2-4-valvis, valvae 2 interiores admodum majores: caryopsis valvis corollinis tunicata.

51. LAGURUS *L.* Flores in racemo spicaeformi densissimo: perigonii gluma calycina membranacea, valvis aequalibus angustissimis dense sericeo-plumosis, calycina 2-valvis brevis, valva externa apice 2-seta medio aristata, interna 2-dentata minor: squamae nectariferae 2: caryopsis nuda.

** Glumae calycinae 2-3-florae

52. AIRA *L.* Flores in racemo spicaeformi vel panicula: perigonii gluma calycina communis 2-valvis, valvis ut plurimum aequalibus carinatis muticis: flores duo hermaphroditi, uterque saepius pedicellatus, tertius, si adest, abortivus: gluma corollina 2-valvis, valvis inaequalibus, villis brevissimis basi cintis, externa latior mutica vel dorso aristata: arista articulàta: caryopsis libera.

53. MELICA *L.* Flores in panicula laxa vel racemo: perigonii gluma calycina communis cartacea 2-valvis, valvis inaequalibus: flores 3-4, inferiores 1-2 perfecti, reliqui abortivi inter se invicem involuti, gluma corollina floris perfecti 2-valvis mutica, valvis inaequalibus, externa grandior concava cartilaginea: squamae nectariferae 2: caryopsis libera valvis corollinis inclusa.

54. DINEBRA *Delil.* Flores in spica laxa alterne ramosa: perigonii gluma calycina communis 2-valvis, valvis lanceolatis subulatis apice subintortis: flores alterni 3-5, imus sessilis, supremi interdum abortivi: glumae corollinae 2-valvis, calycina, brevioris, valva externa apice emarginato-mucronulata, interna dentata: squamae nectariferae 2: caryopsis trigona libera, valvis corollinis involuta.

55. SACCARUM *L.* Flores geminati in racemo vel panicula: perigonii gluma calycina communis 2-valvis, valvis sub aequalibus, lana longa sericea, involucratis: flores irregulariter pedunculati, alter interdum abortivus: gluma corollina 2-valvis mutica vel aristata, valvis inaequalibus, externa majore: floris imperfecti 1-valvis gluma jamdudum mutica: stamina 2-3: caryopsis ut plurimum libera.

56. ANDROPOGON *L* Flores geminati polygamo-monoici in spica vel panicula: perigonii, floris hermaphroditi sessilis aristati, gluma calycina cartacea 2-valvis, valvis subaequalibus, corollina 2-valvis, valvis inaequalibus, externa major, internam breviorem angustissimam aristatam, amplectans: floris masculi pedicellati mutici, gluma calycina 2-valvis, valvis subaequalibus, glumam corollinam 1-2-valvem ciliatam, includens.

57. POLLINIA *Spreng.* Flores 2-3-nati omnes ut plurimum pedunculati, polygamo-monoici, in spica conjugata vel panicula: perigonii floris her-

maphroditi, barba involucrati, gluma 2-valvis cartilaginea, valvis irregulariter inaequalibus, externa 2-fida, interna apice aristata: gluma corollina brevis pedicellata membranaceo-hyalina bivalvis, valva externa, internam majorem apice integram vel 2-fidam aristatam, amplectans: arista articulata libera: floris masculi gluma calycina externa apice breviter aristata, interna mutica, reliqua ut in hermaphrodito: floris tertii, rudimentum perigonii corollini.

58. SORGUM. *Pers.* Flores geminati, summi quandoque 3-nati polygamo-monoici, omnes ut plurimum pedunculati, in panicula vel racemo: floris hermaphroditi, perigonii, gluma calycina 2-valvis cartilaginea mutica, valva externa apice 3-dentata, gluma corollina inclusa 2-valvis membranacea hyalina, externa mutica ciliata, interna multo minor apice 2-fida mutica vel aristata, arista articulata inferius contorta: floris masculi gluma calycina cartacea 2-valvis, valvis muticis, externa 3-dentata, corollina inclusa, valvis muticis ciliatis: caryopsis ovoidea, glumis corollinis, involuta: albumen niveo-farinaceum.

59. HOLCUS *L.* Flores binati polygomo-monoici spicati in paniculae ramis: perigonii gluma calycina communis 2-valvis, valvis subaequalibus, corollina floris hermafroditi sessilis cartilaginea 2-valvis, externa carinata, interna angustior: stamina 3: styli 2 breves: stigmata plumosa: squamula nectarifera membranacea fissa: caryopsis tecta: floris masculi pedicellati conformis, valva externa dorso breviter aristata: arista articulata.

60. ARRENANTHERUM *Palis.* Flores binati polygamo-monoici, basi barbati, in panicula contracta: perigonii gluma calycina communis 2-valvis, valva externa brevi 1-nervi, interna 3-nervi: floris hermaphroditi gluma corollina 2-valvis, valva externa 7-nervi, apice integra aut bifida, mutica aut varimode aristata, interna 3-dentata, ad marginem utrinque inflexa, nervis ciliata: squamae 2 nectariferae lanceolatae: caryopsis valvis corollinis involuta: floris masculi 3-andri, valva corollina exterior longius aristata.

61. ROTTBOLLIA *L. fil.* Flores 1-2 hermaphroditi, quandoque alter masculus, ante anthesim fovea rachidis immersi, in spica curva vel recta: perigonii gluma calycina 1-2-valvis cartilaginea, flores semper tegens, valvis externis, in floribus terminalibus, oppositis, gluma corollina membranacea 2-valvis mutica, valvis subaequalibus: squamae nectariferae duo parvae: caryopsis rostrata, valvis calycinis cincta.

62. PSILURUS *Trin.* Flores solitarii spicati, in foveis, rachidis articulatae, ante anthesim omnino absconditi: perigonii glumae calycinae 1-2-valvis, valvae laterales, flori multo minores, gluma corollina 2-valvis, valvis longitudine aequalibns, externa cartacea ut plurimum longe aristata: stamen 1: squamae nectariferae 2 minimae: caryopsis valvis calycinis cincta.

63. PANICUM *L.* Flores 2-nati, flosculo superiore hermaphrodito, inferiore masculo vel neutro, in panicula racemo vel spica, setis scabris, quandoque interpositis: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis saepe inaequalibus, quandoque aristatis, altera minima vel obsoleta: gluma corollina, floris hermaphroditi, cartilaginea 2-valvis, valva externa cymbiformi, interna plana margine inflexa: floris alteri 1-2 valvis, gluma membranacea, valva externa, valvae majori glumae corollinae, similis: caryopsis, valvis corollinis, cincta.

64. BECKMANNIA *Host.* Flores solitarii vel 2-3-nati in spica ramosa densa secundiflora, spiculis disticis: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis aequalibus oppositis cymbiformibus, floribus brevioribus, gluma corollina 2-valvis, valvis lanceolatis, externa apice rostellata subexerta: interna indivisa: squamae 2 nectariferae: caryopsis libera, valvis calycinis, involuta.

*** Glumae calycinae multiflorae.

65. TRITICUM *L.* Flores numero varii in spica vel racemo: spiculae solitariae cartilagineae, facie rachidis oppositae, sessiles vel pedunculatae: perigonii gluma calycina 2-valvis, spiculis brevior, valvis oppositis muticis vel aristatis: glumae corollinae valva externa ventricosa aut compresso-canaliculata mutica vel aristata, valva interna, nerviis ciliatis aut scabris in dentes productis: squamae nectariferae duo minutae: caryopsis 1-sulcata libera.

66. LOLIUM *L.* Flores in spica composita: spiculae compresso-disticae alternae, facie, rachidis articulatae, laterales: perigonii gluma calycina 1-valvis, in spicula terminali 2-valvis: gluma corollina 2-valvis, valvis inaequalibus, externa mutica vel arista simplici donata: squamae nectariferae 2 caryopsis 1-sulcata, valvae corollinae externae, adhaerens.

67. AEGILOPS *L.* Flores 2-4-terni polygamo-monoici, in rachide articulata, spicae continuae, subimmersi: perigonii gluma calycina cartilaginea 2-valvis, valvis aequalibus concavis truncatis, dentibus elongatis, vel aristis 3-5 donatis, floribus longioribus: flores 2-laterales majores hermaphroditi sessiles, tertius masculus, et quartus neuter, pedunculati: floris hermaphroditi glumae corollinae valva externa cartacea 2-3-aristata, interna membranacea 2-dentata: flores imperfecti membranacei, aristis aut dentibus, breviores: squamae nectariferae 2 divergentes: caryopsis sulcata libera.

68. SESLERIA *Scop.* Flores in spica densa, spiculis paucifloris, inferioribus, bractea 1-phylla, subinde obsoleta, cintis: perigonii gluma calycina cartacea 2-valvis, valvis aequalibus brevi-aristatis, gluma corollina 2-valvis,

valva externa 2-5-dentata, dentibus irregulariter aristatis vel muticis, interna 2-furca aut lacero-dentata: caryopsis libera, valva corollina interna, cincta.

69. ECHINARIA *Desf.* Flores polygamo-monoici in capitulum echinatum, spiculis sub-2-floris, flore altero hermaphrodito, altero masculo aut sterili: perigonii gluma calycina membranacea 2-valvis brevis, valvis apice 2-lobis 1-rostratis, exterioribus quandoque 2-rostratis, valva externa in spiculis superioribus 2-6-rostrata, interna 3-rostrata, gluma corollina cartilaginea 2-valvis, valva externa majore apice truncata, rostris 5-7 digitato-rostratis, circa internam 2-rostratam, convolutis: squamae nectariferae 2 truncatae: caryopsis libera, stylis persistentibus, coronata.

70. TRIODIA *Brown.* Flores, spiculae oblongae cartaceae, in panicula stricta: perigonii gluma calycina 2-valvis, spiculis, subaequalibus, valvis acuminatis, gluma corollina 2-valvis, valva externa majore ovata, basi utrinque fasciculo pilorum barbata, apice 3-denticulata: squamae nectariferae 2 distinctae: caryopsis libera, valvis corollinis persistentibus occultata.

71. AVENA *L.* Flores in panicula racemo vel spica, spiculis nitidis magnitudine variis: perigonii gluma calycina communis 2-valvis mutica, valvis margine et apice membranaceis: gluma corollina 2-valvis alterna distica nuda, vel axe et interne barbata, valva externa majore apice 2-fida vel 2-dentata saepe 2-seta, dorso aristata, arista geniculata infra geniculum contorta, valva interna mutica 2-fida vel 2-dentata: squamae 2 nectariferae: caryopsis oblonga libera, aut valvis corollinis inclusa.

72. POA *L.* Flores spicati mutici in panicula vel racemo, rachide flexuosa: perigonii gluma calycina communis 2-valvis, spiculis subaequalis: corollina 2-valvis alterna distica libera aut villo connexa, suprema interdum abortiva, valvis inaequalibus margine membranaceis, externa carinata, internam linearem plicatam, includens: squamula nectarifera 2-fida vel 2 approximatae: caryopsis libera, valvis corollinis, inclusa.

73. BRIXA *L.* Flores mutici in panicula laxa, spiculis nitidis cordato-ovatis turgidiusculis: perigonii gluma calycina, spiculis multo brevior, valvis concavis in anthesi patentibus: gluma corollina 2-valvis, valvis admodum inaequalibus muticis, externa major navicularis cartilaginea, margine pellucido, interna minima ovata, margine inflexo, basi ovarii adhaerens: squamae nectariferae 2: caryopsis 2-rostris, valvis corollinis, cincta.

74. CYNOSURUS *L.* Flores in racemo composito secundo, racemulis subdicotomis: spiculae pauciflorae secundae, valvis solitariis (potius bracteis) alternis disticis muticis aristatisque, tectae: florum fertilium, perigonii, gluma

calycina 3-valvis, valvis linearibus subaequalibus muticis carinato-canaliculatis: glumae corollinae valva externa ovato-lanceolata 5-nervis aristato-bidentata, quandoque simpliciter aristata, valva interna 2-nervosa breviter 2-fida mutica: stamina 3: styli 4, stigmatibus plumosis: squamae 2 nectariferae: caryopsis 2-rostrata libera, vel valvae corollinae internae, adhaerens.

75. FESTUCA *L.* Flores spiculae multiflorae compressae, in panicula vel racemo: perigonii gluma calycina 2-valvis, spiculis brevior, valvis inaequalibus carinatis, gluma corollina bivalvis, valva externa carinato-acuminata, quandoque breviter emarginata, mucrone vel arista solitaria jamdudum terminata, valva interna nervoso-dentata, nervis saepius scabris aut ciliolatis: stamina 1-3: styli 2, stigmatibus plumosis: squamae 2 nectariferae: caryopsis 1-sulcata, gluma corollina persistente, cincta.

76. DACTYLIS *L.* Flores spiculae congestae multiflorae subcompressae, in racemo secundo: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis inaequalibus subintortis, majore carinata, gluma corollina, valvis inaequalibus, externa apice emarginato-setigera, interna bifida dentata: squamae 2 parvae nectariferae: styli brevissimi, stigmatibus plumosis: caryopsis oblonga libera, glumis corollinis persistentibus, cincta.

77. BROMUS *L.* Flores distici in panicula vel racemo: perigonii gluma calycina 2 valvis, valvis inaequalibus acutis canaliculatis, spiculis multifloris compressis, brevioribus: gluma corollina 2-valvis, valva externa apice integra vel 2-fida, infra apicem aristata, arista simplici recta, arefactione aliquando intorto-recurva, valva interna varimode ciliata, stamina 2-3: styli 2 stigmatibus plumosis: squama nectarifera ut plurimum solitaria: caryopsis oblonga obtusa apice villosa.

78. ARUNDO *L.* Flores solitarii vel spicati in racemo vel panicula: perigonii gluma calycina 2-valvis, valvis inaequalibus muticis nudis: gluma corollina membranacea, valvis 2 inaequalibus, villis varimode cintis, stipitulo, pilis pinnato-disticis, adjecto: valva interna minore mutica, externa modo mutica, modo dorso vel apice aristata, arista simplici recta vel refracta: stamina 3 exilia, valvas corollinas, subaequantia: styli 2: stigmatibus dense pilosis. squamae 2 nectariferae: caryopsis libera, valvis corollinis, cincta.

79. AMMOPHILA *Host.* Flores solitarii compressi in racemo spicaeformi: perigonii cartacei gluma calycina 2-valvis, valvis aequalibus, gluma corollina, longioribus: valvae corollinae aequales basi villo cincta, externa 5-nervi, nervo carinali in mucronulo, lateralibus duobus in dentes productis, valva interior nervosa 4-dentata, stipitulo dense barbato adjecto: stamina 3 antheris elon-

gatis lateraliter exertis: stigmata 2 sessilia plumosa: squamulae 2 nectariferae, ovario, longiores: caryopsis sulcata cuneiformi truncata libera.

ORDO III. TRIGYNIA

80. POLYCARPON L. Perigonium duplex: calyx persistens, sepalis 5 concavis carinatis: petala 5, calyci alterna et subaequalia: stamina 3-5, calyci breviora, antheris 2-locularibus: styli 3 brevissimi, stigmatibus sub-3-lobis: capsula ovata 3-locularis: semina subreniformia, placenta basilari fixa. *Paronychieae Juss.*

81. TILLAEA. *L.* Perigonium duplex: calyx 3-sepalus liberus: corolla 3-petala, calyci alterna atque longitudine aequali: stamina 3 erecta, corolla breviora: antherae 2-loculares subrotundae: ovaria 3: styli 3 brevissimi, stygmatibus obtusis: capsulae 1-3-loculares latere interno dehiscentes: semina suturae adfixa. *Crassulaceae DC.*

TRIANDRIA MONOGYNIA

VALERIANA.

70. *tuberosa L. Sp. Pl. p.* 46. Caule simplici erecto tereti fistuloso: foliis radicalibus lanceolato-oblongis integris, caulinis pinnatifidis, pinnis linearibus: floribus racemoso-compositis: bracteis connatis acuminatis: acheniis hirtis.

V. tuberosa *Maur. Cent.* 13. *p.* 4.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 178.

In Umbriae montibus *Norcia, e Monte Priore,*

Perenn. Flor. Junio. Flores rubelli.

Obs. Radix tuberosa aromatica.

71. *Saliunca Vahl. En.* 2. *p.* 15. Caule tereti striato 2-4-pollicari erecto vel ascendente: foliis glaberrimis, radicalibus spathulato-oblongis obtusis integris, vel basi 1-3-dentatis: floribus capitato-corymbosis: bracteis lanceolato-linearibus, floribus brevioribus: acheniis glabris.

V. Saliunca *Sang. Cent. tres p.* 8. *n.* 9. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 175.

In jugis apenninis Umbriae *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores purpurascentes odori.

Obs. Radix longa sublignosa aromatica.

72. *montana L. Sp. Pl. p.* 45. Caule simplici erecto vel ascendente subpedali: foliis subserratis ovato-oblongis, radicalibus obtusis, caulinis acutis: floribus paniculatis: bracteis linearibus oppositis: acheniis glabris.

β cuspidata. Foliis caulinis longe acuminatis.

V. montana *Sang. Cent. tres p.* 8. *n.* 10. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 174.

In apenninis Umbriae frequens.

Perenn. Flor. Julio. Flores rosei.

Obs. Radix sublignosa fusiformis odore nauseoso.

73. *tripteris L. Sp. Pl. p.* 45. Caule tereti striato erecto spithameo: foliis radicalibus indivisis, caulinis ternatis, foliolis lateralibus minoribus: floribus corymboso-brachiatis: bracteis linearibus oppositis: acheniis glabris.

V. tripteris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 15. *n.* 39.-*Bert. Fl. It.* t. 1. *p.* 172.- V. alpina prima *H. Rom. t.* 2. *p.* 4.

In montibus subapenninis et in Umbria *Monte Calvo*, *Lucretile* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flor. albi vel dilute purpurei.

Obs. Radix sublignosa simplex fusiformis odore sequentis speciei.

74. *officinalis L. Sp. Pl. p.* 45. Caule tereti exquisite sulcato fistuloso 2-4-pedali: foliis omnibus pinnatis, foliolis lanceolatis dentatis: floribus corymbosis: bracteis oppositis lanceolato-linearibus margine membranaceis: acheniis glabris 1-costatis, lineis pilosis utrinque ad costam.

V. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 15. *n.* 35. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 167.- V. sylvestris major folio lucido *Hort. Rom. t.* 1. *p.* 4. *tab.* 15.

In sylvaticis montium frequens, et in demissis mare versus. *Albano*, *Frascati*, *Tivoli*, *Terracina* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albo-subcarnei.

Vulgo. *Valeriana minore.*

Usus. Radix fasciculata forma odore et usu in officinis notissima.

VALERIANELLA.

75. *olitoria Moench. Meth. p.* 493. Caule angulato ascendente superne dichotomo: foliis lanceolatis integris quandoque dentatis: bracteis ciliatis, flores, superantibus: achenio globoso-compresso, dorso convexo, lateribus utrinque 2-sulcatis: corona obsoleta dentibus 2-3 minimis.

V. olitoria *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 184.-Fedia olitoria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 15. *n.* 39.-Valeriana olitoria *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 78. *n.* 246.- V. arvensis praxeos humilis foliis serratis. *Hort. Rom. t.* 2. *p.* 4. *tab.* 18.

In arvis et cultis communis.

Annua. Flo. Martio-Aprili. Flores albido-coerulei.

Usus. Species omnes hujus generis vulgo notae sub nomine *Lattughella di campagna* in acetariis adhibitae.

76. *gibbosa DC. Mem. sur les Valer. p.* 23. *t.* 3. *f.* 3. Caule dichotomo erecto striato subpedali: foliis inferioribus oblongis, omnibus integris: bra-

cteis oblongis, margine membranaceis: achenio subgloboso compresso, dorso et facie longitudinaliter 1-sulcato, lateribus utrinque 2-sulcis, coroua obsoleta.

V. gibbosa *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 186.

In pratis apricis secus *Tivoli*.

Annua. Flor. Aprili. Fl. coerulescentes.

77. ERIOCARPA *Desv. Jurn. de Bot.* 2. *p.* 314. *t.* 11. *f.* 2. Caule erecto dichotomo, ad angulos scabriusculo: foliis lanceolatis, inferioribus spathulatis integerrimis basi dentatis: bracteis lanceolatis serrulato-ciliatis, margine membranaceis: achenio ovoideo angulato spinuloso: corona erecta campanulata exquisite venosa oblique secta, dentibus 5 inaequalibus.

V. eriocarpa *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 186.- Fedia eriocarpa *Fior. App. al Pr. della Fl. Rom. p.* 2. *n.* 1.

In aridis et in cultis frequentissima *Roma*, *Tivoli*, *Albano*, *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Annua. Flor. Majo-Junio. Flores albo-coerulei.

78. PUBERULA *DC. Prod. Syst. nat. t* 4. *p.* 625. *n.* 12. Leviter pubescens. Caule dichotomo subspithameo: foliis inferioribus spathulatis, superioribus oblongis basi subdentatis: bracteis acuminatis membranaceis: achenio ovato subangulato: corona obtusa subintegerrima oblique secta.

V. puberula *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 189.

In arvis et cultis frequens *Roma*, *Albano*, *Tivoli*, *Ostia*, *Palo* etc.

Annua. Flor. Majo. Flor. albo-rubelli.

79. DENTATA *Dufr. Hist. des Valer. p.* 57. *n.* 5. *t.* 3. *f.* 5. Caule angulis scabro: foliis inferioribus lanceolatis integris, superioribus basi irregulariter dentatis: bracteis subulatis glabriusculis cartilagineo-serrulatis: achenio glabro ovato-angulato: corona apice contorta, dentibus erectis 1-3-5-inaequalibus.

V. dentata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 189. - Fedia dentata *Sang. Cent. tres p.* 9. *n.* 11.

Ad vias et in cultis frequens.

Annua. Flor. Aprili-Majo. Flores coeruleo-albidi.

80. PUMILA *DC. Fl. Fr. t.* 4. *p.* 1. *p.* 242. *n.* 3835. Caule ramoso dicotomo subhirsuto, ramis divaricatis: foliis lanceolatis remote dentatis, superioribus basi pinnatifidis: bracteis margine membranaceis, carina villosis: achenio subgloboso glabro, dorso 3-colliculoso, facie exquisite umbilicata, corona inaequaliter dentata.

V. pumila *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 190.

In apricis circa Romam.

Annua. For. Aprili. Flores albo-coerulescentes.

81. *HAMATA* *DC. Mem. sur les Valer. p.* 23. *t.* 3. *f.* 7. Caule scabriusculo: foliis linearibus, superioribus basi pinnato-dentatis: bracteis lanceolatis pubescentibus: achenio hirsuto subtetragono : corona ampla campanulata glabra venosa, dentibus subsenis, triangulo cuspidatis, apice uncinatis.

V. hamata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 191.- Fedia hamata *Sang. Cent. tres p.* 9. *n.* 12.

In pratis prope *Caprarola.*

Annua. Flor. Majo. Flores albido-coerulei.

81. *CARINATA* *Loisl. Not. p.* 149. Caule angulis laevi: foliis inferioribus ovatis spathulatis, superioribus lineari-oblongis integrisque: bracteis oblongis obtusiusculis margine ciliato-serrulatis: achenio oblongo cymbiformi , apice submutico, dente unico recto coronante.

V. carinata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 194.- Fedia carinata *Sang. Cent. tres p.* 10. *n.* 13.

In herbosis et segetibus circa *Albano.*

Annua. Flor. Majo. Flores subcarnei.

CROCUS.

83. *VERNUS* *W. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 195. Tunicis radicalibus fibrillosis: foliis synanthiis erectis, canaliculo enervi: scapo supra basim vaginato: spatha 1-phylla: perigonii campanulati fauce exalbida, pilis longis barbata: stigmate erecto integerrimo crenulatove: capsula estriata.

C. vernns *Sang. Cent. tres p.* 10. *n.* 14. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 205. - C. vernus *β* *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 16. *n.* 40.

In monte Albano prope *Cappuccini*, et in montibus tusculanis, ciminis etc.

Perenn. Flor. Martio. Flores intense lilacini tubo-exalbido.

Vulgo. *Zaffrano falso.*

84. *SUAVEOLENS* *Bert. Zaffar. It. n.* 3. Tunicis radicalibus fibrillosis, foliis proteranthiis canaliculo enervi: scapo supra basim vaginato: spatha 1-2-phylla: perigonii fauce lutea: stigmate breviter 3-fido.

C. suaevolens *Sang. Cent. tres p.* 11. *n.* 15.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 203.- C. vernus *α* *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 16. *n.* 40.

Prope Romam gregarie nascitur loco vulgo *Valle dell'inferno* et *Porcareccio*, *Malagrotta* etc.

Perenn. Flor. Februario-Martio. Fl. lilacini suaveolentes, fauce lutea glabra.

85. *BIFLORUS* *Mill. Dict.* Tunicis radicalibus membranaceis supra basim circumscissis: foliis synanthiis , canaliculo enervi: scapo nudo: spatha duplici: perigonii tubo subinfundibuliformi, fauce glabra flava: stigmate erecto indiviso: capsula estriata.

C. biflorus *Sang. Cent. tres p.* 14. *n.* 16.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 213.- C. vernus γ *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 16. *n.* 40.

In pratis siccioribus circa urbem frequens.

Perenn. Flor. Februario. Flores albi vel albo-lilacini, segmentis exterioribus albo-luteolis violaceo-3-striatis.

86. SATIVUS *W. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 194. Tunicis radicalibus fibrillosis supra bulbum elongatis: foliis linearibus hysterantiis, canaliculis duobus minutissime punctatis, nervo, lateralibus: spatha monophyllla acuta: perigonii fauce barbata: stigmate 3-partito lateraliter exerto, perigonium, subaquante.

C. sativus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 215.- *Hort. Rom. t* 6. *p.* 10. *tab* 54.

Sponte provenit in Piceno, ubi Clarissimus Orsini pluries legit. Specimina nostra in valle *Canetra* secus Nursiam.

Perenn. Flor. Septembri. Flores violacei magni.

Usus. Stigmata hujus speciei suaveolentia *Zaffrano* officinarum et tinctorum praebent, aroma pretiosissimum, plurimis in modis, adhibitum.

ROMULEA.

87. BULBOCODIUM *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 17. *n.* 41. Scapo simplici, vel inter vaginas ramoso, ramis 1-floris: foliis filiformi-compressis sulcatis rectis recurvisque distortis: spatha 2-valvi, perigonii tubo multo longiore, valva interna late membranaceo-marginata: stylo staminibus longiore: stigmate 2-partito.

R. bulbocodium *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 220.- R. spathula intra calycem inserta *Maratt. Pl. Romul. et Sat. etc. p.* 7. *exl. v.* 5. *icon mala.*- R. flore ex violaceo et luteo variegato *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 4. *mala.*

In apricis et collibus circa Romam frequens *Caffarella*, *Testaccio*, *Tor di Quinto*, *Bracciano*, *Monte rosi*, *Monti Cimini* etc.

Perenn. Flor. Februario ad Martium. Flores colore admodum variant: fundo crocei, apicibus subviolacei, extus albi rosei vel rubro-violacei, laciniis exterioribus dorso saturatiore.

Obs. Perigonia hujus generis patent ab hora 11 antimeridiana ad oram 4 pomeridianam.

88. RAMIFOLIA *Ten. in Fl. Neap. Pr. add. et emend. in append. ad indic. sem. ann.* 1827. *p.* 3. Scapo ramoso multifloro, ramis axillaribus 1-floris: foliis filiformi-compressis sulcatis rectis recusvisque elongatis: spatha 2-valvi, perigonii tubo multo longiore, valvis anguste marginatis: stylo staminibus aequante: stigmatibus 3 profunde 2-partitis.

P. ramiflora *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 223.– R. Columnae β versicolor *Sang. Cent. tres p.* 11. *n.* 17.

In collibus apricis circa Romam *Monte Aventino*, *Testaccio* etc.

Perenn. Flor. Februario-Martio. Perigonii color etiam in hac specie admodum variat, ut plurimum caeruleo-violaceus, laciniis exterioribus dorso viridi-luteolis.

89. COLUMNAE *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 18. *n.* 42. Scapo 1-floro sub solitario subincurvo: foliis filiformi-compressis sulcatis recurvatis distortis: spatha 2-valvi, perigonii tubo multo longiore, valva interna late membranaceo-marginata: stylo, staminibus, breviore: stigmate apice 2-fido.

R. Columnae. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 224.– Romulea *var.* 4. *Maratti Plant. Romul. et Sat. etc. p.* 17.

In collibus suburbanis *Gianicolo*, *Acqua Traversa*, *Tor di Quinto* etc.

Perenn. Flor. ineunte Februario, Flores albo-lutescentes, laciniarum exteriorum dorso, lineolis fusco-rubris, notato, interiorum albis.

GLADIOLUS.

90. COMMUNIS *L. Sp. Pl. p.* 52. Tunicis radicalibus fibrillosis parallelis: foliis ensiformibus nervosis: floribus spicatis secundis: spathae valvis inaequalibus, perigonii tubo, brevioribus: perigonii subringentis laciniis 3 superioribus conniventibus, intermedia longiuscula recessa, inferiorum lateralibus obovato-spathulatis, intermedia latiore, longioribus: antheris filamento subaequalibus: seminibos marginato-ciliatis.

G. communis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 19. *n.* 43.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 227.– G. flor. uno versu dispositis major, et procerior fl. purp. rubente. *Hort. Rom. t.* 6. *p.* 12.

In pratis et inter segetes.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores rosei.

Vulgo. *Spadacciolo.*

Obs. Perigonii laciniae omnes macula alba lineari-lanceolata intus notatae.

91. BYZANTINUS *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. *t.* 1. *p.* 102. Tunicis radicalibus fibrillosis parallelis latiusculis: foliis ensiformibus nervosis latiusculis: floribus spicatis disticis, spathae valvis inaequalibus, perigonii tubo brevioribus: perigonii subringentis, laciniis 3 superioribus conniventibus inaequalibus, suprema lateralibus tecta, inferioribus lateralibus minoribus: antheris filamento longioribus: seminibus marginato-alatis.

G. byzantinus *Sang. Cent. tres p.* 12. *n.* 18.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 229.– G. major byzantinus atro-purpureus. *Hort. Rom. t.* 6. *p.* 12.

In pratis inter segetes.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores saturate rosei.

Obs. Perigonii laciniae inferiores mascula alba lineari-lanceolata intus notatae.

92. SEGETUM *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. *t.* 1. *p.* 102. Tunicis radicalibus fibrillosis: foliis ensiformibus nervosis: floribus spicatis secundis: spathae valvis inaequalibus, perigonii tubo brevioribus: perigonii subringentis laciniis 3 superioribus invicem distantibus, intermedia subincurva longiore, inferioribus uniformibus spathulato-unguiculatis: antheris filamento subaequalibus: seminibus rotundis deorsum productis.

In segetibus. *Monte Mario.*

Perenn. Flor. Majo. Flores rosei.

Obs. Perigonii laciniae tres inferiores macula alba lineari-lanceolrta notatae.

IRIS.

* Perigoniis barbatis.

93. FLORENTINA *L. Sp. Pl. p.* 55. Scapo sub-2-floro foliis longiore: foliis strictis ensiformibus acuminatis intense glaucis, scapigeris in bracteas habeuntibus: bracteis et spathis apice margineque breviter scariosis: fioribus sessilibus: perigonii segmentis erectis oblongis, reflexis obovatis integriss

I. florentina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 19. *n.* 44.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 231.

In montium sylvaticis solo sicciore *Castel Candolfo, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi odori.

Usus. Radix hujus speciei, caulis rihzomaticus recentiorum est, et Ireos officinarum praebet, vulgo *Iride fiorentina*, olim laudata in hydrope et aliis morbis, nunc dissueta, et felicius fortasse in Callopistria ob gratum odorem Violae odoratae L. hadibita.

95. GERMANICA *L. Sp. Pl. p.* 55. Scapo ramoso multifloro foliis altiore: foliis ensiformibus acutniuatis glaucis: spathis basi foliaceis, superne longissime scarioso-membranaceis: floribus subsolitariis: perigonii segmentis erectis subrotundis reflexis ovato-oblongis emarginatis.

I. Germanica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 19. *n.* 45.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 332.- I. major latifolia Romana coerulea. *Hort. Rom. t.* 6. *p.* 11. *tab.* 51.

In collibus sylvaticis *Monte Mario, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores violacei suaveolentes.

Vulgo. *Iride fiorentina pavonazza.*

Usus. Radix aroma praecedentis speciei profert, quamobrem eodem usui reservatur. Medici in hydrope et aedemate utebantur, teste Linnaeo.

** Pesigonii imberbibus.

95. PSEUDO-ACORUS *L. Sp. Pl. p.* 56. Scapo ramoso-flexuoso tereti-com-

presso multifloro: foliis ensiformibus, viridibus, scapo brevioribus, nonnullis, in cespitibus partialibus longioribus: spatha 2-valvi, valvis oppositis margine anguste membranaceis: floribus terminalibus solitariis, inter spathas pedunculatis: perigonii segmentis erectis angustissimis, reflexis grandiusculis ovatis integerrimis.

I. Pseudo-Acorus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 19. *n.* 46.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 236.- I. palustris lutea, sive Acorus adulterinus. *Hort. Rom. t.* 6. *p.* 11. *tab.* 64.

In fossis et palustribus vulgaris. *Pratalata, Caffarella* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo Flores lutei.

Vulgo. *Acoro falso, Giglio giallo.*

Usus. Electuarium Diacori ita dicebatur a radice hujus speciei, quae in illo ingrediebatur: drasticum medicis praebet: in arte coriaria et tinctoria valet.

96. FOETIDISSIMA *L. Sp. Pl. p.* 57. Scapo compresso 1-angulato multifloro: foliis ensiformibus angulatis, scapo modo brevioribus modo longioribus: spatha 2-valvi, valvis lanceolato-elongatis canaliculatis: floribus sessilibus, vel in apice ramorum, inter bracteas, longe pedunculatis: perigonii segmentis erectis, ungue angusto canaliculato, lamina oblongo-lanceolata patenti, reflexis, lamina oblonga apice rotundata: seminibus articulatis.

I. foetidissima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 19. *n.* 47.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 238.- *Hort. Rom. t.* 6. *p.* 11. *tab.* 65.

Ad sepes et secus fossas non rara.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores cinerei venaturis atris.

Usus. Folia contrita odorem ingratum lactis putridi manifestant, unde a vulgo dicta *Ricottaria.* Radix caustica, errhina, caute admodum adhibenda.

97. TUBEROSA *L. Sp. Pl. p.* 58. Radice tuberoso-fibrosa: scapo simplici erecto unifloro: foliis tetragonis, radicalibus scapo brevioribus, scapigeris successive minoribus vaginantibus: spatha 2-valvi, valvis inaequalibus concavo-reticulatis margine involutis: floribus intra spatham longe pedicellatis: perigonii segmentis erectis angustissimis longe cuspidatis, reflexis, ungue canaliculata, lamina ovata reflexa.

I. tuberosa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 20. *n.* 48.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p* 242. - Sisyrinchium *H. Rom. t.* 6. *tab.* 67.

In umbrosis humidiusculis etiam in urbe. *S. Croce in Geruralemme, Villa Borghese, Medici, Pamfili* etc.

Perenn. Flor. Febrario-Martio. Flores albo-subvirides, laciniis exterioribus ultra medium reflexis, lamina supra atro-vellutina, suaveolentes.

Vulgo. *Ermodattilo falso.*

GNEORUM.

98. *tricoccum* *L. Sp. Pl. p.* 49. Glabrum. Caule tereti, ramis flexuosis sparsis: foliis coriaceis obverse lanceolatis: pedunculis axillaribus sub-3-floris liberis.

C. tricoccum *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 196.

In sylvulis viridarii *Pamfili* sponte.

Frutex. Flor. Majo. Flores lutei.

Usus. Folia et cortex ad corios parandos valet. Planta acris caustica.

OSYRIS.

99. *alba* *L. Sp. Pl. p.* 1450. Foliis lineari-lanceolatis integerrimis, floribus sparsis axillaribus, masculis praecocibus.

O. alba *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 60. *n.* 168.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 336. *n.* 1184.

In collibus sylvaticis etiam circa urbem vulgaris. *Monte Mario*, *Malafede* etc.

Frutex. Flor. Majo. Flores luteoli.

POLYCNEMUM.

100. *arvense* *L. Sp. Pl. p.* 50. Caule ramoso diffuso: foliis subulato-triquetris, basi late marginato-scariosis, apice spinulosis: floribus sessilibus subsolitariis, foliolo utrinque membranaceo: calycibus diphyllis aristatis: capsula membranacea, stylo persistente, coronata.

P. arvense *Maur. Cent.* 13. *p.* 4.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 200.

In arenosis, ad ripas Anienis, ad rivos. *Tor di Quinto* etc.

Annua. Flor. Julio. Flores albo-membranacei antheris rubris.

SCHOENUS.

101. *mucronatus* *L. Sp. Pl. p.* 63. Glauco-virens. Calamo tereti nudo: foliis linearibus canaliculatis recurvatis mucronatis: involucro polyphyllo patente, spiculas ovatas dense fasciculatas, longe superante: glumis inferioribus majoribus: caryopside trigona ovato-acuminata: setis nullis.

S. mucronatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 20. *n.* 50.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 247.

In maritimis frequens.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae rubenti-fuscae.

102. *nigricans* *L. Sp. Pl. p.* 64. Calamo tereti nudo: foliis subulatis mucronatis margine scabriusculis: involucro 2-phyllo, folio altero subulato, spiculas oblongas capitatas, superante: glumis lanceolatis imbricatis inferioribus majoribus: caryopside trigona: setis paucis brevibus.

S. nigricans *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 20. *n.* 51. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 248.

In maritimis frequens. *Ostia, Fiumicino.*

CLADIUM.

103. *Mariscus Hook Brit. Flor. p.* 13. Calamo tereti folioso: foliis margine dorsoque serrulato-aculeatis, apice triquetro longissime acuminato: involucro monophyllo concavo lanceolato, in pedunculis inferioribus abbreviato et foliis conformi: paniculae decompositae, pedunculis compressis elongatis: spiculis ut plurimum 2-floris sessilibus ovato-acutis capitatis: caryopside ovoideo-acuta punctato-scabra.

C. Mariscus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 252.-S. Mariscus *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 20. *n.* 49.

In profundis fossis, paludibus etc. *Solfatara di Tivoli.*

Perenn. Flor. Junio. Spiculae flavescenti-fuscae.

FIMBRISTYLIS.

104. *dichotomus Vahl. En.* 2. *p.* 287. *n.* 8. Calamo triquetro striato basi folioso: foliis vaginantibus setaceis pubescentibus: umbella spuria decomposita vel simplici, involucro laxo ciliato sub-3-phyllo, breviori: spiculis ovato-oblongis subulatis, intermedia sessili: glumis ovatis mucronatis: achenio multi-costato, sulcis transverse rugosis: setis nullis.

F. dichotomus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 310.- Scirpus annuus *Maur. Rom. Pl. Cent.* 13. *p.* 4.

In aquosis ad ripas Tiberis.

Annuus. Flor. Julio-Augusto. Spiculae albo-lutescentes tandem ferrugineae.

SCIRPUS.

* Caryosis setis basi cincta.

105. *lacustris L. Sp. Pl. p.* 72. Calamo tereti nudo basi vaginante: vaginis filiformibus imbricatis, ultimis majoribus, in folium brevem, desinentibus: umbella spuria supradecomposita terminali, involucro irregulari 2-phyllo: spiculis ovatis: glumis ovato-acutis vel marginato-mucronulatis: achenio obovato-lenticulari: setis 4–6 retrorsum hispidis.

S. lacustris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 21. *n.* 53. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 280.

In rivulis, lacubus, stamnis aqua puriore communis.

Perenn. Fl. Junio–Julio. Spiculae subferrugineae, carina saepe viridi.

106. *maritimus L. Sp. Pl. p.* 74. Calamo erecto acute triquetro, inferius folioso: foliis vaginantibus canaliculatis, calamo subaequalibus: spiculis ovato-oblongis sessilibus fasciculatis, in umbella spuria congestis: involucro

2–4-phyllo, foliolis inaequalibus, umbellam superante: glumis ovato-concavis apice multidentatis, dente medio aristato: cariopside obovata subtrigona: setis retrorsum hispidis.

S. maritimus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 21. *n.* 54. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 298.

In maritimis, palustribus, et agri romani fossis. *Ostia*, *Fiumicino*, *Marcigliana* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae ferrugineo-fuscae tandem nigrigantes.

** Caryopsis basi nuda.

107. *Holoschoenus L. Sp. Pl. p.* 72. Calamo tereti nudo basi vaginato: vaginis 2–3 acutis, margine membranaceis, serio laceris: foliis semiteretibus canaliculatis, calamo subaequalibus: umbella spuria simplici, radiis inaequalibus: involucro 2-phyllo folioso, altero longissimo, altero abbreviato patulo: spiculis aggregato-capitatis: glumis obovatis obtusis breviter mucronulatis: caryopside accuminato-triquetra leviter punctato-scabra.

S. Holoschoenus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 21. *n.* 55. *α.*– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 282.

γ Bert. Calamo brevi, capitulis duplo triploque crassioribus subsolitariis.

S. holoschoenus *β Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 22.

In pratis humidis et palustribus ad scaturigines aquarum etc. vulgaris etiam varietas.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Spiculae subvirides, lineis vel maculis ferrugineis, notatae.

108. *Savi Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 22. *n.* 56. Calamo filiformi basi folioso: foliis setaceis striatis basi vaginantibus, calamo brevioribus: spiculis ovatis sessilibus subgeminatis, involucrum 2-phyllum, foliolis basi dilatatis, subaequantibus: glumis ovatis mucronatis: caryopside tuberculata.

S. Savi *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 288.

In inundatis maritimis frequens *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Annua. Fl. Majo. Spiculae fuscae.

ELEOCHARIS.

109. *palustris Röem. et Schult. Syst. veget. t.* 2. *p.* 151. *n.* 9. Calamo tereti-compresso nudo basi arcte vaginato: vaginis paucis striatis truncatis: foliis nullis: spicula oblonga lerminali: glumis ovatis sensim acutiusculis triandris: caryopside lenticulari glabra, setis subsenis, breviore.

E. palustris *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 305.-Scirpus palustris. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 20. *n.* 52. - S. Equiseti capitulo majori. *H. Rom. t.* 8. *p.* 11.

In paludosis frequens.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Glumae rufae vel nigro-ferrugineae.

ERIOHPORUM.

110. PUBESCENS *Schult. Syst. Veg. Mant.* 3. *p.* 541. Calamo tereti superne 3-gono: foliis planis linearibus, apice trigonis, basi longe vaginantibus: umbella spuria ex parte nutante, involucro 2-phyllo, foliolis inaequalibus: peduncolis scabris: spiculis ovoideis solitariis: glumis ovato-oblongis acutis: caryopside tenui acute triquetra: villis, spicula, duplo longioribus.

E. pubescens. *Fior. App. al Pr. della Flor. Rom p.* 2. *n.* 2.- *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 318.

In paludosis secus Ariciam.

Perenn. Flor. Augusto. Spiculae nigro-virentes, glumis margine membranaceis.

CYPERUS.

111. FLAVESCENS *L. Sp. Pl. p.* 69. Radice fibrosa: calamo 3-quetro basi folioso: foliis angustissimis superius liberis, inferius vaginantibus: involucro 3-phyllo, foliolis planis plicatisve, umbellam subcompositam, superantibus: spiculis lanceolatis: glumis ovatis concavo-compressis: caryopside lenticulari mintissime punctato-scabra.

C. flavescens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 25. *n.* 58. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 261.

In aquosis circa fontes. *Piazza di s. Pietro.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Glumae flavescentes.

112. FUSCUS *L. Sp. Pl. p.* 69. Radice fibrosa rufescente: calamo 3-quetro basi folioso: foliis linearibus, basi vaginantibus: involucro sub-3-phyllo longissimo: umbella spuria supradecomposita: spiculis linearibus compresso-planis, in capitulos pedunculatos vel sessiles, congestis: glumis mucronatis: caryopside acute 3-quetra.

C. fuscus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 23. *n.* 59.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 263.-C. minimus panicula sparsa nigricante. *H. Rom. t.* 8. *p.* 11.

In aquosis ad fossas communis.

Flor. sera aestate. Glumae nigrae vel fusco-virentes, carina et margine viridi.

113. TENORII *Tineo App. ad Cat. Pl. H. Panor p.* 278. Radice repente tuberosa, tuberibus azonis filipendulis: calamo 3-quetro basi folioso, foliis

canaliculatis altiore: umbella spuria simplici vel decomposita, radiis erecto-patulis, involucro 3-5-phyllo, brevioribus: glumis acutiusculis subdiscretis: caryopside 3-quetra apiculata.

C. Tenorii. *Sang. Cent. tres p.* 12. *n.* 19.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 265.

In litore arenoso prope Hostiam.

Perenn. Flor. Junio. Glumae lutescentes, carina viridi.

114. OLIVARIS *Targ. diss. p.* 6. Radice repente, tuberibus horizontalibus subovatis obsolete zonatis: clamo 3-quetro basi folioso : foliis viridibus carinatis, apice margine et carina scabris: involucro 3-5-phyllo , foliolis inaequalibus, umbella supradecomposita, longiore: spiculis lineari-lanceolatis acutis glumis nervosis carinatis obtusis: nucula oblonga acute 3-quetra.

C. rotundus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 22. *n.* 57.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 267 – C. rotundus esculentus angustifolius. *H. Rom. t.* 8. *p.* 12.

In sabulosis, vineis, hortis nimium frequens; infestissima planta.

Vulgo. *Radichiella, sgarzella.*

Perenn. Flor. Julio. Glumae rubro-spadiceae nitidae, carina viridi, marginibus albidis.

115. LONGUS *L. Sp. Pl. p.* 57. Radice crassa repente: calamo 3-quetro inferne folioso: foliis carinatis striatis , margine saepius scariosis: involucro 4-5-phyllo, foliolis inaequalibus , longissimis: umbella spuria supradecomposita, radiis elongatis strictis: spiculis lineari-lanceolatis valde compressis alternis: caryopside acute 3-quetra, apice incrassato.

C. longus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 24. *n.* 61. – *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 269.- C. odoratus radice longa sive. C. offic. *H. Rom. t.* 8. *p.* 11.

In fossis ubique.

Vulgo. *Paglia da sedie.*

Perenn. Fl. Junio-Julio. Glumae spadiceae, dorso et carina, albo-virentes.

116. BADIUS *Desf. Fl. Atl. t.* 1. *p.* 45. *t.* 7. *f.* 2. Radice repente: calamo basi folioso 3-quetro: foliis carinatis margine dorsoque serrulatis scabris: involucro sub-3-phyllo inaequali, umbellae radiis compositis erecto-patentibus, longiore: spiculis linearibus acutis teretiusculis mox compressis: glumis retusis, caryopside 3-gona.

C. badius. *Sang. Cent. tres p.* 13. *n.* 20.

In aquosis ad fossas.

Perenn. Flor. Majo ad Augustum. Glumae badiae, carina virenti, margine castaneo fusco.

117. MONTI *L. Sp. Pl. p.* 102. Radice fibrosa lete virenti: calamo 3–

quetro basi folioso: foliis linearibus carinato 3-quetris intus spongiosis: involucro 3-4-phyllo, foliolo unico longissimo: umbella supradecomposita, radiis compressis inaequalibus: spiculis lineari-lanceolatis turgidiusculis late imbricatis: glumis concavis ovato-obtusis caryopside compressa striata.

C. Monti. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 23. *n.* 60.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 272.

In udis ad fossas, ripas etc. communis.

Perenn. Flor. Majo-Augusto. Glumae rufae, carina viridi, marginibus subscariosis.

Obs. Species omnes Cypereorum, radicibus ut plurimum reptantibus, quibus muniuntur, ad firmandas et sustinendas fluviorum ripas, aptissimae, item ad tegendas aedes agricolas, ad texendas Storeas et ad stramem Pecori suppeditandum. Inter species vero a nobis enumeratas, folia Cyperi longi utilissima, quibus phialas vitreas, et vulgares sedes teguntur, unde summopere a negotiatoribus expetita. Culmis Scirpi Holoschoeni parvas cistas conficimus ad lac coagulatum excipiendum, et medulla flexibili, qua habundant, ad parvas nocturnas lucernas halendas utimur.

NARDUS.

118. STRICTA *L. Sp. Pl. p.* 77. Radice firma, fibris horizontaliter repentibus: culmo erecto caespiteso duro brevi superius nudo: foliis setaceis subglaucis arcte culmum vaginantibus: spica recta filiformi: perigonii gluma calycina convoluto-cucullata, inferius lateraliter aperta, apice integra, quandoque 2-dentata aut rostrata, gluma corollina 2-valvi, valvis inaequalibus subulatis in anthesi patulis, externa minori, internam, amplexaute.

N. stricta *Sang. Cent. tres p.* 21. *n.* 40. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 824.

In pascuis apenninis sterilibus copiose. *Monte la Rosa* in Umbria.

Perenn. Flor. aestate. Spiculae virides quandoque purpureae.

Usus. Culmi et folia vitibus ligandis, nec non maceratione subiecta, funibus texendis inserviunt.

DIANDRIA DIGYNIA

ALOPECURUS.

119. AGRESTIS *L. Sp. Pl. p.* 89. Culmo erecto superne scabriusculo: foliis linearibus acuminatis margine scabridis: vaginis superioribus subinflatis: ligula brevissima obtusa. Racemo spicaeformi cylindraceo gracili attenuato: perigoni, glumae calycinae, valvis aequalibus ad medium connatis, nervo carinali ciliolato, superne tantum alatis: glumae corollinae valva solitaria ovato-lanceolata supra basim aristata, arista geniculata duplo longiore, tandem refracta.

A. agrestis. *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 29. *n.* 74. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 370.

In pratis et pascuis communis.

Annua. Flor. Majo. Spiculae virentes.

120. *bulbosus L. Sp. Pl. p.* 1665. Radice bulbosa: culmo erecto glabro striato basi subgeniculato: foliis glabris linearibus brevibus: ligula longiuscula ovato-lanceolata. Racemo spicaeformi gracili aequali obtuso: perigonii glumae calycinae valvis acutis liberis, nervo carinali minute ciliato: gluma corollina 1-valvi breviore 3-nervi truncata inferius aristata: arista, valva, triplo longiore.

A. bulbosus *Maur. Cent.* 13. *p.* 6.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 272.

In pratis depressis. Inter Tiberim et *Tor di Quinto*.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Spiculae viridi–coerulescentes.

121. *geniculatus L. Sp. Pl. p.* 89. Radice fibrosa: culmo ascendente inflato ad nodos infracto: foliis linearibus glabris, vaginis inflatis: ligula brevi ovato-obtusa. Racemo spicaeformi gracili aequali obtuso: perigonii glumae calycinae valvis obtusis subaequalibus 3-nerviis, carina villosi, basi connatis, valva corollina obtusa ad medium aristata, arista exerta vel inclusa.

A. geniculatus. *Sang. Cent. tres p.* 15. *n.* 26.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 373.

In pratis udis prope *Castelluccio*.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae pallide virentes.

122. *utriculatus Sibth. et Smith. Flor. Graec. Pr. t.* 1. *p.* 43. Radice fibrosa: culmis ascendentibus vel erectis: foliis angustis brevibus: vaginis utriculato-inflatis successive majoribus, culmum ut plurimum obducentibus: ligula vix lineari senio lacera: racemo spicaeformi ovato: perigonii glumae calycinae, valvis compressis, ultra medium connatis, medio dorsi callosis, carina infra collum alata dense villosa, glumae corollinae valva longe aristata, arista geniculata.

A. utriculatus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 29. *n.* 75. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 375.- Tozzettia pratensis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavi p.* 70. *n.* 225.

In pratis et pascuis vulgaris.

Annua. Flor. Aprili. Spiculae albo-virentes.

PHLEUM.

123. *pratense L. Sp. Pl. p.* 87. Radice robusta repente: culmo tereti nodoso suberecto, basi saepe bulboso: foliis linearibus acuminatis margine scabriusculis: vaginis striatis suprema subinflata: ligula lata obtusa brevissima, in foliis superioribus, acuminata. Racemo spicaeformi oblongo-cylindraceo: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus truucatis, carina ciliatis, la-

teribus pubescentibus: aristis rectis ciliatis valvarum longitudine: glumae corollinae valvis dimidio brevioribus, externa grandiore, internam amplexante.

Ph. pratense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 33. *n.* 84.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 348.

β humilis. Racemo spicaeformi abbreviato. *Bert. l. c.*

Ph. pratense *β et γ Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. l. c.*

Varietas passim in argillosis collibus et pascuis, species ad radices montis Lucretilis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae albentes.

124. *alpinum L. Sp. Pl. n.* 88. Radice tuberosa: culmo tereti subsolitario ascendente, superius nudo: foliis linearibus acuminatis, margine scabriusculis: vaginis striatis, suprema subinflata: ligula lata obtusa brevissima, in foliis inferioribus acuminata. Racemo spicaeformi oblongo-cylindraceo: perigonii, glumae calycinae, valvis aequalibus truncatis, carina ciliatis, lateribus pubescentibus: aristis rectis ciliatis longitudine valvarum: glumae corollinae valvis dimidio brevioribus, externa majore.

Ph. alpinum *Sang. Cent. tres p.* 14. *n.* 24.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 250.

In pratis alpinis Umbriae communis.

Perenn. Flor. Aestate. Spiculae coerulescentes aut albidae.

125. *Gerardi. W. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 1. *p.* 385. *n.* 3. Radice in tuberculum incrassata: culmo tereti erecto striato: foliis linearibus acuminatis glabris: vaginis striatis ut plurimum inflatis: ligula brevi truncata lacera. Racemo spicaeformi subovato: glumae calycinae valvis lanceolatis concavo-compressis truncatis dense ciliatis, in aristam scabram, valva breviorem, productis, glumae corollinae valva externa ampla subtruncata apice setigera, interna acuta angusta.

Ph. Gerardi *Sang. Cent. tres p.* 15. *n.* 25.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 353.

In pratis apenninis Umbriae ac prope Nursiam.

Perenn. Flor. Julio. Spiculae albido-villosae.

126. *Micheli W. En. Hort. Berol. t.* 1. *p.* 85. Radice fibrosa: culmo glabro striato, inferius geniculato-infracto: foliis brevibus, radicalibus numerosis: vaginis striatis, superioribus laxiusculis: ligula obtusa mucronata. Racemo spicaeformi composito cylindraceo superius attenuato hirsuto: perigonii glumae calycinae valvis oblique truncatis, nervo dorsali producto cuspidatis, carina dense ciliatis, glumae corollinae 2-valvis, valvis inclusis subbrevioribus, valva externa latiore.

Ph. Micheli *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 34. *n.* 85.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 358.

In agris et viis communis.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae albo-virides.

127. ARENARIUM *L. Sp. Pl. p.* 88. Radice fibrosa sublanuginosa: culmo simplici subcaespitoso glaberrimo superius nudo: foliis linearibus striatis angustis margine scabris: vaginis latiusculis, suprema inflata: ligula oblonga obtusa. Racemo spicaeformi composito cylindrico gracili: perigonii glumae calycinae ovatae, valvis navicularibus compressis, dorso asperis, margine membranaceis, carina ciliatis, glumae corollinae valvis exquisite nervosis apice denticulatis, triplo brevioribus, externa latiore.

Ph. arenarium. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 862.– Phalaris subulata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 33. *n.* 82.

In pratis collibus et viis vulgaris.

Annua. Flor. Junio. Spiculae albo-virentes quandoque purpurantes.

POLYPOGON.

128. MONSPELIENSIS *Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 2. *p.* 325. *n.* 1. Radice fibrosa: culmo erecto tereti striato quandoque scabriusculo: foliis linearibus acuminatis scabris: vaginis striatis, superioribus subinflatis: ligula oblonga puberula apice sublacera. Racemo spicaeformi composito oblongo densissimo: perigonii glumae calycinae valvis scabro-puberulis, apice integris aristatis, arista tenui simplici scabriuscula, valvis triplo longiore, glumae corollinae valvis inclusis, calycinis dimidio brevioribus, externa latiore apice argute denticulata, internam muticam apice 2-dentatam, amplexante.

P. monspeliensis. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 379.– Santia plumosa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 28. *n.* 72.

In pratis maritimis udis frequens. Copiose apud Ostiam Tiberis.

Annua. Flor. Junio-Julio. Spiculae viridi-albicantes senio flavidae.

129. MARITIMUS *Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 1. *p.* 226. *n.* 3. Radice fibrosa: culmo brevi simplici quandoque geniculato: foliis linearibus angustissimis glabris: vaginis striatis, suprema subinflata: ligula truncata lacera. Racemo spicaeformi composito cylindraceo abbreviato: perigonii glumae calycinae valvis 2-fidis, margine exquisite ciliatis, intra segmenta aristatis: arista tenui, valvis quadruplo longiore, glumae corollinae inclusae, valvis muticis brevissimis, externa, internam angustiorem, amplexante.

P. maritimus. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 381. – Santia maritima. *Fior. App. al Pr. della Fl. Rom. p.* 3. *n.* 4.

Circa Anxur communis in saxosis ad rupium fissuris.

Annua. Flor. Majo. Spiculae pallide flavo-virentes.

MILIUM.

130. EFFUSUM *L. Sp. Pl. p.* 90. Radice fibrosa stolonifera: culmo erecto glabro striato: foliis lato-linearibus planis retrorsum scabris: vaginis glabris: ligula oblonga lacera oblique truncata. Panicula patenti, ramis capillaribus inaequalibus subverticillatis: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus ovatis obtusis scabriusculis muticis, glumae corollina valvis ovatis acutiusculis, externa latiore, internam amplexante: caryopside arcte tunicata.

M. effusum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr.* 26. *n.* 68.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 383.

In nemoribus. *Albano, Palazzuola, Genzano.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae pallide virentes.

131. PARADOXUM *L. Sp. Pl. p.* 90. Radice fibrosa robusta: culmo tenui subcaespitoso scabriusculo, basi subbulboso: foliis planis linearibus scabris: ligula brevissima truncata sublacera utrinque basi barbata. Panicula patente laxa depauperata: perigonii glumae calycinae valvis ovato-lanceolatis glabris muticis, glumae corollinae brevioris, valvis pubescentibus longe aristatis, externa latiore, internam, omnino obvolvente: caryopside arcte tunicata.

M. paradoxum. *Sang. Cent. tres p.* 13. *n.* 21.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 385.

Circa Tibur in marginibus viarum.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae viridi-membranacae.

132. MULTIFLORUM *W. En. Hort. Ber. t.* 1. *p.* 94. Radice fibroso-stolonifera: culmo erecto glabro striato inferius ramoso: foliis planis linearibus acuminatis margine scabris: vaginis brevibus glabris: ligula brevissima truncato-lacera. Panicula elongata laxa diffusa multiflora: perigonii glumae calycinae ovatae, valvis subaequalibus lanceolatis, glumae corollinae valvis minoribus glabris acuminatis, externa laxiore aristata: arista geniculata scabrida, valva duplo longiore: caryopside scabra arcte tunicata.

M. multiflorum. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 386. - Agrostis milium comosum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 36. *n.* 69.-A. miliacea *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 23. *n.* 2.

In muris et montium saxosis communis.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae pallide virentes aut viridi-purpurantes.

133. LENDIGERUM *L. Sp. Pl. p.* 90. Radice fibrosa. culmo gracili tereti glabro: foliis planis linearibus scabris: vaginis quandoque scabriusculis, suprema aliquando ventricosa: ligula breviuscula obtusa saepe lacera. Racemo spicaeformi in anthesi laxiusculo: perigonii glumae calycinae valvis aristato-

acuminatis, basi ventricosis, glumae corollinae valvis minoribus, externa pilosa intra apicem aristata: arista exerta articulata contorta: caryopside tecta.

M. lendigerum. *Fior. App. al Pr. della Fl. Rom. p.* 3. *n.* 3. - *Bert. Fl. It.* t. 1. *p.* 390.-

Prope Tibur loco dicto *Monte spaccato.*

Annua. Flor. Junio. Spiculae albo-nitidae.

STIPA.

134. PENNATA *L. Sp. Pl. p.* 115. Radice crassa, fibris pubescentibus flexuosis: culmo caespitoso tereti-glabro: foliis filiformibus involutis scabriusculis: vaginis glabris successive imbricatis, suprema spathiformi: ligula brevi demum fissa, in foliis superioribus elongata. Panicula pauciflora: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus attenuatis acutis persistentibus, flore dedeciduo, longioribus, glumae corollinae valvis aequalibus, externa basi villosa, margine ciliata: arista plumoso-sericea, infra geniculum nuda.

S. pennata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 25. *n.* 65. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 685.

In siccis montanis. Magna manu circa *Palombara, s. Polo* etc.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae nitidae pallide virentes.

Vulgo. *Lino delle Fate, Stuccica orecchi,* uti aliae species hujus generis, quarum aristae longissimae ad ornandos pileos villicorum inserviunt.

135. CAPILLATA *L. Sp. Pl. p.* 116. Radice crassiuscula fibris flexuosis: culmo caespitoso tereti rigido crassiusculo: foliis filiformibus planis tandem involutis, pagina inferiore pubesentibus: vaginis scabris, suprema spathiformi: ligula foliorum superiorum acuminata. Panicula ramosiuscula tandem patula: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus attenuato-acuminatis, flore sublongioribus, glumae corolline valvis aequalibus, externa superne glabra, adulta pluries curvata.

S. capillata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 25. *n.*66.- *Bert. Fl.It.t.*1. *p.* 686.

In montosis sterilibus. *S. Paolo, monte Lucretile* etc.

Perenn. Flor. Julio. Spiculae stramineo-virides, aristis argentinis.

136. TORTILIS *Desf. Fl. Atl. t.* 1. *p.* 99. *tab.* 31. *f.* 1. Radice tenui fibris flexuosis villosiusculis: culmo caespitoso crasso quandoque ramoso: foliis linearibus brevibus, margine et carina scabris, pagina superiore pubescentibus, tandem convolutis: vaginis laxiusculis strictis, suprema spathiformi inflata: ligula brevissima truncata ciliata. Racemo terminali densifloro: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus angustissimis attenuatis acutis, flore deciduo, duplo vel triplo longioribus, glumae corollinae valvis aequalibus, externa, aristaque contorta, hirta: arista supra geniculum refracta recta scabrida.

S. tortilis *Sang. Cent. tres p.* 19. *n.* 34. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 688.– Spartium spica, et setulis tenuissimis caudam equinam aemulantibus *Bocc. Mus. di piant. dec.* 9. *p.* 138. *tab.* 97.

Copiosa juxta viam tiburtinam prope *Lago de' Tartari*, et circa Tibur ad vias in herbosis.

Annua. Flor. Junio. Spiculae nitidae albo-virentes.

Obs. Aristae invicem convolutae tandem liberae diffluunt.

ARISTELLA.

137 BROMOIDES *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 690. Radice fibrosa, fibris simplicibus flexuosis: culmo caespitoso striato glabro superius nudo: foliis linearibus angustissimis scabris, pagina inferiore glabris, tandem convolutis: vaginis arctis striatis: ligula obsoleta. Panicula composita gracili laxiflora: perigonii glumae calycinae, valvis subaequalibus acuminatis, dorso nervosis, margine scabris, flore sublongioribus, glumae corollinae, valva externa acuta, apice aristata, arista simplici recta scabrida subduplo longiore, interna membranacea abbreviata.

Stipa aristella *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 26. *n.* 67.

In montium viis aridis, et ad rupes. *Palombara*, ad radices montis Lucretilis, et in locis proximis.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae pallide virentes.

AGROSTIS.

138. VULGARIS *Smith. Engl. Fl. t.* 1. *p.* 91. Radice repente: culmo ascendente vel erecto superius nudo: foliis scabris angustis linearibus successive minoribus: vaginis arctis glabris : ligula obtusa erosa longitudine varia. Paniculae ramis verticillatis trichotomis: perigonii, glumae calycinae, valvis subaequalibus acuminatis, carina scabris, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa plerumque mutica, interna retusa dimidio breviore.

A. vulgaris. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 402.- A. vulgaris *α, et κ Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 27. *n.* 70.

β polymorpha. Valva calycina externa mutica vel aristata, arista dorsali articulata. *Bert. l. c.*

A. vulgaris *β Seb. et Maur. l. c.*

Vulgatissima in collibus arenosis ad oras nemorum, aeque ac in montibus; *β quarti di Marino* secus scaturiginem aquae sulphureae.

Perenn. Flor. Junio–Julio. Spiculae pallido-virentes, quandoque dilute purpurascentes.

139. VERTICILLATA *Vill. Hist. des Plant. de Dauph. t. 2. p. 74.* Radice fibroso-ramosa: culmo caespitoso ascendente inferius saepe radicante: foliis planis acuminatis scabriusculis: laciniis striatis laxiusculis: ligula truncato-lacera. Panicula racemoso-composita, ramis densifloris semiverticillatis: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus obtusis pubescentibus, glumae corollinae valvis brevioribus longitudine aequalibus, externa latiore.

A. verticillata. *Bert. Fl. It. t. 1. p. 408.* - A. milium comosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p. 26. n. 69.*

In muris et montium saxosis communis.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae albo-virentes, quandoque atro-viridi-purpurascentes.

140. PUNGENS *Vhal. Symb. t. 1. p. 9.* Radice crassa ramosa, fibris stoloniferis reptantibus squamosis: culmo rigido erecto, apice tantum nudo: foliis grabris disticis canaliculatis serrulatis apice mucronatis margine scabris superius approximatis: vaginis brevibus superimpositis: ligula pilosa, pilis congestis. Panicula tyrsoidea acuta densa in anthesi subpatula: perigonii glumae calycinae valvis inaequalibus lanceolatis obtusis, majore duplo sublongiore, glumam corollinam 2-valvem, valvis aequalibus obtusis, aequante.

A. pungens. *Bert. Fl. It. t. 1. p. 409.*

In litore marino prope *Ostia.*

Flor. Septembri. Spiculae glabrae, pallide virentes.

CRYPSIS.

141. ACULEATA *W. Sp. Pl. t. 1. par. 1. p. 158.* Radice fibrosa: culmo ramosissimo compresso: foliis rigidis pubescentibus margine scabriusculis: vaginis brevibus subinflatis apertis: ligula fasciculo pilorum. Racemo contractissimo capituliformi hemispherico sessili: involucro 2-4-phyllo, foliis divaricatis mucronatis in vaginam latiorem productis: floribus diandris: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis acutis, glumae corollinae valva externa latiore.

C. aculeata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 29. n. 73.* - *Bert. Fl. It. t. 1. p. 363.*

In humentibus mare versus. *Ponticello d'Ostia.*

Annua. Flor. aestate. Spiculae albo-virentes, senio purpurascentes.

142. SCHOENOIDES *W. En. Hort. Ber. t. 1. p. 83.* Radice fibrosa: culmo ramoso procumbente compresso: foliis rigidis acutis saepius asperis: vaginis brevibus apertis, superioribus latioribus: ligula fasciculo pilorum. Racemo

contractissimo spicaeformi oblongo-cylindrico sessili: involucro sub-2-phyllo, foliis striatis, in vaginam latiorem, productis: floribus triandris: perigonii glumae calycinae valvis, carina ciliato scabra, glumae corollinae valva externa latiore.

C. schoenoides *Maur. Cent.* 13. *p.* 5.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 365.- Gramen aquaticum typhinum supinum Italicum minus. *Barrel. Ic.* 54.

In locis humentibus ad ripas Tiberis.

Annua. Flor. Julio-Augusto. Spiculae viridi-glaucescentes uti tota planta.

143. ALOPECUROIDES. *W. En. Hort. Ber. t.* 1. *p.* 86. Radice fibrosa: culmo caespitoso procumbente geniculato: foliis angustis laevibus: vaginis longis arctis: ligula fasciculo pilorum. Spica cylindrica inferne attenuata nuda: floribus triandris: perigonii glumae calycinae valvis carina pilosis, glumae corollinae valva externa, carina subciliata.

C. alopecuroides. *Sang. Cent. tres p.* 14. *n.* 21.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 367.

In humidis circa urbem.

Annua. Flor. Julio-Augusto. Spiculae virentes, quandoque purpurantes, et etiam viridi-fuscae.

LAPPAGO.

144. RACEMOSA *W. Sp. Pl. t.* 1. *par.* 1. *p.* 404. Radice tenui fibrosa, fibris flexuosis villosis: culmo caespitoso decumbente ascendente vel prostrato glaberrimo: foliis brevibus linearibus rigidis scabris: vaginis laxis compressis, superioribus spathiformibus: ligula fasciculo denso pilorum. Racemo terminali laxifloro in anthesi patente: perigonii glumae calycinae valvis admodum inaequalibus, externa aculeis hamatis echinata, interna minima nuda, glumae corollinae valvis oppositis, externa resupinata majori.

L. racemosa. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 821.- Tragus racemosus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 34. *n.* 86.- Gramen caninum maritimum spica echinata *Barrel. Ic.* 718.

In collibus siccis et plateis. *Tivoli sul monte della Croce*, *piazza del Quirinale*, *Vaticano* etc.

Annua. Flor. Julio. Spiculae purpurascentes.

HORDEUM.

145. BULBOSUM *L. Sp. Pl. p.* 125. Radice bulbosa: culmo caespitoso erecto crasso superne nudo: foliis linearibus latiusculis acuminatis pilosis: vaginis glabris: ligula brevissima truncata. Spica terminali compressa elongata, floribus disticis, rachide compressa articulata: floris intermedii subses-

silis gluma calycina externa aristata, florum lateralium pedicellatorum mutica: floris hermaphroditi glumae corollinae valvis aequalibus, arista rigida stricta, interna mutica 2-dentata, masculi valvis muticis: squamis nectariferis obtusis longe ciliatis.

H. bulbosum. *Sebast. En. Pl. Amph. Flvii p.* 50. *n.* 126.-*Bert Fl. It. t.* 1. *p.* 777.- H. strictum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 64. *n.* 153.- Gramen secalinum, bulbosa radice, seu ex Alepo. *Barrel. Ic.* 112. *f.* 2.

In pratis et pascuis nil communius.

Perenn. Flor. Aprili ad Junium. Spiculae virides.

146. *MURINUM. L. Sp. Pl. p.* 126. Radice fibrosa, fibris villosis: culmo caespitoso ascendente, inferius nodis infracto: foliis linearibus latiusculis scabris: vaginis striatis laxis glabris, superioribus subventricosis: ligula brevissima truncata. Spica terminali compressa breviuscula, floribus disticis: rachide articulata, lapsu florum, evanida: perigonii glumae calycinae florum lateralium pedicellatorum valvis scabris, floris intermedii subsessilis, ciliatis, glumae corollinae valvis in omnibus floribus aequaliter aristatis, aristis erecto-patulis: squamis nectariferis duabus aequalibus.

H. murinum. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 50. *n.* 125.- *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 64. *n.* 154.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 779.-

Ubique ad vias et muros.

Annuum. Flor. a Martio ad Augustum. Spiculae albo-virides.

147. *MARITIMUM With. Bot. Arrang. p.* 172. Radice fibrosa, fibris firmis flexuosis: culmo caespitoso decumbente, nodis infracto: foliis scabridis lineari-acuminatis: vaginis striatis inferioribus pilosis, superioribus laxiusculis glabris, suprema spathiformi: ligula brevissima erosa. Spica densa, floribus disticis pedicellatis scabris, intermedio subsessili: rachide articulata, lapsu florum evanida: perigonii glumae calycinae valvis canaliculatis capillaribus, interna, florum lateralium, semilanceolata, glumae corollinae, in floribus lateralibus, valvis brevius aristatis, aristis omnibus erecto-patulis: squamis nectariferis dense pilosis.

H. maritimum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 65. *n.* 155.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 782.- Gramen hordaceum minimum *Barrel. Ic.* 111. *f.* 1.

In viis urbis, marginibus agrorum, et in maritimis comune.

Annuum. Flor. Majo-Junio. Spiculae virentes.

Obs. Omnes hordei species enumeratae, cibum pessimum jumentis praebent, ideo a pabulis sedulo expellendae, ne aristis scaberrimis, quibus gaudent, graves gutturis inflammationes excitent.

DIGITARIA.

148. *sanguinalis* *Wild. En. Hort. Ber. t.* 1. *p.* 92. Radice fibrosa, fibris numerosis ramosis: culmo decumbente, quandoque ramoso striato: foliis lato-linearibus margine subundulatis, vaginisque striatis, papilloso-glandulosis: ligula brevi truncata. Spicis erecto-patulis, rachide lineari flexuosa basi articulata: floribus secundis geminatis, altero breviter pedicellato: perigonii glumis imbricatis: gluma corollina parum exerta, glumae calycinae valva externa majore ovato-oblonga concavo-2-nervia, cui apposita valva altera minima ovato-cordata, interna lanceolata, dimidio breviore.

D. sanguinalis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 36. *n.* 91.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 414.

β ciliaris. Valva calycina majore, margine nervisque dorsalibus, hirsuta.

D. ciliaris. *Fior. App. al Prod. della Flor. Rom. p.* 3. *n.* 6.

Nil communius.

Annua. Flor. Junio-Julio. Spiculae virides, non raro plus minus purpurascentes.

CYNODON.

149. *Dactylon*. *Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 85. *n.* 1. Radice late repente ad articulos squamosa: culmo stolonibus reptantibus decumbente, florigeris assurgente: foliis disticis linearibus margine scaberrimis: vaginis imbricatis, superioribus elongatis liberis: ligula brevissima ad basim utrinque barbata. Spicis filiformibus digitatis basi barbatis: floribus secundis, rachide flexuosa hinc nuda, adpressis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus lanceolatis patentibus, margine scabris, carina denticulatis, glumae calycinae longiusculae valvis cartilagineis, externa latiuscula, internam, occultante.

C. Dactylon. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 36. *n.* 98.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 412.- Gramen Crucis seu cruciatum tetradactylon. *Barrel. Ic.* 753.

Ubique in viis plateis et cultis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae virentes aut viridi-purpurantes.

Usus. Radices perquiruntur ad equos saginandos, et ad remedia resolventia paranda, vulgo notae sub nomine *Gramigna Gramiccia.* Canes scabritie foliorum proprium stomacum provocant, ideo vulgo etiam nota sub nomine *Erba canina.*

PHALARIS.

150. *nitida* *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 26. Radice fibrosa: culmo tereti erecto striato, nodis fuscis: foliis linearibus: vaginis striatis, superio–

ribus inflatis: ligula elongata saepe acuta. Racemo ovoideo spicaeformi: perigonii glumae calycinae valvis oblongis, basi angustatis, carina integra anguste alata, corollinae 4-valvis, valvis externis minimis , concavo-obtusis glabris, internis villosis.

Ph. nitida. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 338.- Ph. canariensis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 30. *n.* 77.

β maritima. Spiculis longiusculis, ala calycina inferne non producta.

In pascuis communis; β ad Ostiam Tiberis.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae virides, senio stramineae , elegantissimae, valvis, linea viridi latiuscula, notatis.

151. NODOSA *L. Syst. Veget. ed.* 13. *p.* 88. Radice tuberoso-fibrosa , tuberibus tunicatis superimpositis : foliis planis acutis rigidiusculis scabris: vaginis striatis, suprema subinflata: ligula grandiuscula late ovata, modo integra modo lacera. Racemo spicaeformi cylindrico: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis acutis, carinae ala angusta integra continuata, glumae corollinae 3-valvis valva externa brevi lanceolato-lineari pilosa basi callosa , valvis internis inaequalibus, majore villosa, minore dorso ciliata.

Ph. nodosa. *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 30. *n.* 78.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 339.- Gramen typhinum, phalaroides arvense bulbosa radice. *Barrel. Ic.* 10.

In pascuis nonnullis ad Urbis occidente: magna manu prope *Ponte galera*, et in locis proximis.

Perennis Flor. Junio-Julio. Spiculae virides , valvis externis linea viridi notatis.

152. AQUATICA *L. Amoen. Acad. t.* 4. *p.* 264. *n.* 6. Radice tuberoso-fibrosa , tuberibus oblongis superimpositis: culmo caespitoso ascendente vel erecto: foliis linearibus acutis rigidiusculis glabris: vaginis laxiusculis, suprema inflata: ligula membranacea olongata apice erosa. Racemo spicaeformi oblongo: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis mucronatis superne carinatis: carina late alata eroso-dentata, infra mucronem truncata , corollina 2-valvi membranacea nuda.

Ph. aquatica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 31. *n.* 80.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 341.- Gramen typhinum, phalaroides, majus, bulbosum , aquaticum. *Barrel. Ic.* 700. *f.* 1.

In pascuis, et secus fossas communis.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae viridi-albentes, quandoque subviolaceae.

153. *minor* W. *En. Hort. Berol. p.* 83. *n.* 3. Radice fibrosa: culmo erecto vel ascendente inferius ad nodos infracto: foliis linearibus latiusculis carinatis margine scabrinsculis: vaginis striatis glabris, suprema subinflata: ligula subintegra latiuscula albo-membranacea. Racemo spicaeformi cylindraceo: perigonii glumae calycinae valvis obovatis acutis, carina subcontinuata superne anguste alata, ala breviter eroso-dentata, corollinae 3-valvis valvis internis inaequalibus, majore villosa, minore dorso ciliata, valva tertia lanceolato-lineari acuta basi squamoso-callosa, valva corollina minori, triplo breviore.

Ph. minor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 31. *n.* 79. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 342.

Frequens in pascuis.

Annua. Flor. Majo. Spiculae albo-virides.

154. *paradoxa* *L. Sp. Pl. p.* 1665. Radice fibrosa: culmo simplici, vel nodis inferioribus infractis, ramoso: foliis linearibus margine scabriusculis: vaginis striatis glabris, 2 vel 3 superioribus spathiformibus: ligula membranacea latiuscula sub erosa. Racemo spicaeformi oblongo obtuso: floribus inferioribus lateralibus neutris: perigonii glumae calycinae valvis muticis, in floribus mediis et superioribus fertilibus cuspidato-aristatis, ala carinali in omnibus truncata eroso-denticulata, glumae corollinae 4-valvis, valvis nitidis, duabus exterioribus minimis ovatis concavis, interiorum valva externa latiuscula.

Ph. paradoxa. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 63. *n.* 175.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 32. *n.* 81. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 343.

In pratis et inter segetes frequens.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae viridi-albicantes, carinae valvis saturate viridibus.

LAGURUS.

155. *ovatus* *L. Sp. Pl. n.* 19. Radice fibrosa, fibris tenuissimis flexuosis lanuginosis: culmo caespitoso vel solitario erecto vel ascendente inferius nodis infracto: foliis lanceolato-linearibus vaginisque striatis, suprema inflata, molliter pubescentibus. Racemo cylindrico vel ovato: perigonii glumae calycinae 2-valvis, valvis linearibus attenuato-aristatis, flore solitario, longioribus, arista plumosa, glumae corollinae 2-valvis, valva externa majore apice 2-fida, et 2-seta 5-nervia pilosa, medio aristata: arista longe exerta contorta tandem refracta, valva interna glabra acuminato-2-dentata.

L. ovatus. *Sebast. En. Amph. Flavii p.* 51. *n.* 129.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 25. *n.* 64.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 728.

In sterilibus et ad vias communis: in monte *Testaccio* copiosissima.

Annuus. Flor. Aprili-Majo. Spiculae mollissimae albo-sericeae.

AIRA.

* Gluma corollina mutica.

156. GRANDIFLORA. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 436. Radice, fibrillis flexuosis, subvillosa: culmo caespitoso basi bulboso: foliis brevibus linearibus ciliolatis, caulinis longius culmum vaginantibus: ligula membranacea sublacera. Racemo composito spicaeformi cylindrico, ramis abbreviatis, inferius interrupto: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus ovato-lanceolatis, majore 3-nervi, nervis superius evanidis, glumae corollinae longiusculae scarioso-sericeae, valva interna 2-dentata, externa, valvae corollinae majori, simili.

Koeleria aristata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 60. *n.* 144.

In montibus calcareis. Copiose in monte *Lucretili*, et in *Vettore* Umbriae.

157. PUBESCENS *Vahl. Symb.* 3. *p.* 9. Radice pubescente fibroso-ramosa: culmo subsolitario erecto vel ascendente: foliis vaginisque molliter pubescentibus: vagina suprema subventricosa: ligula ciliata. Racemo villoso densifloro cylindraceo obtuso: perigonii glumae calycinae valvis ciliatis, glumae corollinae, calycinae subaequalis, valva interna albido-membranacea 2-dentata, externa apice aristata, breviore: flosculo altero quandoque abortivo.

A. pubescens. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 439.– Koeleria villosa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 60. *n.* 145.– Gramen typhinum maritimum longius radicatum. *Barrel. Ic.* 717.

Obvia in arenosis maritimis. *Ostia, Fiumicino, Terracina* etc.

Annua. Flor. Junio. Spiculae viridi-albentes.

158. AQUATICA *L. Sp. Pl. p.* 90. Culmo stolonifero basi immerso, radicibus fibrosis reptantibus, superius erecto folioso: foliis planis vaginisque striatis glabris: ligula membranacea subintegra. Panicula demum patente ramis ramulisque alternis semiverticillatis: perigonii glumae calycinae valvis minimis ovatis inaequalibus, externa majore, glumae corollinae valvis, calycinis 3-plo longioribus, aequalibus obtusis apice membranaceis, externa 3-nervia, interna 2-nervia emarginata.

A. aquatica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 38. *n.* 95. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 442.

In hudis et fossis aquaticis non rara. *Grotta della Ninfa Egeria, Casetta di Mattei, Tor Marraccio, Palo* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae virides.

Obs. Panicula ramosissima in anthesi contracta.

** Gluma corollina aristata.

159. FLEXUOSA *L. Sp. Pl. p.* 96. Radice robusta, fibris flexuosis: culmo caespitoso basi dense folioso: foliis setaceis, caulinis paucis longe vaginantibus: ligula grandiuscula membranacea 2-fida. Panicula trichotoma pauciflora, rachide ramisque flexuosis: perigonii glumae calycinae valvis quidquam inaequalibus ovato-acuminatis in mucronulum productis, calycinis subaequalibus, glumae corollinae valva externa basi aristata, arista articulata, valvis duplo longiore, valva interna subangustiori apice 2-fida: flosculo abbortivo subpedicellato, hermaphrodito sessili, quidquam longiore.

A. flexuosa *Sang. Cent. tres p.* 14. *n.* 22.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 450.

In montibus calcareis secus *Allumiere della Tolfa.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae elegantiusculae pallide virentes, saepius albo-viridi purpureoque variegatae.

160. ARTICULATA *Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 77. *n.* 16. Glauca. Radice fibrillosa pubescente: culmo subcaespitoso , quandoque ramoso: foliis setaceis tandem convolutis , vagina suprema subventricosa producta. Panicula trichotoma tandem patente, ramis inferius nudis: perigonii glumae calycinae valvis acuminatis, glumae corollinae valvis inaequalibus , calycinis duplo brevioribus, externa basi aristata, interna breviori emarginata, arista medio articulata barbata superius clavata e valvis calycinis exerta.

A. articulata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 450.- A. canescen. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 37. *n.* 94.

In arenosis maritimis. *Ostia, Palo, Fiumicino* etc.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae virides albo-purpureoque variegatae.

Obs. Arista nigrigans, infra articulum anulo denticulorum notata.

161. CARYOPHYLLEA *L. Sp. Pl. p.* 97. Radice tenui fibrosa: culmo exili striato saepius solitario: foliis filiformibus superioribus vaginantibus , vagina suprema laxiuscula: stipula elongata acuminata. Panicula trichotoma pauciflora tandem divaricata: perigonii glumae calycinae valvis oblongis acutis aequalibus: glumae corollinae utriusque flosculi, valva externa majore apice 2-seta, dorso aristata, aristis exertis, valva interna apice 2-dentata.

A. caryophyllea *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 455. -

In pratis suburbanis et secus Anxur.

Ann. Flor. Aprili. Spiculae albo-virides vel viridi-purpureae.

Obs. Gramen pusillum elegantissimum.

162. CAPILLARIS *Spreng. Syst. Veget. t.* 1. *p.* 227. *n.* 32. Radice capillari fibrosa: culmo ut plurimum caespitoso simplici vel ramoso: foliis setaceis tandem convolutis: vaginis striatis, superioribus majoribus: ligula scariosa integra denticulata. Panicula trichotoma ramosissima demum divaricata: perigonii glumae calycinae valvis ovatis aequalibus sub erosis 2-floris: glumae corollinae inclusae valva externa breviter 2-fida, in altero floscolo aristata, valva interna minore angustiore, apice bidentata.

A. capillaris *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 457.

β aristata. Utroque flosculo aristato *Bert. Amaen. It. p.* 328 *et Fl. Rom. Pr. t.* 1. *p.* 458.

A. caryophyllea *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 37. *n.* 93.- Gramen phalaroides, sparsa panicula, minus angustifolium. *Barrel. Ic.* 44. *f.* 1.

In apricis herbosis et supra maenia civitatis praesertim ad *Testaccio*, *Palo*, *Fiumicino* etc.

Annua. Flor. Aprili. Spiculae nitidae viridi-rubellae.

Obs. Statura admodum variat.

MELICA.

* Valvis corollinis barbatis.

163. CILIALA *L. Sp. Pl. p.* 97. Radice repente fibris robustis: culmo striato glabro ut plurimum ascendente: foliis linearibus acuminatis striatis glabris: vaginis pubescentibus ascendendo minoribus: ligula alba subtriangulari apice lacera. Racemo composito spicaeformi: perigonii glumae calycinae 3-floris, valvis lanceolato-acuminatis, glumae corollinae, imi flosculi fertilis, valva externa 5-nervia, margine barbata, medio nuda scabra, valva interna minori apice 2-dentata, nervo utrinque ad marginem inflexum, flosculo altero vel fertili vel neutro, tertium abbortivum, jamdudum involvente.

M. ciliata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 58. *n.* 155.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 38. *n.* 97.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 487.- Gramen sparteum alopecuroides spica sericea glumosa *Barrel. Ic. f.* 1. et G. sparteum alopecuroides spica sericea glumosa thypina *f.* 2.

In saxis et muris non infrequens.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae viridi-stramineae.

**. Valvis corollinis imberbibus.

164. *uniflora* *Wild. Sp. Pl. t. 1. p.* 383. Radice repente, fibris elongatis interdum ramosis: culmo caespitoso ascendente, nodis inferius crebris: foliis lineari-acuminatis planis ascendendo majoribus: ligula membranacea brevi sublacera. Panicula laxa pauciflora erecto-patenti: perigonii glumae calicinae 3-florae, valvis oblongis inaequalibus, glumae corollinae imi flosculi fertilis, valva externa obtusa 7-nervia, valvas calycinas, aequante, valva externa vix minori, nervo ciliato utrinque ad marginem inflexum: flosculis sterilibus 2, altero in alterum incluso.

M. uniflora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 39. *n.* 98.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.*491.

In nemorosis communis. *Villa Borghese, Albano* etc.

Perennis. Flor. Majo. Spiculae purpureae quandoque viridi-purpurascentes jamdudum margine pallidiores.

165. *pyramidalis* *Bert. Amoen. It. p.* 329. *n.* 20. Radice fibrosa ramulosa, fibris crassiusculis pubescentibus: culmo caespitoso, surculis sterilibus: foliis radicalibus filiformibus, culmiferis vaginantibus latiusculis, vaginis striatis glabris: ligula membranacea lacera. Panicula laxa multiflora inferius composita: perigonii glumae calycinae valvis, corollinis 4-floris, brevioribus, flosculis duobus inferioribus perfectis sessilibus, duobus superioribus abortivis abbreviatis pedunculatis uno ex altero erumpente, glumae corollinae valva externa ovata apice albido-membranacea 7-nervia, interna 2-nervia, nervo utrinque ad marginem inflexum.

M. pyramidalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 39. *n.* 99.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 494.- M. ramosa *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 58. *n.* 156.- Gramen avenaceum angustifolium panicula pyramidali *Barrel. Ic.* 96. *f.* 1.

In collibus aridis, muris veteribus etc. *Colosseo, Monte Mario, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae purpureae nutantes, valvarum margine membranaceo albo-viridi.

166. *ramosa* *Will. Hist. des Pl. de Dauph. t.* 2. *p.* 91. Radice stolonifera: culmo glauco rigido caespitoso, superius denudato: foliis linearibus rigidis acutis involutis: vaginis striatis, suprema latiori: ligula elongata apice lacera. Panicula pyramidata inferius ramosa, floribus secundis: perigonii glumae calycinae, valva externa acuta, flosculos successive minores, aequante, internam oblongo-lanceolatam, superante: flosculo infimo hermaphrodito sessili, secundo pedicellato fertili, quandoque tantum faemineo, tertio longe pe-

dunculato, quartum obcultante, utroque abbortivo: florum fertilium glumae corollinae valva externa oblongo-lanceolata 7-nervia, interna retusa, triplo longiore, nervo ciliolato utrinque ad marginem inflexum.

M. ramosa *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 495.- M. minuta *Maur. Cent.* 13. *p.* 7.- Gramen avenaceum angustifolium panicula pyramidali. *Barrel. Ic.* 95. *f* 1.

In collibus siccis et muris haud infrequens. Inter Portam Piam et divi Laurentii, et in maritimis. *Palo.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae nitidae ex viridi-purpureo-albentes: tota planta glauca.

167. MINUTA *L. Mant. t.* 1. *p.* 32. *n.* 5. Radice pubescenti fibrilloso-flexuosa: culmo tenui caespitoso ascendente quandoque radicante: foliis acutis angustissimis convolutis: vaginis adpressis striatis: ligula brevi lacera. Racemo subsimplici paucifloro secundo: perigonii glumae calycinae valvis acutis, flosculis brevioribus, externa minore: flosculis duobus perfectis sessilibus, duobus sterilibus, altero, in alterum pedunculatum, occultato: glumae corollinae, utriusque floris perfecti, valva externa majore obtusa 5-nervia, nervo carinali tantum scabro, interna retusa admodum breviore, nervo ciliolato utriuque ad marginem inflexum.

M. minuta *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 497.- Gramen avenaceum tenui spicataque panicula albis utriculis. *Barrel. Ic.* 96. *f.* 2.

In apricis secus *Terracina.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae nitidae, albo rubroque violaceae.

DINEBRA:

168. ARABICA *Röm. et Schult. Syst. Veget. t.* 3. *p.* 721. Radice fibrosa, fibris longis flexuosis: culmo caespitoso decumbente, nodis infractis tandem ascendente: foliis linearibus latiusculis, vaginisque striatis glabris: ligula brevissima lacera. Spicula composita tandem laxa, spiculis basi geniculato-callosis, fructificantibus deflexis: perigonii glumae calycinae sub-3-florae valvis subaequalibus divergentibus, flosculis longioribus, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa majore emarginata, mucronulo e nervo medio producto, interna 2-dentata: staminibus inclusis: caryopside praetenui.

D. arabica. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 579.

In litore maris Adriatici. *Littorale di Ascoli.*

Annua. Flor. Septembri. Spiculae viridi-glaucescentes, quandoque viridi-purpurascentes.

SACCARUM.

169. *Ravennae L. Syst. Veg. ed.* 3. *p.* 88. Radice crassa fibroso-ramosa: culmo basi bulboso dense caespitoso biorgiali farcto: foliis longissimis lato-linearibus, basi angustatis, margine retrorsum scabris: vaginis striatis: ligulis dense pilosis. Panicula elongata tyrsoidea: rachide articulata superius pilosa: floribos geminatis, atero sessili, altero pedicellato, utroque hermaphrodito, lanae longitudinis: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus lanceolato-acuminatis, glumae corollinae valvis, calycinas, subaequantibus, externa aristata, arista exerta, interna mutica.

S. Ravennae *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 24. *n.* 62.-*Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 329.

In maritimis inundatis. *Ostia, Castelfusano, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Julio. Spiculae albae vel purpurantes.

170. *cylindricum Lamk. Enc. meth. edict. de Pad. t.* 1. *p.* 588. *n.* 5. Radice robusta sub ramosa, fibris squammiformibus, repente: culmo caespitoso folioso superius nudo: foliis linearibus acuminatis basi angustioribus, tandem convolutis: vaginis elongatis striatis, supremis subinflatis aphyllis mucronulo terminatis: ligula abbreviata lacera. Racemo spicaeformi cylindrico, pilis senio niveis: floribus geminatis altero sessili, altero pedicellato, pedicello incrassato, utroque hermaphrodito, lana triplo brevioribus: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis ciliatis subaeqnalibus, glumae corollinae brevioris, valvis inaequalibus ciliatis, interna obtusiuscula, externa acuminata, duplo longiore: stigmatibus longe exertis.

S. cylindricum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 25. *n.* 63. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 322.- Gramen pratense alopecuroides sericea panicula. *Barrel. Ic.* 11.

In montibus calcareis et in maritimis. *S. Polo, Ostia, Terracina* etc.

Perenn. Flor. Julio. Spiculae albae vel albo purpurascentes.

Obs. Inflorescentia elegantissima: stigmata purpurea exerta, pilis sericeis circumdata.

Vulgo. *Falasco.*

ANDROPOGON.

171. *hirtum L. Sp. Pl. p.* 1482. Radice robusta fibrosa: culmo caespitoso erecto superius ramoso: foliis linearibus striatis glaucis: vaginis striatis, superioribus, ramos involvendo, ventricosis: ligula fusca lacera. Panicula ramoso-spiculata, spicis linearibus conjugatis: perigonii floris hermaphroditi glumae calycinae, valva externa villoso-sericea, interna nuda, glumae corollinae valva externa mutica calycinas subaequante, interna angustissima

intra apicem 2-dentata aristata, arista tandem refracta: floris masculi, pedicello compresso sericeo-villoso, glumae corollinae valva interna minori sfacelata.

A. hirtum *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 468. - A. hirtus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 69. *n.* 166. - Gramen dactylon, spicis ab eodem exortu geminis. *Bocc. Mus. p.* 315. *tab.* 8. *f.* 1.

In viarum marginibus, et collibus circa Urbem frequens.

Perenn. Flor. Julio. Spiculae viridi-purpurantes.

172. ANGUSTIFOLIUM *Sibt. et Smith. Flor. Graec. Prod. t.* 1. *p.* 47. Radice flexuosa firma: culmo simplici caespitoso ut plurimum erecto basi subbulboso: foliis angustis linearibus striatis, vaginis adpressis superioribus subinflatis: ligula densa pilosa. Spicis terminalibus coadunato-digitatis: perigonii floris hermaphroditi, glumae calycinae, valva externa multinervia inferius villosa, interna glabra nitida, glumae corollinae valvis, calycinis brevioribus, externa oblonga mutica, interna multo breviori lineari angustissima apice integra, in aristam, flosculo etiam longiorem, evoluta, arista tandem refracta: floris masculi pedicello compresso barbato, gluma corollina 1-valvi calycina paulo breviore.

A. angustifolium *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 470.- A. angustifolius *Maur. Rom. Pl. Cent.* 13. *p.* 11.- Gramen dactylum spicatum aristis geniculatis *Barrel. Ic.* 753. *f.* 2.

In collibus arenosis, et in ageribus circa Urbem.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae viridi-purpurascentes.

POLLINIA.

173. DISTACHIA *Spreng. Pug.* 2. *p.* 12. *n.* 19. Radice pubescenti fibroso-flexuosa: culmo simplici erecto caespitoso: foliis lineari-acuminatis carinatis arcte vaginantibus: vaginis striatis apice pilosis: ligula pilis irregularibus terminata. Spicis conjugatis furcatis pedunculatis planis, rachide pilosa: floribus 2-natis, hermaphrodito sessili, masculo pedicellato: perigonii glumae calycinae valva externa lanceolata, interna, apice irregulariter 3-dentata, subbreviore, dente medio in aristam producto, glumae corollinae valvis subaequalibus inclusis, externa majore mutica ciliata, interna 2-partita, laciniis acuminatis, nervo carinali mediano, in aristam lìberam longam articulatum, evaluto: floris masculi pedicello compresso basi villoso.

P. distachia *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 643.- Andropogon distachyos *Sang. Cent. tres p.* 19. *n.* 36.- Gramen bicorne distachyophorum. *Bocc. Pl. Sic. p.* 20. *tab.* 11. *f.* 1A.

In collibus prope mare. In via ostiensi *Monti di S. Paolo* etc.

Perenn. Flor. Majo–Junio. Spiculae albo-hyalinae.

173. *Gryllus Spreng. Pug.* 2. *p.* 10. Radice robusta, fibris longis flexuosis: culmo erecto solitario, vel caespitoso: foliis elongatis linearibus: vaginis striatis laxiusculis: ligula brevi, pilis longis ciliata. Panicula terminali effusa, pedunculis verticillatis simplicibus apice 3-floris: flore hermaphrodito sessili, masculis binis pedicellatis, interposito: perigonii floris hermaphroditi, glumae calycinae valvis subaequalibus, externa apice 2-fida vel breviter aristata, interna in aristam terminata, glumae corollinae valvis vix inaequalibus, externa mutica, internam minorem angustiorem apice longe aristatam, superante: arista ultra pollicari libera infra articulum contorta tandem refracta: florum masculorum pedicellis elongatis glabris.

P. *Gryllus Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 465. – Andropogon Gryllus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 70. *n.* 169 - Gramen sparteum festucaceum seu Aegylops spartea villosa. *Barrel. Ic.* 16. *f.* 2.

In pascuis et marginibus agrorum frequens.

Perenn. Flor. Majo–Junio. Spiculae stramineae saepe purpurascunt, quod in culmis etiam aliquando evenit.

SORGUM.

175. *halepense Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 101. *n.* 3. Radice repente, fibris tuberosis articulatis: caule erecto crassiusculo farcto: foliis basi latiusculis lanceolato-linearibus longius acuminatis setaceis: vaginis striatis, superioribus latioribus: ligula brevi dense ciliata. Panicula pyramidali laxa erecto-patenti: floribus geminatis supremis 3-natis, unico tantum hermaphrodito sessili: perigonii, floris hermaphroditi, glumae calycinae valvis subaequalibus, externa latiore ovata apice 3-dentata, interna apice acuta integra vel erosa, glumae corollinae valvis inaequalibus inclusis, valva interna minore apice acute 2-fida, medio quandoque mutica, quandoque aristatata: arista longa contorta tandem refracta: floris masculi, pedicello barbato, valvis viridi–purpurascentibus.

S. halepense *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 473. - Andropogon arundinaceus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 70. *n.* 168.– Gramen palustre arundinaceum Milii panici semine Phalaridis. *Barrel. Ic.* 5.– Milium nodosa radice *Bocc. Mus. di Piant. p.* 137. *tav.* 87.

In vineis, cultis, et pascuis vulgaris.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Spiculae virides quandoque viridi-purpurantes.

HOLCUS.

176. *lanatus* *L. Sp. Pl. n.* 1485. Molliter villosus. Radice tenui, fibris subsimplicibus: culmo caespitoso ascendente striato: foliis linearibus latiusculis, vaginis ascendendo laxioribus: ligula membranacea brevi irregulariter lobata. Panicula composita, tandem patente multiflora, ramis ramulisque ciliatis: glumae calycinae communis valva externa sub mutica vel breviter aristata, interna majore 2-dentata, medio brevissime aristata: floris hermaphroditi, valvis corollinis subaequalibus inclusis, externa ovata, interna ovato-oblonga: floris masculi valvis corollinis inaequalibus, arista externa tandem hamata, interna 3-plo breviore, mutica.

H. lanatus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 477.- H. mollis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 49. *n.* 124.- *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 36. *n.* 96.

In pratis obvia.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae albo-virides, quandoque viridi-purpurantes, molliter villosae.

Obs. Antherae flavo-purpurascentes: stigmata duo alba plumosa.

ARRENANTHERUM.

177. *avenaceum* *Röm. et Schult. Syst. veg. t.* 2. *p.* 496. *n.* 1. Radice robusta articulata fibroso-nodosa: culmo sub-3-pedali erecto glabro: foliis lineari-acuminatis deorsum scabris: vaginis laxiusculis striatis internodio brevioribus: ligula truncato-lacera. Perigonii glumae calycinae communis 2-florae, valvis inaequalibus, externa breviore 1-nervia, interna 3-nervia: flosculo hermaphrodito, unisessuali superimposito, utroque 2-valvi, basi barbato: floris hermafroditi, valvis calycinis subaequalibus, externa apice subintegra, interna angustiore breviter aristata: floris masculi, valvis conformibus, externa medio dorsi longe aristata, quandoque mutica: arista medio geniculata, supra geniculum refracta: caryopside lineari-sulcata libera, gluma corollina persistenti, cincta.

A. avenaceum *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 484. - Avena elatior *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 44. *n.* 110.

In sylvis montium *Monte Gennaro*, *Calvo di Subiaco*, *Vettore* in Umbria etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae viridi-albae.

Usus. Colitur ad pratos artificiales, et in aescam jumentorum.

ROTTBOLLIA.

178. *incurvata* *L. fil. Supl. p.* 114. Radice tenui fibris simplicibus brevibus: culmo caespitoso assurgenti: foliis linearibus acutis arefactione involutis, vaginisque laxiusculis striatis: ligula brevissima erosa. Spica crassa su-

bulata tandem incurva, terminali longiuscula: floribus solitariis alternis: perigonii glumae calycinae 2-valvis, valvis externis appositis parallelis subaequalibus 3-nerviis, glumae corollinae 2-valvis, calyce brevioris, valva externa 1-nervia canaliculata, interna 2-nervia, nervis in dentibus brevibus terminatis.

R. incurvata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 764.

In maritimis. *Fiumicino.*

Ann. Flor. Majo. Spiculae virentes.

179. FILIFORMIS *Roth. Cat.* 2. *p.* 21. Radice tenui, fibris simplicibus: culmo caespitoso erecto, articulis subfuscis: foliis lineari-lanceolatis margine scabriusculis, vaginisque striatis: ligula brevissima truncata. Spica terminali erecta tenui subcompressa: floribus solitariis alternis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus acutis 3-nerviis glabris, in floribus lateralibus externis parallelis, in terminalibus oppositis jamdudum patentibus, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa lanceolato-carinata 2-nervia, interna apice 2-dentata.

Rottböllia filiformis *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 766.- Rottböella filiformis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 62. *n.* 140.- Gramen loliaceum junceum minus *Barrel. Ic.* 6.

In agris secus vias campestres et inter segetes. *Bravetta, Villa Pamfili* etc.

Annua. Flor. Junio. Spiculae virentes saepe rubescunt uti culmi, et folia.

180. CYLINDRICA *Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 1. *p.* 464. Radice crassiuscula, fibris tortuosis ramosis: caule caespitoso inferius nodis infracto: foliis linearibus, vaginisque subinflatis, glabris. Spica tereti crassa erecta subulata: floribus solitariis approximatis alternis, fovea rachidis omnino immersis: perigonii gluma calycina florum lateralium 1-valvi pungioniformi, terminalium, 2-valvi, valvis oppositis aequalibus, interna angustiore, glumae corollinae valvis inclusis, externa 5-nervia interna 2-nervia apice 2-dentata.

R. cylindrica *Bert. Fl. It. t.* 1.*p.* 168. Rottböella subulata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 62. *n.* 148.- Gramen loliaceum junceum majus *Barrel. Ic.* 5.- G. pumilum arundinaceum myuros erectum non ramosum minimum *Bocc. Mus. di piant. p.* 70. et G. myuros erectum minimum arundinaceum *tav.* 59.- G. parvum spicarum loco ferens caules, erumpentibus alternatim acutis glumis, veluti dentatos. *Triumff. Obs. p.* 64.

In sterilibus non infrequens. Extra portam D. Sebastiani loco dicto *Caffarella.*

Annua. Flor. Junio. Spiculae virentes.

PSILURUS.

181. *NARDOIDES Trin. Fund. Agr. p.* 93. Radice tenui, fibris flexuosis: culmo simplici caespitoso erecto: foliis setaceis convolutis apice mucronulatis: vaginis protensis, suprema laxiuscula: ligula minima truncata. Spica terminali longiuscula varimode curva: floribus solitariis alternis rachidis excavationibus anthe anthesim omnino immersis: flosculo altero abortivo sub forma stipituli aliquando accedente: perigonii glumae calycinae lateralis 1-2-valvis, valva altera minima saepe deficiente, glumae corollinae valvis angustissimis subaequalibus, interna mutica, externa scabra apice aristata: arista longitudine valvae, denticulis duobus lateralibus saepe adjectis.

P. nardoides *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 771.– Rottböella monandra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 61. *n.* 147.- Gramen junceum nodosum minimum capillare. *Barrel. Ic.* 117. *f.* 1.– G. exile arundinaceum, minimum, acumine reflexo. *Bocc. Mus. di piant. p.* 74. *tab.* 57.

In collibus sterilibus et in apricis circa Romam. *Villa Patrizi*, *Monte Mario*, *Via ostiense* etc.

Annua Flor. Junio. Spiculae virides, tandem stramineae.

PANICUM.

* *Setariae.* Spiculae setis involucratae.

182. *VERTICILLATUM L. Sp. Pl. n.* 82. Radice robusta, fibrillis tomentosis: culmo decumbente inferius nodis infracto: foliis lato-linearibus elongatis, pilis radiantibus deorsum scabris: vaginis compressis glabris: ligula pilosa lacera. Racemo composito spicaeformi cylindraceo, racemulis subverticillatis in anthesi patentibus: seta solitaria vel 2-nata, ad basim cujusque floris ovoidei, aculeis retrorsum scabrida: perigonii glumae calycinae valva externa minima, glumae corollinae, floris hermaphroditi, valva externa subpunctato-scabra, valvae calycinae majori conformi, valva interna angusta dimidio breviore, marginibus inflexis.

P. verticillatum *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 35. *n.* 87.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 418.

In hortis cultis et ambulacris commune.

Ann. Flor. Aestate. Spiculae virides.

Obs. Folia et fiores vestimentis adhaerent.

183. *VIRIDE L. Sp. Pl. n.* 83. Radice fibroso-tuberosa: culmo suberecto inferius nodoso: foliis lato-linearibus elongatis margine tantum sursum scabris: vaginis compressis glabris: ligula piloso-lacera. Racemo spicaeformi composito, racemulis glomeratis sparsis, setae 2-3-natae ad basim utriusque

floris ovoidei , aculeis brevibus sursum versis scabridae: glumarum caracteribus praecedenti similibus.

P. viride *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 61. *n.* 270.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 35. *n.* 88.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 470.

In hortorum ambulacris, et ad vias ubique.

Ann. Flor. tota aestate. Spiculae virides.

Vulgo. *Panicastrella.*

Obs. Folia et fiores vestimentis minime adhaerent.

184. GLAUCUM *L. Sp. Pl. n.* 83. Radice fibrosa tortuosa: culmo caespitoso basi bulboso , nodis infracto , superius erecto: foliis lineari-lanceolatis acuminatis , vaginisque elongatis striatis: ligula pilosa. Racemo spicaeformi cylindraceo abbreviato: rachide pubescente: racemulis sparsis 1-2-floris, setis numerosis, cintis: setarum aculeis brevibus sursum versis: perigonii glumae calycinae valva externa late ovata sub 5-nervia , interna ovato-acuminata 3-nervia: floris hermaphroditi valva corollina externa rugoso-granulata: floris masculi ovato-mucronata, hermaphroditi longitudine.

P. glaucum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 35. *n.* 89. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 421.

In cultis, vineis, et viis, praesertim montium, frequens.

Ann. Flor. aestate. Spiculae glauco-virides.

Obs. Setae florum lutescentes divaricatae, antherae purpurascentes, tota planta glauca.

** *Echinocloae.* Spiculae nudae , fiosculo masculo vel neutro quandoque aristato.

185. GRUS-GALLI *L. Sp. Pl. n.* 83. Radice fibrosa robusta, fibrillis tomentosis: culmo caespitoso inferius nodis infracto: foliis lato-linearibus elongatis, margine scabris: vaginis elongatis striatis glabris: ligula nulla. Racemo spicaeformi, racemulisque alternis , compositis erectis: rachidibus 3-5-angulatis , primaria nuda , secundaria irregulariter setulosa: floribus sparsis secundis: perigonii glumae calycinae valva minore late-ovata acuminata, glumae corollinae, floris neutri, valva externa majore mutica vel varimode aristata, valva interna margine nervoso-ciliata.

P. Grus-galli *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 36. *n.* 90.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 433.- Gramen palustre arundinaceum Milii panici semine Phalaridis. *Barrel. Ic.* 8.- Panicum vulgare spica simplici aspericula. *H. Rom. t.* 8. *p.* 10.

In cultis ad vias solo humenti non infrequens.

Ann. Flor. Junio. Spiculae virides vel purpurascentes.

Obs. Stigmata plumosa rosea.

*** *Panica genuina*. Spiculae nudae muticae.

186. ZONALE *Guss. Fl. Sic. Pr. t. 1. p.* 82. Radice fibrosa, fibris robustis simplicibus flexuosis: culmo caespitoso erecto basi subbulboso: foliis linearibus acuminatis, margine undulato-scabris, zonatis: vaginis laxiusculis: ligula obsoleta. Racemo spicaeformi, spiculis erectis remotis, racemisque simplicibus, alternis: flosculis secundis muticis: rachide angulata nuda: perigonii glumae calycinae valva minore late ovata, glumae corollinae, floris neutri, valvis longitudine aequalibus, externa latiori tenuiter ciliata.

P. zonale *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 426.

In arvis prope Viterbium.

Annuum. Flor. Augusto-Septembri. Spiculae breviusculae virentes.

187. REPENS *L. Sp. Pl. n.* 87. Radice fibrosa stolonibus reptantibus villosiusculis: culmo squamoso basi incrassato simpliciusculo, vaginis foliorum tecto: foliis linearibus convolutis striatis: vaginis superius magis pilosis: ligula subulata truncata. Panicula terminali composita virgata: rachide flexuosa inferius scabra: floribus ovatis geminatis inaequaliter pedunculatis: perigonii glumae calycinae valva externa, interna, quadruplo minore, gluma calycina floris hermaphroditi, flore masculo subreviore: floris masculi gluma externa, glumae calycinae internae fere conformi, interna latiuscula subbreviore.

P. repens *Fior. in Giorn. de letter. di Pisa t.* 17. *Anno* 1828. *p.* 111.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 430.

In siccis maritimis prope Auxur.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae pallido-virentes: stigmata plumosa purpurea.

BEKMANNIA.

188. ERUGAEFORMIS *Host. Gram. Austr. t.* 3. *p.* 5. *t.* 6. Radice repente, fibris crassis flexuosis villosis: culmo erecto basi bulboso, vaginisque aphyllis cinto: foliis lato-linearibus scabris: vaginis striatis suprema spathiformi: ligula oblonga integra vel lacera. Spiculis multifloris, inferioribus ternis, media longiore, superioribus simplicibus, omnibus secundis: rachide flexuosa: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus semiorbiculatis cymbaeformibus, 1-2-floris, senio rugosis, glumae corollinae exertae, valva externa lanceolata mucronulata, valva interna angustiore breviore apice integra.

B. erucaeformis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 30. *n.* 96.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 577.– Gramen palustre locustis erucaeformibus *Barrel. Ic.* 2.

In humidis et fossis. *Macchia d'Ostia, Albano* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae virentes.

TRITICUM.

189. *villosum Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 48. Radice fibrosa villosa: culmo caespitoso erecto 1-3-pedali: foliis linearibus scabris superioribus successive minoribus: ligula brevissima truncato-lacera. Spica terminali composita, spiculis 3-4-floris: rachide compressa flexuosa, fasciculis pilorum villosa: floribus 2 externis hermaphroditis sessilibus, tertio et quarto si adest masculis, pedunculo unico, insidentibus: perigonii glumae calycinae valvis cuneiformibus concavo-carinatis truncatis, 3-nerviis, nervo medio piloso, omnibus in aristam scabridam continuatis, glumae corollinae valva externa lanceolata aristata, interna mutica: aristis calycinis et corollinis, glumis triplo etiam longioribus, inferioribus abbreviatis.

T. villosum *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 397.- Secale villosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 67. *n.* 161.- *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 69. *n.* 206.- Gramen hordaceum δισιχον majus ciliaribus glumis durius *Barrel. Ic.* 112. *f.* 1.

In viis urbis et agrorum vulgare.

Ann. Flor. Aprili Majo. Spiculae subvirides.

190. *junceum L. Sp. Pl. n.* 128. Radice repente, fibris longis flexuosis lanuginosis: culmo caespitoso ascendente vel declinato: foliis involutis linearibus, basi angustatis, apice acuminato-mucronatis: vaginis strictis, striatis: stipula brevissima erosa. Spica composita terminali laxiflora, spiculis lateralibus alternis 4-6-floris, in canaliculo rachidis articulatae flexuosae initio receptis: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis obtusis, glumae corollinae valvis subconformibus, exterua 7-nervia, interna 2-nervia, medio canaliculata.

T. junceum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 67. *p.* 162.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 799.

In maritimis arenosis commune.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae glauco-virides.

191. *repens L. Sp. Pl. p.* 128. Radice repente, stolonibus crassis longis articulatis, fibrillis descendentibus: culmo dense caespitoso erecto vel ascendente: foliis linearibus acuminatis intus scabriusculis: vaginis strictis: ligula membranacea brevissima. Spica densa terminali composita, spiculis alterne disticis 4-8-floris: rachide articulata, articulis hinc excavatis: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus acuminato-subulatis 5-7-nerviis, spiculis sub-brevioribus, glumae corollinae valvis oblongo-lanceolatis, externa acuminata, 5-7-nervia interna obtusa, 2-nervia, nervis basi-scabris, apice subciliatis.

β glaucescens. Spiculis approximatis multifloris, flosculis aristatis.

T. repens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 68 *n.* 163.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 803.– Gramen caryophyllatum loliaceum repens. *Barrel. Ic.* 906. *f.* 2.

Inter segetes in agris et secus vias campestres, etiam varietas non rara.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Spiculae glaucae.

Vulgo. *Gramigna*, *Gramiccia.*

Usus. Hujus Tritici radix, dum pestis agrorum, optimum remedium praebebet ob succum subdulce refrigerans nutriens sub forma decocti, et extracti plurimis in morbis adhibitum. Eadem radix rite lota et mulita, macerationis ope, dat feculam vulgo congitam sub nomine *Amido.* Herba et radix sub aestu Caniculae equis et jumentis nutriendis optima.

192. CANINUM *Huds. Angl. p.* 58. Radice fibrosa, fibris flexuosis pubescentibus: culmo ascendente superne nudo: foliis linearibus latiusculis scabris: vaginis elongatis striatis: ligula brevi erosa. Spica gracili composita terminali: spiculis disticis 3-5-floris: rachide flexuosa articulata, hinc excavata: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus, flosculis brevioribus, aristatis, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa obscure 5-nervia 3-dentata, dente medio in aristam longam subflexuosam producto, interna 2-dentata 2-nervia mutica.

T. caninum *Seb et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 68. *n.* 164. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 806.

In sylvis montium. *A S. Polo*, *Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae virides.

193. MARITIMUM *L. Sp. Pl.* 128. Radice fibrosa, fibris longis tenuibus simplicibus pilosis: culmo caespitoso decumbente vel ascendete, nodis fuscis infracto: foliis linearibus angustis vaginisque striatis, glaucis: ligula grandiuscula albo-membranacea apice fimbriata. Racemo terminali ramoso secundo, ramulis spiculiferis: rachidibus angulatis, articulatis basi fuscatis: spiculis 6-8-floris lanceolatis compressis: perigonii glumae calycinae valvis lanceolato-linearibus acutis 3-nerviis, spiculis brevioribus, glumae corollinae valvis acutis subaequalibus, externa exquisite 3-nervia, mucronulata, interna 2-nervia subbidentata.

T. maritimum *Seb. etMaur. Fl. Pr. Rom. p.* 69. *n.* 165.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 814.- Gramen maritimum paniculis asperis cristatis. *Bocc. Mus. p.* 135.

In litore marino frequens. *Ostia*, *Fiumicino*, *Terracina* etc.

Bienn. Flor. Majo-Julio. Spiculae glauco-virides, quandoque purpurascentes.

194. DIVARICATUM *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 815. *n.* 12. Radice fibrosa, fibris capillaribus simplicibus: culmo procumbente inferius radicante, superius ramoso infracto: foliis linearibus angustis, margine et pagina superiori scabris, vaginisque striatis: stipula membranacea lacera. Racemo ramoso terminali subsecundo, ramis 2-3-spiculiferis: spiculis compressis multifloris disticis: rachide angulata: perigonii glumae calycinae valvis quidquam inaequalibus, lanceolato-linearibus, spicula quintuplo etiam brevioribus, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa carinata 3-nervia, interna angustiore 2-nervia, nervis ciliolatis.

Fetusca divaricata *Fior. in app. in Gior. de' Lett. di Pisa ann.* 1828. *p.* 4. *n.* 8.- Gramen maritimum paniculis asperis loliaceis. *Bocc. Mus. tab.* 95.

In litore marino secus Anxur.

Ann. Flor. Majo. Spiculae virentes.

195. LOLIACEUM *Smith. Engl. Flor. t.* 1. *p.* 185. Radice fibrosa, fibris capillaribus flexuosis villosis: culmo subspithameo caespitoso decumbente vel erecto, foliis tecto: foliis linearibus involutis: vaginis laxiusculis imbricatis striatis, ligula membranacea fimbriata. Racemo terminali compacto simplici quandoque basi ramoso distice-secundo: rachide flexuosa hinc nuda, spiculis brevibus crebris obtusiusculis 4-8-floris muticis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus 3-nerviis, floribus imis vix brevioribus, glumae corollinae valvis parum inaequalibus, externa 3-nervia, interna breviuscula 2-dentata 2-nervia, nervis obustis ciliatis.

T. loliaceum *Fior. App. al Pr. della Fl. Rom. p.* 5.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 817.

In litore marino secur Anxur, et ad radices Montis Circei.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Spiculae virides dein purpurantes.

LOLIUM.

196. PERENNE *L. Sp. Pl. n.* 122. Radice pilosa, fibris numerosis flexuosis: culmo caespitoso stricto glabro: foliis linearibus acutis, margine retrorsum scabris: vaginis striatis subcompressis: ligula brevissima integra erosave. Spicis elongatis: rachide flexuosa. perigonii glumae calycinae valva, spiculis multifloris, breviore, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa mutica vel brevissime aristata 2-nervia, interna 5-nervia apice 2-dentata: staminibus 3 inclusis, filamentis capillaribus: caryopside, valva corollina interna tecta.

L. perenne *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 52. *n.* 137.- *Seb. et* Maur. *Fl. Rom. Pr. p.* 63. *n.* 150.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 756.

α multiflorum. Spiculis compressis multifioris.

L. multiflorum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 64. *n.* 152.- L. perenne flosculis vel omnibus vel superioribus aristatis *Bert. l. c.*

β strictum. Spiculis subteretibus paucifloris.

L. perenne β *Fl. Rom. l. c.* - L. perenne β valva calycina locustam aequante aut subaequante *Bert. l. c.*

Secus vias et in ageribus commune.

Perenn. Fl. Aprili-Majo. Spiculae laete virides.

Vulgo. *Logliarella, Gioglio selvatico.*

Usus. Gramen ad pratos artificiales statuendos praestantissimum, nam, si rite calatur, triplam messem dat in anno , et jumentis gratum pabulum suppeditat.

197. TEMULENTUM *L. Sp. Pl. p.* 122. Radice fibrosa, fibris simpliciusculis flexuosis: culmo erecto sub 4-pedali superius nudo: foliis lato-linearibus acuminatis, pagina superiore, marginibus , et carina scabris: vaginis striatis glabris: ligula brevissima truncata vel lacera. Spica laxifiora: rachide crassa alterne excavata ad excipiendas spiculas sub-6-floras: perigonii glumae calycinae valva, basi dilatata, apice acuminato-mucronulata , flosculo sublongiore, glumae corollinae valvis subaequalibus, interna plana 2-nervia, externa subconcava, apice 2-dentata aristata: arista rigida subflexuosa, flosculo quintuplo longiore 9-nervia, nervis insignoribus.

L. temulentum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 52. *n.* 138.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 63. *n.* 151.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 760.

Inter segetes nimium frequens.

Annum. Flor. Junio. Spiculae virentes.

Vulgo. *Gioglio, Zizania.*

Usus. Gramen sedulo a segetibus eliminandum, ne farinae mixtum capitis vertigines excitet. Villici herbam teneram rite noscunt dum triticum expurgant, nam folia Lolii nitida , Tritici subglauca. Nichilo tamen minus Lolii farina in medicina externa usurpatur ad Impetigines, Podagram, et Artritidem sanandam, sub forma cataplasmatis aceto confecti.

AEGYLOPS.

198. OVATA *L. Sp. Pl. p.* 1489. Radice fibrosa , fibris subsimplicibus flexuosis: culmo caespitoso erecto vel ascendente, inferius nodis infracto, superius nudo: foliis lineari-acuminatis inferne precipue pilosis: vaginiis longiusculis suprema laxiuscula: ligulis brevissimis pilosis. Spiculis 2–4-disticis ovato-oblongis, suprema minore 2-flora mascula vel neutra: perigonii glumae calycinae valvis 2 concavo-ventricosis aequalibus appositis aculeato-sca-

bridis, apice truncato, palmato-4-aristatis: aristis, valvis, quadruplo saltem longioribus: glumae corollinae, floris hermaphroditi, valvis subconcavis, externa palmato-3-dentata, dente medio in aristam producto, uno ex lateralibus obsoleto, valva interna submutica: floris masculi valva externa, valvae floris hermaphroditi simili et brevius aristata: floris neutri gluma minima mutica: squamis duabus nectariferis ciliato-barbatis: caryopside magna libera.

Ae. ovata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 66. *n.* 160.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 785.

In sterilibus copiosa.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae virides.

199. NEGLECATA *Req.* Radice fibrosa, fibris simplicibus flexuosis albicantibus: culmo caespitoso ascendente, inferius nodis infracto, superius aculeato-scabrido: foliis lineari-acuminatis utrinque pilosis: vaginis elongatis, suprema subventricosa: ligula brevissima pilosa. Spiculis ut plurimum 5 ovato-elongatis imbricato-disticis, 3 inferioribus turgidis, 2 superioribus attenuatis sterilibus: perigonii glumae calycinae valvis 2 concavo-ventricosis aequalibus oppositis rufis dense aculeato-hirtis, apice palmato-3-aristatis: aristis valvis sestuplo longioribus, superius aculeato-scabridis, glumae corollinae, floris hermaphroditi, valva externa dense ciliata palmato-3-dentata, dente medio in aristam producto, 1 ex lateralibus obsoleto, valva interna 2-dentata: floris masculi valva 3-dentata, neutri mutica: squamis duabus nectariferis parvis dense ciliato-barbatis: caryopside magna libera.

Ae. neglecta *Sang. Cent. tres p.* 19. *n.* 35.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 787.

In sylvaticis ad vias et in ageribus non rara. *Macchia di Mattei.* Lecta cum clrm̃o Requien.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae virides.

SERLERIA.

200. COERULEA *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *t.* 1. *p.* 63. Radice robusta ramulosa: culmo tereti glabro, superius nudo: foliis linearibus planis, margine et carina deorsum scabridis: vaginis descendendo brevioribus: stipula membranacea brevissima. Spica terminali abbreviata, spiculis inferioribus bracteatis: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus ovato-lanceolatis, nervo carinali in aristam producto, glumae corollinae valva externa eroso-dentata, dente medio in aristam brevem producto, valva interna 2-dentata: staminibus capillaribus, et stigmatibus pilosis longe exertis: caryopside libera, valva corollina interna, obvoluta.

S. coerulea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 66. *n.* 158.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 502.

β tenuifolia. Foliis omnibus convoluto-subulatis subteretibus *Bert. l. c.*– S. tenuifolia Auct.

χ cylindrica. Spica caerulea subsesquipollicaris: glumis longiuscule aristatis *Bert. l. c.*– S. cylindrica Auct.

In sylvaticis montanis. *Monte Gennaro*, *Monte Calvo*, varietates in Umbriae montibus.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae nitentes coeruleae quandoque albidae.

ECHINARIA.

201. CAPITATA *Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 385. Radice tenui flexuosa villosa: culmo subcaespitoso striato superius nudo: foliis linearibus flaccidis, vaginisque striatis, pubescentibus: stipula brevissima truncata. Capitulum terminale rotundum echinato-rostratum, spiculis ovoideis: floris jamdudum hermaphroditi, rostris, in anthesi erectis, in fructu patentibus: perigonii glumae calycinae valvis, in floribus inferioribus aequalibus, in superioribus valva externa majore, glumae corollinae valva externa sub 7-nervia, interna 2-nervia: staminibus 3, antheris mucronulatis.

E. capitata *Bert Fl. It. t.* 1. *p.* 510.- Sesleria echinata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 66. *n.* 159.- Gramen minimum spica globosa echinata. *Barrel. Ic.* 28. *f.* 1.- G. capitulo globoso echinato, minus *Ic.* 863. *f.* 2.

In montibus subapenninis ad margines viarum. *Monte Calvo presso Subiaco*, *Monte Vettore* etc.

Annua. Flor. Junio-Julio. Spiculae virides.

TRIODIA.

202. DECUMBENS *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 2. *p.* 597. Radice repente, fibris paucis descendentibus parce ramosis: culmo caespitoso subcompresso superius nudo: foliis linearibus obtusiusculis carinatis, inferioribus confertis latioribus: vaginis superioribus elongatis, inferioribus abbreviatis laxis, omnibus apice barbatis, pilis in parte interna, loco ligulae, productis. Paniculae simplicis sub-4-florae, spiculis ovoideis: perigonii glumae calycinae valvis, ut plurimnm conformibus, glumae corollinae valvis concavis superimpositis inaequalibus, externa margine pilosa, interna minore ovata glabra apice 2-dentata.

T. decumbens. *Bert. Fl. It.t.* 1. *p.* 558.

In palustribus mare versus. *Ostia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae pallide virentes, quandoque tandem purpurantes.

203. *sterilis* *L. Sp. Pl. p.* 118. Radice flexuoso-fibrosa, ramis villosis: culmo erecto striato glabro, geniculis barbatis: foliis lato-linearibus elongatis margine, et praesertim pagina superiore deorsum scabris: vaginis laxis striatis laevibus: ligula membranacea grandi. Panicula laxa patente, spiculis sub-4-floris, 2 inferioribus sessilibus: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus ovato-lanceolatis acuminatis, glumae corollinae valvis inaequalibus inferius pilosis, pilis densis longis sericeis, externa ovato-lanceolata acuminata 2-fida, interna minori oblongo-lanceolata 2-denticulata: floribus superioribus successive minoribus nudis muticis imperfectis.

A. sterilis *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 43. *n.* 106. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 692.

In pratis et ad vias communis.

Ann. Flor. Majo. Spiculae albicantes viridi-variegatae.

204. *fatua* *L. Sp. Pl. p.* 118. Radice crassiuscula fibrosa, fibris dense villosis: culmo erecto glabro, nodis fuscis: foliis lato-linearibus acuminatis, margine deorsum scabris: vaginis laxiusculis striatis: ligula membranacea subtriangulari apice vix lacera. Panicula pyramidato-patula, spiculis nutantibus sub-3-floris, omnibus aristatis: perigonii glumae calycinae valvis membranaceis aequalibus ovato-acuminatis 9-nerviis, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa majore ovato-acuminata, in dentibus duobus setaceis saepe producta, inferius dense villosa, interna nuda oblongo-lanceolata acuminata.

A. fatua *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 28. *n.* 27.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 43. *n.* 107.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 695.- Festuca dumetorum utriculis lanugine flavescentibus. *Barrel. Ic.* 75. *f.* 2.

β atherantha. Spiculis 3-floris valva corollina externa, apice exquisite biseta.

In pratis et ad vias communis, etiam varietas.

Annua. Flor. Majo. Spiculae pallidiusculae ex albo-viridi variegatae.

Usus. Tam haec species, quam praecedens, dum ad pabulum jumentorum optimae, frugibus admodum noxiae: nam flores ante maturitatem Tritici decidunt et agros miserrime infestant.

205. *tenuis* *W. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 1. *p.* 448. Radice tenui, fibris simplicibus flexuosis: culmo simplici caespitoso tenui, nodis purpurascentibus: foliis angustis linearibus tandem convolutis: vaginis striatis, culmum occultantibus: ligulis acuminatis apice sublaceris. Panicula laxe pyramidata, spiculis sub-3-floris: perigonii glumae calycinae valvis conformibus longitudine inaequalibus, margine albo-membranaceis, floribus brevioribus, glumae corollinae valvis

inaqualibus, externa lanceolata 5-nervia, in flore inferiore acuminato-setacea, in superioribus apice 2-seta, dorso longe aristata, arista intorta, tandem refracta, interna admodum breviore, apice vix 2-dentata, 2-nervia, nervis lateralibus ciliatis.

A. tenuis *Sang. Cent. tres p.* 20. *n.* 37. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 697.

In Umbriae montibus non rara.

Annua. Fl. Majo-Junio. Spiculae flavo-virentes.

206. PRATENSIS *L. Sp. Pl. p.* 119. Radice sub-simplici, fibris crassiusculis interupte villosis: culmo caespitoso erecto basi folioso nudo: foliis linearibus acuminatis flacidis, superioribus involutis: vaginis striatis, supremis elongatis: ligulis triangularibus integris, imis abbreviatis obtusis. Racemo simpliciusculo erecto, spiculis sub 5-floris, floribus basi breviter barbatis: perigonii glumae calycinae valvis conformibus, externa breviore 3-nervia interna 5-nervia, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa lanceolato-acuminata 3-fida, dorso aristata, arista refracta subgeniculato-contorta, valva interna acute 2-fida dense ciliata: caryopside superne hirsuta.

A. pratensis *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 704.

In Latii montibus. *Guadagnolo.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae pallido-virentes nitidae.

207. VERSICOLOR *W. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 1. *p.* 452. Radice fibrosa, fibris fuscis exilibus flexuosis: culmo simpliciusculo longitudine vario, superius nudo, nodis fusco: foliis paucis linearibus, vaginisque striatis glabris: ligulis membranaceis subintegris. Racemo ramoso stricto, ramis subgeminatis: spiculis sub-6-floris, flosculis basi barbatis: perigonii glumae calycinae valvis conformibus, longitudine inaequalibus, externa minore 3-nervia, interna 5-nervia, glumae corollinae valvis, calycinas, excedentibus inaequalibus, externa lanceolata apice 2-dentato-sphacelata, infra medium aristata: arista geniculato-refracta, valva interna breviore angustiore dense ciliata.

A. versicolor *Sang. Cent. tres p.* 20. *n.* 38.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 706.

In apenninis Umbriae frequens. *Monti della Sibilla.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae nitidae aurato-viridi et violaceo variegatae.

208. VILLOSA *Bert. Exc. de re Herb. p.* 6. *p.* 3. Radice repente, fibris subsimplicibus firmis: culmo caespitoso brevi molliter villoso, villis albis dedeflexis: foliis linearibus puberulis, margine scabris, senio convolutis, radicalibus numerosis, culmeis paucis: ligulis brevibus acutis eroso-ciliatis, in vaginae strictae marginem descendentibus. Racemo coartato nutante: spi-

culis 2-floris , flosculis basi stipiteque barbatis: perigonii glumae calycinae valvis inaequalibus acutis albo-membranaceis, externa minore 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valvis longitudine aequalibus, externa oblongo-lanceolata 2-seta, supra medium aristata, arista scabra geniculata tandem refracta, valva interna, apice 2-dentata: caryopside lineari nitida.

A. villosa *Sang. Cent. tres p.* 21. *n.* 39.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 709.

In appenninis elatis ad rupium fessuris. *Monti della Sibilla.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae nitidae flavescentes.

209. CONDENSATA *Linck. En. alt. t.* 1. *p.* 82. Radice tenui, fibris flexuosis villosis: culmo caespitoso, inferne nodis infracto: foliis planis linearibus, vaginisque striatis, suprema laxiuscula: ligula brevissima erosa. Racemo compacto densifloro, in anthesi patente, spiculis sub-3-floris: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus, externa lanceolata 1-nervia, interna majore carinato-concava 3-nervia, glumae corollinae valvis omnibus inclusis, valva externa oblonga carinata, apice 2-seta, medio aristata, arista infra medium geniculato-contorta tandem refracta, interna breviori albo-hyalina, apice acute dentata.

A. condensata *Fior. App. al Pr. della Fl. Rom. p.* 3. *n.* 3. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 712.

In sterilibus, et in marginibus viarum mare versus. *Terracina.*

Ann. Fl. Majo-Junio. Spiculae nitidae viridi-flavescentes, tandem flavae.

210. NEGLECTA *W. En. t.* 1. *p.* 124. Radice tenui villosa fibris flexuosis: culmo subsimplici, nodis fuscis subinfracto, basi ramoso: foliis linearibus, vaginisque striatis, molliter pubescentibus: ligulis lanceolatis apice laceris. Panicula ramosa composita densifiora, ramis spicatls : spiculis sub-6-floris: perigonii glumae calyciuce valvis inaequalibus margine membranaceis, externa minori lineari-lanceolata, interna majori carinata longe acuminata, glumae corollinae valvis, calycinas, excedentibus, externa mutica vel 2-seta supra dorsi medium aristata, arista subgeniculato-contorta, valva interna breviore, ultra medium 2-fida.

A. neglecta *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 28. *n.* 29.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 44. *n.* 109. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 713.

In pratis, et viis non infrequens. *Roma, Terracina, Tivoli* etc.

Annua. Fl. Junio-Julio. Spiculae nitidae pallide-virentes, senio stramineae.

211. FLAVESCENS *L. Sp. Pl. p.* 118. Radice repente, fibris exilibus: culmo caespitoso erecto, superius nudo: foliis linearibus planis, vaginisque arctis striatis pubescentibus quandoque glabris: ligula membranacea tandem abbre-

viata lacera. Panicula composita ramosissima stricta, spiculis sub-3-floris: perigonii glumae calycinae valvis inaequalibus carinatis, margine albo membranaceo, externa late ovata 3-nervia dimidio breviore, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa lanceolata, apice 2-fida, infra medium aristata, arista scabra geniculato-contorta senio refracta, valva interna albo-membranacea apice 2-fida, nervis marginalibus obsoletis.

A. flavescens *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 715.

In pratis montanis Umbriae. *Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Spiculae nitidae plus minus flavescentes tandem stramineae.

212. PARVIFLORA *Desf. Flor. Atl. t.* 1. *p.* 103. *Tab.* 32. Radice praetenui, fibris simplicibus: culmo caespitoso, nodis inferioribus radicante: foliis lineari-acuminatis, vaginisque striatis, pilosis: ligula brevissima dentato-lacera. Panicula ramosissima antea, et post anthesim erecta, spiculis sub-3-floris: flosculis remotiusculis, rachide callosa insidentibus: perigonii glumae calycinae valvis admodum inaequalibus carinatis, externa lineari-acuta 1-nervia, interna ovato-oblonga 3-nervia latiore, et duplo longiore, glumae corollinae valvis parvum inaequalibus, externa lanceolata canaliculata apice 2-dentata, dentibus quandoque acutis, infra apicem aristata, arista tenui scabra longitudine varia, valva interna breviuscula 2-dentata.

A. parviflora *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 721.- Festuca segetum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 48. *n.* 118.

In pratis demissis et elatis. *Roma*, et in *Vettore* loco dicto *Infernaccio della Sibilla.*

Annua. Flor. Junio. Spiculae subnitidae pallide virentes.

213. FRAGILIS *L. Sp. Pl. p.* 119. Radice tenui, fibris ramuloso-flexuosis: culmo caespitoso ascendente striato: foliis linearibus pubescentibus: vaginis elongatis laxiusculis striatis: ligula membranacea brevi subintegra. Spica composita terminali elongata, spiculis solitariis alternis sub-10-floris, fosculo superiore abbortivo: rachide exquisite geniculata: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus, externa 3-nervia lanceolato-lineari brevi angusta oblique torta, interna oblongo-lineari obtusa 7-nervia, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa longiuscula lanceolato-acuminata obscure 5-nervia dorso aristata, arista tenui scabra infra geniculum contorta tandem infracta, valva interna 2-nervia, apice acute 2-dentata.

A. fragilis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 28. *n.* 28.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 44. *n.* 108.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 723. - Gramen loliaceum spu-

rium hirsutum aristis genic. minus, medium seu vulgare, majus. *Barrel. Ic. fig.* 1. 2. 3.

In viis et cultis vulgaris.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae virides vel viridi-purpurascentes.

POA.

* *Glyceriae.* Floribus deciduis.

214. DISTANS *L. Mant. t.* 1. *p.* 32. Radice fibrosa repente, fibris ramulosis: culmo caespitoso erecto basi multi-vaginato: foliis angustis linearibus convolutis, vaginisque ascendendo longioribus striatis glaucis: ligula triangulari scariosa apice sub-3-fida. Panicula patula demum reflexa: spiculis compressis lanceolatis multifloris: floribus remotiusculis divaricatis: perigonii glumae calycinae valvis obtusis canaliculatis margine membranaceis inaequalibus, externa majore 3-nervia, interna 1-nervia, glumae corollinae valvis, externa oblonga obtusa obscure 5-nervia, nervis basi pilosiusculis, interna angustiore apice 2-dentato, nervo utrinque ad marginem: stigmatibus albo-plumosis.

β maritima. Spiculis multifloris.

P. distans β major *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 515.

In pratis maritimis. *Ostia.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae, uti tota planta, glauco-virides.

215. FLUITANS *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *t.* 1. *p.* 73. Radice repente, fibris exilibus, ad nodos fluitantibus, verticillatis: culmo elato ancipiti exquisite striato inferius demerso et fluitante, foliis lato-linearibus obtusiusculis scabris, vaginisque laxis glabris, striatis: ligula elongata albo-membranacea lacera. Panicula terminali composita in anthesi divaricata: spiculis lanceolatis elongatis subcompressis multifloris: floribus remotiusculis divaricatis: perigonii glumae calycinae valvis brevissimis admodum inaequalibus obtusis albido-membranaceis 1-nerviis, externa minore, nervo superius evanido, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa obtusa ecarinata 7-nervia, interna quidquam longiore marginibus 1-nervosis apice 2-dentata: stigmatibus ramosis albo-plumosis: nectario vix lobato.

P. fluitans *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 518. - Festuca fluitans *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 52. *n.* 128.- Gramen miliaceum aquaticum Brizae locustis, semine rufo. *Barrel. Ic.* 7.

In lacubus et fossis aquosis non infrequens. *Lago di Villa Pamfili.*

Perenn. Flor. Aestate. Spiculae pallide virentes.

** *Sclerochloae.* Floribus persistentibus.

216. RIGIDA *L. Sp. Pl. p.* 101. Radice fibrosa, fibris exilibus ramulosis: culmo caespitoso erecto, inferius, nodis nigrigantibus, infracto: foliis linearibus acuminatis, margine deorsum scabriusculis: vaginis striatis: ligula albo-membranacea, apice lacera. Paniculae compositae terminalis ramis angulato-scabris: spiculis teretiusculis multifloris disticis secundis, flosculis in anthesi laxatis subcompressis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus acuminatis membranaceis exquisite nervosis, externa 2-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa lanceolata canaliculata obsure 5-nervia, interna breviuscula, nervo marginali valido utrinque instructa.

P. rigida *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 65. *n.* 186.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 552.- P. rigida α muralis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 52. *n.* 127.

β maritima. Culmi superius nudi, valva corollina externa mucronulata.

P. rigida β maritima *Seb. et Maur. l. c.- Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 523.

In muris tectis et viis frequens, β in maritimis. *Ostia, Fiumicino* etc.

Annua. Flor. Junio-Julio. Spiculae, uti tota planta, lete virentes.

217. DURA *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *t.* 1. *p.* 70. Radice fibrosa: fibris exilibus longis tortuosis: culmo caespitoso suberecto huc illuc nodis infracto, vaginis compressis, tecto: ligula membranacea acuta subintegra. Racemo terminali abbreviato distice secundo: spiculis compressis lineari-obtusis 3-5-floris: floribus rigidis persistentibus approximatis, supremo saepe abortivo longiuscule pedicellato: perigonii glumae calycinae valvis late cartaceo-membranaceis inaequalibus obtusis, externa 5-nervia, interna breviori obscure nervosa, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa carinata striata apice obtuse emarginata 5-nervia, interna breviori 2-nervia, margine membranaceo serrulato, apice sub erosa.

P. dura *Maur. Cent.* 13. *p.* 9.- *Bert. Fl. It.* t. 1. *p.* 525.- Gramen arvense Polypodii panicula crassiore. *Barrel. Ic.* 50.

In arenosis et ad vias inter saxa. *Sponde del Tevere, alla Tolfa, Acqua bollicante* etc.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae uti tota planta sordide virentes.

*** *Poae genuinae.* Gluma corollina tantum persistente.

218. ALPINA *L. Sp. Pl. p.* 99. Radice fibrosa, fibris robustis: culmo caespitoso basi-bulboso multifoliato, superius nudo: foliis linearibus glabris

saepe abbreviatis, radicalibus congestis: vaginis striatis, inferioribus dilatato-abbreviatis marginatis: ligula acute oblonga, in foliis inferioribus obtusa lacera. Paniculae contractae subovatae ramis geminatis flexuosis: spiculis ovatis 2-11-floris: floribus acutiusculis inferne villosis, basi liberis: perigonii glumae calycinae valvis fere aequalibus ovato-lanceolatis acuminatis 2-nerviis, glumae corollinae valvis longitudine subaequalibus, externa late ovata 5-nervia, interna angustiori albo-membranacea 2-nervia, nervis marginalibus ciliatis: stigmatibus ramoso-plumosis.

P. alpina *Sang. Cent. tres p.* 16. *n.* 27. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 527.

β vivipera. Floribus viviperis. *Bert. l. c. p.* 528.

In Latii montibus *Guadagnolo*, et in Vettore *Monte la Botte*, etiam varietas.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae ex viridi et purpureo variegatae.

219. ANNUA *L. Sp. Pl. p.* 99. Radice fibrosa exili: culmo caespitoso striato debili vario: foliis linearibus subundulatis flaccidis: vaginis subcompressis, superioribus elongatis: ligula lanceolata truncata. Panicula composita tandem diffusa: spiculis ovatis compressis sub-6-floris, flosculis liberis tandem deciduis: perigonii glumae calycinae valvis inaequalibus, margine membranaceis, externa latiori acuminata 3-nervia, interna minori lanceolata, nervis lateralibus obsoletis, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa 3-nervia carinata, interna angustiori 2-nervia, carina nervisque marginalibus inferne sericeis: stigmatibus plumoso-ramosis.

P. annua *Sebast. En. Amph. Flavii p.* 65. *n.* 186.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 49. *n.* 122.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 529.

Ad vias, et ambulacra nil communius.

Annua. Flor. ab hyeme ad aetatem. Spiculae albo-virides quandoque purpurantes.

220. BULBOSA *L. Sp. Pl. p.* 102. Radice fibrosa, fibris solidiusculis: culmo caespitoso superius nudo, basi bulboso, vaginisque foliorum vestito: foliis filiformibus obtusis mucronulatis, radicalibus congestis: stipulis elongatis, inferioribus abbreviatis dilatatis: ligula lanceolata longiuscula. Panicula erecta abbreviata in anthesi patente: spiculis acuminatis compresso-subturgidis sub 5-floris: flosculis lanugine praelonga basi cintis, in anthesi laxiusculis, tandem deciduis, supremis minoribus: perigonii glumae calycinae valvis conformis subaequalibus 3-nerviis, nervis carinalibus crassis, marginibus albo-membranaceis, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa elongata basi

dilatata 5-nervia, nervis lateralibus superne evanidis, interna oblonga 2-nervia, nervis submarginalibus: stigmatibus decomposito-plumosis.

P. bulbosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 50. *n.* 123. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 534.

β bulbifera. Bulbillis foliaceis, spiculis, insidentibus.

P. bulbosa *β Seb. et Maur. l. c.* - *Bert. l. c. p.* 535. - Gramen murale junceum minus Allii radice, panicula janthina non crispa. *Barrel. Ic.* 272. et G. arvense panicula crispa janthina foliosa, geniculatum, minus. *Ic.* 703. *f.* 1. et G. arvense panicula crispa pallida seu majus. *f.* 2.

In pascuis, viis, et muris obvia etiam variatas.

Perenn. Flor. Aprili–Majo. Spiculae ex albo–viridi purpurantes.

221. TRIVIALIS *L. Sp. Pl. p.* 99. Radice tenui, fibris ramoso–flexuosis: culmo caespitoso erecto, superius valide striato: foliis linearibus carinatis scabris: vaginis laxiusculis striatis, suprema longiore: ligula lanceolato-acuminata, in vaginis superioribus elongata. Panicula terminali composita in anthesi diffusa: spiculis ovatis acutis sub-3-floris: flosculis, lanugine longa, cintis: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis acuminatis, carina scabris, interna 3–nervia, externa 1–nervia, glumae corollinae valva externa longiore ovato–lanceolata 3–nervia, nervo carinali inferne villoso, interna 2-dentata 2-nervia, nervis marginalibus.

P. trivialis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 49. *n.* 120. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 138.– Bromus trivialis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 31. *n.* 41.

Ad vias ubique vulgaris.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae virentes, oris valvarum albicantibus.

222. PRATENSIS *L. Sp. Pl. p.* 99. Radice repente, fibris flexuosis descendentibus: culmo caespitoso erecto glabro: foliis linearibus subobtusis mucronulatis glabris, inferioribus angustioribus: vaginis striatis: ligula brevissima erosa. Panicula erecta in anthesi patente: spiculis ovatis acutiusculis sub–4–floris: flosculis, lanugine longa copiosa, cintis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus ovato–lanceolatis 3–nerviis, carina scabris, glumae corollinae valvis longitudine subaequalibus, externa ovato–oblonga 5–nervia, nervo carinali scabro, intermediis obsoletis, interna 2–fida, marginibus inflexis 1–nervosis: stigmatibus decomposito-plumosis.

P. pratensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 48. *n.* 119. *α et β* - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 542.– Poa trivialis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 65. *n.* 184.

In pratis et pascuis sylvaticis communis.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae virides, oris valvarum albo-flavidis, tandem viridi-purpurantes.

Obs. Hec, et praecedens species, foenum praestantissimum, praebent.

223. NEMORALIS *L. Sp. Pl. p.* 102. Radice fibrosa, fibris numerosis subsimplicibus descendentibus: culmo caespitoso gracili ascendente superius nudo: foliis linearibus angustis superioribus elongatis: vaginis glabris, internodio brevioribus: ligula brevissima saepe obliterata. Panicula laxa elongata nutante: spiculis brevibus erectis 1–4–floris: flosculis acutis, lanugine quandoque deficente: porigonii glumae calycinae valvis lanceolato-acuminatis 3–nerviis, spiculas subaequantibus, glumae corollinae valvis longitudine aequalibus, externa lanceolato-acuminata 5–nervia, carina inferius sericeo-villosa, interna 2–dentata, marginibus 1–nervosis inflexis: stigmatibus decomposito-plumosis.

P. nemoralis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 59. *n.* 122. – *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 544.

δ montana. Calycibus locusta brevioribus; flosculorum valva externa oblongo-lanceolata obtusa superne aurata, *Bert. l. c.*

In muntium sylvis opacis. *Monte Cavi* apud *Albano*, δ *Bosco del Cavaliere* in Umbria.

Prenn. Flor. Junio-Augusto. Spiculae virides, in δ apice auratae.

224. COMPRESSA *L. Sp. Pl. p.* 101. Radice longa robusta repente, fibris descendentibus: culmo decumbente compresso-striato, nodis infractis, ascendente, superius nudo: foliis brevibus linearibus acuminatis, apice mucronulatis: vaginis compressis carinatis: ligula brevi obtusa. Racemo composito subsecundo, spiculis lanceolatis compressis sub-8–floris: flosculis in anthesi laxatis liberis vel lanugine connexis: perigonii glumae calycinae valvis ovato-lanceolatis subaequalibus, spiculis multo brevioribus, 3-nerviis, carina scabris: glumae corollinae valvis longitudinae subaequalibus, externa ovato-lanceolata 5-nervia, nervis lateralibus obsoletis, carina inferius ciliata, interna minore oblonga 2-dentata, marginibus inflexis 1-nervosis: stigmatibus decomposito-plumosis.

P. compressa *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 50. *n.* 124.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 548.

In siccis, collibus, muris. *Sponda del Tevere a Ripetta, sul Tuscolo* etc.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae vivides, valvarum marginibus albidis.

*** *Eragrostides*. Floribus deciduis, valva corollina interna diutius persistente.

225. PILOSA *L. Sp. Pl. p.* 100. Radice fibrosa, fibris simplicibus crassiusculis: culmo caespitoso striato, nodis inferioribus refracto, et ramoso: foliis anguste linearibus glabris, inferioribus latioribus: vaginis brevibus laxiusculis, fasciculo duplici pilorum, terminatis: ligula nulla. Panicula terminali composita tandem nutante, ramis inferioribus verticillatis, exortu pilosis: spiculis linealibus compressis multifloris, flosculis ovato-acuminatis distintis liberis: perigonii glumae calycinae valvis inaequalibus 1-nerviis, minimìs lanceolatis diafanis, externa triplo minore, glumae corollinae valvis subaequalibus, externa 3-nervia, nervo carinali scabro, interna, marginibus late inflexis, 1-nervia, nervis ciliatis: caryopside ovata corneo-diafana.

P. pilosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 51. *n.* 125. – *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 552. - Gramen phalaroides sparsa panicula minimum angustifolium. *Barrel. Ic.* 44. *f.* 2.- G. campestre paniculis elegantissimis purpurascentibus ex minimis rarioribus locustis compositis. *Triumf. obs. p.* 64.

Ad muros et sepes frequens circa Romam.

Annua. Flor. Junio. Spiculae viridi-purpureae.

226. ERAGROSTIS *L. Sp. Pl. p.* 100. Radice fibrosa, fibris crassiusculis flexuosis: culmo caespitoso decumbente tereti simplici, basive ramoso: foliis linearibus latiusculis scabris, subtus glabris: vaginis striatis laxiusculis: ligula barbata. Panicula terminali composita, ramis alternis flexuosis, primariis basi pilosis: spiculis multifloris oblongis: flosculis turgidiusculis disticis: perigonii glumae cylicinae valvis subaequalibus oblongo-lanceolatis acutis, nervo carinali solitario scabro, glumae calycinae valva externa majore concavo-carinata 3-nervia scabra, valvae internae marginibus inflexis 1-nervosis, nervis exquisite ciliatis: cariopside cornea flava rotundata.

P. Eragrostis *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 555.- P. megastachya *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 31. *n.* 126.- Briza Eragrostis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 30. *n.* 35.- Gramen eranthemum seu ερχγροςτις phalaroides paniculatum multiplici et tenui Brizae spica. *Barrel. Ic.* 43, et G. eranthemum palustre tenui et sparsa Brizae panicula. *Ic.* 743.

Communis in incultis, ambulacris hortorum, viis urbis etc.

Annua. Fl. Junio-Julio. Spiculae cartaceae elegantissimae plumbeo-virentes, quandoque purpurascentes.

BRIZA.

227. *minor* *L. Sp. Pl. p.* 103. Radice tenui, fibris brevibus flexuosis: culmo saepe solitario ascendente gracili: foliis linearibus, margine scabriusculis: vaginis compressis laxiusculis: ligula elongata acuminata, quandoque inferius lacera. Panicula 2-3-chotoma effusa, ramis capillaribus flexuosis: spiculis solitariis nutantibus compressis 3–7-floris, in anthesi deltoideis: flosculis disticis ascendendo minoribus: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus navicularibus, flosculos inferiores, superantibus obsolete 3-nerviis, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa carinata late cordato-rotundata, nervo carinali obscure ramoso, interna admodum minore ovato-acuminata, marginibus 1-nerviis: caryopside breviter 2–rostrata.

B. minor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 54. *n.* 131.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 561.- Gramen tremulum, seu phalaroides minus lata sparsa panicula. *Barrel. Ic.* 16.

Inter segetes et in hortorum ambulacris.

Annua. Flor. Junio. Spiculae elegantissimae tremulae ex albo-vividi-purpurascentes.

228. *media* *L. Sp. Pl. p.* 103. Radice repente robusta, fibris descendentibus flexuosis: culmo solitario erecto superius nudo glabro: foliis linearibus margine scabris: vaginis elongatis laxiusculis: ligula obtusa brevi. Panicula erecta patenti, ramis geminatis elongatis, ramulis flexuosis: spiculis nutantibus ovato-rotundatis 3–7-floris: flosculis disticis ascendendo minoribus: perigonii glumae calycinae valvis cochleariformibus obtusis, flosculis sub brevioribus 3–nerviis, nervis lateralibus superius evanidis, glumae corollinae valvis admodum inaequalibus, externa latissima carinato-plicata 5-nervia, nervis lateralibus robustis superius obsoletis, valva interna oblonga obtusa emarginata, marginibus 1-nerviis.

B. media *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 53. *n.* 130.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 563.- Gramen phalaroides minus erecta collectaque panicula. *Barrel. Ic.* 15. *f.* 2.

In siccioribus montium. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Junio. Spiculae tremulae ex violaceo-rubescentes.

229. *maxima* *L. Sp. pl. p.* 103. Radice fibrosa tenui, fibris ramulosis descendentibus: culmo erecto caespitoso basi quandoque ramoso: foliis linearibus acuminatis scabriusculis: vaginis laxis superioribus elongatis: ligula ob-

tusa lacera denticulata. Panicula terminali depauperata nutante secunda: spiculis amplis compressis 10-20-floris ovatis, in anthesi cordatis: flosculis distichis, supremis minoribus: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus, flosculis brevioribus, concavo-ovatis, nervis lateralibus, basi radiantibus, evanescentibus, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa maxima carinato-canaliculata, base late cordata, apice acuta multinervosa, interna minima elliptica, nervis 2 marginaribus ciliatis.

B. maxima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 53. *n.* 129 - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 565.– Gramen phalaroides majus ferrugineum nutante radicula. *Barrel. Ic.* 15. *f.* 1. et G. tremulum seu phalaroides majus erecta panicula rufum, et citrinum. *Barrel. Ic.* 23. *f.* 1. *et* 2.

Ad oras nemorum, et in arvis.

Perenn. Fl. Majo-Junio. Spiculae tremulae ferrugineo-purpurascentes.

CYNOSURUS.

230. CRISTATUS *L. Sp. Pl. p.* 105. Radice fibrosa, fibris descendentibus subflexuosis: culmo subsolitario erecto glabro, inferius brevi tractu horizontali, superius nudo: foliis linearibus angustis, margine et carina scabris: vaginis striatis, superioribus elongatis: ligula brevi erecta truncata. Racemo composito spicaeformi lineari: rachide flexuosa continua: racemulis secundis 2-3- spiculiferis: glumis sterilibus concavis muticis, spiculas 3-4-floras, subaequantibus: perigonii glumae calycinae valvis conformibus, flosculorum longitudine, lanceolato-linearibus muticis, carina ciliata, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa majore subhispida brevissime aristata, interna obscure canaliculata, nervis ciliatis.

C. cristatus *Seb. et Maur. Fl. Rom Pr. p.* 65. 156.- *Bert. Fl. It. t.* 1 *p.* 584.- Gramen typhinum puntagineum spica glumacea digitata heteromallon majus et minus. *Barrel. Ic.* 27. *fig.* 1. *et* 2.

In pratis et pascuis obvius.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae nitidae albo-virentes.

Obs. Antherae purpureae post anthesim pendulae.

231. ECHINATUS *L. Sp. Pl. p.* 105. Radice fibsosa, fibris caespitosis descendentibus villosis: culmo subsolitario erecto, vel e basi brevi tractu horizontali, ascendente glabro superius nudo: foliis lato-linearibus deorsum scabris: vaginis laxiusculis striatis suprema subventricosa: ligula membranacea insigni, basi folio adnata. Racemo composito denso ovato-oblongo secundo:

rachide striata continua: racemulis alternis subdichotomis: spicula solitaria 2-flora, flosculo altero sessili altero pedicellato: glumis sterilibus lanceolato-lineoribus canaliculatis, carina scabris, longe aristatis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus linearibus muticis, carina scabris, glumae corollinae valvis subaequalibus, calycinis brevioribus, conaliculato-convolutis, valva externa longissime aristata, interna mutica, nervis ciliatis.

C. echinatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 65. *n.* 157.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 586.- Gramen alopecurum spica aspera. *Barrel. Ic.* 123. *fig.* 2.

In pascuis sterilibus frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Spiculae subrivides, tandem stramineo-nitentes.

232. ELEGANS *Desf. Fl. Atl. t.* 1. *p.* 82. *tab.* 17. Radice tenui, fibris ramulosis descendentibus: culmo saepe solitario gracili erecto, superius nudo: foliis linearibus acutis pilosiusculis, margine scabris: vaginis striatis, superioribus elongatis laxiusculis: ligula alba lacera, in vagina suprema elongata. Racemo composito secundo laxo ovato: rachide articulata scabra: racemulis dichotomo-corymbosis: spiculis sub-2-floris: loco alterutrius flosculi quandoque stipitulo: glumis sterilibus ovato-lanceolatis approximatis, inferioribus lineari-lanceolatis, carina scabris: perigonii glumae calycinae valvis conformibus, lanceolato-linearibus longe acuminatis scabris, flosculorum longitudine, glumae corollinae valvis aequalibus, externa ovato-oblonga concavo-convoluta longe aristata pubescenti, valva interna mutica superne pilosa.

β gracilis. Racemo gracili oblongo lineari.

C. elegans β. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 588. - Chrysurus elegans. *Fior. Giorn. de' lett. di Pisa* 1828. *t.* 17. *p.* 4.

In umbrosis montium. *Albano, la Riccia* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Spiculae albo-viridi variegatae.

FESTUCA.

* *Festucae genuinae.* Panicula in anthesi patente.

233. FLAVESCENS *Wild. En. Hort. Ber. t.* 1. *p.* 114. Radice fibrosa, fibris robustis flexuosis: culmo caespitoso ascendente superius nudo: foliis junceis subulato-mucronatis striatis: vaginis 2 superioribus longissimis laxis brevibus aphyllis, vel rudimento foliorum adjecto: ligula brevi truncata vel erosa, in vaginae marginibus subdecurrente. Panicula pauciflora secunda mutante, ramis subsimplicibus: spiculis sub 4-floris: perigonii glumae calycinae valva

externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valva externa ovato-lanceolata 5-nervia mucronata et breviter aristata, basi nuda, interna minori apice 2-fida 2-nervia, nervis robustis ciliatis ad margines inflexos.

F. flavescens *Bert. Fl. It. t. 2. p.* 596.

In pratis elatioribus Piceni. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Spiculae virides, quandoque purpurascentes.

234. POEFORMIS *Spr. Syst. Vegt. t.* 1. *p.* 354. *n.* 33. Radice fibrosa, fibris simplicissimis subflexuosis: culmo caespitoso tenui erecto, basi squammis vaginaeformibus tecto, superius nudo: foliis setaceis, margine scabris junceo-convolutis: vaginis inferioribus abbreviatis laxis, superioribus elongatis striatis: ligula membranaceo-diaphana triangulari. apice lacera. Panicula composita stricta, tandem patente, ramulis flexuosis, inferioribus fasciculatis: spiculis sub-4-floris, pilis brevibus, involutis: perigonii valva calycina externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae, valva externa exquisite carinata 5-nervia, apice obscure 2-denticulata breviter aristata, interna minore acute 2-fida 2-nervia, nervis robustis ciliatis ad margines inflexos.

F. poeformis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 599.

Ad oras sylvarum in elatioribus Umbriae, *Monte Priore*, et in Nursinis *alla Portella.*

Perenn. Flor. aestate. Spiculae colore variae, stramineo-virides, aurato-virides, purpureae, viridi auroque variegatae.

235. DURIUSCULA *L. Sp. Pl. p.* 108. Radice caespitosa, fibris firmis flexuosis ramosis: culmo dense caespitoso erecto vel ascendente, superius nudo: foliis compressis duris striatis mucronatis abbreviatis, radicalibus junceis: vaginis striatis ascendendo elongatis, suprema laxiuscula: ligula obliterata in vaginae marginem decurrente. Panicula composita secunda tandem patente, ramis subsolitariis alternis: spiculis teretiusculis tandem compressis 4-7-floris, flosculis basi nudis: perigonii glumae calycinae valvis canaliculatis, spiculis multo brevioribus, externa minori lineari 1-nervia, interna lanceolata 3-nervia, glumae calycinae valva externa obscure 3-nervia aristata vel mutica, arista longitudine varia, valva admodum breviore, valva interna minori apice snb-2-dentata 2-nervia, nervis robustis, ad margines inflexos.

F. duriuscula *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 45. *n.* 111.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 601.-

β dumetorum. Panicula pubescente *Bert. Fl. It. l. c.*

ϰ ovina. Foliis radicalibus setaceis culmisque gracillimis; locutis breviter aristatis. *Bert. Fl. It. l. c. p.* 603.

F. ovina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 45. *n.* 112.

In montium sylvis. *Monte Albano*, *Lucretile* etc.

Perenn. Flor. aestate. Spiculae virides aut subcoerulae, quandoque flavescentes, vel purpurantes.

236. *Halleri Röem. et Schult. Syst. veg. t.* 2. *p.* 716. Radice robusta, fibris crebris flexuosis longis interrupte villosis: culmo caespitoso gracili superius nudo, inferius nodis infracto: foliis radicalibus numerosis, culmeis paucis successive abbreviatis, omnibus setaceis: vaginis striatis, suprema folio longiore: ligula subnulla, in vaginae apicem hinc inde quodammodo decurrente. Panicula secunda contracta, tandem patente, ramis alternis solitariis, inferioribus binatis: spiculis sub-5-fioris: flosculis remotis: perigonii glumae calycinae valvis canaliculatis muticis, externa lineari 1-nervia, interna majori lanceolato-lineari 3-nervia, nervis carinalibus scabriusculis, glumae corollinae valva externa lanceolato-lineari canaliculato-involuta 5-nervia aristata, arista simplici scabra, valvam longitudine subaequante, valva externa apice 2-fida, 2-nervia superne ciliata, nervis robustis utrinque ad marginem inflexum.

F. Halleri *Sang. Cent. tres p.* 16. *n.* 28.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 607.

In montium elatiorum apricis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae atro vel viridi-purpureae, quandoque flavovirentes.

237. *heterophylla Lam. Fl. Fran. ed.* 2. *t.* 3. *p.* 600. Radice robusta, ramosa, fibris flexuosis: culmo dense caespitoso tereti-striato superne nudo: foliis radicalibus setaceis flaccidis, culmeis gracillimis planis, tandem setaceo-involutis: vaginis striatis, superioribus successive elongatis: ligula abbreviata, in vaginae marginem decurrente. Panicula laxa secunda in anthesi patula, ramis subsolitariis, inferioribus elongatis, spiculis teretiusculis 5-8-floris: perigonii glumae calycinae valvis canaliculatis lanceolato-linearibus, spiculis multo brevioribus, externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valvis, arista sublongioribus, externa aristata canaliculato-acuminata obscure 5-nervia, interna 2-dentata, nervo insigni utrinque ad marginem involutum.

F. heterophylla *Bert. Fl. It.t.* 1. *p.* 609.

Ad horas nemorum. Romae, et *Allumiere della Tolfa.*

Perenn. Fl. Majo-Junio. Spiculae virentes, quandoque coerulescentes.

238. *spadicea L. Syst. Nat. ed.* 12. *t.* 2. *p.* 732. Radice fibrosa robusta, ramis flexuosis: culmo tereti caespitoso, basi vaginis dilatatis aphyllis

cinto: foliis laevibus, demum convoluto-pungentibus, superioribus planis anguste-linearibus, vaginis striatis glabris: ligula 2-aurita. Racemo composito erecto ramis subsimplicibus inaequalibus flexuosis glabris: spiculis compressis ovatis sub-4-floris: perigonii glumae calycinae valvis, spiculis brevioribus oblongo-lanceolatis canaliculatis, externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, nervis lateralibus superius evanidis, glumae corollinae valva externa oblongo-lanceolata acuta mutica exquisite 5-nervia, interna apice acute 2-denticulata 2-nervia, nervis robustis ad marginem inflexum.

F. spadicea *Sang. Cent. tres p.* 16. *n.* 29.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 611.

In pratis montium. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae luteae, tandem spadiceae.

239. ELATIOR *L. Sp. Pl. p.* 111. Radice robusta, fibris crassis stoloniferis repentibus, saepe dense pubescentibus: culmo subsolitario, statura admodum vario, quandoque superius nudo: foliis linearibus exquisite striatis, marginibus et carina scabris: vaginis striatis ascendendo longioribus: ligula subnulla truncata. Panicula decomposita varia, in anthesi tandem diffusa, ramis inferioribus geminatis multifloris: spiculis ovato-lanceolatis compressis 4-6-floris: perigonii glumae calycinae valvis carinato-canaliculatis, spiculis brevioribus, externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, nervis lateralibus medio evanidis, glumae corollinae valva externa subaristata canaliculato-lanceolata 5-nervia, interna 2-nervia apice subdentata, nervo valido utrinque ad marginem inflexum.

F. elatior *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 47. *n.* 115.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 616.– F. arundinacea *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 44. *n.* 101.

In pratis humidis, ad fossas, et in muris madidis communis.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae viridi-purpurantes, valvarum marginibus albo-membranaceis.

240. SEROTINA *L. Sp. Pl. p.* 111. Radice robusta repente, fibris descendentibus flexuosis: culmo caespitoso basi quandoque ramoso, internodiis semiteretibus: foliis linearibus brevibus patentibus reflexisque: vaginis laxis striatis, internodiis longioribus, totum culmum obdudentibus: ligula brevissima truncata lacera. Racemo compacto, ramis alternis solitariis: spiculis linearibus strictis, in anthesi patulis sub 5-floris: flosculis villo brevi involucratis: perigonii glumae calycinae valvis acutis carinatis cartaceo-membranaceis 1-nerviis, externa minori, glumae corollinae valva externa lanceolata, apice membranacea eroso-retusa, quandoque acuta subaristata 3-nervia, valva interna apice acute 2-fida 2-nervia, nervo utrinque ad marginem inflexum.

F. serotina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 48. *n.* 117.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 621.

In aridis montium. Secus Tibur ad radices montis Catili.

Perenn. Flor. Septembri. Spiculae virentes quandoque purpureae.

** *Koeleriae.* Racemo spicaeformi denso.

241. CRISTATA *L. Sp. Pl. p.* 111. Radice tenui, fibris flexuosis ramulosis: culmo caespitoso solitarioque, basi quandoque ramoso, superius nudo: foliis linearibus acuminatis, vaginisque striatis, pubescentibus: ligula membranacea lacera. Racemo spicaeformi composito cylindrico quandoque lobato, in anthesi tantum laxo: spiculis ovatis compressis 2-6-floris: perigonii glumae calycinae valvis pubescentibus canaliculatis, externa breviori acuminata 1-nervia, interna acuta 3-nervia, nervis lateralibus supra medium evanescentibus, glumae corollinae valva externa majore 5-nervia, nervis lateralibus superius evanidis, apice breviter 2-dentata mutica, in flosculis inferioribus tenuiter aristata, gluma interna profunde acuteque 2-fida 2-nervia, nervis lateralibus robustis ad marginem inflexum.

F. cristata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 624.- Koeleria fleoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 61. *n.* 146.- Gramen alopecurum viridi, et molli spica. *Barrel. Ic.* 123. *f.* 1.

Ubique communis ad vias, in pascuis etc.

Annua. Flor. Majo. Spiculae albo-virides, senio pubescentes.

*** *Vulpiae.* Panicula vel racemo valvis calycinis admodum inaequalibus.

242. MICHELI *Kunt. En. pl. t.* 1. *p.* 397. Radice tenui, fibris simplicibus flexuosis: caule subsolitario, basi quandoque ramoso puberulo: foliis filiformibus, vaginisque striatis, pubescentibus: ligula membranacea fimbriata. Racemo composito secundo laxifloro, ramis angulatis, inferioribus fasciculatis: spiculis 2-4-floris: flosculis subulatis distantibus: perigonii glumae calycinae valvis multo-inaequalibus carinatis, valva externa minima 1-nervia acuminato-setacea, interna, longitudine flosculi, aristulata 3-nervia, nervis lateralibus circa apicem evanidis, glumae corollinae valvis apice acute, breviterque 2-fidis, externa lanceolato-lineari canaliculata 5-nervia, nervis lateralibus obsoletissimis superius evanidis, aristata, arista scabra, valva subreviore, valva interna, dimidio breviore 2-nervia, nervis lateralibus exilibus ad marginem inflexum.

F. Micheli *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 629.

In maritimis. *Ostia, Fiumicino.*

Annua. Flor. Majo. Spiculae pallide virentes.

243. LIGUSTICA *Bert. in Opusc. scient. di Bol. t.* 1. *p.* 64. Radice tenui, fibris ramulosis villosis: culmo caespitoso erecto vel ascendente, quandoque superius nudo: foliis liceari-acuminatis, vaginisque striatis, glabris: ligula tenuissima truncato-lacera. Panicula composita secunda nutante tandem diffusa, ramis alternis geminatisque: spiculis sub-4-floris subulatis, in anthesi compresso-dilatatis: perigonii glumae calycinae valva externa minima 1-nervia, interna 3-nervia, nervis lateralibus superius evanidis, glumae corollinae valvis apice integris, externa majore 5-nervia, nervis lateralibus superius obsoletissimis, aristata, arista scabra, valva longiore, interna apice acute 2-fida 2-nervia, nervis lateralibus ciliatis ad marginem inflexum.

F. ligustica *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 631.– Bromus ligusticus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 31. *n.* 40.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 57. *n.* 139.

In patis, viis, muris vulgatissima.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae viridi-flavae, tandem purpurascentas.

244. UNIGLUMIS *Soland. in Ait. Hort. Kew. ed.* 1. *t.* 1. *p.* 108. Radice fibrosa, fibris longis subsimplicibus: culmo caespitoso decumbente, vel nodis inferioribus infractis fuscis, ascendente: foliis anguste linearibus brevibus, vaginisque sublaxis striatis, glabris: ligula brevi lacera in vaginae margines decurrente. Racemo composito spicaeformi stricto, ramis solitariis alternis abbreviatis apice incrassatis: spiculis 5-7-floris lineari-subulatis, in anthesi dilatatis: flosculis compresso-carinatis successive minoribus: perigonii glumae calycinae valva-externa brevissima, interna lanceolato-lineari, flosculos subaequante breviter aristata 3-nervia, nervis lateralibus obsoletis, glumae corollinae valvis inaequalibus, externa carinata lanceolato-lineari 5-nervia, nervis lateralibus superius obsoletis, aristata, arista scabra attenuata valva longiore, interna minori, apice acuminata 2-fida 2-nervia, nervis lateralibus robustis ad marginem inglexum.

F. uniglumis *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 634.

In litore marino. *Ostia, Fiumicino, Terracina* etc.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae flavo-virentes.

245. MYUROS *L. Sp. Pl. p.* 109. Radice tenui, fibris flexuosis ramosis: foliis linearibus acutis convoluto-setaceis: vaginis laxiusculis scabris, suprema saepe subinflata: ligula truncata brevissima. Racemo elongato secundo stricto simplici vel composito nutante, ramis simplicibus striatis scabris: spiculis

oblongis sub-6-floris, flosculis post anthesim deciduis: perigonii glumae calycinae valvis linearibus carinatis, carina scabris, externa 1-nervia, interna plusquam duplo longiore 3-nervia, nervis lateralibus obsoletis, supra medium evanidis, mutica aut aristata, glumae corollinae valva externa lanceolato-lineari 5-nervia, nervis lateralibus vix conspicuis, aristata, arista scabra valva plusquam duplo longiore, interna minore apice acute 2-fida, nervo valido ciliolato utrinque ad marginem inflexum.

F. myuros *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 44. *n.* 100.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 636. - *Seb. et Maur. Fl.Rom. Pr. p.* 46. *n.* 114. *α major.* - Gramen festuceum myurum minus spica heteromalla. *Barrel. Ic.* 99. *f.* 1.

β Racemo brevi striato, valva calycina altera duplo longiore.

F. bromoides *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 46. *n.* 113.

In sterilissimis comunis utraque varietas, et super muros.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae subrufescentes.

246. CILIATA *DC. Fl. Fr. t.* 3. *p.* 35. *n.* 1595. Radice tenui, fibris ramulosis villosis: culmo subcaespitoso erecto, vaginis successive longioribus, tecto: foliis linearibus convoluto-setaacis, inferioribus abbreviatis: ligula in vaginae marginem quodammodo producta. Racemo composito simplicive elongato secundo subnutante pedunculis sub-6-floris: flosculis teretibus: perigonii glumae calycinae valvis valde inaequalibus, spiculis brevioribus, externa minima 1-nervia, interna triplo etiam longiore 3-nervia, nervis lateralibus basi tantum conspicuis: glumae corollinae valva externa canaliculato-lineari acuminata, toto margine, ciliato-barbata longe aristata obscure 5-nervia aristata, interna minore apice breviter acuteque 2-fida, nervo robusto ciliolato utrinque ad marginem inflexum.

F. ciliata *Sang. Cent.* 3. *p.* 17. *n.* 30. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 639.- F. myuros *β* minor. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 46. - F. myuros *β* glumis hirsuto-ciliatis. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 44.- Gramen festuceum myurum elatius spica heteromalla gracili. *Barrel. Ic.* 99. *f.* 2.

Ad horas nemorum, et in sterilibus. Romae, *Vetralla, Tivoli* etc.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae virentes, senio albicantes.

247. ALOPECURUS. *Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 93. *n.* 18. Radice tenui, fibris longis flexuosis villosis: culmo caespitoso decumbente, saepe nodis inferioribus infracto-ascendente, et ramoso: foliis anguste linearibus mucronulatis, arefactione convolutis: vaginis striatis, suprema laxiuscula elongata: ligula lacera brevissima. Racemo simpliciusculo secundo, pedunculis brevibus apice dilatatis: spiculis majusculis 6-8-floris oblongo-lanceolatis remotis distichis, in

anthesi ovato-oblongis, flosculis remotis successive minoribus: perigonii glumae calycinae valvis valde inaequalibus carinato-canaliculatis, externa minima lineari 1-nervia, interna lanceolato-lineari aristata, arista flosculis subbreviore 7-nervia, nervis lateralibus superius evanidis, glumae corollinae valva externa lanceolato-lineari carinato-compressa, arista sublongiore, carina aristaque scabra, 5-nervia, nervis lateralibus obsoletis apice tantam evanidis, valva interna minore, apice acuto, 2-fida 2-nervia, nervo robusto villoso utrinque ad marginem inflexum.

F. alopecurus. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 641.– Bromus barbatus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 58. *n.* 140. *tab.* 1.– *Sebast. Rom. Pl. fas. alt. p.* 5. *tab.* 1.

In littore arenoso vulgatissima. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae, et quandoque tota planta, coerulescunt.

*** *Brachypodia.* Racemo simplici, spiculis multifloris aristatis.

248. *gracilis Moench. Meth. p.* 191. Radice subrobusta, fibris simplicibus flexuosis: culmo ut plurimum solitario superius nudo: foliis linearibus medio dilatatis pilosis scabridis: vaginis arctis striatis margine ciliatis: ligula brevi membranacea ciliato-lacera. Racemo simplici subnutante, spiculis alternis teretiusculis subsessilibus, in anthesi lanceolato-linearibus, 9-10-floris: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus, flosculis brevioribus, externa angustiori 2-nervia, interna 7-nervia, glumae corollinae valva interna majore canaliculata oblongo-lanceolata villosa 7-nervia, nervis robustis apice aristulata, arista, in flosculis superioribus, valva longiore, valva interna minori apice breviter 2-dentata 2-nervia, nervo insigni ciliolato utrinque ad marginem inflexum.

F. gracilis *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 644.– Bromus sylvaticus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 59. *n.* 142. cum var.

In umbrosis et sylvaticis communis.

Annua. Flor. Majo-Junio. Spiculae, uti tota planta, virescunt.

249. *pinnata Huds. Fl. Angl. p.* 48. Radice robusta, fibris crassis stoloniferis flexuosis: culmo simplici caespitoso erecto, basi vaginis aphyllis cinto, superius nudo: foliis lato-linearibus elongatis: vaginis laxiusculis exquisite striatis: ligula brevi truncato-lacera. Racemo simplici erecto in anthesi patulo: spiculis subsessilibus teretiusculis alternis distantibus 8-20-floris: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus 7-nerviis breviter aristatis, valva externa minori, glumae corollinae valvis longitudine aequalibus,

externa 7-nervia lanceolato-acuminata aristata vel mutica, arista valva breviore, interna truncata 2-nervia, nervo robusto ciliolato utrinque ad marginem inflexum.

F. pinnata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 646.- Bromus pinnatus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 32. *n.* 43.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 59. *n.* 141. *α et β* - Gramen sparteum, spicata Brizae panicula et corniculata. *Barrel. Ic. p.* 25.

In dumetis, sepibus, et viis communis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae uti tota planta glauco-virentes.

250. PHOENICOIDES *L. Mant.* 1. *p.* 33. Radice subrobusta repente, fibris elongatis flexuosis: culmo caespitoso decumbente ramosissimo, nodis infracto, superius nudo: foliis lineari-angustissimis acuminatis patulis, tandem convoluto-setaceis: vaginis brevibus laxiusculis: ligula brevi pilosa in vaginae marginem decurrente. Racemo simplici paucifloro: spiculis subsessilibus distantibus, superioribus ante anthesim teretiusculis 10–15-floris: perigonii glumae calycinae valvis acuminatis muticis, externa duplo minori 5-nervia, interna 7-nervia, glumae corollinae valvis longitudine aequalibus, externa lanceolata 5-nervia, nervis basi obsoletis, aristata vel mutica, arista valva multo breviore, interna truncata subplana apice, et marginibus superioribus ciliata 2-nervia, nervis robustis utrinque ad marginem.

F. phaenicoides. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 651.

In apricis mare versus. *Civitavecchia, Corneto* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae, uti tota planta, glaucae.

251. DISTACHYA *Wild. En. t.* 1. *p.* 118. Radice tenui, fibris descendentibus subsimplicibus flexuosis: culmo rigido caespitoso, nodis inferioribus infractis, ascendente erectoque superius nudo: foliis linearibus scabris distantibus, vaginisque brevibus, striatis: ligula membranacea fimbriata pilosa. Racemo paucifloro: spiculis ovatis compressis disticis subsessilibus aproximatis sub-12-floris: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus lanceolatis acutis muticis, externa minori 5-nervia, interna 7-nervia, glumae corollinae valvis longitudine aequalibus, externa scabra exquisite setoso-aristata 7-nervia, setis marginalibus patulis, arista valva longiore, valva interna subtruncata 2-nervia, nervis robustis superius setoso-ciliatis utrinque ad marginem inglexum.

F. distachya. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 651.- Bromus distachyos. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 32. *n.* 42.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 59. *n.* 143. *α, β, γ.*

In muris aridis, collibus sterilibus, et quandoque etiam in apricis. *Villa Pamfili, Palombara, muri della città* etc.

Annua. Flor. Majo. Spiculae virentes.

Obs. Varietates Flor. Rom. Prod. lusus simplices sunt, diverso loco natali.

DACTYLIS.

252. GLOMERATA *L. Sp. Pl. n.* 105. Radice robusta, fibris flexuosis parce ramosis: culmo subcaespitoso tereti striato superne nudo: foliis acutis carinatis rigidulis, carina et marginibus scabris: vaginis subcompressis carinatis scabridis: ligula grandiuscula obtusa, apice erosa vel lacera. Racemo terminali composito: floribus secundis, ramis alternis modo elongatis modo abbreviatis: spiculis conglomeratis ovoideis sub-5-floris: perigonii glumae calycinae valvis, spiculis brevioribus, externa minore lanceolata, interna oblongo-lanceolata, lateribus inaequalibus, majore 1-nervoso, minore enerveo, nervo carinali in utraque setoso, glumae corollinae valva externa cartillaginea oblongo-lanceolata 5-nervia, valva interna membranacea, nervo insigni utrinque ad marginem inflexum.

D. glomerata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii - Maur. Cent.* 13. *p.* 8. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 508. - Gramen spicatum folio aspero spica grumosa longa, vel breviore. *Barrel. Ic. p.* 26. *fig.* 1. 2.

In pratis, viridariis, viis competribus communis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae albo-virides, aut ex albo-viridi purpurascentes.

253. LITORALIS *W. Sp. Pl. n.* 408. Radice fibrosa, fibris simplicibus longis reptantibus stoloniferis: culmis subsolitaris florigeris vel sterilibus foliosis disticis simplicibus ramosisque ad stolonum articulis, basi bulboso-squamosis: foliis angustis rigidis patentibus scabris: vaginis arctis striatis: ligula pilosa, pilis lateralibus longioribus. Racemo terminali composito spicaeformi, quandoque interrupto: floribus secundis, ramis jamdudum brevissimis: spiculis oblongis compressis sub-4-floris: perigonii glumae calycinae valvis ovato-oblongis, flosculis plusquam dimidio brevioribus, interna majore 5-nervia, externa 3-nervia, glumae corollinae valva externa latiore ovato-oblonga striata 9-nervia, interna erosula, nervo utrinque ad marginem late inflexum, nervis omnibus scabridis.

D. litorales *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 571.

In palustribus mare versus. *Ponticelli d'Ostia.*

Perenn. Flor. aestate. Spiculae variant virides, viridi-coerulescentes, vel purpurascentes. Tota planta glauca.

BROMUS.

254. *secalinus* L. *Sp. Pl. p.* 112. Radice fibrosa, fibris flexuosis simplicibus: culmo 2-3-pedali striato pilosiusculo superius nudo: foliis elongatis, vaginisque striatis, pilosis: ligula brevissima truncata lacera. Panicula laxa subsimplici erecta, tandem nutante: spiculis ovato-oblongis turgido-subcompressis scabridis nudisve sub-10-floris: perigonii glumae calycinae valva externa minori lanceolata 5-nervia, valva interna ovato-oblonga breviter mucronulata 7-nervia, carina ciliato-scabra, glumae corollinae valva externa ovato-oblonga 9-nervia, infra apicem aristata, arista valva longiore vel aequante, valva interna ovato-obtusa, nervo conspicuo, utrinque ad marginem inflexum.

B. secalinus *Sang. Cent. tres p.* 17. *n.* 31.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 654. - Festuca graminea glumis non hirsutis erectior. *Barrel. Ic.* 75. *f.* 1.

β villosus. Paniculae ramis locutisque molliter villosis: arista corollina flosculis sublongiore. *Bert. l. c. p.* 655.

In collibus circa Romam. *Monte Mario*, β in Umbriae pascuis secus *Ascoli*.

Annuus. Flor. Majo-Julio. Spiculae pallide virentes.

255. *racemosus* L. *Sp. Pl. p.* 114. Radice fibrosa, fibris simplicibus: culmo sesquipedali pilosiusculo: foliis planis, vaginisque ovatis, striatis pubescentibus: ligula brevi truncata pilosiuscula. Panicula elongata laxiflora, in anthesi erecta: spiculis ovato-lanceolatis scabris vel villosis sub-8-floris: perigonii glumae calycinae valva externa minore lanceolata 5-nervia, interna late ovata breviter mucronulata 7-nervia, glumae corollinae valvis ciliolatis, externa late ovata subemarginata 9-nervia, infra apicem aristata, arista valva sublongiore, interna ovato-obtusa integra, nervo utrinque ad marginem inflexum, pilis alterne minoribus, crebre ciliato.

B. racemosus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 31. *n.* 39.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 54. *n.* 133. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 657.

In patis et pascuis communis.

Annuus. Flor. Majo-Junio. Spiculae pallide virentes.

256. *arvensis* L. *Sp. Pl. p.* 113. Radice tenui, fibris flexuosis parce ramosis: culmo erecto sub-3-pedali glabro, superne nudo: foliis linearibus acutis pilosis, vaginisque arctis villosis, striatis: ligula brevi eroso-lacera. Panicula terminali sparsa stricta, dein effusa nutante: spiculis ovatis turgidiusculis subcompressis scabriusculis sub-10-floris: perigonii glumae calycinae valva

externa minore lanceolata 3-nervia, interna ovato-lanceolata 5-nervia, glumae corollinae valvis longitudine aequalibus, externa ovato-oblonga acute 2-fida 7-nervia, infra apicem aristata, arista tenui scabra recta, valvae longitudine, valva interna angustiori, nervo utrinque, ad marginem inflexum, patenti-ciliato.

B. arvensis *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 54. *n.* 132.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 658.

In pratis et pascuis communis.

Annuus. Flor. Majo-Junio. Spiculae viridi-albae, vel viridi-albo et purpureo variegatae.

257. SQUARROSUS *L. Sp. Pl. p.* 112. Radice tenui, fibris simplicibus: culmo erecto laevi superius nudo: foliis linearibus planis, vaginisque arctis elongatis pubescentibus: ligula erosa lacera. Panicula simpliciuscula erecta, fructifera nutante: spiculis majusculis ovato-oblongis scabris vel pilosis 10–20-floris: perigonii glumae calycinae valvis subacutis, externa minore oblongo-lanceolata 5-nervia, interna ovato-oblonga 7-nervia, glumae corollinae valva externa late ovato-oblonga, apice acute 2-fida, obsolete nervosa, infra apicem asistata, arista valvae longitudine erecta, arefactione infracto-recurvata patenti, valva interna minore oblonga elliptica, marginibus obscure nervosis.

B. squarrosus *Seb. et Maur. Fl. Rom.Pr. p.* 54. *n.* 132.- *Bert. Fl. It.t.* 1. *p.* 660.- Gramen phalaroides majus acerosum nutante spica. *Barrel. Ic.* 24. *fig.* 1.

β minor. Spiculis angustioribus *Seb. et Maur. l. c.*

In montibus subapenninis ad vias non rara. *Vettore*, *Monte Lucretile* etc. β copiose quo loco legerat Barrelierus noster. *Sulla via del Tevere fra Porta del Popolo, e Ponte Molle...*

Annuus. Flor. Junio-Augusto. Spiculae albo-viridi-stramineae.

258. MOLLIS *L. Sp. Pl. p.* 112. Radice fibrosa, fibris numerosis congestis lanuginosis: culmo erecto sesquipedali laevi superius nudo: foliis linearibus elongatis, vaginisque arctis protensis striatis pubescentibus: ligula brevi obtusa subintegra. Racemo composito multifloro in anthesi stricto: spiculis ovato-lanceolatis compresso-subturgidis molliter villosis scabrisve 10–20-floris: perigonii glumae calycinae valvis ovato-lanceolatis parum inaequalibus, externa 3-nervia, interna 5-nervia, glumae corollinae valva externa ovata vix 2-fida 7-nervia apice aristata, arista recta valva subreviore, valva interna minore plana, nervis marginalibus obsoletis.

B. mollis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 31. *n.* 38.–*Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 55. *n.* 134.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 662.– Festuca graminea, hirsutis Brizae glumis, compactior. *Barrel. Ic.* 83. *f.* 1.

In agris pascuis et viis vulgaris.

Annuus. Flor. Majo. Spiculae lete virentes.

259. INTERMEDIUS *Guss. Fl. Sic. Pr. t.* 1. *p.* 114. Radice tenui, fibris numerosis: culmo erecto laevi folioso: foliis linearibus acuminatis, vaginisque arctis elongatis striatis pubescentibus: ligula scariosa truncata subintegra. Panicula stricta multiflora, ramis superioribus solitariis: spiculis lanceolatis compresso-subturgidis villosis sub-11-floris: perigonii glumae calycinae valva externa minori acuminata 3-nervia, interna ovato-lanceolata 7-nervia, glumae corollinae valva externa ovato-acuminata breviter 2-fida, obsolete et irregulariter nervosa, apice aristata, arista valva subaequante, tandem intorta divaricato-patula, valva interna minore, nervis lateralibus, ciliisque obsoletis.

B. intermedius *Sang. Cent. tres p.* 18. *n.* 32.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 663.

In pascuis non procul ab urbe. *Marcigliana.*

Annuus. Flor. Junio. Spiculae virides tandem stramineae.

260. SCOPARIUS *L. Sp. Pl. p.* 114. Radice fibrosa, fibris crassiusculis ramosis subvillosis: culmo caespitoso erecto levi, superne nudo: foliis linearibus elongatis, vaginisque striatis, parce pilosis: ligula brevi truncata lacera. Racemo terminali densifloro stricto: spiculis lanceolatis fere sessilibus scabris vel villosis 12-15-floris: perigonii glumae calycinae valvis acuminatis, externa minori lanceolato-lineari 3-nervia, interna lanceolata 7-nervia, glumae corollinae valva externa lanceolato-acuminata, apice 2-fida 7-nervia, nervis alterne insignioribus, infra apicem aristata, arista valva longiore tandem recurvato-intorta divaricato-patula, valva interna minore apice 2-dentata, nervo, utriusque ad marginem, patenti-ciliato.

B. scoparius *Maur. Rom. Pl. Pent.* 13. *p.* 9.– *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 665.

In sterilibus et muris. Secus *Sutri,* signatim in veteri amphiteatro.

Annuus. Flor. Majo. Spiculae virides, quandoque subrubentes.

** *Bromi festucacei.* Locustis compressis, valva corollina interna crebre ciliolata vel scabra.

261. GYGANTEUS *L. Sp. Pl. p.* 114. Radice robusta, fibris crassis nigrigantibus flexuosis villosis: culmo 3-4-pedali erecto glabro, superius nudo: foliis linearibus elongatis acuminatis, margine scabris, inferius auriculatis,

auriculis lateralibus incurvis: vaginis arctis striatis glabris: ligula cartillaginea truncato-lacera. Panicula composita-elongata terminali laxiflora, in anthesi nutante, in fructu erecta: spiculis acutis gracillimis 3-7-floris: perigonii glumae calycinae valvis lanceolato-acuminatis, externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valvis longitudine aequalibus, externa lanceolato-acuminata obscure 3-nervia, apice brevissime 2-dentata, infra dentes aristata, arista scabra valva paulo longiore, interna acuminata subintegra, nervo robusto scabro, utrinque ad marginem inflexum.

B. giganteus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 667.- Festuca gigantea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 47. *n.* 116.

Ad sepes in locis humentibus. *Valle dell' inferno* etc.

Perenn. Fl. Julio. Spiculae pallide virentes, quandoque subviolaceae.

262. ASPER *L. Sp. Pl. n.* 111. Radice fibrosa, fibris robustis elongatis huc illuc villosis: culmo erecto etiam 3-pedali villoso superius nudo: foliis lato-linearibus elongatis scaberrimis: vaginis arctis elongatis striatis, pilis deflexis: ligula membranacea subintegra. Panicula composita elongata laxiflora nutante secunda, spiculis elongatis laxis sub-16-floris: perigonii glumae calycinae valvis acutis, carina scabris, externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valva externa lanceolato-acuminata obscure 5-nervia, acumine subintegro, apice aristata, arista recta, valva breviore, valva interna minori subintegra, nervo valido, utrinque ad marginem inflexum, inferne scabro, superne ciliato.

B. asper *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 56. *p.* 36.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 669.

In nemoribus frequens etiam circa urbem.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae virides, vel viridi-purpurantes.

263. ERECTUS *Huds. Fl. Angl. p.* 49. Radice robusta, fibris firmis flexuosis villosis nigrigantibus: culmo caespitoso erecto sub-3-pedali superius nudo: foliis linearibus acuminatis scabris, radicalibus angustissimis ciliatis: vaginis laxiusculis protensis: ligula brevissima truncata lacera. Panicula erecta laxiflora in anthesi tantum patente, spiculis oblongis compressis 8-12-floris: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis, carina ciliatis, externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valva externa lanceolato-acuminata breviter acuta 2-fida 5-nervia, nervis medianis obsoletis, aristata, arista recta scabrida valva breviore, valva interna minori acuminata, nervo conspicuo ad magines inflexos, inferius scabrido, superius minute ciliolato.

B. erectus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 56. *n.* 135.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 671.- Gramen sparteum, longa et spicata panicula, Lolii utriculati, Festucae potius majus. *Barrel. Ic.* 13. *f.* 1.

In arvis et collibus siccioribus frequens. *Monte Mario.*
Perenn. Fl. Junio. Spiculae virides, quandoque viridi-purpurascentes.
Obs. Planta glauca striata.

*** *Bromi genuini.* Locustis compressis, valva corollina interna remotiuscule ciliata.

263bis. STERILIS *L. Sp. Pl. p.* 113. Radice tenui, fibrillis flexuosis huc illuc villosis: culmo ascendente sub-3-pedali stricto glabro superius nudo: foliis linearibus acuminatis, vaginisque laxiusculis elongatis, striatis scabris: ligula brevi truncato-lacera. Panicula terminali simpliciuscula in anthesi effusa nutante, ramis pendulis: spiculis oblongis compressis sub-10-floris, flosculis divaricatis: perigonii glumae calycinae valvis admodum inaequalibus lanceolato-linearibus acuminatis, externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valva externa majori lanceolato-lineari scabra, conspicue 7-nervia, acuminato-2-fida, infra apicem aristata, arista scabra basi sulcata valva longiore, valva interna admodum minore obtusa, nervo remote serrato-ciliato, utrinque ad marginem inflexum.

B. sterilis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 30. *n.* 36.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 36. *n.* 137.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 674.

In sterilibus et muris obvius.

Annuus. Flor. Majo. Spiculae virides aut viridi-rubentes.

264. SCABERRIMUS *Ten. Fl. Nap. t.* 3. *p.* 89. *tav.* 105. Radice fibrosa tenui, fibris flexuosis: culmo erecto vel ascendente spithameo, et etiam 3-pedoli laevi, superius nudo: foliis linearibus acuminatis, vaginisque laxiusculis pubescentibus striatis: ligula membranacea truncata lacera. Racemo terminali composito stricto in anthesi erecto-patulo: spiculis elongatis divaricatis villosis scabrisque 6-8-12-floris: flosculis remotis lineari-subulatis: perigonii valvis lineari-lanceolatis carina scaberrimis: glumae calycinae valva externa minori 1-nervia, interna 3-nervia, glumae corollinae valva externa conspicue 7-nervia, infra apicem profunde bifidum, aristata, arista scabra basi sulcata, valvam aequante, gluma interna valde minore acuminata, nervo serrato-ciliato utrinque ad marginem inflexum.

B. scaberrimus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 676.

β rubro-violaceus. Racemo contractiore, ramis pedunculisque brevioribus, toto demum ex atro-rubro violaceo; herba plerumque molliter pubescente. *Bert. l. c.*

B. diandrus. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 31. *n.* 37. - B. madritensis.- *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 57. *n.* 138.- B. sterilis erecta panicula major. *Barrel.* 76. *f.* 1.

In sterilibus viis muris vulgatissimus.

Annuus. Flor. Majo. Spiculae variant virides, atro-violaceae, virides rubro et albo variegatae.

265. MAXIMUS *Guss. Pl. Rar. p.* 45. Radice robusta, fibris crassis flexuosis lanuginosis: culmo caespitoso ascendente sub-2-pedali tereti striato, superius nudo: foliis linearibus acuminatis, vaginisque laxis elongatis, striatis pilosis ligula membranacea truncata lacera. Panicula terminali simpliciuscula stricta, in anthesi patula nutante: spiculis majuscolis lanceolatis compressis scabris sub-19-floris: flosculis tandem divaricatis: perigonii valvis omnibus late lanceolatis acuminato-setaceis: glumae calycinae valva externa minori 1-nervia, interna obscure 5-nervia, glumae corollinae, valva externa exquisite 7-nervia, infra apicem profunde 2-fidum, aristata, arista scabra, valva duplo et ultra longiore, basi sulcata, apice attenuata, valva interna dimidio breviore acuminata, nervo laterali, utrinque ad marginem, remote ciliato.

B. maximus. *Sang. Cent. tres p.* 18. *n.* 33.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 678.

β erectus. Locustis breviter pedunculatis, florentibus erecto-patulis; valva corollina externa altius 2-fida. *Bert. l. c.*

In herbidis circa Romam non rara; *β* in maritimis. *Torre s. Michele.*

Annuus. Flor. Majo. Spiculae virides aut viridi-alboque rubentes.

266. TECTORUM *L. Sp. Pl. p.* 114. Radice tenui, fibris flexuosis villosis: culmo caespitoso vel solitario erecto glabro striato superne nudo: foliis linearibus acuminatis, vaginisque arctis, striatis molliter pubescentibus: ligula plus minus evoluta lacero-laciniata. Panicula terminali laxiflora in anthesi secunda, spiculis compressis lanceolatis molliter pubescentibus, ex ramis nutantibus, assurgentibus sub-5-floris: flosculis remotiusculis: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis carinatis, marginibus lato-membranaceis, externa minori acuminata 1-nervia, interna duplo longiore acuta 3-nervia, valva corollina externa oblongo-lanceolata, margine membranaceo insigni, 7-nervia, apice breviter 2-fido aristata, arista tenui scabra, valva sublongiore, valva interna dimidio breviore obtusiuscula, nervo laterali utrinque ad marginem, longe remoteque ciliato, inferius nudo.

B. tectorum *Bert. Fl. It.t.* 1. *p.* 680.

In aridis, muris, et tectis Piceni.

Annuus. Fl. Aprili-Majo. Spiculae pallide virentes, aut ex viridi-rubellae.

ARUNDO.

* *Donax.* Valva corollina externa usque ad medium pilifera.

267. *Donax L. Sp. Pl. p.* 120. Radice crassa repente ramosa, fibris simplicibus majusculis descendentibus: culmo fruticoso fistuloso robusto magno: foliis lato-lanceolatis longius acuminatis carinatis, margine superius scabridis: vaginis arctis striatis: ligula truncata, medio abbreviata. Panicula composita tyrsoidea ramosissima, ramis alternis semi-verticillatis: spiculis 1-3-floris: flosculis albo-barbatis, barba longitudine flosculi, tandem patente, inferius abbreviata: perigonii glumae calycinae valvis cartaceis 3-nerviis, esterna longiore, interna circa flosculos convoluta, glumae corollinae valvis membranaceis, externa lanceolata acuminata brevissime aristata 5-nervia, nervis intermediis evanescentibus, interna dimidio breviori, nervo utrinque ad marginem inflexum, crebre superius ciliolato.

A. Donax. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 42. *n.* 103. – *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 732.

Ex Aegypto adlata ubique colitur, et sponte huc illuc provenit.

Perenn. Flor. decedente Autumno. Spiculae viridi-purpureae.

Vulgo. *Canna. Cannone.*

Usus. Planta utilissima. Culmus, plurimis in operibus, summopere praestat, uti ad fulgendas vites aliasque plantas, ad sepes texendas, ad ripas fluviorum sustinendas, ad laquearia, canistras, caveas, colos, textorum pectines texendos etc. Folia ad boves et jumenta alenda optima verna tempestate, dum alia deficiunt gramina. Radix in arte medica, uti aperiens et detergens olim commendata.

268. *pliniana Tour. Flor. Ital. Pr. p.* 63. Radice repente ramosa, ramis bulbiferis, fibris subsimplicibus: culmo orgyali geniculato, dein erecto, inferius semifarcto tereti: foliis linearibus latiusculis, apice longe acuminatis, striatis, margine et carina scaberrimis: vaginis glabris: ligula coriacea brevissima truncata. Panicula elongata depauperata, in anthesi patente, ramis alternis elongatis, spiculis sub-1-floris: flosculis albo-barbatis, barba flosculis subbreviore, inferius abbreviata: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus cartaceis 3-nerviis, interna circa flosculos convoluta, glumae corollinae valvis membranaceis, externa longe acuminata, acumine aristaeformi contorto, glumam corollinam superante, obscure 5-nervia, valva interna multo minori, nervo robusto glabro, utrinque ad marginem inflexum.

A. pliniana. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 734.- A. Plinii *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 41. *n.* 102.

Ad sepes et fossas circa urbem frequens. Magna manu circa *Monte Mario*.

Perenn. Flor. Septembri. Spiculae viridi-purpurantes.

Vulgo. *Cannuccia.*

Usus. Horticultores ad defendendas hyeme plantas, speciem colligunt, ut storeas conficiant.

** *Ampelodesmos*. Valva corollina externa basi breviter barbata.

269. Ampelodesmos *Cyrill. Neap. Pl. Fasc.* 2. *p.* 12. Radice robusta caespitosa, fibris numerosis congestis: culmo erecto suborgyali firmo farcto scabro superius nudo: foliis linearibus robustis longe acuminato-attenuatis, maturitate convolutis: vaginis arctis striatis glabris: ligula membranacea triangulari magna, tandem lacera, in foliis superioribus elongata. Panicula composita nutante secunda, ramis scabris, inferioribus semiverticillatis elongatis: spiculis compressis sub-5-floris, flosculis basi breviter barbatis, barba alba subpatente: perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis, flosculis brevioribus, acumine mucronulato, externa breviuscula 3-nervia, interna 5-nervia, glumae corollinae valvis cartilagineis longitudine fere aequalibus, externa lanceolata scabra, acumine mucronulato, 5-nervia, interna apice breviter acuminato 2-fida, nervo minutissime ciliolato, utrinque ad marginem inflexum.

A. Ampelodesmos. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 43. *n.* 105.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 738.- Calamagrostis nastoides avenacea panicula. *Barrel. Ic.* 363.

In montibus calcareis. Abundat secus *Tivoli*, *S. Polo*, *Palombara*, et *Circello* etc.

Fl. Junio-Julio. Spiculae virentes, vel ex caerulo et purpureo-virentes, nunc etiam substramineae.

Vulgo. *Strama.*

Usus. Culmo nondum maturo ad vincendum utuntur agricolae, item ad funes texendas.

*** *Phragmitis*. Axe communi flosculorum longe barbato.

270. PHRAGMITIS. *L. Sp. Pl. p.* 120. Radice late repente, fibris congestis ramulosis: culmo orgyali erecto tereti subfarcto, apice scabro: foliis lanceolatis longe acuminatis striatis, margine et carina scabris: ligula brevissima barbato-ciliata. Panicula tyrsoidea pyramidata, ramis semiverticillatis, basi hinc inde barbatis: spiculis subulatis tandem patentibus 1–5–floris: flosculorum stipitulo longe barbato, pilis niveis patentibus, in flore imo denudato: perigonii glumae calycinae valvis inaequalibus acutis 3–nerviis, flosculis brevioribus, externa minori ovato–lanceolata, interna, duplo longiore, glumae corollinae, valvis nudis, externa longe acuminata canaliculato–convoluta 3-nervia, interna triplo breviore, nervo crassiusculo utrinque ad marginem inflexum.

A. phragmitis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 42. *n.* 104. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 741.

In fossis, paludibus, nemoribus ubique.

Perenn. Flor. Junio–Julio. Spiculae atro vel viridi–purpureae.

Vulgo. *Cannuccia*, *Spazzola*.

Usus. Plantam florentem ad penniculos conficendos, culmos ad laquearia et storeas texendas, colligimus.

**** *Calamagrostis*. Flosculis basi barbatis, villis simplicibus basi conjugatis.

271. EPIGEJOS *L. Sp. Pl. p.* 120. Radice repente, fibris numerosis crassis fuscatis: culmo erecto vel ascendente suborgyali fistuloso, apice denudato scabro: foliis lanceolato-linearibus longe acuminatis, vaginisque arctis protensis, striatis glauco–virentibus: ligula cartilaginea truncata tandem lacera. Racemo composito densifloro stricto, in anthesi patente: ramis fasciculatis abbreviatis, ramulis 1–floris: perigonii glumae calycinae valvis lanceolato–linearibus subaequalibus, margine et carina scabriusculis, flosculis et barba alba involucrante, longioribus 2-nerviis, interna basi tantum 3-nervia, glumae corollinae valvis multum inaequalibus, externa majore, valvis calycinis duplo breviore, oblongo-lanceolata, apice acute 2-fida, 3-nervia, nervo medio, infra apicem, in aristam brevem scabram arefactione refractam, villum subaequantem, producto, valva interna dimidio breviore acute 2–fida, nervo marginali glabro, utrinque ad marginem inflexum,

A. epigejos. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 41. *n.* 101. - *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 743.

In collibus nemorosis prope Urbem non infrequens.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae virentes aut viridi-purpurantes.

***** *Deyeuxia.* Flosculis barbatis, villo simplici circa basim valvae corollinae internae, stipitulo pilorum adjecto.

272. MONTANA *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 2. *p.* 257. Radice robusta repente, fibris flexuosis pilosis: culmo ascendente vel erecto sub-3-pedali glabro, vaginis aphyllis, basi cinto: foliis lanceolato-linearibus acuminatis, vaginisque protensis laxiusculis, striatis: ligula membranacea obtusa tandem lacera. Racemo composito multifloro in anthesi subpatente, ramis fasciculatis congestis, ramulis distinctis 1-floris: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus lanceolato-acuminatis, flosculo sublongiosibus, externa longiuscula 1-nervia, interna 3-nervia, nerviis lateralibus obsoletis, glumae corollinae valvis longitudine subaequalibus, externa oblongo-canaliculata basi barbata, barba, valva 5-nervia, duplo breviore, nervo medio prope basim, in aristam scabram geniculatam exertam arefactione refractam, producto: stipitulo densissime pinnato-plumoso, valvam internam angustiorem, nervo scabrido utrinque ad marginem inflexum, aequante.

A. montana. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 750.

In sylvis montium elatiorum. *Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Fl. Julio. Spiculae pallide virentes, aut albo-purpurascentes.

AMMOHPILA.

273. ARUNDINACEA *Host. Gram. Aust. t.* 4. *p.* 21. *t.* 41. Radice, fibris numerosis congestis flexuosis, late repente: culmo caespitoso erecto sub-3-pedali, squamis vaginantibus aphyllis, basi cinto, et nodibus inferioribus radicante: foliis strictis linearibus canaliculato-convolutis pungentibus subglaucis: vaginis arctis striatis, suprema spathaeformi: ligula insigni elongata, apice 2-partito-lacera. Racemo composito spicaeformi stricto elongato, ramis brevibus adpressis 1-floris, flosculis compressis: perigonii glumae calycinae valvis oblongo-lanceolatis acutis carinatis, margine diaphanis, flosculo sublongioribus, externa minore 1-nervia, interna 5-nervia, glumae corollinae valvis scabridis basi barbatis, barba triplo longioribus, externa acuta, apice 2-dentata, mucronulo e nervo medio inter dentes producto, interna apice 4-dentata.

A. arundinacea. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 753.- Arundo arenaria. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 40. *n.* 100.

In arenosis maritimis. *Ostia*, *Fiumicino*, *Terracina* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae stramineae.

Usus. Radices ad arenosas ripas substinendas aptissimae: culmi, et praesertim folia, ad storeas et funes texendas, utilissima.

POLYCARPON.

274. TETRAPHILLUM *L. Sp. Pl. p.* 131. Caule prostrato ramoso: foliis verticillato-ternis, superioribus oppositis: stipulis membranaceis ovato-acuminatis: sepalis mucronulatis, petala emarginata, superantibus.

P. tetraphyllum. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 65. *n.* 187.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 71. *n.* 170.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 834. - Anthyllis alsinaefolia polygonioides major. *Barrel. Ic.* 534.

In hortis, ambulacris, atriis domum vulgare.

Annuum. Flor. aestate. Petala alba.

TILLAEA.

275. MUSCOSA *L. Sp. Pl. p.* 186. Caule erectiusculo, ramis patulis: floribus axillaribus 1-3-subsessilibus.

T. muscosa. *Sang. Cent. tres p.* 22. *n.* 41.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 838.- Polygonum muscosum minimum. *Bocc. Pl. Sicil. p.* 16. *tab.* 39. et Sempervivum omnium minimum AA. repens muscosum Polygoni facie *Mus. di piant. p.* 36. *tab.* 22.

Ad terram humidam inter hepaticas (praesertim *Ricciam ciliatam*) loco secus Ariciam dicto *Bravetta*.

Annua. Flor. Februario-Martio. Flores albi, vel albo-rubelli.

Obs. Planta pusilla, primo virens, sero rubescens.

TRIBUS PRIMIS CLASSIBUS ADDENDA.

TRIANDRIA MONOGYNIA

21 A. FEDIA. *Moench. Meth. p.* 486. Calyx adhaerens limbo recto libero inaequaliter 3-dentato: corolla 2-labiata ecalcarata, labio superiore 2-fido, inferiore 3-fido: achenium 3-loculare, limbo calycis accreto, coronatum, loculo majore tantum fertili, 1-spermo. VALERIANEAE.

74A. CORNUCOPIAE. *Vahl. En. t.* 2. *p.* 19. Caule striato: ramis dichotomis superne incrassatis: foliis ovatis, inferioribus in petiolum decurrentibus, superioribus basi saepe dentatis: bracteis lanceolatis strictis: achenio oblongo 2-costato, calycis dentibus, coronato.

F. Cornucopiae *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 182.- Valerianella Cornucopioides flore galeato. *H. Rom. t.* 2. *p.* 5. *tab.* 19.- Valeriana minor, Cornucopioides, alba, Indica *Barrel. Ic.* 741. *fig.* 1. *et* V. minor, Cornucopioides rubra, Hisp. *f.* 2.

In montanis Nursiae prope *Casteltuccio.*

Annua. Flor. Junio. Flores rosei, quandoque albi.

VALERIANELLA.

77A. MIXTA. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 58. *n.* 7. *tab.* 13. *f.* 6. Caule valde ramoso, angulis scabro: foliis lanceolatis, inferioribus spathulatis in petiolum decurrentibus, superioribus basi dentatis vel pinnatifidis: bracteis lanceolatis piloso-ciliatis: achenio globoso-conoideo hirsuto: corona brevi auriculaeriformi obliqua sub-3-dentata, dente medio productiore.

V. mixta. *Bert. Fl It. t.* 1. *p.* 188.

In pascuis secus *Rieti.*

Annua. Flor. Junio. Flores albo-rubelli.

29A. KERNERA. *Wild. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 947. Perigonia spathaeformia alterna: spadix inclusus: flores hermaphroditi nudi: stamina 3: filamenta persistentia dilatata, basi antherifera: antherae adnatae, lobis basi productis: stigma subsessile: bacca 1-5-sperma: semen unicum laterale.

99A. OCEANICA *Wild.* Scapo articulato-nodoso ad articulos radicante: foliis radicalibus congestis linearibus longissimis integerrimis obtusis, scapigeris multo minoribus alternis, basi vaginatis: vaginis spadices includentibus.

In aquis Mediterranei uostri *Palo* promiscue provenit et colligitur cum *Zostera marina.* L. cum qua a nonullis etiam confusa.

Flor. aestate decedente. Spadix herbaceus.

Vulgo. *Paglia marina.*

Obs. Folia radicalia fusco-viridia, scapigera dilutiora: scapus purpurascens.

Usus. Ad hernias aquosas sanandas a vulgo inquiritur: olim uti anthelmintica laudata; nunc ad vitros sarcinandos colligitur, unde *Erba vetraria* etiam dicta.

SCIRPUS.

108A. CARICINUS. *Spr. Syst. Veg. t.* 1. *p.* 209. Calamo tereti striato inferius folioso: foliis linearibus canaliculatis carinatis, calamo subaequalibus: involucro 1-phyllo, spicam compositam disticam, superante: spiculis imbricatis: glumis ovato-acuminatis margine dilatato scarioso: caryopside setosa: setis hypogynis.

S. caricinus *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 291.- Juncus minor globoso singulari capitulo radice tomentosa *Barrel. Ic.* 255. *f.* 3.

In montanis nursinis· *Piano del Castelluccio.*

Perenn· Flor. Septembri. Spiculae intense ferrugineae, carina viridi.

PHLEUM.

125A· ASPERUM. *Pers. Syn· Pl. t·* 1. *p.* 79· *n.* 2. Radice fibrosa tenui: culmo striato gracili: foliis lanceolatis acuminatis margine scabris: vaginis striatis glabris: ligula membranacea acuta, in foliis inferioribus truncata. Racemo spicaeformi cylindraceo gracili: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus obovato-cuneatis transverse truncatis compresso-turgidis, mucronulatis undique scabris, glumae corollinae valvis inclusis, externa majore oblonga integra, interna margine ciliolata.

Ph. asperum *Bert. Fl· It. t.* 1. *p.* 355.

In aridis et muris circa Romam.

Annum. Flor. Majo. Spiculae virentes·

51A. MOLINIA SCHRANK· Panicula composita in anthesi patente: perigonii gluma calycina communis 2-valvis: flores 2-4 alterni, supremus abortivus: glumae corollinae 2-valvis, calycina multo longioris, valvae lanceolatae acutae, externa 2-nervia: squamae nectariferae 2: caryopsis libera longitudinaliter sulcata, valvis corollinis involuta.

162A· COERULEA *Schranck Bayr.· Fl. n.* 201. Radice fibrosa , fibris descendentibus crassis flexuosis: culmo bulboso, basi tandum nodoso et folioso: foliis late-linearibus margine et carina scabris, vaginisque laxiusculis brevibus striatis: ligula fasciculo pilorum. Panicula terminalis, ramis alternis decompositis laxe ramosis: perigonii glumae calycinae valvis admodum inaequalibus, floribus brevioribus , nervo carinali scabro , externa majori apice mucronulata, glumae corollinae valvis subaequalibus canaliculatis, externa glabra, internam, nervo robusto, utrinque ad marginem late inflexum, occultante.

M. coerulea *Bert. Fl. It. t.* 1. *p·* 499.

In aridis inter saxa secus *Camerino.*

Perenn· Flor· sera aestate. Spiculae virides vel viridi-coeruleae.

Obs. Facies Agrostidis.

64A. SEGALE L· Flores 2-3-nati, intermedio rudimentali abbortivo pedicellato, in spica continua compressa: spiculae disticae imbricatae, rachidis articulatae dentibus alternis impositae: perigonii gluma calycina 2-valvis valvis muticis aristative, flosculis brevioribus: glumae corollinae valva externa

carinata aristata, carina pectinato-ciliata, arista simplici, interna 2-dentata: squamae duo nectariferae barbato–ciliatae: caryopsis libera apice ciliata.

189A. *cereale L. Sp. Pl. p.* 124. Radice fibrosa, fibris lanuginosis flexuosis: culmo caespitoso 4–pedali laevi, superius tantum nudo, apice piloso: foliis lato-linearibus acuminatis, vaginisque laxis, striatis glabris: ligula membranacea lacera. Spica terminali continua compressa, denuo nutante: spiculis 2-floris sessilibus: rachidis articulis brevibus compressis pilosis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus lanceolatis aristatis 1-nerviis , carina scabris, glumae corollinae valva externa 5–nervi , carina et marginibus pectinato-ciliata, valva interna mutica canaliculato-plicata 2-nervi , marginibus lato-membranaceis.

S. cereale *Maur. Cent.* 13. *p.* 10.

In pratis passim provenit e cultis aufuga.

Annuum. Flor. Julio. Spiculae stramineae.

Vulgo. *Segala.*

Usus. In montanis colitur, et villici Frumento mixtum , panem conficiunt, digestioni difficilior, et robustis tantum stomacis accomodatum. Farina Secalis in medicina laudatur uti emolliens et resolvens.

TRITICUM.

repens × littorale. Locustis valde approximatis, arctissime imbricatis , muticis, breviterque aristatis. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 184.

In maritimis. *Ostia, Fiumicino.*

79A. HOLOSTEUM L. Perigonium duplex: calyx persistens , sepalis 5 lanceolatis: petala 5 calyci alterna et subaequalia: stamina 5, petalis breviora: styli 3 exerti, stigmatibus subcapitatis: capsula oblonga 1-locularis: semina plurima, placentae basilari columnari, adfixa. *Caryophyllae Juss.*

274A. *umbellatum L. Sp. Pl. n.* 130. Caule erecto: foliis glabris oppositis ovato-oblongis: floribus umbellatis:petalis inciso-crenatis.

H. umbellatum *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 832.

In viis et muris secus *Fuligno.*

Annuum. Flor. decedente hyeme. Flores albi.

CLASS. IV TETRANDRIA.

Ord. 1 *Monogynia.*

* Flores aggregati capitati

82. GLOBULARIA L. Calathi involucrum imbricatum: receptaculum commune paleaceum: calyx 2–labiatus 5-fidus persistens, laciniis aequalibus:

corolla 1-petala tubulosa, limbo 2-labiato, labio superiore 2-dentato vel 2-fido, inferiore 3-partito: caryopsis calyce persistente occultata *Globularineal Schultz.*

Dispaceae Juss'

83. DIPSACUS. L. Calathi involucrum 1-seriatum: receptaculum commune oblongum, paleis tandem pungentibus: calyx adhaerens: corolla tubulosa limbo 4-5-fido, labio inferiore majore: achenium angulosum, limbo duplici calycis coronatum, externo foliaceo brevi, interno pappo substipitato.

84. CEPHALARIA *Schrad.* Calathi involucrum multiseriatum , foliolis imbricatis succesive longioribus: receptaculum commune paleaceum: calyx adhaerens: corolla infundibuliformis, limbo 4-fido: achenium tetragonum 8-sulcatum, foveola in apice cujusque sulci, limbo duplici calycis coronatum, limbus externus membranaceus in dentibus 4 8 terminatus, internus pappo urceolato subsessili, ore denticulato aut lacero quandoque ciliato.

85. KNAUTIA L. Calathi involucrum 1-2-seriatum: receptaculum commune hirsutum: calyx adhaerens: corolla tubulosa, limbo irregulariter 4-8-fido: achenium tetraedrum, faciebus planis, apice 4-faveolatum, limbo duplici calycis coronatum, limbus externus brevissimus membranaceus denticulatus, internus, pappo urceolato substipitato, ore aristato vel ciliato, quandoque mutico.

86. SCABIOSA L. Calathi involucrum 2-seriatum: receptaculum commune paleaceum: calyx adhaerens: corolla infundibuliformis 4-5-fida: achenium subcylindricum 8-sulcatum, apice 8-foveolatum, limbo calycis duplici coronatum, limbus externus cyathiformis membranaceus nervosus , internus, pappo sessili vel stipitato stellato-radiato: radii in setas 5, quandoque deficentes, terminati.

** Flores distincti

a. Corolla monopetala, achenium saepe duplex.

Rubiaceae Juss.

87. GALIUM L. Calyx adhaerens, margine coronante subnullo: corolla rotata vel scutellata , limbo 4-fido , quandoque 3-fido: achenium duplex didymum utrinque sulcatum, saepe tuberculatum vel hispidum, loculis monospermis inseparabilibus.

88. VALANTIA L. Flores terni polygami, medius hermaphroditus cum lateralibus masculis coalitus: calyces 1-sepali persistentes, tubo ovato, limbo

irregulariter denticulato, maturitate in cornubus 3, dentibus rigidis terminatis mutati, cornubus lateralibus angustioribus, magis recurvatis: corolla rotata 4-fida in masculis 3-fida: stamina 3-4: hermaphroditi styli 2: achenium liberum in cornu medio occultatum 1-2-spemum.

89. ASPERULA L. Calyx adhaerens, limbo brevissimo 4-dentato deciduo vel evanescente: corolla infundibuliformis limbo 4-fido, quandoque 3-fido: achenium duplex didymum utrinque sulcatum, saepe tuberculatnm vel hispidum, loculis 1-spermis.

90. RUBIA L. Calyx adhaerens , limbo brevi marginante tandem evanescente: corolla rotata limbo 4-5-fido: achenium globoso-didymum succosum utrinque sulcatum: loculis inseparabilibus 1-spermis.

91. SHERARDIA L. Calyx adhaerens limbo 4-dentato persistenti: corolla infundibuliformis, limbo erecto gracili aequali 4-fido rarius 3-fido: achenium duplex coronatum 2-loculare 2-spermum tandem 2-partitum, unumquodque loculum, dentibus medianis 2-partitis, 3-dentato-coronatum.

92. CRUCIANELLA L. Calyx adhaerens, limbo nullo, involucro 3-phyllo, occultatus: corolla infundibuliformis, tubo gracillimo elongato 4-5-fido: achenium duplex leniter sulcatum ecoronatum, maturitate 2-partibile, loculis 1-spermis.

b. Corolla monopetala, fructus capsularis.

93. PLANTAGO L. Flores spicati bracteati, perigonium duplex persistens: calyx liberus 4-partitus: corolla infundibuliformis , tubo inflato brevi, limbo 4-fido reflexo: filamenta longe exerta, antheris cordatis tandem pendulis: capsula circumscissa 2-4-locularis 2-∞-sperma. *Plantagineae Vent.*

93. CENTUNCULUS L. Perigonium duplex persistens: calyx liberus 4-5-partitus: corolla 4-5-fida, tubo urceolato, calyci brevior, tandem emarcida: stamina 4-5, antheris subrotundis: capsula globosa circumscissa 1-locularis polysperna. *Primulaceae Vent.*

c. Corolla polypetala.

95. TRAPA L. Calycis tubus adhaerens, limbo libero 4-partito: corolla 4-petala longior: ovarium 2-loculare 2-ovulatum: achenium sublignosum, laciniis calycinis subulatis patentibus in cornubus 2-4 tandem induratis, coronatum: semen magnum pendulum, abortu solitarium. *Trapaceae Schultz.*

96. CORNUS L. Calyx adhaerens, limbo minimo 4-dentato libero: corolla 4-petala aequalis: stamina alterna, antheris 2-locularibus: pomum ro-

tundum vel oblongum, loculis 2 raro 3 osseis 1-spermis: semen pendulum. *Corneae DC.*

97. VISCUM L. Flores dioici: calyx adhaerens, limbo vix prominulo: petala 4 parva basi latiora, in floribus masculis ita juncta ut monopetala evadant: antherae sessiles, mediis, petalis insertae: ovarii margo tandem obliteratus: stylus brevissimus: stigma capitatum: bacca monosperma viscosa. *Loranthеae Juss.*

d. Perigonium simplex.

Sanguisorbeae Schultz.

98. SANQUISORBA L. Flores hermaphroditi, polygami, monoici: perigonium sepaloideum, tubo adhaerente, limbo 4-partito, bracteis 1-5 basi auctum: stamina 4-∞: achenium tetragonum vel subrotundum exuccum vel pulposum 1-2-loculare, loculis 1-spermis.

99. ALCHEMILLA L. Perigonium sepaloideum tubulosum liberum, limbo 8-fido, segmentis alterne minoribus, quandoque omnino obsoletis: stamina 1-4: ovarium 1, vel 2 distincta, stylo basilari: nux 1-sperma: semen pendulum.

Ordo III. tetragynia

100. ILEX L. Calyx 1-sepalus 4-dentatus persistens liberus: corolla rotata 4-fida, vel 4-partita: ovarium subrotundum: stigmata 4 sessilia persistentia distincta vel coalita: bacca globosa 4-locularis, loculis osseis 1-spermis. Numerus partium saepe quinus. *Aquifoliaceae Rich.*

101. SAGINA L. Calyx liberus 4-sepalus: corolla 4-petala, sepalis obtusis alternis, multo brevior, quandoque brevissima aut nulla: stamina calyci breviora: styli 4 distincti: capsula ovata 4-valvis 1-locularis polysperma. *Alsineae Bartl.*

102. MOENCHIA. *Ehrh.* Calyx liberus 4-sepalus: corolla 4-petala, sepalis oblongis acutis margine membranaceis alternis, brevior: stamina 4, corolla breviora: styli 4 distincti brevissimi: capsula oblonga cylindracea evalvis 1-locularis polysperma, dentibus dehiscens. *Alsineae Bartl.*

103. RADIOLA. *Gmel.* Calyx liberus, limbo 4-partito, partibus apice 3-fidis: corolla 4-petala, petalis alternis longitudine calycis: stamina corollam aequantia: styli 4 breves capillares: capsula 8-sulcata 8-locularis 8-valvis, valvis concavis, loculis 1-spermis. *Linoideae Schultz.*

104. POTAMOGETON. L. Perigonium sepaloideum liberum, sepalis 4 rotundatis concavis deciduis: stamina subsessilia antheris introrsis: ovaria 4, stigmatibus persistentibus sessilibus: nuces 4 subovatae, facie interna compressiusculae. *Potamogetoneae Schultz.*

105. RUPPIA. Flores polygami aut monoici, initio spadicibus, seu mavis, vaginis aphyllis, inclusi: perigonium 2-valve, valvis minimis cito deciduis: floris polygami spiculae hermaphroditae, faemineis intermixtae, floris monoici spiculae masculae 8-stamineae distinctae a spiculis faemineis: antherae sessiles: stigmata sessilia, centro depressa: nuces subquaternae tandem longe pedicellatae 1-spermae. *Potamogetoneae Schultz.*

TETRANDRIA – MONOGYNIA.

GLOBULARIA.

276. *vulgaris L. Sp. Pl. p.* 139. Caule herbaceo erecto: foliis radicalibus petiolatis obovato-spathulatis, caulinis sessilibus lanceolatis: capitulo terminali globoso: involucri squamis, et riceptaculi paleis lanceolatis acutis ciliatis.

G. vulgaris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 73. *n.* 171.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 5.

In apricis montium. *Tivoli, S. Polo* etc.

Perenn. Flor. Majo ad aestatem. Flores coeruleo-albidi.

277. *cordifolia L. Sp. pl. p.* 139. Caule fruticuloso ramoso prostrato: foliis congestis longe petiolatis spathulato-rotundatis: pedunculis nudiusculis: capitulo terminali depresso: involucro, squamis acutis scabriusculis pilosis: paleis concavis apice acuminatis subnudis.

G. cordifolia *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 8.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 73. *n.* 172.

In montibus subapenninis *Monte Calvo* apud *Subiaco*, et in *Vettore* Umbriae.

Suffrutex. Flor. Junio-Julio. Flores coeruleo-purpurei.

DIPSACUS.

278. *sylvestris Murr. Syst. Veg. ed.* 14. *p.* 43. *n.* 2. Aculeatus. Involucri foliolis inaequalibus ascendentibus rectis, capitulo conoideo longioribus: receptaculi paleis scariosis obverse cuneatis apice mucronatis, mucrone subrecurvo: foliis lanceolato-acuminatis adnatis distintisve, irregulariter dentatis vel integris.

D. sylvestris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 73. *n.* 173.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 14.

Ad vias secus fossas communis.

Bienn. Flor. Junio. Flores subrosei.

279. *Orsini* Nob. (*Sang. Fl. Rom. Prod. tab.* 1.) Aculeatus. Involucri foliolis ascendentibus rectis, capitulo ovoideo multo longioribus, paleis receptaculi minusculis aciformibus rectis, basi vix dilatatis: foliis lanceolato-acuminatis distinctis grosse et fere regulariter dentatis apice acuminato-integris.

In montibus Umbriae *Monte corona*, legit et communicavit Amicissimus Orsini alias commendatus.

Biennis. Flor. Julio. Flores pallide-rosei.

Obs. A D. sylvestri differt abitu certe diverso, foliis distinctis, adspectu capituli, sed speciatim forma palearum receptaculi omnino propria.

CEPHALARIA.

280. *transylvanica Schrad. Cat. sem. hort. Gaeth.* 1814. Caule brachiato inferne piloso: foliis superioribus pinnatifidis, laciniis lanceolatis serratis, inferioribus lyratis, lacinia suprema majori, radicalibus indivisis: capituli ovoidei squamis ovatis concavis acuminato-aristatis: achenio oblongo: corona 8-dentata: pappi ore ciliato.

C. transylvanica. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 21.- Scabiosa transylvanica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 74. *n.* 174.

In siccioribus et collibus frequens *Testaccio, Villa Borghese* etc.

Annua. Flor. Junio–Julio. Flor. pallide purpureo-coerulei.

281. *leucantha Schrad. Cat. sem. hort. Gaeth.* 1814. Caule glabro superius brachiato: foliis radicalibus indivisis integris serratisve, caulinis pinnatifidis, laciniis ludibundis serratis vel incisis, suprema majori: capituli globosi squamis concavis obtusis muticis: achenio oblongo superne incrassato: corona denticulato-lacera: pappi ore dense ciliato.

C. leucantha *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 23.– Scabiosa leucantha *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 74. *n.* 175.

In apricis, et aridis montium. *Monte della Croce presso Tivoli, Monti del Lazio* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flor. albi.

KNAUTIA.

282. *sylvatica Duby Bot. Gall. t.* 1. *p.* 527. Caule erecto tereti parce ramoso, pilis patulis: foliis ovatis serratis apice acutis, inferioribus basi angustatis in petiolum decurrentibus, mediis basi lata connatis, supremis lanceolatis integris: capituli hemispherici squamis externis lanceolatis, internis linearibus: achenio oblongo tetraedro ancipiti: corona brevissima denticulato-lacera: pappi ore dentato-aristato, aristis simplicibus.

K. sylvatica. *Bert. Fl. It. t. 2. p. 26.*

In apricis montium elatiorum. *Monte Acuto* in Picaeno.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flor. purpurei.

283. ARVENSIS *Hook Brit. Fl. ed. 2. p. 63.* Hirsuta. Caule tereti fistuloso striato superne brachiato: foliis ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis dentatis vel incisis, superioribus pinnatifidis, lacinia suprema magna, ovato-lanceolata dentata: capituli hemispherici squamis externis ovato-lanceolatis, internis linearibus: achenio subtetraedro obscure ancipiti hirsuto: corona brevissima denticulata: pappi ore urceolato dentato-aristato, aristis inferius plumoso-pilosis, superius denticulato-scabris.

K. arvensis *Bert. Fl. It. t. 2. p. 28.* – Scabiosa arvensis α *Fl. Rom. Pr. p. 74. n.* 176.– S. hirsuta, multifida, alpina, repens, laciniata, foliis omnibus laciniatis. *Bocc. Mus. p. 22. tab.* 6.

In arvis et ad sepes communis *Roma, Albano* etc. et in elatis montium *Lucretile.*

Perenn. Flor. Junio–Julio. Flores rosei.

284. INTEGRIFOLIA *Bert. Fl. It. t. 2. p. 32.* Caule fistuloso gracili superius brachiato: foliis inferioribus integris in petiolum attenuatis dentatis lyratisque, lobis obtusis, supremo majore rotundato, superioribus lanceolatis integris: capituli hemispherici minusculi squamis omnibus lanceolatis, internis minoribus: achenio subtetraedro obscure ancipiti hirsuto 4–foveolato, corona cuspidata, cuspide altero dentato aristulato: pappi urceolati hirsuti mutici ore crenulato.

Scabiosa integrifoiia. *Sang. Cent. tres p. 22. n.* 42.– S. arvensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p. 74. n.* 176.

β hybrida. Foliis inferioribus lyratis vel pinnatifidis.

K. integrifolia β *Bert. l. c.* – S. arvensis β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. l. c.*

Ubique ad vias et juxta sepes.

Annua aut biennis. Flor. Majo. Flores rosei pallidi.

SCABIOSA.

285. COLUMBARIA *L. Sp. Pl. p. 143.* Pubescenti-virens. Caule simplici vel ramoso fistuloso striato: foliis radicalibus simplicibus oblongo-spathulatis crenatis, superioribus 2-pinnatifidis, laciniis linearibus ascendendo angustioribus: capituli hemispherici tandem oblongati, foliolis linearibus acuminatis in fructu deflexis: achenio 8-sulcato apice 8-foveolato, corona cyatiformi plicata, ore expanso denticulato: pappo subsessili sub–5-setoso, setis fuscis stellatis.

S. columbaria. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 40. - S. gramuntia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 75. *n.* 179.- Phyteuma Dioscoridis *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 99. *f.* 98.

β Columnae. Caule luxuriante, foliorum caulinorum segmentis latioribus.

S. columbaria β *Bert. l. c. p.* 41. – S. gramuntia β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. l. c.*

In montuosis sylvaticis fraequens. *Albano*, *Genzano* etc.

Bienn. Flor. Junio. Flores pallide coerulei.

286. PYRENAICA *All. Fl. Ped. t.* 1. *p.* 140. *t.* 25. *f.* 2. Mollissime albo-tomentosa. Caule 2-pedali superius ramoso: foliis radicalibus oblongis obtusis crenatis, caulinis superioribus 2-pinnatifidis, laciniis linearibus approximatis: capituli subhemispherici foliolis linearibus reflexis: achenio subhirsuto profunde 8-sulcato, apice 8-foveolato: corona brevi plicata multinervosa, ore expanso subintegro: pappo breviter 3-seto, setis fuscis rectis.

S. pyrenaica *Sang. Cent. tres p.* 22.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 46.- Scabiosa peregrinae integris seu bellidis fol. altera *Barrel. Ic. p.* 224.

In montium elatiorum saxis. *Serra S. Antonio.*

Perenn. Flor. Julio. Flores purpureo-rubelli.

287. CRENATA *Röem. et Schult. Syst. veg. t.* 3. *p.* 71. *n.* 29. Caule tereti striato ascendente subpedali: foliis radicalibus obverse lanceolato-linearibus apice rotundatis, caulinis pinnatifidis, pinnis inciso-dentatis: capituli hemisphaerici grandiusculi foliolis ovato-dilatatis, apice acuminatis, floribus brevioribus: achenio dense barbato, profunde 8-sulcato, collo 8-foveolato, foveolis inferius productis: corona subscariosa diaphana cyathiformi expansa nervosa, fructu longiore, apice crenato-dentato: pappo sessili 5-setoso, setis, corona, duplo etiam longioribus.

S. crenata. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 50.- Phyteuma minus, scabiosa parva, floribus Ocymi laciniatis atque odoris. *Columm. Pisc. aliq., et plant. nov. hist. in Phyt. ed. Neap. p.* 32. *f. p.* 31.- Scabiosa sarmentosa, procumbens, montana, crispa, radice liquosa, perenni, flore parvo coeruleo. *Bocc. Observ. nat. p.* 202.

β montana. Foliis tenujoribus, capitulis minoribus, setis pappi cyatho coronante duplo tantum longioribus, fuscis. *Bert. l. c.*

S. montana repens, Valerianae estivae foliis longius radicata, flore dilute rubro odorato *Bocc. Mus. p.* 51. *tab.* 46.

In Umbriae montibus. *Norcia* secus *S. Pellegrino*, β in Picaeno.

Suffrut. Flor. Majo-Augusto. Flores dilute-rubri.

16

288. *MARITIMA L. Amoen. 4. p. 304.* Pubescenti-virens. Caule erecto sub-3-pedali superius brachiato: foliis radicalibus oblongis vel obovatis dentato-crenatis lyratisve, caulinis superioribus pinnatifidis, laciniis linearibus: capituli hemispherici vel oblongi foliolis inaequalibus lineari-acutis basi dilatatis: achenio 8-sulcato, apice obscure 8-foveolato, corona membranacea nervosa cyatiformi, ore crenato inflexo: pappi stipitulo exerto, setis 5 erecto-patulis.

S. maritima. *Sang. Cent. tres p. 23. n. 44. - Bert. Fl. It. t. 2. p. 54.* - S. columbaria. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 68. n. 204.- Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p. 75. n. 178.*

α ambigua. Capitulo fructifero subgloboso, planta humiliore subglabra.

S. maritima α *Sang. l. c.*

β macrocephala. Capitulo fructifero ovato-oblongo, caule elatiore, foliis hirsutis.

S. maritima β *Sang. Cent. 13. l. c.*

δ prolifera. Capitulo primario, corollulis longe pedicellatis, prolifero.

S. maritima. β *Bert. l. c. p. 55.*

Circa urbem, et in apricis mare versus. α in maritimis, β in cultis et ad vias, δ *Macchia Mattei.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores purpureo-coerulei, quandoque pallide coerulei.

Obs. *S. atropurpurea* in hortis culta varietati β proxima: differt floribus odoris, corollulis atro-purpureis, antheris albis, pappi stipite, coronam saepe excedente, setis brevibus, corona ampliore.

289. *ARGENTEA L. Sp. Pl. p. 145.* Albo-hirsuta. Caule simplici ramosoque, tuberculis piliferis, scabro: foliis radicalibus subincisis, caulinis pinnatifidis laciniis linearibus, summis simplicibus pedunculis elongatis: capituli hemispherici abbreviati foliolis truncato-linearibus, floribus subaequalibus, tandem deflexis: achenio inferius tantum barbato 8-sulcato, apice 8-foveolato, foveolis amplis: corona cyatiformi brevi multinervosa plicata, ore acute denticulato, nervis prominulis: pappo sub 5-seto, coronam longe superante, setis stramineis subpatentibus.

S. argentea *Sang. Cent. tres p. 24.- Bert. Fl. It.t. 1. p. 57.*

In montibus Sabinae prope *S. Salvatore maggiore*, et in *Soratte.*

Perennis. Flor. Julio. Flores albo-coerulescentes.

Obs. Anthodium variat foliolis corollulas excedentibus vel aequantibus, quandoque vero duplo brevioribus.

290. *RUTAEFOLIA Vahl. Symb. 2. p. 26.* Caule subsolitario 1-2-pedali brachiato, ramis dichotomis: foliis crassis hirsutis exiccatione rugosis, radicalibus,

obverse lanceolato-linearibus, caulinis lyratis, laciniis integris vel inciso-dentatis, superioribus simplicibus: capituli terminalis subglobosi, foliolis lanceolatis suboctonis alterne minoribus, floribus subaequalibus: achenio tetraedro angulis hirto, corpore vix sulcato, collo 8-foveolato, foveolis oblongis: corona scariosa brevissima cyathiformi, ore extenso 4-lobo , lobis crenulatis arcuato-nervosis: pappo sessili sub-5-dentato mutico vel 1-5-setoso , setis inaequalibus fusco-viridibus.

S. rutaefolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 74. *n.* 177. - *Bert. Fl. It.t.* 2. *p.* 63.- S. maritima Rutae caninae folio. *Bocc. Pl. Sic. p.* 74. *t.* 40.- *Barrel. Ic.* 245.- S. marina Rutae marinae folio. *Bocc. Pl. Sic. p.* 95. *t.* 52.

In litore marino. *Ostia, Terracina* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores carnei.

291. GRAMINIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 245. Incano-sericea. Caule suffruticoso abbreviato apice ramoso , ramis annotinis subsimplicibus basi foliosis: foliis oppositis linearibus integerrimis basi connatis: capituli terminalis hemisferici depressi foliolis biseriatis linearibus, floribus multo brevioribus, internis minoribus: achenio ovato dense villoso 8-sulcato , collo 8-foveolato , foveolis oblongis: corona scariosa cyathiformi nervoso-plicata, nervis, in ore vix crenulato, prominulis: pappo scutellato 5-setoso, setis fulvis corona longioribus.

S. graminifolia *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 69.

In elatis apenninis Umbriae *Castelluccio di Norcia.* .

Suffrutic. Flor. Julio. Flores coerulei.

GALIUM.

* Achenio glabro.

292. RUBIOIDES *L. Sp. Pl. p.* 151. Glabrum. Caule crasso tetragono, angulis acutis oppositis, altero saepe abortivo: foliis sessilibus verticillato-quaternis ovato-oblongis obtusis brevissime mucronulatis , margine nervisque scabris: floribus in panicula multiflora contracta dichotoma, ad divisiones 2-bracteatis , bracteolis foliis conformibus: corollae laciniis oblongis obtusis: achenio globoso-didymo.

G. rubioides *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 93.

In apricis montium. *Lucretile.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

293. VERNUM *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *t.* 1. *p.* 99. *tab.* 2. Laeviusculum. Caule decumbente flaccido tetragono: foliis ellipticis 3-nerviis verticillato-quaternis: corymbis axillaribus aphyllis polygamis: corollae laciniis lanceolatis: achenio glabro didymo, vel abortu alterutrius globoso.

G. vernum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 94.– Valantia glabra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 80. *n.* 204.

In umbrosis montium. *Albano, Frascati, la Fajola.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores viridi-luteoli.

Vulgo. *Erba croce.*

294. CRUCIATUM *With. Both. Arrang. p.* 186. Dense-hirsutum. Caule assurgente flaccido tetragono angulis scabro: foliis verticillato-quaternis oblongis reticulato-nervosis: corymbis axillaribus ramosis polygamis, basi bracteolatis, bracteolis oblongis: corollis quandoque 3-fidis, laciniis lanceolatis: achenio globoso didymo, vel abortu alterutrius globoso.

G. cruciatum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 96. – Valantia cruciata *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 80. *n.* 205.

In umbrosis ad sepes ubique.

Perenn. Flor. Aprili.-Junio. Flores lutei.

Vulgo. *Erba croce maggiore.*

295. PALUSTRE *L. Sp. Pl. p.* 153. Aculeis patentibus vel retrorsis scabrum. Caule diffuso flaccido tetragono, ramis trichotomis: foliis verticillato-quaternis senisve oblongis inaequalibus basi angustatis, supremis geminis oppositis: floribus terminalibus dichotomo-corymbosis aphyllis: corollae laciniis ovatis muticis: achenio globoso-didymo.

G. palustre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 78. *n.* 194.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 99.

β uliginosum. Foliis quaterno-senis linearibus vel obverse lanceolato-linearibus.

G. palustre *β Bert. l. c.*

In fossis commune. *Fossi di Monte Mario* , *β Ostia* , *e al Laghetto del Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores candidi.

Obs. Tota planta exiccatione nigrescit.

296. ERECTUM *Huds. Fl. Angl. p.* 66. Glabro-lucidum. Caule erecto tetragono superius ramoso: foliis verticillato-octonis senisve rigidis obverse lanceolato-linearibus mucronulatis apice spinuloso-ciliatis, spinulis sursum versis: floribus terminalibus lateralibusque paniculato-dichotomis, bracteis angustissimis linearibus: corollae laciniis acuminatis subaristatis: achenio ovoideo-didymo.

β lucidum. Foliis linearibus subinde tenuissimis aciformibus.

G. erectum *β Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 102.- G. lucidum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 79. *n.* 297.

In saxosis aridis montium. *Monte della Croce presso Tivoli, Monte Lucretile*, et in Umbria.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

297. *pusillum* *L. Sp. Pl. p.* 154. Glaberrimum. Caule subspithameo tetragono flaccido decumbente erectove: foliis suboctonis obverse lanceolato-linearibus, apice acuminato-mucronatis: floribus terminalibus lateralibusque in panicula depauperata bracteata, bracteolis 1-2-angustissimis: corollae laciniis oblongo-acutis muticis: achenio ovoideo didymo.

G. pusillum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 105.

δ magellense. Foliis angustioribus.

G. pusillum δ *Bert. l. c. p.* 104.- Rubeola alpina, saxatillis, tenuifolia *Bocc. Mus. p.* 145. et R. saxatilis alpina *l. c. tab.* 101.

γ baldense. Foliis obovatis submuticis crassiusculis.

G. pusillum γ *Bert. l. c.*

In herbosis alpinis Umbriae. *Pizzo di Sivo*, *Monte Vettore, Monte Regina* etc. δ *in Vettore*. γ in cacumine montis *la Ventosa*.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

298. *verum* *L. Sp. Pl. p.* 135. Atro-virens. Caule erecto stricto superius tetragono: foliis verticillato-octonis linearibus integerrimis, margine revoluto, ciliato-asperis, tandem deflexis: floribus terminalibus lateralibusque in corymbis densis bracteatis: corollae laciniis oblongis acutis muticis: achenio globoso-didymo.

G. verum *Seb. et Maur. Fl.Rom. Pr. p.* 78. *n.* 195.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 110.

In herbidis commune.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores sulphurei.

Vulgo. *Caglio. Callio.*

Usus. Ad lactem coagulandum olim herba adhibebatur, unde nomen vulgare, item ad histerismum ciendum a medicis laudabatur. Radix colorem rubrum, herba luteum, tinctoribus exhibet.

299. *Mollugo* *L. Sp. Pl. p.* 155. Glabrum. Caule debili tetragono 2-cubitali et ultra, geniculato, ramis patentibus: foliis verticillato-octonis oblongo-obovatis apice rotundato-mucronulatis, marginibus spinuloso-ciliatis, ciliis crebris deorsum versis: floribus terminalibus lateralibusque in paniculis terminalibus trichotomis patentibus: bracteis lanceolato-acuminatis, superioribus minoribus: corollae laciniis ovatis breviter aristatis: achenio ovoideo-didymo.

G. Mollugo. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 46. *n.* 107.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 79. *n.* 196.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 114.

In sepibus vulgatissimum.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores dilute citrini.

** Fructu granulato aut tuberculato.

300. PURPUREUM *L. Sp. Pl. p.* 156. Puberulum. Radice longa lignosa: caule ascendente vel erecto tetragono sulcato ramoso, ramis ramulisque alternis apice nutantibus: foliis verticillato-suboctonis lineari-setaceis muticis tandem revolutis: pedunculis lateralibus terminalibusque 1-2-floris ad medium 2-bracteolatis: floribus cernuis, bracteolis linearibus: corollae laciniis acutis muticis 3-nerviis: achenio ovoideo-didymo minutissime granulato.

G. purpureum. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 121.- G. rubrum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 79. *n.* 198.

In montosis sylvaticis. *Palombara, Tivoli, Monte Lucretile* etc.

Fruticulosum. Flor. Julio-Augusto. Flores atro-rubri.

301. TRICORNE *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 3. *p.* 245. Spinis recurvis asperrimum. Caule tetragono decumbente flaccido, ramis alternis: foliis verticillato-suboctonis obverse lanceolato-linearibus mucronatis: racemulis axillaribus sub-3-floris, tandem cernuis, bracteola lineari: flore intermedio hermaphrodito, lateralibus masculis: corollae laciniis 3-nerviis muticis: achenio globoso-didymo minute granulato.

G. tricorne *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 124.- Valantia spuria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 80. *n.* 202.

In segetibus, et etiam in aridis. *Capo di Bove, Colosseo* etc.

Annuum. Flor. Junio. Flores albi.

*** Fructu hispido, subinde denudato granulato.

302. APARINE *L. Sp. Pl. p.* 157. Spinis uncinatis varimode versis asperum. Caule decumbente ramosissimo tetragono flaccido, ramis oppositis alternisve: foliis verticillato-suboctonis elongatis obverse lanceolato-linearibus exquisite mucronatis: pedunculis axillaribus solitariis vel geminis sub-3-floris, bracteolis lanceolatis: corollae laciniis brevibus muticis: achenio glabro didymo hispido.

G. Aparine *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 46. *n.* 106.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 79. *n.* 200.-*Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 126.

Ad sepes in sylvaticis commune.

Annuum. Flor. Majo. Flores albi.

Obs. Vestimentis facillime adhaeret unde nomen vulgare *Asprella*, *Speroncella*, *Attaccamani*.

Usus. Succus herbae antiscorbuticus: semina torrefacta locum Coffaeae arabicae tenent, quod etiam de seminibus aliarum specierum.

303. ROTUNDIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 156. Villosum. Caule ascendente inferius prostrato radicante tetragono, ramis alternis oppositisve: foliis verticillato-quaternis 3-nerviis margine ciliatis, inferioribus rotundis, superioribus ovatis: floribus terminalibus in panicula 2-3-chotoma divaricata basi 1-2-bracteolata: corollae laciniis ovatis acutis muticis: achenio globoso-didymo setis hamatis hispido.

β glabrum. Foliis glabris margine tantum ciliatis.

G. rotundifolium β *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 129.- Cruciata minor glabra flore Moluginis albo *Barrel. Ic.* 323.

In sylvaticis prope mare. *Allumiere della Tolfa.*

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

304. PARISIENSE *L. Sp. Pl. p.* 157. Aculeis minutis uncinatis glabrum. Caule tetragono erecto subpedali ramis divaricatis: foliis lanceolato-linearibus verticillato-subsenis mucronulatis: floribus in panicula trichotoma brevi divaricata, bracteolis 1-3: corollae laciniis ovatis acutis muticis: achenio ovoideo, acheniolis sejunctis reniformibus.

G. parisiense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 79. *n.* 199.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 132.

β anglicum. Achenio nudo minute granulato.

G. parisiense. β *Seb. et Maur. l. c.* - *Bert. l. c. p.* 132.

In arenosis, rupestribus, collibus vulgare etiam circa Romam.

305. MURALE *All. Fl. Ped. t.* 2. *p.* 8. *n.* 34. *tab.* 77. *f.* 1. Hispidum. Caule caespitoso decumbente tetragono ramis patulis: foliis inferioribus obovatis verticillato-quaternis, intermediis lanceolatis subsenis majusculis, superioribus geminis oppositis: floribus subsolitariis extraxillaribus erectis, in fructu reflexis: corollae laciniis ovatis muticis: achenio oblongo apice setis majusculis ciliato, acheniolis sejunctis semicylindricis incurvis.

G. murale *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 80. *n.* 201.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 135.- Sherandia muralis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 70. *n.* 211.

In muris vetustis, atriis domum, et ambulacris commune.

Annuum. Flor. Majo. Flores lutescentes.

VALANTIA.

306. *MURALIS* *L. Sp. Pl. p.* 1490. Glabra. Caule caespitoso decumbente flaccido spithameo: foliis obovatis verticillato-quaternis patentibus: floribus 2-4 in quoque verticillo: cornu medio eretiusculo, achenium cylindricum glabrum, occultante, lateralibus recurvatis vacuis.

V. muralis. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 78. *n.* 247.- *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 80. *n.* 203.- *Bert. Fl. It.* t. 2. *p.* 138.- Cruciata nova Romana minima muralis. *Columm. Ecphr. p.* 298 et C. muralis minima Romana *p.* 298. *fig.* 297.- Valantia annua, quadrifolia, verticillata, floribus ex viridi-pallescentibus, fructu echinato (Mich.) *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 83.

In muris veteribus, inter saxa, et in ambulacris communis.

Annua. Flor. Martio ad Majum. Flores albo-virides.

307. *HISPIDA* *L. Sp. Pl. p.* 1490. Hispida. Caule caespitoso erecto stricto simplici: foliis obverse elliptico-oblongis verticillato-quaternis reflexis ciliatis: floribus in quoque verticillo subquaternis: cornubus omnibus recurvatis lateralibus attenuatis, medio turgido, achenium hispidum plerumque didymum, occultante.

V. hispida. *Bert Fl. It. t.* 2. *p.* 139.

In muris et ambulacris non infrequens.

Annua. Flor. Aprili-Majo. Flores albo-lutescentes.

ASPERULA.

308. *ODORATA* *L. Sp. Pl. p.* 150. Lucida. Radice repente: caule tetragono erecto laevi, inferne ramoso: foliis verticillato-suboctonis, inferioribus minoribus subovatis, superioribus oblongis lanceolatis, omnibus apice mucronulatis, margine et subtus nervo mediano aculeato-scabris: corymbis axillaribus longe pedunculatis 2-3-chotomis tandem divaricatis, bracteolis linearibus: corollae infundibuliformis laciniis oblongis acutis: achenio globoso-didymo, setis uncinatis hispido.

A. odorata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 77. *n.* 190.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 74.

In montium sylvis. *Albano*, *Frascati*, *Tivoli* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi suaveolentes.

Usus. Vim diureticam, olim medici, plantae nostrae tribuebant, teste Linnaeo, qui in sua Mat. Med. Matrisylvae herbam adscribit: nunc obsoleta licet aliquando in herpetricis morbis adhibeatur.

309. *ARVENSIS* *L. Sp. Pl. p.* 150. Glabra. Radice longa flexuoso-ramosa: caule tetragono erecto ramoso ad angulos scabrido: foliis verticillatis, infe–

rioribus senis spathulatis, superioribus linearibus suboctonis, quandoque duodenis, apice obtusis, margine aculeis aduncis , scabris: floribus terminalibus sessilibus fasciculatis, verticillo supremo involucrante , foliolis longe ciliatis: corollae infundibuliformis laciniis oblongis obtusis : achenio globoso didymo nudo.

A. arvensis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 77· *n*· 189.- *Bert. Fl. It. t*· 2. *p*. 76.- Aparine supina, pumila flore coeruleo· *H*· *Rom. t*· 1· *tab*. 79·

Inter segetes frequens. *Capo di Bove, Monti del Lazio* etc,

Annua. Flor. Junio. Flores coerulo-purpurei.

310. TAURINA *L*· *Sp*· *Pl. p*· 150· Pilosiuscula. Radice longa reptante: caule ascendente erectove tetragono, ramis divaricatis: foliis verticillato-quaternis ovato-acuminatis margine scabridis nervosis , inferioribus minoribus: florum fasciculis longe pedunculatis, verticillo supremo involucrante, foliolis linearibus inaequalibus basi longe ciliatis: corolla infundibuliformis tubo filiformi, laciniis linearibus obtusis: achenio oblongo-didymo sulcato nudo·

A taurina· *Seb. et Maur· Fl. Rom. Pr. p.* 78. *n*. 192 - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p*. 77.

In umbrosis montium frequens. *Monte Cavi presso Albano*, *Umbria* etc.

Perenn. Fl. Aprili-Junio· Flores albi, tandem coerulei, odori.

311. TINCTORIA *L. Sp. Pl. p.* 150. Glabra. Radice lignosa descendente: caule tetragono crassiusculo ascendente, quandoque erecto , alterne ramoso: foliis linearibus, margine revoluto scabriusculis, verticillato-quaternis senisve, summis binis oppositis: floribus corymboso-racemosis, racemulis sub-3-floris terminalibus lateralibusque, bracteolis ovatis: corollae infundibuliformis limbo ut plurimum 3-fido , laciniis ovatis acutis: achenio oblongo-didymo sulcato nudo.

A· tinctoria. *Bert. Fl. It. t*· 2. *p*· 78.

In umbrosis montium. *Monte Albano*·

Perenn· Flor· Julio· Flores albi.

Usus. Radix hujus speciei, lanas sericum et lintea , colore rubro, mirifice inficit; quod etiam fit de alii speciebus, quae huic usui plus minusque aptae inveniuntur.

312. GALIOIDES *Bert· Fl. It.t.* 2· *p.* 80. Glaucescens· Radice lignosa descendente: caule subtetragono ascendente vel erecto , ramis alternis patulis: foliis verticillato-senis octonisve linearibus basi angustatis, margine scabriusculis: floribus corymboso-racemosis , racemulis terminalibus trichotomis ,

bracteolis linearibus: corollae campanulatae laciniis ovatis acutis : achenio oblongo sulcato-didymo nudo.

In viis campestribus. Secus Anxurem , ad portam Neapolitanam , loco dicto *l' Epitaffio*.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

313. CYNANCHICA *L. Sp. Pl. p.* 151. Glauca. Radice lignosa: caule tetragono flaccido, ramis alternis oppositisve: foliis verticillato-senis quaternisve, summis binis, inferioribus ovatis, superioribus linearibus , omnibus margine revolutis apice mucronulatis: floribus corymboso-compositis , corymbis ultimis paucifloris subsessilibus, bracteolis lanceolato-linearibus: corollae infundibuliformis laciniis profundis ovatis elongatis: achenio ovoideo-didymo tandem tuberculato.

A. cynanchica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 78. *n.* 193.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 80.- A. longiflora. *Fior. in Gior. dei Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 113.- Galium montanum latifolium cruciatum. *Columm. Ecph.* 1. *p.* 296. - G. τετραφυλλον mont. cruciatum. *Colum. l. c. p.* 297.

β nitens. Tota planta humiliori nitente.

In saxosis et aridis montium. *Tivoli*, *Terracina*, *Riofreddo* etc. β *Vettore*.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores carnei, rubro lineati.

314. NEGLECTA *Guss. Pl. Rar. p.* 69. *t.* 13. *f.* 1. Hirsuta. Radice lignosa tenui: caule caespitoso decumbente tetragono , ramis alternis: foliis verticillato-quaternis lineari-acutis muticis margine revolutis, superioribus oblongis, inferioribus ovatis: floribus terminalibus corymboso-fasciculatis: corolla subinfundibuliformi laciniis acutis: achenio globoso-didymo hispido.

A. neglecta *Sang. Cent. tres p.* 24. *n.* 47.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 84.

In rupestribus arenosis montium in Nursinis. *Monte la Ventosa*.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi extus purpurascentes, puberuli.

315. LAEVIGATA *L. Mant.* 1. *p.* 38. Glabra. Radice flexuosa tenui: caule tetragono ut plurimum decumbente , ramis oppositis patulis , altero minus evoluto: foliis ellipticis petiolatis verticillato-quaternis reticulatis , margine ciliatis: floribus paniculato-trichotomis divaricatis, bracteis oblongis binis ternis quaternisve: corollae infundibuliformis laciniis ovatis, tubum aequantibus: achenio ovoideo-didymo nudo.

A. laevigata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 78. *n.* 191.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 89.

In nemorosis umbrosis etiam circa Urbem. *Villa Borghese*, *Pamfili*, *Monte Mario*, *Allumiere* etc.

Perenn. Fl. Aprili-Majo. Flores albi.

RUBIA.

316. *tinctorum* *L. Sp. Pl. p.* 158. Radice crassa longe repente: caule caespitoso procumbente tetragono, ramis alternis: foliis coriaceis deciduis ovato-lanceolatis verticillato-senis, marginibus carina, nec non angulis caulis, aculeis retrorsis scabridis: paniculis numerosis trichotomis terminalibus axillaribusque: corollae laciniis lanceolatis 4-5-fidis, apice acuto calloso: achenio nudo.

R. tinctorum. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 145.

In sylvis montium Umbriae, et Piceni haud infrequens.

Perenn. Flor. Majo. Flores luteoli.

Vulgo. *Robbia.*

Usus. Ob colorem laete rubrum radicis, planta late colitur, et radix in pulverem redacta commercio mittitur. Tinctura radicis olim uti tonica habebatur in rachitide, et viscerum debilitate: pluries ingesta, ossa animalium, colore rubro inficit.

317. *peregrina* *L. Sp. Pl. p.* 158. Radice repente: caule caespitoso procumbente acute tetragono, ramis ut plurimum oppositis: foliis coriaceis perennantibus lanceolatis, vel ovato-acutis, verticillato-senis quaternisve, margine nervo medio nec non angulis caulis, aculeis retrorsis, quandoque deficentibus, scabris: floribus numerosis paniculato-racemosis axillaribus terminalibusque: corollae 5-fidae laciniis acuminato-aristatis: achenio nudo.

R. Peregrina. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 146.— R. tinctorum. *Seb et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 81. *n* 208. -

β angustifolia. Foliis angustioribus, herba minore nitente.

R. peregrina. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 81. *n.* 209.- R. minor quadrifolia atrovirens. *Barrel. Ic.* 154.- R. minor quadrifolia atrovirens, saxatilis. *Bocc. Mus. di piant. p.* 83. *tab.* 75.

Ad sepes communis et in sylvis. *β* in maritimis. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores flavescentes.

Obs. Folia summopere ludibunda, aculei minores, quam in specie precedente, achenium jamdudum minus.

Vulgo. *Robbia selvatica.*

Usus. Radix minus crassa, at tamen ejusdem coloris, succedaneum Rubiae tinctoriae, et a nonnullis pro illa adhibita.

SHERARDIA.

318. *arvensis* *L. Sp. Pl. p.* 149. Hirsutiuscula. Caule caespitoso decumbente tetragono: foliis verticillato-quaternis senisve, inferioribus minoribus

spathulatis, superioribus linearibus: floribus terminalibus fasciculatis, verticillo ultimo foliorum involucrante, superatis: achenio oblongo scabrido.

S. arvensis. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 69. *n.* 210.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 77. *n.* 188.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 71.- Aparine supina pumila, flore coeruleo se spargens. *H. Rom. t.* 1. *p.* 24. *n.* 5. *tab.* 80.

In viis, plateis, et ambulacris vulgaris.

Annua. Flor. Februario ad aestatem. Flores coerulei.

CRUCIANELLA.

319. MONSPELIACA *L. Sp. Pl. p.* 158. Herbacea. Caule decumbente erectoque parce ramoso, obscure tetragono: foliis verticillatis imis subquaternis lanceolato-linearibus, omnibus revolutis, margine ciliato scabris, apice mucronatis: spicis tetragonis elongatis, floribus alterne oppositis, involucrum superantibus: involucri bracteis carinatis, externa majori: corollae laciniis acumine aristaeformi contorto, terminatis.

C. monospeliaca. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 142.- C. angustifolia. *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 80. *n.* 206.- Rubia minor spicata. *Barrel. Ic.* 250, et R. spicata latifolia. *Ic.* 549.

In subapenninis inter lapides. *Tivoli* apud *S. Antonio*, *Riofreddo per salire alla Spiaggia* etc.

Annua. Flor. Junio. Flores luteoli. Spica etiam tripollicaris viridi alboque variegata.

320. MARITIMA *L. Sp. Pl. p.* 158. Suffruticosa glauca. Caule decumbente anguloso ramosissimo: foliis verticillato-quaternis ovatis margine spinulosis apice mucronulatis: spicis tetragonis densis, floribus alterne oppositis involucrum longe superantibus: involucri foliolo externo late ovato-lateralibus minoribus lanceolatis carinatis: corollae laciniis lanceolatis.

C. maritima. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 81. *n.* 207.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 143.

In arenosis maritimis. *Ostia*, *Tor s. Lorenzo* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores rubelli, vespere et noctu patentes, in die clausi.

PLANTAGO.

Plantagines verae. Acaules, scapigerae.

321. MAJOR *L. Sp. Pl. p.* 163. Foliis glabriusculis ovatis integris dentatisve, ut plurimum 5-nerviis, in petiolum late canaliculatum decurrentibus:

scapo tereti nudo striato: spica gracili elongata continua: bractea subdeltoidea foliacea, margine submembranacea, calyci aequali: foliolis calycinis ellipticis membranaceis, nervo dorsali prominulo: laciniis corollinis lanceolatis acutis: capsula conica polyspermia, calyce duplo longiore.

P. major. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 75. *n.* 180.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 153.

In humidis et ad vias vulgaris.

Perenn. Flor. aestate. Flores albidi.

Vulgo. *Piantagine maggiore, Cinquenervia.*

Usus. Vi vulneraria et adstringenti pollet, quapropter a vulgo plurimum amata, et in vulneribus ulceribus, gutturis inflammactionibus obiter adhibita.

322. MEDIA *L. Sp. Pl. p.* 163. Foliis pubescentibus ovatis oblongisque acutis 6-nerviis in petiolum brevem productis: scapo tereti elongato nudo, quandoque obscure sulcato: spica brevi continua: bractea foliacea lanceolata calycem aequante: foliolis calycinis oblongis acutis albo-membranaceis, nervo dorsali virente: laciniis corollinis lanceolatis acutis: capsula ovato-oblonga 2-4-spermia, calycem aequante.

P. media. *Sang. Cent.* 3. *p.* 26.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 156.

In pratis montanis Umbriae frequens.

Perenn. Fl. Junio-Augusto. Fl. albi, filamentis roseis longissimis.

323. LANCEOLATA *L. Sp. Pl. p.* 164. Glabriuscula. Foliis lanceolatis acuminatis integerrimis 5-nerviis in petiolum striatum productis: scapo elongato tereti sulcato: spica cylindrica oblonga continua: bractea membranacea, dorso viridi, ovato-acuminata, calycem subsuperante: foliolis calycinis membranaceis late ovatis obtusis carinatis, duabus anterioribus connatis: laciniis corollinis ovatis acutis: capsula oblonga 2-loculari 2-spermia, calyci subreviore.

P. lanceolata. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 63. *n.* 178. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 75. *p.* 181.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 158.- P. bulbosa quinquenervia, latifolia, spica oblonga capillata. *H. Rom. t.* 2. *p.* 2. *tab.* 6.

β altissima. Scapo 3-4-pedali: spica subcylindrica: foliis dentatis.

δ Capitata. *DC. Syst. Veg. p.* 13. *p.* 715. Planta minor, foliis lineari-lanceolatis, floribus capitatis.

In sterilibus et ad vias vulgatissima: β secus *Fontana Paola*, et in fossis *della Caffarella*, δ in Piceni pratis. *Grotteamare.*

Perenn. Flor. aestate. Flores spurco-albi.

Vulgo *Arnoglosso, Capo di Serpe, Piantagine minore.*

324. VITTORIOLIS *Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 138. Albo-villosa. Foliis lan-

ceolato-linearibus, basi attenuatis, apice longe acuminatis 3-nerviis integerrimis, in petiolum basi dilatatum, productis: scapo elongato tereti basi sulcato: spica subglobosa continua: bractea foliacea ovato-concava acuta, carina sericea, calycem superante: foliolis calycinis membranaceis obtusis exquisite carinatis, nervo spadiceo, laciniis corollinis ovatis acutis: capsula oblonga 2-spermia, calyce breviore.

P. vittorialis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 160.- P. incana trinervia montana. *Columm. Ecphr. p.* 259. *fig.* et Trinervia Plantago altera minima montana incana *p.* 260.

In herbidis montium Umbriae. *M. Vettore*, et *M. Bernardo di Norcia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albidi.

325. *alpina L. Sp. Pl. p.* 165. Foliis lanceolato-linearibus sessilibus apice acuminatis, ut plurimum 3-nerviis, remotissime denticulatis: scapo hirsutiusculo tereti: spica ovata densa: bractea foliacea, margine membranacea, basi late ovata, apice obtusa, ciliato-hirsuta, nervo carinali producto, mucronulata, calyce longiore: foliolis calycinis ovato-oblongis, laciniisque corollinis ovatis, acutis: capsula conica 2-spermia, calyci longiore.

P. alpina *Sang. Cent. tres p.* 25.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 163.- P. alpina folio angusto longo et nigricante. *Bocc. Mus. di piant. p.* 22. *tab.* 5.

β montana. Tota planta pilis longis hirta.

In pratis appenninis. *Vettore. β Monte Bernardo* secus Nursiam.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi scariosi.

326. *Lagopus L. Sp. Pl. p.* 165. Foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis 3-5-nerviis remote denticulatis pilosiusculis: scapo tereti erecto, vel decumbente striato adpresse piloso: spica globosa elongata: bractea membranacea ovato-acuta, dorso viridi, calycem aequante, foliolisque calycinis oblongis obtusis albo-sericis: laciniis corollinis ovatis acuminato-aristatis: capsula ovoidea 2-spermia, calyce breviore.

P. Lagopus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 79. *n.* 182.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 164.

In arvis maritimis et montanis haud infrequens. *Ostia, S. Paolo* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores albidi

327. *Bellardi Vahl. Symb. t.* 2. *p.* 31. Pilis patentibus hirsuta. Foliis lanceolato-linearibus acutis in petiolum attenuatis 3-5-nerviis: scapis numerosis teretibus vix sulcatis, folia subaequantibus: spica oblonga continua, floribus laxiusculis: bractea foliacea basi ovata, apice acuminato-recurva, flori longiore: foliolis calycinis ovato-oblongis acutis: corollae laciniis lanceolatis acuminatis: capsula ovata 2-spermia, calyce dimidio breviore.

P. Bellardi. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 76. *n.* 183.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 167.

In sterilissimis, et collibus communis. *Monte Mario, Testaccio,* nec non in maritimis. *Ostia.*

Ann. Flor. Majo. Flores albidi fauce rubeola:

328. PILOSA *Pourr. Act. Tolos. t.* 3. *p.* 324. Hirsuta, pilis patentibus. Foliis lineari-oblongis acutiusculis obscurissime denticulatis 3-5-nerviis, basi in petiolum attenuatis: scapo solitario ascendente tereti, folia superante: spica ovata pauciflora, floribus laxiusculis, bractea foliacea basi ovata, apice longe acuminato, recurva, florem superante: foliolis calycinis et laciniis corollinis ovato-acuminatis: capsula conica 2-spermia, calycem superante.

In pratis maritimis. *Fiumicino.*

Perennis. Flor. Junio. Flores albidi.

Obs. α P. Bellardi differt statura jamdudum minore, scapo constanter solitario, bractea et capsula flore longiore.

329. MARITIMA *L. Sp. Pl. p.* 165. Foliis carnosis caespitosis sessilibus linearibus, supra canaliculatis, subtus convexis, quandoque remote-serratis, dentibus subulatis: scapo tereti, folia superante: spica gracili elongata basi interrupta: bractea foliacea ovata concava, apice acuminata, calyci breviore: foliolis calycinis ovato-oblongis, laciniis corollinis ovatis acutis: capsula globoso-conica 2-spermia, calycem aequante.

P. maritima. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 79. *n.* 185.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 168.– P. subulata. *Sang. Cent. tres p.* 25.

In maritimis, aeque ac in rupestribus apenninorum. *Fiumicino*, *Terracina, Vettore, Monte Capo d'acqua.*

Perenn. Flor. Junio. Flores spurco-albidi.

Obs. Species ita proteiformis ut per gradus innumeros a statione maritima ad montanam transeat; species montana cum *P. subulata L.* conjugi videtur; quae tamen diversa habitu, forma foliorum, foliis calycinis, ut bene novi ex speciminibus a Clarissimo Gay communicatis.

330. *CORONOPUS L. Sp. pl. p.* 166. Foliis planis crassiusculis elongatis pinnatifido-laciniatis, lata basi in petiolum attenuatis: scapo tereti, apice hirsuto: spica continua cylindrica elongata nutante: bractea foliacea margine membranacea concava basi late ovata, apice longe acuminata, acumine florem superante, foliolis calycinis ovatis: laciniis corollinis ovato-acutis: capsula globosa conica 4-spermia, calycis longitudine.

P. Coronopus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 79. *n.* 184.- *Bert. Fl. It.*

t. 2. *p.* 174.- Coronopus Prochyte. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 258, et C. neapol. tenuifolius *l. c.*, et C. lacin. *Ecphr.* 2. *p.* 70. *fig.* 71.

β macrorhiza. Rhizomate sursum in surculos lignosos caulescente. *Bert. l. c. p.* 175.

Ad vias et in arenosis praesertim maritimis.

Perenn. Flor. aestate. Flores albo-lutescentes.

Vulgo. *Erba stella.*

Usus. Antiscorbutici famam adhuc serbat, et in acetariis adhibetur utpote gratissima.

Psyllia. Caulescentes.

331. Psyllium *L. Sp. Pl. p.* 167. Pubescenti-viscosa, pilis ut plurimum glanduliferis. Caule herbaceo erecto: foliis confertis, basi connatis, linearibns integerrimis crassiusculis remote dentatis: pedunculis solitariis axillaribus patulis, superioribus erectis: spicis ovatis: bracteis omnibus lanceolatis calycem aequantibus, carina viridi, marginibus membranaceis: foliolis calycinis ovato-canaliculatis: laciniis corollinis ovato-acuminatis: capsula oblonga 2-spermia, calyce sublongiori.

P. Psyllium. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 64. *n.* 179.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 77. *n.* 186.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 178.- Psyllium laciniatis foliis. *Bocc. Pl. Sic. p.* 8. *tab.* 4. *in pag.* 7. *fig. A. B.*- P. majus creticum.- *H. Rom. t.* 2. *t.* 10.

In sterilissimis et arenosis communis.

Annua. Flor. Aprili-Junio. Flores sordide albi.

Vulgo. *Psillio. Silio.*

Usus. E seminibus hujus speciei, et duarum sequentium, mucillago densa obtinetur, ope digestionis in aqua, quae in dyssenteriis, opthalmiis, et aliis hujus generis morbis feliciter adhibetur.

332. arenaria *Wild. En. Hort. Ber. t.* 1. *p.* 162. Cano-pubescens, vix viscida. Caule herbaceo erecto subcubitali: foliis linearibus integerrimis fasciculatis: pedunculis axillaribus elongatis erectis, corymbum simulantibus: spicis ovoideis densifloris: bracteis foliaceis, margine dilatato-ovatis membranaceis apice cuspidatis, flores aequantibus, inferioribus, cuspide producto, superantibus: foliolis calycinis inaequalibus ovatis acutisve: laciniis calycinis ovato-lanceolatis: capsula ovata 2-spermia, calyce breviori.

P. arenaria. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 180.

In arenosis maritimis Piceni. *Grotteamare.*

Annua. Flor. Junio-Julio. Flores albidi.

333. *Cynops* *L. Sp. Pl. p.* 167. Caule suffruticoso decumbente ramoso: foliis linearibus subulatis elongatis canaliculato-triquetris integerrimis basi pilosis: pedunculis axillaribus oppositis, inferioribus elongatis: spicis turgidis subglobosis paucifloris: bracteis foliaceis, margine albo-membranaceis, late ovatis concavis, inferiorum cuspide magis elongato, omnibus florem superantibus: foliolis calycinis ovatis acutis: laciniis corollinis lanceolatis acuminatis: capsula conica turgida 2-spermia, calyce breviore.

P. Cynops. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 77. *n.* 187.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 181.

In jugis subapenninis secus *Subiaco*.

Fruticul. Flor. Junio. Flores albidi.

GENTUNCULUS.

334. *minimus* *L. Sp. Pl. p.* 169. Foliis ovatis: floribus sessilibus: corolla basi eglandulosa.

C. minimus *Sang. Cent. tres p.* 24.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 184.

In arenosis hyeme inundatis. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Annuus. Flor. Majo. Flores carnei.

Obs. Plantula 1-2-pollicaris.

TRAPA.

335. *natans* *L. Sp. Pl. p.* 175. Caule fluitante: foliis natantibus longe petiolatis rosulatis: achenio 4-corni, cornobus acutis cruciatim dispositis, duobus superioribus horizontaliter patentibus, duobus inferioribus subascendentibus.

T. natans. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 202.

In lacubus. *Lago di Paola*, apud Anxur.

Annua. Flor. Junio. Flores albi.

Vulgo. *Castagna d'acqua*.

Usus. Semen torrefactum edule Castaneae vescae instar. Medici olim in morbis inflammatoriis utebantur, et in formula Unquenti Agrippae enumerabantur.

CORNUS.

336. *mas* *L. Sp. Pl. p.* 171. Arborescens. Ramis sparsis: foliis hysteranthiis ovatis: umbella simplici sessili, involucro sublongiore: pomum oblongum.

C. mas. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 195.- C. mascula. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 82. *n.* 210.

In sylvis et sepibus frequens.

Arbusc. Flor. Februario-Martio. Flores lutei.

Vulgo. *Corniolo. Grugnale.*

Usus. Ligno durissimo conficiuntur Scipione s, et ad opus tornatorum aptissimum: veteres hastas et sagittas bellicas extruebant. Fructus maturi acerbi, tamen a vulgo appetiti, et in medicina, uti adstringentes, in dyssenteriis quandoque usurpati.

337. *SANGUINEA L. Sp. Pl. p.* 171. Ramis elongatis oppositis rectis: foliis proteranthiis late ovatis cuspidatis subtus pubescentibus: cyma solitaria terminali pedunculata nuda: pomum globosum.

C. Sanguinea. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 81. *n.* 111.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 196.

Ad sepes communis.

Frutex. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

Vulgo. *Sanguinello, verga sanguigna.*

Usus. Planta perutilis, et ad sepes conficendas optima. Flores ab apibus summopere diliguntur; ramis extruuntur Caveae Canistrae, et olim virgas ad puniendos militares suppeditarunt: fructus aesca volucrum, et oleum dant ad lampades alendas: lignum ad opus topiarium celebratur, et ad clavos, pro calceis, conficendos.

VISCUM.

238. *ALBUM L. Sp. Pl. p.* 1451. Caule ramosissimo dichotomo, ramis teretibus: foliis lanceolatis obtusis enerviis: floribus sessilibus glomeratis subquinis, terminalibus, axillaribusque.

V. album. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 337. *n.* 1186.-

Parasiticum in pluribus arboribus et praesertim Quercubus, Pyris et Castaneis.

Frutex. Flor. Aprili. Flores luteo-virentes.

Vulgo. *Visco, Vischio.*

Usus. Pulpa baccarum Visco repletur pro arte Venatoria et Agraria.

SANGUISORBA.

339. *OFFICINALIS L. Sp. Pl. p.* 169. Glabra. Caule fistuloso, ramis strictis: foliis impari-pinnatis, caulinis sessilibus utrinque stipulatis, radicalibus longe petiolatis nudis, foliolis ovatis argute serratis: stipulis amplexicaulibus recurvatis serratis: spicis oblongis obtusis, terminalibus longe pedunculatis: floribus hermaphroditis, quandoque polygamis vel monoicis: staminibus perigonium aequantibus: stigmate echinulato: achenio tetragono.

S. officinalis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 186.- Pimpinella major, rigida, prae-

alta auriculata Sabauda. *Bocc. Mus. di piant. n.* 1. et P. auriculata Sabauda rigida. *Bocc. l. c. tab.* 9.- P. Sanguisorba major. *Il. Rom. t.* 2. *tab.* 70.

In Appennino Umbriae ad oram lacus di *Castelluccio* in Nursinis.

Perenn. Flor. Junio. Perigonia atro, vel viridi-rubentia.

Vulgo. *Pimpinella maggiore, Salvastrella.*

Usus. Herba pecori noxia. Radix vi adstringenti pollet, et olim in dyssenteriis, et haemorragiis plurimi laudata, unde nomen vulgatius *Sanguisorba*; nunc prorsus neglecta.

340. MINOR *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 110. Glaucescens. Caule subsimplici caespitoso angulato striato: foliis impari-pinnatis, caulinis sessilibus utrinque stipulatis, radicalibus petiolatis nudis, foliolis omnibus argute serratis, inferioribus ovatis, mediis subrotundis, superioribus oblongis: stipulis praecedentis: spicis terminalibus longe pedunculatis subglobosis: floribus polygamis aut monoicis: staminibus perigonium longe superantibus: stigmate pennicillato: achenio tetragono.

S. minor. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 189.- Poterium Sanguisorba. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 324. *n.* 1160.- Sideritis secunda Dioscoridis *Columu. Ecphr. p.* 123. *fig. p.* 124.

In incultis, et aridis communis.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium herbaceum ex viridi-rubrum.

Vulgo. *Pimpinella.*

Usus. In acetariis communiter adhibita. In veteri medicina adstringentis famam habuit.

ALCHEMILLA.

341. VULGARIS *L. Sp. Pl. p.* 178. Caule caespitoso ascendente: foliis reniformibus 7-9-lobatis plicatis, lobis rotundatis acute dentatis: petiolis radicalibus elongatis, caulinis successive abbreviatis: stipula foliacea amplexicauli grandiuscula inciso-dentata: floribus paniculato-corymbosis, foliis superioribus sessilibus abbreviatis, quodamodo involucratis.

A. vulgaris. *Sang. Cent. tres p.* 26.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 204.- A. minor hirsuta ceneritia Italica. *Barrel. Ic.* 728.

β hybrida. *Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 698. Caule petiolis foliisque subtus piloso-subsericeis.

In pratis montanis Sabinae, et Umbriae. *Monte della Sibilla.* β in Lucretile.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores herbacei.

Usus. Medici aliquoties, etiam nostris temporibus, in radice virtutem stipticam et vulnerariam agnoscunt.

342. *ALPINA L. Sp. Pl. p.* 179. Caule tenui terete ascendente: foliis digitatis supra glabris subtus sericeo-argenteis, radicalibus longe petiolatis, stipula sericea subferruginea oblongo-acuta, caulinis sessilibus, stipula foliacea dentata, vel laciniata, foliolis 7 rarius 9 obverse oblongis, apice obtuso, dentatis: floribus longiuscule pedunculatis corymboso-ramosis, corymbulis subsessilibus, bracteis incisis, vel potius, foliis parvis sessilibus, involucratis.

A. alpina. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 207.- A. argentea mont. pentaphyll. *Barrel. Ic.* 756.

In appenninis Umbriae. *Monte Corno.*

Perenn. Flor. Julio. Flores viridi-luteoli.

343. *ARVENSIS Scop. Fl. Corn. ed.* 2. *t.* 1. *p.* 115. Pubescens. Caule subspithameo decumbente parce ramoso: foliis flabellatis 3-partitis, laciniis inciso-dentatis: stipula foliacea amplexicauli inciso-dentata: floribus axillaribus glomeratis aliquando monandris et etiam digynis.

A. arvensis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 210.- A. aphanes. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 81. *n.* 212.- A. minima montana. *Columm. Ecphr. p.* 145. *fig. p.* 146.

In plateis urbis, ruderatis, agris. *Pizzza di S. Pietro, Tempio della Pace.*

Annua. Flor. Aprili. Flores herbacei minimi.

TETRANDRIA TETRAGYNIA.

ILEX.

344. *AQUIFOLIUM L. Sp. Pl. p.* 181. Foliis coriaceis nitidis ovatis acutis margine undulato-spinosis, vel planis inermibus: floribus axillaribus corymbosis.

I. Aquifolium. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 82. *n.* 215. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 220.

In montium sylvis communis.

Arbor. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Agrifolio.*

Usus. Arbor praestantissima. Foliis sempervirentibus sylvulas artificiales et sepes perennes robustissimas conficimus: lignum album durissimum topiariis et fabris lignariis optimum, insuper colore nigro feliciter tingitur ad Ebanum imitandum: cortex maceratione rite subjectus, Viscum praebet.

SAGINA.

345. *PROCUMBENS L. Sp. Pl. p.* 185. Glabra. Caule caespitoso nodoso decumbente: foliis linearibus integerrimis, apice aristulatis: sepalis ovatis, corolla longioribus: capsula diaphana, calyce sublongiore.

S. procumbens. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 83. *n.* 220.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 242.

In aridis arenosis frequens.

Annua. Flor. Aprili-Majo. Flores albidi.

346. *APETALA Smith. Engl. Fl. t.* 2. *p.* 240. Glanduloso-pilosa tandem denudata. Caule caespitoso ascendente dichotomo-ramoso: foliis linearibus, basi vaginantibus, arista refracta, terminatis: petalis concavis acutis post anthesim patentibus: sepalis concavis acutis: capsula, calyci subaequali.

S. apetala. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 83. *n.* 221.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 243.

In siccioribus, arenosis et collibus frequens. *Macchia Mattei* etc.

Annua. Flor. Aprili. Flores herbacei.

MOENCHIA.

347. *ERECTA. Smith. Engl. Fl. t.* 1. *p.* 241. Glaberrima. Caule erecto subunifloro: foliis lanceolatis oppositis basi connatis: sepalis acutis corolla longioribus: capsula calyce longiore.

M. erecta. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 245.- Sagina erecta. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 83. *n.* 222.- Chamaelinum gramineo seu acuto folio. *Barrel. Ic.* 1165. *fig.* 2.

In collibus, glareosis, et sterilibus frequens. *Capo di Bove, Macchia Mattei* etc.

Annua. Flor. Aprili. Flores albi.

RADIOLA.

348. *MILLEGRANA. Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 153. Dichotoma. Foliis ovatis.

R. Millegrana. *Sang. Cent.* 13. *p.* 27.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 249.

In arenosis hyeme inundatis. *Fiumicino.*

Annua. Flor. Majo. Flores albi minimi. Planta vix pollicaris.

POTAMOGETON.

349. *NATANS L. Sp. Pl. p.* 182. Foliis superioribus natantibus longe petiolatis ellipticis ovatisque subcoriaceis multinervosis, foliis inferioribus sessilibus immersis linearibus lanceolatisve (petiolis aphyllis aliorum): stipula membranacea lanceolato-lineari: spica crassa longe pedunculata densa continua: nucibus laevibus ovatis dorso carinatis.

P. natans. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 82. *n.* 216.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 223.

β fluitans. Foliis natantibus ellipticis oblongis utrinque acuminatis.

P. natans β *Bert. l. c. p.* 224.- P. fluitans. *Fior. Gior. de' lett. di Pisa. Ann.* 1828. *t.* 17. p. 114.

In fossis, stagnis et parvis fluminibus. *Ostia, Terracina* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores fusco-virides.

Vulgo. *Bieta d'acqua*, uti aliae species hujus generis, foliis majusculis natantibus.

350. OBLONGUM *Viv. Ann. bot.* 2. *p.* 2. Foliis superioribus natantibus breviter petiolatis ovato-ellipticis subcoriaceis multi-nervosis, foliis immersis sessilibus brevibus lanceolato-linearibus: stipula membranacea lanceolato-lineari acuminata: spica pedunculata tenui continua: nucibus ovatis laevibus.

P. oblongum. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 225.

In lacubus montium. *Lago di Colfiorito.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores flavo-virentes.

351. PERFOLIATUM *L. Sp. Pl. p.* 182. Foliis omnibus immersis sessilibus alternis amplexicaulibus cordato-ovatis nervosis, margine cripso ut plurimum serrulato: stipula albo-membranacea brevissima intrafoliacea: spica pedunculata crassiuscula subinterrupta: nucibus pyriformibus acuminatis.

P. perfoliatum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 226.– P. perfoliatus. *Maur. Cent.* 13. *p.* 11.

In lacubus, stagnis, fluminibus non infrequens. *Bracciano*, *Piedilugo*, *Martignano* etc.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores subvirides.

352. LUCENS *L. Sp. Pl. p* 183. Foliis omnibus immersis diaphanis nervosis lanceolatis vel ovato-lanceolatis in petiolum brevem productis: stipula herbacea lineari-lanceolata obtusa, internodio subaequali: spica crassa continua elongata longe et crasse pedunculata: nucibus semiovoideis, marginibus obtusis ecarinatis.

P. lucens. *Fior. in Gior. Arcad. t.* 18. *p.* 161.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 229.

In fluminibus et fossis. *Canali Pontini.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores herbacei.

353. CRISPUM *L. Sp. Pl. p.* 182. Foliis omnibus immersis subdiaphanis nervoso-venosis sessilibus linearibus obtusissimis margine undulato-crispis, superioribus oppositis, inferioribus alternis remotis: stipula intrafoliacea albo-membranacea brevissima: spica brevi pauciflora laxiuscula longe pedunculata: nucibus parvis semiovoideis in rostrum suberectum continuatis.

P. crispum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 82. *n.* 207.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 233.

In rivulis et fontibus vulgaris. *Fontana del Vaticano*, *di s. Pietro in Montorio* etc.

Perenn. Fl. Majo. Flores subvirides.

354. *zosteraefolium* *Schum. En. Pl. Sael. p.* 1. *p.* 50. Lete virens. Caule fluitante foliaceo compresso, ramis alternis oppositisve: foliis integerrimis linearibus sessilibus 3-nervoso–venosis mucronulatis, mucronulo oblique incurvo, basi stipulatis: stipula intrafoliacea, apice membranaceo-libero: spica cylindrica interrupta, pedunculis filiformibus in anthesi brevissimis post anthesim elongatis: nucibus semiovatis, in rostellum brevem recurvum, continuatis.

P. zosteraefolium. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 235.

In lacubus, et canalibus aqua puriore. *A Vallerano presso il fosso di Canepina.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores virentes.

255. *pusillum* *L. Sp. Pl. p.* 184. Caule fluitante filiformi ramoso: foliis linearibus angustissimis sessilibus patentibus 3-nerviis: stipula subherbacea brevi, foliis latiore, exciccatione convoluta: spica exigua interrupta pauciflora, pedunculo breviore: nucibus ovatis, stigmate recurvo, coronatis.

P. pusillum. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 236.– P. pusillus. *Fior. Gior. de' lett. di Pisa anno* 1828. *t.* 17. *p.* 114

In lacubus et fossis. *Villa Pamfili.*

Perenn. Flor. Junio. Flores herbacei.

356. *pectinatum* *L. Sp. Pl. p.* 184. Caule fluitante ramoso dichotomo: foliis anguste linearibus canaliculatis distichis 1–nerviis, in vagina unica inferius coalitis: stipula vaginae adnata, et vaginam marginante: spica interrupta laxiflora longe pedunculata: nucibus majusculis ovoideis, stigmate brevi, coronatis.

P. pectinatum. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 337.– P. marinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 83. *n.* 218.– P. pusillum fiuitans. *Bocc. Pl. Sic. p.* 42. *tab.* 20. *f.* 5.

In stagnis salsis. *Ostia, Fiumicino, Terracina* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores spurco-virides.

RUPPIA.

357. *maritima* *L. Sp. Pl. p.* 184. Caule fluitante submerso: foliis linearibus basi vaginantibus: vaginis supremis, flores post anthesim longe pedunculatos, involucrantibus: nuculis ovoideis erectis, apice oblique productis.

R. maritima. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 83. *n.* 219.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 239.

In stagnis maritimis salsis. *Terracina.*

Annua. Flor. aestate. Flores spurco-albidi.

CLASS. V. PENTANDRIA.

Ord. 1. *Monogynia*

Sectio I. flores monopetali inferi.

* Fructus gynobasicus.

Borragineae Juss.

106. CERINTHE L. Calyx 1-sepalus liber profundissime 5-partitus, partibus inaequalibus erectis, in fructu accretis: corolla cyathiformis vel subclavata, tubo cylindrico crasso, fauce nuda, limbo 5-dentato vel 5-fido: antherae eretae sagittatae, auriculis intortis: stigma emarginatum: colliculi 4, bini inter se conjuncti, sutura vix conspicua, ut duo videantur.

107. HELIOTROPIUM L. Calyx 1-sepalus liber plus minus profunde 5-sectus, segmentis incurvis subaequalibus, in fructu accretis, et quandoque stellatim patentibus: corolla hypocrateriformis, tubo cylindrico angusto, fauce pervia, rugis saepe cohartata, limbo 5-fido: antherae inclusae, stigma quandoque 2-fidum: colliculi 4 approximati, hinc convexi, inde angulati.

108. LITHOSPERMUM L. Calyx 1-sepalus liber 5-partitus, partibus aequalibus erectis: corolla infundibuliformis, tubo cylindrico crassiusculo, fauce pervia nuda vel puberula, limbo 5-fido: antherae oblongae: stigma capitatum sublobatum: colliculi 4 tandem ovoidei durissimi laeves, vel varimode tuberculati.

109. PULMONARIA L. Calyx 1-sepalus liber tubuloso-prismaticus profunde 5-dentatus, dentibus aequalibus, in fructu campanulatus: corolla infundibuliformis, tubo cylindrico, fauce pervia nuda, quandoque puberula, limbo 5-fido laciniis rotundatis erectis: stamina inclusa: stigma capitatum colliculi 4 globulosi villosi.

110. ONOSMA L. Calyx, 1-sepalus liber 5-partitus, partibus aequalibus rectis: corolla cyathiformis, tubo brevi crasso, fauce nuda in limbum rectum campanulatum, apice breviter 5-dentatum, dilatata: antherae elongatae sagittatae subexertae: stigma emarginatum: colliculi 4 lapidei subtrigoni, hinc convexi, inde lateribus planis, stylo centrali arcte adnati.

111 ECHIUM L. Calyx 1-sepalus profunde 5-fidus, partibus fere aequalibus erectis: corolla irregulariter infundibuliformis, tubo brevissimo, fauce

nuda, limbo oblique 5-secto, segmentis inaequalibus: antherae oblongae: stigma 2-fidum: colliculi 4 ovoideo-trigoni acuti, ut plurimum tuberculato-muricati, hinc convexi, inde carinati.

112. LYCOPSIS L. Calyx 1-sepalus 5-partitus, partibus aequalibus, post anthesim elongatis dilatatis: corolla infundibuliformis , tubo incurvo , fauce clausa squamis 5-convexis villosis: limbo 2-fido, laciniis quidquam inaequalibus: antherae oblongae: stigma obtusum emarginatum 2-fidum: colliculi 4 ovoidei reticulato-rugosi distincti, basi insigniter umbilicati, cum receptaculo prominulo connexi.

113. MYOSOTIS L. Calyx 1-sepalus 5-sectus, segmentis aequalibus erectis, in fructu patentibus: corolla hypocrateriformis, tubo, limbum 5-fidum, laciniis obtusis, aequante vel breviore, fauce clausa squamis 5-convexis: antherae oblongae: stigma capitato-depressum: colliculi 4 ovoideo-trigoni convexi, faciebus internis plani, arcte stylo adnati.

114. BORAGO L. Calyx 5-sepalus profunde 5-partitus, partibus in anthesi prorsus patentibus, in fructu auctis conniventibus: corolla rotata, limbo brevissimo, fauce, squamis subobtusis emarginatis, coronata, limbo stellato patente, aut campanulato-patulo: antherae sagittatae, filamentis basi nectariferis: nectaria obverse ovoidea , hinc cornu subulato obtuso appendiculata: stigma capitatum vel 2-fidum: colliculi 5 turbinati reticulato-rugosi, basi contracta producti, et in receptaculi foveis infixi.

115. ANCHUSA L. Calyx 1-sepalus campanulatus vel tubulosus aequaliter 5-fidus vel 5-partitus: corolla infundibuliformis, tubo cylindrico recto , fauce squamis 5 obtusis villosis vel pubescentibus clausa , limbo 5-fido lacinis obtusis: antherae subsessiles oblongae obtusae: stigma capitatum: colliculi 4 turbinato-truncati, hinc crasse cristati reticulato-rugosi, basi umbilicata, in receptaculo cyathiforme producto, infixi.

116. SYMPHYTUM L. Calyx 1-sepalus profunde 5-fidus , partibus aequalibus lanceolatis: corolla cyathiformis , calycem superans , tubo crasso , conico, fauce clausa squamis 5 subulatis glanduloso-echinatis conniventibus, limbo campanulato apice 5-dentato: antherae sagittatae: stigma simplex: colliculi 4 globulosi nudi basi reptaculo adfixi.

117. ASPERUGO L. Calyx 1-sepalus reticulato-venosus multidentatns, dentibus inaequalibus acutis , post anthesim ita accretus ut compressus vel 2-valvis appareat: corolla infundibuliformis, calyce non accreto longior, tubo brevissimo, fauce squamis 5-conniventibus clausa, limbo obtuse 5-fido: an-

therae oblongae: stigma obtusum, colliculi 4 lacrymeformes minute granulati liberi, sub apice, stylo columnari e receptaculo nato, adfixi.

118. CYNOGLOSSUM L. Calyx 1-sepalus 5-partitus, partibus aequalibus erectis patentibus: corolla infundibuliformis, tubo recto breviusculo, fauce squamis 5 fornicatis coronata, limbi laciniis rotundatis: antherae subrotundae, quandoque erectae: stigma emarginatum: colliculi 4 cartilaginei orbiculares depressi vel compressi, saepius undique echinati, stylo columnari prismatico lateraliter adfixi.

Plumbagineae DC.

119. PLUMBAGO L. Calyx 1-sepalus tubulosus lappaceus, strigis apice glandulosis: corolla hypocrateriformis vel infundibuliformis, tubo cylindrico, calyce longiore, fauce nuda, limbo 5-secto: staminum filamenta basi dilatata: stigma 5-fidum: capsula 1-locularis, apice tandem 5-fida: semen unicum oblongum laeve basi fixum.

Primulaceae DC.

120. ANAGALLIS L. Calyx 4-sepalus 5-partitus, partibus acuminatis carinatis: corolla rotata: tubo subnullo, fauce nuda, limbo 6-partito: antherae cordato-oblongae, filamentis hirsutis glanduliferis: stigma obtusum: capsula globosa 4-locularis circumscissa.

121. LYSIMACHIA L. Calyx 5-sepalus 5-partitus partibus linearibus patentibus: corolla scutellata, vel campanulato-patula, tubo subnullo, fauce nuda laciniis 5-fidis: antherae oblongae caudatae, filamentis, basi dilatata, cohalitis, quandoque liberis: stigma obtusum: capsula globosa 1-locularis 5-valvis.

122. CYCLAMEN L. Calyx 5-sepalus 5-fidus laciniis erectis ovato-lanceolatis: corolla rotata, tubo late urceolato: fauce nuda prominula, limbo 5 partito, laciniis oblique intortis reflexis, in anthersi erectis: antherae cordato-pyramidatae basi saccatae: stigma simplex: capsula globosa 2-locularis, apice dentibus 5 dehiscens.

123. SOLDANELLA L. Calyx 5-sepalus liber 5-partitus, laciniis patentibus erectis: corolla campanulata, tubo brevissimo, fauce nuda successive

dilatata, limbo 5-fido, laciniis fimbriatis: antherae cordato-oblongae apice aristatae: stigma crassiusculum: capsula cylindracea sulcata dehisceus sub-5-valvis, valvis 2-dentatis.

124. PRIMULA L. Calyx 5-sepalus liber cylindricus saepe angulatus 5-dentatus, dentibus plus minus profundis: corolla hypocrateriformis aut infundibuliformis, tubo superius dilatato, fauce nuda quandoque glandulosa, limbo plano vel concavo 5-lobo: antherae oblongae: stigma capitatum: capsula cylindracea aut globosa evalvis dentibus 5-10 apice dehiscens.

125. HOTTONIA L. Calyx 5-sepalus liber 5-partitus, partibus linearibus erectis: corolla hypocrateriformis, tubo crassiusculo, fauce nuda, limbo 5-fido: antherae cordato-oblongae, filamentis exilibus: stigma globosum: capsula globosa 1-locularis 5-valvis.

126. ANDROSACE L. Flores involucrati, raro solitarii, involucro polyphyllo. Calyx 5-sepalus liberi campanulatus 5-fidus, laciniis erectis patulis: corolla hypocrateriformis, tubo inflato subconico, fauce cohartata glandulosa, limbo 7-partito, laciniis obtusis saepius emarginatis: antherae oblongae: stigma capitatum: capsula globosa 5-locularis, suturis 5-10 usque ad medium pertingentibus, dehiscens.

127. SAMOLUS L. Calyx campanulatus inferus adhaerens margine 5-partito libero, partibus erectis persistentibus: corolla hypocrateriformis, tubo crasso, limbo 5-fido patente, squamis 5-inflexis, laciniis interpositis faucem coronantibus: antherae subrotandae: stigma orbiculare depressum: capsula 4-locularis dentibus 5 apice dehiscens.

Lobeliaceae Juss.

128. LOBELLA L. Calyx campanulatus adnatus, margine 5-partito liber, partibus lanceolatis erectis: corolla 2-labiata, labio superiore 2-fido saepe usque ad basim fisso, labio inferiore 3-fido: antherae ut plurimum connatae: stigma capitatum subtus pilis cintum: capsula 2-3-locularis apice dentibus 2-3 dehiscens.

Gentianeae Juss.

129. ERYTRAEA *Renealm.* Calyx 5-sepalus liber profunde 5-fidus lacinis linearibus erectis: corolla hypocrateriformis, tubo elongato cylindrico

tenui, fauce nuda, limbo 5-fido, laciniis ovatis vel lanceolatis, tubo brevioribus: antherae oblongae, post nutias spiritaliter tortae: stigmata subcapitata tandem divergentia: capsula oblonga compressa 5-locularis 2–valvis, valvarum marginibus introflexis, dissepimentum mentientibus.

130. VILLARTIA *Vent.* Calyx 5-sepalus liber 5-partitus, partibus lanceolato–linearibus erectis in fructu conniventibus: corolla rotata: tubo latiusculo brevi, fauce villosa, limbo 5-fido laciniis fimbriatis: antherae sagittatae: stigma lamellatum, lamellis 2-cristato-crenatis: basis ovarii 5-glandulosa: capsula subovata compressiuscula 4-locularis 2-valvis carnosa tandem coriacea.

Scrophularinae Schultz.

131. VERBASCUM L. Calyx 5–sepalus liber 5-partitus, partibus subaequalibus: corolla rotata 5-partita, tubo brevissimo, fauce nuda, laciniis rotundatis, ut plurimum inaequalibus: antherae 1-loculares denuo reniformes, duo aliquando cristatae, filamentis aequalibus, vel inaequalibus, et tunc duobus longioribus, quinto breviori, omnibus vel tribus tantum brevioribus barbatis: stigma compressum clavatum: capsula ovoidea 2–locularis 2–valvis, septis marginalibus 2–partitis, dehiscens.

Solanaceae DC.

132. HYOSCYAMUS L. Calyx 2-sepalus liber urceolatus 5-dentatus, tandem auctus, fructum abscondens: corolla infundibuliformis recurva, tubo brevi, limbo irregulari 5-lobo, laciniis rotundatis: antherae cordato-oblongae, filamentis subinaequalibus inclinatis: stigma obtusum: capsula ovato-obtusa 2-locularis pyxidata.

133. DATURA L. Calyx 5-sepalus liber tubulosus saepe angulatus 5–dentatus, secus basim circumscissus, parte infra scissuram tantum persistente, in fructu accreta orbiculata: corolla infundibuliformis ampla, tubo elongato, limbo 5-plicato, plicis in dentibus productis: antherae cordato-oblongae: stigma crassum 2-fidum: capsula globosa vel oblonga echinata vel nuda 4-valvis, dissepimentis duobus tantum completis, 2-locularis.

134. SOLANUM L. Calyx 5–sepalus liber persistens 5–fidus, corolla rotata vel turbinata, tubo brevi, limbo 5–fido 5-plicato aut pentagono: antherae lineares aequales erectae raro connatae vel inaequales et declinatae,

jamdudum apice poro gemino hjantes, filamentis brevibus: stigma obtusum: bacca globosa aut oblonga 2-locularis.

135. PHYSALIS L. Calyx 5-sepalus liber polygonus, apice 5-dentatus campanulatus, in fructu vessicoso-inflatus: corolla turbinato-patula, tubo brevi limbo 3-fido 5-plicato: antherae oblongae longitudinaliter dehiscentes: stigma capitatum: bacca globosa 2-locularis in calyce abscondita.

136. ATROPA L. Calyx 5-sepalus liber subcampanulatus in fructu stellato-patens 5-fidus, laciniis ovatis acutis: corolla tubuloso-campanulata, tubo brevi, limbo 5-fido, laciniis ovato-acutis: antherae 4-lobae deflexae, filamentis basi conniventibus: stigma capitatum: bacca globosa 2-locularis.

137. MANDRAGORA L. Calyx 1-sepalus liber persistens subturbinatus, profunde 5-fidus, partibus oblongo-linearibus acutis in fructu parum auctis: corolla majuscula campanulata 5-fida marcescens, calyce longior: antherae filamentis secus basim barbatis: stigma capitatum: bacca globosa 2-locularis.

138. LYCIUM L. Calyx 5-sepalus liber tubulosus 5-dentatus vel irregulariter 3-5-sectus persistens: corolla infundibuliformis vel tubulosa, tubo brevi, limbo dilatato, apice 5-fido: antherae oblongae, filamentis inferius corollae adnatis, et in parte libera basi ut plurimum barbatis: stigma capitatum, sulco transverso, notatum: bacca oblonga aut globosa 2-locularis.

Convolvulaceae Vent.

139. CALYSTEGIA *Brown.* Bracteae duo appositae florem foventes ut plurimum majuscolae, calycem occultantes: calyx 5-sepalus liber persistens profundissime 5-partitus: corolla turbinato-campanulata, tubo fauceque nulla longitudinaliter 5-plicata apice 5-angulata aut 5-fida: antherae sagittatae: stigma 3-lobum, lobis subcylindricis aut lamellaribus: anulum glandulosum sub ovario: capsula 2-valvis, dissepimento incompleto, ut plurimum 5-locularis, loculis 1-2-spermis.

140. CONVOLVOLUS L. Bracteae duo oppositae a flore remotae. Calyx 5-sepalus liber persistens profundissime 5-partitus: corolla turbinato-campanulata, tubo fauceque nulla, longitudinaliter 5-plicata, apice 5-angulata aut 5-fida: antherae sagittatae: stigmata bina subcylindrica saepe revoluta, anulo glanduloso sub ovario: capsula 2-valvis 2-locularis 4-speama.

Apocineae Juss,

141. VINCA L. Calyx 5-sepalus 5-partitus, partibus angustis erectis: corolla hypocrateriformis, tubo cylindraceo, fauce protracta pentagona pilosa, limbo plano 5-partito, laciniis obliquis truncatis: antherae oblongae alternatim conniventes, fauce inclusae: stigma capitato-depressum barbatum, basi contracta cylindrica, in anulum membranaceum denuo expansa: glandula nectarifera utrinque ad basim ovarii: folliculi duo cohaliti tandem distincti latere interno, dehiscentes.

Seetio II. flores monopetali superi

142. CAMPANULA L. Calyx turbinato-angulatus adhaerens, limbo libero 5-partito, partibus ut plurimum aequalibus, quandoque auriculis deflexis interpositis: corolla campanulata, raro scutellata, limbo 5-fido, antherae lineares compressae, filamentis filiformibus, basi in totidem squamis dilatatis: stigma 2-3-5-fidum: capsula prismatico-cylindrica 4-5-locularis, foraminibus totidem lateralibus, dehiscens.

143. SPECULARIA *L' herit*. Calyx prismaticus vel obconico-elongatus adhaerens, limbo libero 3-partito, partibus aequalibus: corolla rotata, limbo 5-fido: antherae lineares, filamentis, longiores: stigma 3-fidum: capsula prismatica elongata 3-locularis, valvis 3 superioribus lateralibus hjantibus, dehiscens.

144. JASIONE L. Flores pedicellati in capitulo terminali, involucro universali polyphyllo, cinti. Calyx subturbinatus adhaerens, limbo libero 5-partito persistenti, partibus lineari-subulatis: corolla rotata, tubo brevissimo, limbo 5-partito, laciniis aequalibus lanceolato-linearibus erectis: antherae oblongae, filamentis subulatis: stigma clavatum: capsula ovoideo-pentagona membranacea incomplete 2-locularis, apice, valvis minimis sejunctis, foramine lato aperto dehiscens.

145. TRACHELIUM L. Calyx campanulatus adhaerens, limbo libero 4-5-partito, partibus linearibus erectis: corolla infundibuliformis, tubo elongato gracili, fauce nuda successive dilatata, limbo 5-fido brevi: antherae oblongae exertae: stigma capitatum subtrilobum: capsula subrotunda apice 3-gona 3-cularis, foraminibus secus basim hjantibus, dehiscens.

146. PHYTEUMA L. Flores umbellati aut spicati in involucro plerumque polyphyllo. Calyx subrotundo-angulatus adhaerens, limbo libero 5-partito, partibus linearibus: corolla rotata, tubo brevi, fauce nuda, limbo 5-partito, laciniis linearibus stellato-patentibus apice diu, et una vice semper cohaerentibus: antherae cordato-lineares: stigma 2-3-4-fidum: capsula 2-3-locularis, foraminibus 2-3 lateraliter hjantibus, dehiscens.

Caprifoliaceae Juss.

147. LONICERA L. Calyx adhaerens, limbo libero brevissimo 5-dentato: corolla tubulosa campanulata, vel infundibuliformis, tubo incurvo, basi ut plurimum gibbo, fauce nuda, 5-fido patente, laciniis saepius irregularibus, antherae oblongae aut lineares, filamentis declinatis: stigma capitatum: bacca succosa 1-locularis olygospermia, calyce coronata, solitaria, vel geminae in unam basi confluentes.

Sectio III. Flores pentapetali ineeri.

Rhamneae R. Brown.

148. RHAMNUS L. Flores saepe dioici vel polygami. Calyx 1-sepalus liber aut semiliber 4-5-fidus, laciniis patentibus, post anthesim circumscissus, parte superiore decidua, inferiore persistente: corolla brevis, petalis 4-5, laciniis calycinis alternis, quandoque abortivis, aut nullis: antherae ovatae: stigmata 2-5: fructus subglobosus 2-3-4-locularis, loculis 1-2-spermis, modo baccatus, modo exuccus, loculis separabilibus.

149. ZIZYPHUS *Tour.* Calyx 5-sepalus tubulosus 5-fidus, tubo post anthesim circumscisso, parte superiore cum laciniis decidua, basi persistente subadhaerente: corolla brevis petalis 5, laciniis calycinis alternis: antherae subrotundae: stigmata 2 simplicia: drupa ovoidea, puntamine 2-loculasi quandoque 3-loculari, loculis 5-spermis.

Celastrineae R. Brown.

150. EVONYMUS L. Calyx patens liber persistens 1-sepalus 4-5-fidus: corolla 4-5-petala: stamina, disci glandulis inserta, antheris 2-lobis subre-

miformibus, crista dehiscentibus: stigma simplex: capsula 4-5-loba, 4-5-valvis 4-5-locularis, loculis plerumque 1-spermis: semina arillo pulposo involuta. Partes floris quandoque senae.

Ampelideae H. B. et Kunth.

151 VITIS L. Calyx minimus 5-sepalus 5-dentatus liber: corolla parva cupuleformis, petalis 5, apice depresso liberis, basi coherentibus, in anthesi, a basi ad apicem sejunctis et revolutis, decidua: antherae oblongae: stigma capitatum: bacca succosa, loculis obliteratis, 4-locularis 1-4-spermia, seminibus nuculatis.

Violariae Schultz.

152. VIOLA L. Calyx 1-sepalus, sepalis inaequalibus , basi plus minus elongata, productis, in fructu erectis: corolla irregularis resupinata 5-petala, supremum basi calcaratum , calcar inferius productum: antherae oblongae liberae conniventes, invicem, ciliis marginalibus, inter se quodamodo retentae, apice membranaceae, post nuptias margine revolutae, filamentis brevibus, binis extus caudatis, cauda in calcare ingressa: stigma 2-lobum rostellatum: capsula globoso-trigona 1-locularis 3-valvis, valvis elastice revolutis, dehiscens.

Geraniaceae Rich.

153. IMPATIENS L. Calyx 2-sepalus, sepalis minimis deciduis: corolla 4- petala irregularis, petalis externis cum internis alternantibus, externorum inferiore calcarato , superiore resupinato , interioribus oppositis integris vel 2-fidis: antherae subconnatae 2-loculares, quandoque duo superiores 1-loculares: stigmata 5 libera vel in unum cohalita : capsula 5-locularis 5-valvis elastice dehiscens.

SECTIO IV. FLORES PENTAPETALI SUPERI.

GROSSULARIEAE H. B. ET KUNTH.

154. RIBES L. Flores aliquando dioici. Calyx 1-sepalus, tubo ventricoso adhaerente, limbo libero 5-secto, segmentis brevibus coronantibus: corolla 5-petala, petalis brevibus obtusis, segmentis calycinis alterna: antherae didymae compressiusculae, margine superiore dehiscentes: stigmata 1-5: acinus globosus 1-locularis polyspermus: corona tandem marcescente.

ARALIACEAE DC.

155. HEDERA L. Calyx 5-sepalus, tubo globoso adhaerente, limbo minimo 5-dentato libero: corolla 5-petala, petalis brevibus oblongis cito deciduis, dentibus calycinis alternis: antherae cordato-ovatae: stigma simplex: acinus carnoso-succosus subrotundus, tandem 1-locularis olygospermius.

SECTIO V. FLORES INCOMPLETI.

OSYRINEAE SCHULTZ.

156. THESIUM L. Perigonium sepaloideum intus coloratum monophyllum inferius adhaerens, medio tubuloso-campanulatum liberum persistens, apice 3-4-5-fidum: stamina segmentis perigonalibus numero aequalia, antheris subrotundis: stigma capitatum: bacca coriacea nervosa subrotunda coronata: nux ut plurimum monospermia.

LEGUMINOSAE JUSS.

157. CERATONIA L. Polygamo-dioica. Floris hermaphroditi perigonium sepaloideum minimum 1-phyllum, basi adhaerens, apice 5-fidum, laciniis inaequalibus: stamina 5-7, filamentis elongatis; stigma sessile orbiculatum: legumen lineare crassum indehiscens, ab adhaerentia valvarum inter semina, multiloculare. Flores, abortu alterutrius sexus, unisessuales distinti, hermaphroditis conformes.

PARRONICHIAE RICH.

158. ILLEGEBRUM L. Perigonium sepaloideum simplex 5-partitum,

partibus membranaceis cucullatis fornicatis vel rectis, aristatis muticisve, dorso aliquando incrassato fungosis: staminum filamenta basi saepe connata, setis aut squamis 5 interpositis, tandem deficientibus: stigmata 1-2 capitata: nux laevis vel striata in striis ruptilis.

Ord. II. Digynia.

Sectio I. Flores apetali.

159. HERNIARIA L. Perigonium sepaloideum liberum membranaceum 1-phyllum 5-partitum, partibus concavis, in anthesi patentibus: stamina perigonio breviora, filamentis 5 sterilibus alterna: antherae globosae: stigmata acuta, stylis basi subconnatis: utriculus brevis, perigonio connivente, tectus.

Chenopodae DC.

160. CHENOPODIUM L. Perigonium sepaloideum liberum 1-phyllum 5-sectum, segmentis subaequalibus subconcavis, margine membranaceis, in anthesi patentibus: antherae globosae, filamentis subulatis, perigonii segmentis, alterna: stigmata simplicia: utriculus membranaceus tenuis, ut plurimam perigonio connivente, tectus.

161. SALSOLA L. Perigonium sepaloidem liberum 4-phyllum subcampanulatum 5-sectum, segmentis post anthesim appendice scariosa (paraphyllum) vel squamo-callosa, infra apicem, auctis, quandoque nudis, in fructu conniventibus: stamina perigonii segmentis opposita, antheris 2-locularibus: stigmata recurva 2-3: styli saepe basi connati: utriculus tennis, perigonio, immersus: semen nudum.

162. BETA L. Perigonium sepaloideum profunde 5-fidum, basi connatum: et adhaerens, partibus subpatentibus, in fructu conniventibus: stamina perigonii segmentis opposita, antherae 2-lobae, lobis subrotundis: stigmata simplicia: utriculus immersus, basi tantum perigonio adnatus.

Amaranthaceae R. Brown.

163. AMARANTHUS L. Polygamo-monoicus. Perigonium sepaloideum liberum 5 raro 3-phyllum, foliolis aequalibus erectis, squamis non raro coloratis, modo cintum: floris masculi, stamina 3-5 jamdudum numero folio-

rum perigonii aequalia: foemineus styli 3: utriculus 1-locularis ovatus circumscissus 1-spermius 3-rostratus.

Acerineae Schultz.

167. ULMUS L. Perigonium sepaloideum coloratum liberum persistens 4-8-fidum: stamina 4-8: antherae 3-loculares 4-sulcae: ovarium 2-corne, stigmatibus recurvis: samara compresso-plana, ala suborbiculari, 1-locularis 1-spermia: semen compressum oblongum.

Amentaceae Juss.

168. CELTIS L. Flores hermaphroditi vel polygamo-monoici. Perigonium sepaloideum liberum 5-6-phyllum, foliolis subaequalibus: stamina numero foliorum perigonii aequalia: ovarium unicum, stigmatibus divaricatis 2-fidis: drupa globosa 1-spermia, putamine tenui.

Sectio II. Flores monopetali

Asclepiadeae R. Brown.

166. VINCETOXICUM *Moench.* Calyx liber 5-partitus: corolla rotata, tubo calyce longiore, fauce subcampanulata, limbo profunde 5-lobo, corona 5-10-loba scutellaeformis carnosa staminifera, lobis rotundatis vel vix apiculatis, quandoque appendicibus, inferius positis, adjectis: antherae 2-loculares saccatae, connettivo in membranam apiculatam continuato, dissitae: massae pollinis turgidae receptaculo adfixae pendulae: ovarium geminum vel abortu solitarium, stigmatibus brevissimae apiculatis: folliculi ventricosi laeves: semina comata.

Gentianeae Vent.

167. GENTIANA L. Calyx liber persistens modo campanulatus vel turbinatus, modo spathaeformis hinc fissus, limbo 4-5-9-fido: corolla rotata, campanulata, vel hypocrateriformis fauce nuda barbata: limbo 4-5-6-fido, laciniis minimis alternis quandoque adjectis: stamina 4-5 antheris elongatis, basi sagittatis vel cordatis: stigmata 2 sessilia: capsula 1-locularis apice 2-valvis: semina saepe alata.

Convolvulaceae R Brown.

168. CUSCUTA L. Calyx liber 4-5 sectus: corolla globosa urceolata vel tubulosa, fauce nuda, limbo 4-5-fido: stamina 3 varius 4 tubo inserta, et quandoque basi cristula dentata suffulta: stigmata capitata, rarius clavata: capsula circumscissa 2-locularis loculis 1-2-speamis.

Sectio III Flores 5-petali superi, fructus Cremocarpium.

Umbelliferae Juss.

A Umbellis simplicibus vel imnerfectis.

169. HYDROCOTYLE L. Umbella saepe prolifera, involucro brevi olygophyllo: calycis tubulosi subcompressi limbus obliteratus: petala ovata integra, in acumine erecto, producta: staminum filamenta, petalis, breviora: styli brevissimi in fructu vix accreti: cremocarpium orbiculare, quandoque subdidymum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus plano-compressum: mericarpia inseparabilia 5-jugata, jugis suturalibus, obsoletis, reliquis, et praesertim dorsali, prominulis: valleculae reticulato-venosae: vittae nullae.

170. SANICULA L. Flores polygami. Umbella pauciradiata, radiis inaequalibus: umbellulae densiflorae: involucro olygophyllo dissecto: involucello multipartito: calycis tubulosi limbus persistens liber 5-partitus: petala obovata erecta, apice, in ligulam infractam erectam, longitudine petali, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli recurvi in fructu elongati, cremocarpium ovoideum ejugatum multivittatum, aculeis hamosis echinatis, undique tectum, in mericarpiis sponte non separabile.

171. ASTRANTIA L. Flores saepe polygami. Umbella pauciradiata, radiis inaequalibus, quandoque ramosis, et ideo pluries umbellulatis: umbellulae regulares multiflorae: involucrum 2-phyllum, foliolis palmato-partitis: involulucella polyphylla, flores ut plurimum, superantia, foliolis coloratis lanceolatis insigniter nervosis· calycis tubulosi limbus liber 5-partitus, laciniis erectis: petala obcordata, in ligulam longiusculam erectam conniventem, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli recurvi, in fructu elongati: cremocarpium utriculosum elongatum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus subcompressum: carpophorum indistinctum: mericarpia sero secedentia 5-jugata, jugis obtusis, rugis irregularibus seu mavis squamis vesicularibus coloratis seriatim dispositis, obsita: vittae nullae.

172. ERYNGIUM L. Umbella sessilis, seu mavis flores capitati vel fasciculati bracteati: bracteae paleaceae rigidae vel 2-3 cuspidatae, externae majores, involucrum simulantes, internae minores ad basim cujusque floris. calycis tubulosi limbus 5-fidus liber persistens, laciniis erectis: petala conniventia oblongo-obovata, in laciniam emarginato-infractam, longitudine petali, producta: staminum filamenta erecta, petalorum longitudine: styli elongati in fructo deflexi cremocarpium subteres: carpophorum 2-partitum: mericarpia semiteretia ejugata strigoso-tuberculata, strigis erectis, commissuram occultantibus: vittae nullae.

173. ECHINOPHORA L. Umbella plana pauciradiata: umbellulae sessiles, flore centrali fertili, periferialibus sterilibus, involucrum olygo-polyphyllum, foliolis lanceolatis mucronatis, umbella brevioribus: involucella 5-phylla, foliolis inaequalibus mucronatis: calycis limbns persistens 5-partitus, partibus mucronatis vel inermibus, externis majoribus: corolla parviradiata, petalis obcordatis, in lacinulam inflexam apice productis: staminum filamenta, petalis longiora: styli elongati, in fructu recurvi: cremocarpium cylindrico-angulatum, intra apicem pedunculi, in tubam inflati, immersum, et ovariis abortivis florum sterilium ejusdem formae circumdatum: mericarpia 5-jugata, jugis depressis undulatis striatisque: valleculae 1-vittatae.

B. Umbellis compositis seu perfectis.

* jugis primariis tantum donatis.

179. APIUM L. Umbella plana, et umbellulae multiflorae, nudae: calycis tubulosi limbus obsoletus: petala integra subrotunda, apice, acumine inflexo, producta: staminum filamenta erecta, petalis sublongiora: styli in fructu aucti uncinato-incurvi: cremocarpium didymum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus compressum: carpophorum vix divisum: mericarpia 5-jugata, jugis aequalibus subobsoletis, externis marginantibus: valleculae internae 1-vittatae externae 2-3-vittatae.

175. TRINIA *Hoffm.* Flores monoici, saepius dioici. Umbella nuda mascula abbrrviata, faeminea majuscula erecto-patens: umbellulae multiflorae raro involucellatae, faemineae longe, masculae breviter pedicellatae, monoicae, floribus externis faemineis, internis masculis, dioicae, masculis contractis, faemineis dilatatis: calycis ovoidei, limbus obsoletus: petala lanceolata, vel ovato-lanceolata, in apicem acuminatum inflexum, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli uncinato-deflexi: cremocarpium ovoideum,

lateribus dorsalibus, subcompressum: carpophorum maturitate 2-partitum, mericarpiis 5-jugatis arcte adnatum: juga prominentia: valleculae canaliculatae: vittae nullae.

176. PTYCHOTIS *Koch*. Umbella subplana, nubilis nutans: umbellulae multiflorae, floribus internis sterilibus: involucrum nullum: involucella 3-5-phyllla, umbellulis breviora: calycis conoidei limbus liber, denticulis 5 acutis, quandoque obsoletus: petala profunde obcordato-2-fida in lacinulam inflexam a plica transversali, infra apicem exertam, continuata: staminum filamenta, petalis subaequalia: styli filiformes horizontales, apice deflexi: cremocarpium ovoideo-elongatum, lateribus dorsalibus convexiusculum, commissuralibus sub compressum: carpophorum filiforme maturitate 2-partibile: mericarpia semicylindrica laeviter 5-jugata, jugis lateralibus marginantibus: valleculae 1-vittatae.

177. SISON L. Umbella pauciradiata: umbellulae, radiis abbreviatis inaequalibus, centrali brevissimo: involucrum et involucella olygophylla linearia, radiis breviora, quandoque deficentia: calycis ovati, limbus obsoletus: petala parva subrotunda emarginata, in lacinulam inflexam, producta: staminum filamenta, petalis aequalia: styli brevissimi, stigmatibus abbreviatis recurvis: cremocarpium subrotundum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus compressiusculum: carpophorum filiforme, maturitate 2-partitum: mericarpia subhemisferica 5-jugata: jugis lateralibus marginantibus minus conspicuis: valleculae 1-vittatae convexo-prominulae abbreviatae.

178. AMMI L. Umbella multiradiata ut plurimum plana: umbellulae multiflorae saepe radiantes: involucrum, et involucella polyphylla, foliolis linearibus in umbella pinnatifidis, in umbellula simplicibus: calycis tubolosi limbus obsoletus: petala profunde obcordata, in acumine parvo inflexo, producta: staminum filamenta petalis aequalia aut longiora: styli elongati recurvi: cremocarpium ovato-oblongum, lateribus dorsalibus, compressum: mericarpia, carpophoro filiformi 2-partito, maturitate pendula, 5-jugata, jugis aequalibus acutis, lateralibus marginantibus: valleculae 1-vittatae acutae, juga secundaria simulantes.

179. AECOPODIUM L. Umbella multiradiata: umbellulae multiflorae in umbella terminali fertiles, in lateralibus steriles: involucrum et involucella nulla: calycis minimi limbus obsoletus: petala parva obcordata, in ligulam inflexam, apice producta, staminum filamenta, petalis longiora: styli elongati erecti, in fructo magis producti, et prorsus recurvi: cremocarpium ovato-elongatum, lateribus dorsalibus convexum, commisuralibus compressum: car-

pophorum setaceum, maturitate liberum, apice breviter 2-fidum: mericarpia semicylindrica 5-jugata, jugis filiformibus obtusis, lateralibus marginantibus: valleculae planae evittatae.

180. BUNIUM L. Umbella parva: umbellulae multiflorae, floribus quandoque radiantibus, internis abortivis: involucrum nullum vel 5-phyllum, umbella brevius: involucella nulla aut 1-6-phylla: calycis cylindrici limbus omnino obsoletus: pelata obcordata, in acumine brevi inflexo, producta: staminum filamenta, petalis sublongiora: styli horizontaliter divergentes, apice deflexi: cremocarpium cylindrico-prismaticum, lateribus dorsalibus convexum, suturalibus compressum: carpophorum liberum maturitate 2-fidum: mericarpia acute 5–jugata, jugis lateralibus marginantibus: valleculae latae planae plurivittata: facies commissuralis 4-vittata.

181. PIMPINELLA L. Umbella plana: umbellulae quandoque centro steriles: involucrum et involucella nulla: calycis turbinati limbus obsoletus: petala emarginata, in acumine inflexo, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli elongati divaricati, et apice incurvi pulvinati: cremocarpium subrotundum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus compressum: carpophorum filiforme maturitate liberum 2-fidum: mericarpia subhemispherica 5-jugata, jugis filiformibus obtusis, lateralibus marginantibus: valleculae multivittatae.

182. SIUM L. Umbella plana: umbellulae multiflorae: involucrum universale nullum, olygophyllum, polyphyllum, foliolis integris, vel apice incisis: involucella, umbellulis breviora aut aequalia: calycis subcylindrici limbus liber 5-dentatus, tandem obsoletus: petala subovata, apice in lacinulam inflexam, producta: staminum filamenta petalis subaequalia: styli erecto–divergentes elongati pulvinati: cremocarpium ovoideum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus insigniter conpressum, subdidymum: carpophorum mauritate 2-partitum, partibus mericarpiis coherentibus, vel indivisum: mericarpia subhemispherica 5-jugata, jugis filiformibus obtusis, externis submarginantibus: valleculae et commissura plurivittatae.

183. BUPLEURUM L. Umbella saepe pauciradiata, umbellis lateralibus simplicibus, quandoque adjectis: umbellulae radiis breviusculis: involucrum olygophyllum polyphyllum nullum: involucella olygophylla vel polyphylla, foliolis liberis aut basi connatis: calycis tubulosi abbreviati limbus obsoletus: petala subrotunda parva involuta: staminnm filamenta petalis subaequalia: styli brevissimi divergentes: cremocarpium ovoideum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus compressum: carpophorum maturitate liberum

2-partitum: mericarpia semiovoidea 5-jugata, jugis filiformibus subacutis vel obsoletis: valleculae saepius vittatae laeves vel granulatae.

184. OENANTHE L. Umbella planiuscula, radiis denuo ut plurimum incrassatis, externis longioribus saepe sterilibus, internis fertilibus abbreviatis vel omnino sessilibus: involucrum olygo-polyphyllum vel nullum: involucella linearia, umbellula breviora: calycis tubulosi limbus liber 5-partitus, in fructu auctus, partibus acutis rigescentibus: petala obcordata emarginata in lacinulam inflexam, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli longiusculi, in fructu accreti divergentes rigidi: cremocarpium subcylindricum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus vix compressum: mericarpia, carpophoro indiviso, numquam partibilia, 5-jugata: juga, a valleculis 5 incompletis interpositis, quodamodo duplicata: valleculae completae et incompletae constrictae 1-vittatae.

185. PHELLANDRIUM L. Umbella pauciradiata: umbellulae densiflorae, radiis abbreviatis: involucrum nullum aut monophyllum: involucella polyphylla, umbellula breviora, foliolis jamdudum lanceolato-linearibus: calycis cylindrici limbus liber persistens 5-partitus, partibus lanceolato-subulatis, externis longioribus: petala obcordata, in ligulam inflexam, producta: staminum filamenta, petalis longiora: styli longiusculi erecto-divergentes, tandem elongati: cremocarpium cylindricum abbreviatum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus sulcatum: carpophorum vel numquam vel sero 2-partitum, partibus, mericarpiis 5-jugatis, arcte haerentibus: juga late depressa: valleculae angustatae 1-vittatae.

186. FOENICULUM *Goetn.* Umbella plana: umbellulae multiflorae: involucrum et involucella subnulla: calycis tubulosi, apice dilatati, limbus obsoletus: petala parva subrotunda, in lacinulam dilatatam retusam, producta: staminum filamenta petalis subaequalia: styli brevissimi apice recurvoli: cremocarpium ovoideum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus subcompressis: carpophorum maturitate liberum 2-partitum: mericarpia subhemisphcrica 5-jugata, jugis obtusis lateralibus marginantibus: valleculae 1-vittatae: commissura 2-vittata.

187. BRIGNOLIA *Bert.* Umbella multiradiata: umbellulae multiflorae: involucra et involucella polyphylla, e foliolis filiformibus: calycis subcylindrici limbus liber 5-dentatus, dentibus post anthesim subaccretis: petala rotundata, in ligulam involutam retusam, apice producta: staminum filamenta petalis subaequalia: styli brevissimi recurvati: cremocarpium cylindrico-elongatum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus vix compressum: mericarpia,

carpophoro indiviso, cohaerentia 5-jugata, jugis obtuse carinatis: valleculae 1-vittatae, linea mediana prominula, notatae.

188. SESELI L. Umbella planiuscula: umbellulae, floribus internis quandoque abortivis: involucrum subnullum: involucella polyphylla, foliolis aliquando basi connatis: calycis subcylindrici, limbus 5-dentatus, dentibus brevibus crassiusculis: petala obcordata, in lacinulam subintegram inflexam, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli breves recurvi, cremocarpium oblongo-subteres, lateribus dorsalibus convexum, commisuralibus vix compressum: carpophorum filiforme, maturitate liberum 2-partitum: mericarpia semiteretia 5-jugata, jugis crassiusculis subverrucosis, lateralibus saepe crassioribus marginantibus! valleculae 1-vittatae: commissura 2-vittata.

189. LIBANOTIS *Goert.* Umbella convexa: umbellulae densiflorae, floribus internis aliquando sterilibus: involucrum universale olygophyllum vel polyphyllum, umbella brevius: involucella polyphylla, umbellulis subaequalia aut breviora, foliolis jamdudum lanceolatis, margine membranaceis: calycis cylindrici villosi, limbus liber 5-dentatus, dentibus minimis acutis patentibus: petala obcordata, lacinula acuminato-inflexa, terminata: staminum filamenta, petalis longiora: styli breves erecti divaricati, in fructu elongati: cremocarpium oblongum, lateribus dorsalibus convexiusculum, commisuralibus compresso-canaliculatum: carpophorum filiformae maturitate liberum 2-partitum: mericarpia convexa 5-jugata, jugis filiformibus, lateralibus marginantibus: valleculae, et commissurae plurivittatae.

190. CNIDIUM *Cuss.* Umbella convexa: umbellulae densiflorae, floribus centralibus sterilibus: involucrum, et involucella nulla, vel olygophylla, foliolis linearibus quandoque brevissimis: calycis conoidei limbus obsoletus: petala obovata profunde emarginata in lacinulam inflexam producta: staminum filamenta petalis longiora: styli erecti, in fructu multum elongati descendentes: cremocarpium ovoideum elongatum, lateribus dorsalibus convexo-acutum, commissuralibus compresso-applanatum: carpophorum filiforme: maturitate liberum 2-partitum: mericarpia semicylindrica 5-jugata, jugis angusto-alatis, lateralibus marginantibus: valleculae 1-vittatae, commissura 2-vittata.

191. ATHAMANTA L. Umbella convexa multiradiata: umbellulae densiflorae, floribus paucis centralibus quandoque sterilibus: involucrum et involucella ut plurimum polyphylla, foliolis lineari-acuminatis reflexis, in umbellis multo brevioribus, in umbellulis subaequalibus: calycis turbinati ut plurimum villosi, limbus liber 5-dentatus, dentibus tandem deciduis: petala

obovata, in lacinulam brevem inflexam, producta: staminum filamenta, petalis longiora: styli breves erecti, post anthesim elongati divaricati: cremocarpium subrotundum, lateribus dorsalibus acute convexum, commissuralibus compressum: carpophorum filiforme maturitate liberum 2-partitum: mericarpia subhemyspherica 5-jugata, jugis conspicuis crassis, lateralibus marginantibus: valleculae 3-4-vittatae: commissura 8-vittata.

192. HLADNICHIA *Koch*. Umbella plana: umbellulae multiflorae, floribus centralibus sterilibus: involucrum et involucella olygophylla, foliolis patentibus, radiis, brevioribus: calycis conoidei, limbus liber 5-dentatus, dentibus minimis quandoque obsoletis: petala obcordata saepius obtusa, in ligulam, apice producta: staminum filamenta petalis subaequalia: styli brevissimi, in fructu parum aucti recurvi: cremocarpium ellipticum glabrum, lateribus dorsalibus acute convexum, commissuralibus subplanum: carpophorum, filiforme maturitate liberum 2-partitum: mericarpia semicylindrica 5-jugata, jugis acutis prominentibus, lateralibus marginantibus: valleculae 3-vittatae: commissura 4-vittata.

193. MEUM *Tourn.* Umbella radiis inaequalibus: umbellulae multiflorae, floribus externis et centralibus fertilibus, reliquis abortivis: involucrum subnullum: involucella 3-5-phylla: calycis tubulosi abbreviati, limbus obsoletus: petala subovata, basi et apice producto, angustata: staminum filamenta petalis longiora: styli breves, in fructu elongati divergentes: cremocarpium oblongum, lateribus dorsalibus acute convexum, commissuralibus compresso-planum: carpophorum maturitate liberum 2-partitum: mericarpia subcylindrica 5-jugata, jugis prominulo-carinatis, leteralibus marginantibus: valleculae et commissura, multivittatae.

194. CRITHMUM L. Umbella densiflora, radiis brevibus striatis: umbellulae multiflorae: involucrum polyphyllum, foliolis lanceolatis, umbella brevioribus: involucella conformia: calycis prismatici limbus obsoletus: petala ovata, in ligulam apice inflexam, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli brevissimi, tandem vix accreti: cremocarpium elliptico-elongatum spongiosum: carpophorum filiforme maturitate liberum 2-partitum, mericarpia semiteretia 5-jugata, jugis prominulis subalatis, lateralibus insignoribus marginantibus: valleculae canaliculatae evittatae.

195. SELINUM *Hoffm.* Umbella subconvexa: umbellulae multiflorae, floribus internis quandoque sterilibus: involucrum et involucella polyphylla, foliolis lanceolato-linearibus, umbellis ut plurimum brevioribus: calycis conoidei limbus liber, dontibus 5 exiguis, tandem deciduis, obsoletus: petala

ovata, in ligulam inflexam, apice producta: staminum filamenta petalis longiora: styli breves in fructu elongati deflexi: cremocarpium ellipticum subplanum, lateribus commissuralibus marginantibus: carpophorum filiforme, maturitate liberum 2-partitum: mericarpia 5-jugata, jugis 3 centralibus prominulis, lateralibus subobliteratis, in alam plus minusque latam, productis: valleculae 1-vittatae, commissura 2-vittata: vittae omnes completae, quandoque incospicuae.

196. FERULA L. Umbella convexa multiradiata: umbellulae multiflorae, in umbella superiori flores omnes fertiles, in lateralibus, vel omnes vel interni tantum fertiles: involucrum et involucella varia: calycis abbreviati limbus liber 5-dentatus, tandem obliteratus: petala ovata in acumen incurvum producta: staminum filamenta, petalis longiora: styli breves erecti, in fructu basi horizontaliter divergentes, apice assurgentes, tandem decidui: cremocarpium ellipticum vel obovatum turgidiusculum, lateribus commissuralibus marginantibus: carpophorum filiforme, maturitate liberum 2-partitum: mericarpia lenticularia 7-jugata, juga filiformia 5 dorsalia 2 commissuralia, dorsalia lateralia minora obsoleta: valleculae in margiue dilatato plano producto 1-4-vittatae: commissura 2-multi-vittata: vittae omnes incompletae.

197. PALIMBIA DC. Umbella pauciradiata, radiis internis abbreviatis: umbellulae multiflorae, floribus nonnullis internis aliquando sterilibus: involucella nulla olygophylla, foliolis filiformibus, umbellulas aequantibus: calycis tubulosi limbus obsoletus: petala ovata integra in acumen breve acutum producta: staminum filamenta, petalis longiora: styli erecti longiusculi in fructu divergentes elongati recurvi: cremocarpium ellipticum, dorso compressum, lateribus commissuralibus marginantibus: carpophorum filiforme maturitate liberum 2-partitum: mericarpia lenticularia 5-jugata, jugis 3 filiformibus obtusiusculis, lateralibus majusculis, in marginem subcrassum productis: valleculae 1-2-vittatae: commissura 2-4-vittata.

198. PASTINACA L. Umbella plana vel concava: umbellulae multiflorae, floribus internis aliquando sterilibus: involucrum et involucella nulla, vel olygophylla, foliolis lanceolatis brevioribus: calycis conoidei limbus obsoletus: petala ovata integra, in lacinulam inflexam, producta: staminum filamenta petalis duplo longiora: styli brevissimi, in fructu divaricato-patentissimi: cremocarpium subplanum ellipticum aut ovatum, lateribus commissuralibus marginantibus: carpophorum filiforme maturitate 2-partitum liberum: mericarpia 5-jugata, jugis filiformibus 3 centralibus, 2 lateralibus mar-

gine impositis: valleculae 1-2-vittatae: commissura 2-vittata: vittae ut plurimum incompletae.

199. HERACLEUM L. Umbella multiradiata, radiis inaequalibus elongatis: umbellulae multiflorae, floribus internis quandoque sterilibus: involucrum olygophyllum deciduum, umbella brevius: involucella polyphylla saepe umbellula breviora, interdum dimidiata: calycis conoidei truncati, limbus liber, dentibus 5-exiguuis: petala obcordata emarginata, in lacinulam inflexam, producta, exteriora saepe radiantia: staminum filamenta, petalis minoribus, longiora: styli breves, in fructu triplo elongati, recurvati, tandem decidui: cremocarpium subapplanatum conico-rotundatum, lateribus commissuralibus marginantibus: carpophorum filiforme maturitate liberum 2-partitum: mericarpia 5-jugata, jugis filiformibus tenuissimis, lateralibus, arcuatim secus marginem, positis: valleculae 1-vittatae: vittae omnes clavatae dimidiatae, commissurales quandoque deficientes.

200. TORDYLLUM L. Umbella plana: umbellulae multiflorae, floribus radiantibus, omnibus aut externis tantum fertilibus: involucrum, et involucella, quandoque umbellulam superantia, olygo-polyphylla, foliolis simplicibus linearibus: calycis tubuloso-abbreviati, limbus liber 5-dentatus: petala interna obcordata, externa radiantia 2-partita, laciniis obovatis, omnia, in lacinulam acutam inflexam, producta: staminum filamenta, petalis internis, subaequalia: styli brevissimi in fructu accreti erecti vel invurvi, tandem decidui: cremocarpium applanatum subrotundum, lateribus commissuralibus marginantibus, circa marginem tuberculatum aut hirtum: carpophorum filiforme maturite liberum 2-partitum: mericarpia tenuiter 5-jugata, aut tenuissime multijugata, jugis externis margini approximatis: valleculae 1-multi-vittatae: commissura 2-multi-vittata.

201. SCANDIX L. Umbella pauciradiata, subinde simplex, floribus radiantibus: involucrum nullum: involucella 2-5-phylla, foliolis apice ciliatis vel dentatis, umbellula brevioribus: calycis minusculi, limbus obsoletus: petala cuneato-elongata, acumine inflexo saepius terminata: staminum filamenta, petalis internis aequalia: styli crassiusculi brever recti: cremocarpium oblongum, in rostrum longissimum, continuatum: carpophorum indivisum, vel aliquando maturitate liberum 2-fidum: mericarpia 5-jugata, jugis obtusis, lateralibus marginantibus: valleculae vittatae.

202. ANTHRISCUS *Hoffm.* Umbella oppositifolia, aut terminalis: umbellulae pauci-multi-radiatae, floribus inferioribus aliquando sterilibus: involucrum nullum aut 1-3-phyllum: involucella nulla vel 2-5-phylla: calycis

parvi cylindrici, limbus obsoletus: petala minuscula obovata marginata in lacinulam brevissimam, producta: staminum filamenta, petalis subaequalia: styli breves erecti, in fructu vix accreti: cremocarpium ovoideo-oblongum muricatum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus compresso-canaliculatum, superius in collum 10-striatum glabrum continuatum: carpophorum filiforme, maturitate liberum 2-fidum: mericarpia subteretia ejugata: facies commissuralis canaliculata.

203. CHAEROPHYLLUM L. Umbella pauciradiata: umbellulae floribus internis aliquando sterilibus: involucrum nullum: involucella umbellula breviora 1-5-phylla: calycis tubuloso-conoidei limbus obsoletus: petala obcordata, in acumine brevi inflexo, producta: staminum filamenta exilia petalis subaequalia: styli breves recti: cremocarpium cylindricum glabrum lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus canaliculatum, apice in collum 10-striatum, continuatum: carpophorum filiforme maturitate liberum apice 2-fidum: partibus collo adfixis: mericarpia subcylindrica obscurissime 5-jugata, jugis lateralibus magis conspicuis marginantibus: valleculae 1-vittatae: commissura profunde sulcata.

204. MYRRHIS *Tourn.* Umbella plana multiradiata: umbellulae multiflorae, floribus internis sterilibus, radiis abbreviatis: involucrum 1-5-phyllum, quandoque nullum: involucella 5-polyphylla, foliolis lanceolatis ciliatis longitudine variis: calycis cylindrici limbus obsoletus: petala obcordata in acumine breve inflexum producta: staminum filamenta subulata, petalis subaequalia: styli breves, tandem parum elougati, recurvi: cremocarpium cylindricum glabrum vel setulosum, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus sulcatum: carpophorum maturitate liberum superius 2-partitum: mericarpia semicylindrica 5-jugata, jugis quandoque duplicatis: commissura carinata.

205. FRANGOS DC. Umbella grandis, radiis inaequalibus: umbellulae multiflorae, floribus internis sterilibus; involucella olygo-polyphylla, foliolis linearibus reflexis, radiis brevioribus: calycis conico-truncati limbus obsoletus: petala integra ovata inflexa: staminum filamenta, petalis longiora: styli erecti in fructu elongati divaricati: cremocarpium subteres oblongum glabrum, cortice crasso fungoso, lateribus dorsalibus convexum, commissuralibus compressiusculum: carpophorum filiforme crassiusculum, maturitate liberum 2-partitum: mericarpia semiteretia 5-jugata, jugis alatis, lateralibus marginantibus, aliis integris undulatisve: valleculae, et commissura latae evittatae: semina multi-vittata.

206. CONIUM L. Umbella multiradiata: umbellulae multiflorae: involucrum reflexum brevissimum polyphyllum: involucella patentia dimidiata triphylla, umbellulis breviora: calycis minimini abbreviati limbus obsoletus: petala obcordata subemarginata, superius carinata, in acuminulum inflexum, producta: staminum filamenta petalis sublongiora: styli breves erecti tandem recurvati: cremocarpium ovoideum obtusum, lateribus dorsalibus prorsus convexis, commissuralibus vix compressis: carpophorum filiforme, maturitate liberum 2-fidum: mericarpia semiorbicularia, basi producta, latere commisurali excavata 5-jugata, jugis crassiusculis subcrenatis, lateralibus marginantibus: valleculae evittatae.

207. SMYRNIUM L. Umbella plana vel convexa: umbellulae multiflorae, floribus internis aliquando sterilibus, in umbellis lateralibus subinde omnibus sterilibus: involucrum et involucella nulla, raro olygophylla ramentacea: calycis abbreviati limbus obsoletus: petala integra ovata aut lanceolata subinde apice in lacinulam inflexam continuata: staminum filamenta, petalis multo longiora: styli crassiusculi erecti, in fructu recurvati: cremocarpium didymum turgidum, lateribus dorsalibus insigniter convexis, commissuralibus angustatis, compresso-sulcatis: carpophorum crassiusculum filiforme, maturitate liberum 2-partitum: mericarpia hinc rotundata, inde acuminata 5-jugata, jugis dorsalibus prominulis acutis 2 lateralibus subobliteratis: valleculae multivittatae: commissura angusta.

** Jugis primariis et secundariis donatae

209. LASERPITIUM L. Umbella majuscula ut plurimum multiradiata: umbellulae densiflorae, floribus internis aliquando sterilibus: involucrum umbella multo brevius, et involucella umbellulis subaequalia, utraque polyphylla, foliolis linearibus acuminatis patentibus vel reflexis: calycis obverse-conici, limbus 5-dentatus vel laciniatus liber: petala obcordata, in lacinulam inflexam, apice producta: staminum filamenta petalis subaequalia: styli erecti divaricati tandem elongati recurvi: cremocarpium oblongum, lateribus dorsalibus convexo-compressum, commissuralibus inflexo-sulcatum: carpophorum filiforme maturitate liberum 2-partitum: mericarpia 9-jugata, jugis 5-primariis in alam angustam rectam, lateralibus marginantibus, 4 secundariis in alam magis conspicuam undulatam, productis: valleculae sub jugis secundariis 1-vittatae: commissura plana 1-vittata.

210. ELAEOSELINUM *Koch.* Umbella convexa radiata: umbellulae multiflorae, fioribus internis sterilibus: involucrum et involucella nulla, vel olygo-polyphylla, foliolis lanceolatis angustis, radiis, brevioribus: calycis cylindrici limbus minimus liber, lacinulis 5 lanceolato-acuminatis: petala obovata emarginata, in lacinulam inflexam, producta: staminum filamenta, petalis longiora: styli brevissimi erecti in fructu accreti recurvati: cremocarpium teretiusculum 4-alatum, lateribus dorsalibus convexo-compressum, commissuralibus inflexo-sulcatum: carpophorum filiforme, maturitate liberum 2-partitum: mericarpia 9-jugata, jugis 5 primariis, 4 secundariis: juga primaria filiformia 3 dorsalia 2 lateralia secus marginem, juga secundaria interiora obtusa vel subalata, exteriora, alas membranaceas cremocarpi, sistentia: vittae sub omnibus jugis: facies commissuralis angusta obscure vittata.

211. DAUCUS L. Umbella multiradiata plana, in fructu ut plurimum contracta: umbellulae multiflorae, radiis brevibus, floribus externis sterilibus, internis fertilibus, centrali saepe abortivo colorato: involucrum polyphyllum decompositum: involucella polyphylla simplicia vel fissa: calycis conoidei abbreviati, limbus obsoletus: petala obovata irregulariter fissa, exteriora saepe radiantia, in lacinulam inflexam, apicis medio, producta: staminum filamenta petalis longiora: styli breves in fructu elongati divergentes: cremocarpium ovatum, vel ovato-oblongum, lateribus dorsalibus convexiusculum, commissuralibus, inflexo-sulcatum: carpophorum filiforme maturitate liberum 2-partitum: mericarpia hinc convexa inde plana 9-jugata, jugis 5 primariis filiformibus setulosis, lateralibus marginantibus, 4 secundariis prominulis simplici serie aculeato-pectinatis.

212. CAUCALIS L. Umbella pauci-radiata, radiis inaequalibus: umbellulae conformes floribus radiantibus externis fertilibus, internis sterilibus: involucrum, et involucella simplicia 2-5-phylla, in umbella quandoque deficientia: calycis tubulosi, limbus liber persistens 5-partibus, laciniis ovato-lanceolatis: petala externa obcordata, omnia in lacinulam inflexam medio productam, continuata: staminum filamenta longitudine ludibunda: styli acuminati, in fructu apice vix incurvi: cremocarpium oblongum, lateribus dorsalibus convexiusculum, commissuralibus incurvum: carpophorum rigidum, maturitate apice tantum, 2-fidum: mericarpia 9-jugata, jugis 5 primariis setulosis, centralibus dorso, lateralibus commissura impositis, 4 secundariis insignoribus alaribus: ala in aculeorum serie simplici partita: vallecularum vittae solitariae sub quovis jugo secundario: commissura 2-vittata.

213. TORILIS DC. Umbella pauciradiata, radiis brevibus, quandoque sessilis: umbellulae, floribus omnibus ut plurimum fertilibus: involucrum 1-phyllum vel nullum: involucella 5-phylla: calycis conoidei limbus liber 5-partitus persistens, dentibus triangulo-acuminatis: petala obcordata, exteriora majora parvi-radiantia 2-fida, omnia, in lacinulam inflexam, continuata: staminum filamenta petalis subaequalia: styli breves erecti, in fructu elongati incurvi: cremocarpium ovoideum, lateribus dorsalibus convexiusculum, commissuralibus inflexum: carpophorum filiforme rigidum, maturitate liberum, apice tantum 2-fidum: mericarpia dorso convexa, commissura sulcata: setae numerosae, quandoque tubercula, e jugis primariis et secundariis ita assurgentia, ut juga obscura, valleculae et vittae incospicuae evadant.

214. BIFORA *Hoffm.* Umbella plana: umbellulae ut plurimum grandiradiantes: involucrum nullum aut 1-phyllum: involucella olygophylla vel nulla: calycis margo obsoletus: petala obcordata emarginata, exteriora radiantia, omnia 2-fida, in acuminulum inflexum, producta: staminum filamenta, petalis minoribus longiora: styli breves, in fructu parum accreti divaricato-incurvi: cremocarpium globoso-didymum rugosum vel granulatum, lateribus dorsalibus rotundato-convexum, commissuralibus cohartato-depressum, commissurae pars superior, foraminibus duobus, pertusa: carpophorum tandem 2-partitum, partibus mericarpiis adhaerens: mericarpia subgloboso-inflata, jugis, potius striis, 5 obsoletis, duabus lateralibus arcuatis, notata: vittae nulla.

215. CORIANDRIUM L. Umbella plana minuscula: umbellulae multiflorae radiantes, in umbella primaria flores omnes, in secundariis centrales, et periferiales tantum fertiles: involucrum nullum aut 1-phyllum lineare: involucella dimidiata sub-3-phylla, foliolis in utrisque, radiis, brevioribus: calycis tubulosi limbus liber 5-partitus, partibus ovato-lanceolatis persistentibus: petala obovata emarginata, radiantia 2-partita, omnia in lacinulam acutam inflexam continuata: staminum filamenta, petalis minoribus longiora: styli breves, in fructu erecto-divergentes: cremocarpium globosum glabrum, lateribus dorsalibus et commissuralibus convexum, vix partibile: carpophori semibifidi filamenta, medio libera, basi et apice mericarpiis 10-jugatis haerentia: juga primaria obtusa, secundaria acuto-prominula: velleculae evittatae: commissura concava 2-vittata velo tecta.

ORDO III. TRIGYNIA.

CAPRIFOLIACEAE VENT.

216. VIBURNUM. L. Perigonium duplex, bracteolis involucratum: calyx 1-sepalus adhaerens, limbo libero 5-fido: corolla campanulata vel infundibuliformis, tubo brevissimo, fauce pervia nuda, limbo 5-fido, laciniis aequalibus obtusis, quandoque externis majoribus radiantibus: stamina, laniniis corollinis alterna: stigmata 3 sessilia obtusa: acinus subrotundus aut compressus, laciniis calycinis, coronatus 1-locularis, 1-spermius.

217. SAMBUCUS L. Perigonium duplex: calyx 1-sepalus adhaerens, limbo libero 5-dentato vel 5-partito, segmentis acutis vel rotundatis: corolla rotata, tubo brevi, fauce nuda, laciniis limbi obtusis: stamina tubo inserta, petalis alterna: stigmata 3 sessilia glabra: acinus subglobosus succosus, laciniis calycinis coronatus 1-locularis 3-spermus.

SUMACHINEAE DC.

218. RHUS L. Flores quandoque dioici. Perigonium duplex: calyx minimus 1-phyllus liber persistens 5-partitus: corolla 5-petala, petalis minimis ovatis: stamina petalorum longitudine: styli 3 breves vel stigmata 3 sessilia: drupa subexucca, putamine osseo, 1-3-sperma.

RHAMNEAE R. BROWN.

219. PALIURUS L. Perigonium duplex: calyx 1-seqalus 5-6-fidus, tubo adhaerente, limbo circumscisso, laciniis patentibus, post anthesim deciduis: petala parva 5-6, laciniis calycinis, alterna: stamina 5-6: styli 3 breves: drupa fungosa depressa, in alam horizontalem, medio productam, samaram mentiens: putamen osseum 2-3-loculare 2-3-spermum.

CARYOPHYLLEAE JUSS.

220. DRYPIS L. Perigonium duplex: calyx 1-sepalus tubulosus liber 5-dentatus: corolla caryophyllea, petalorum ungue exerta, apice 2-uguiculata,

lamina 2-fida: staminum filamenta subulata: styli 3, stigmatibus simplicibus: capsula 1-locularis circumscissa 1-spermia.

Paronichiae Rich.

221. CORRIGIOLA L. Perigonium duplex: calyx 1-sepalus liber 5-partibus: corolla 5-petala, calycis longitudine, et ipsius partibus alterna, fundo adfixa: stamina opposita, corolla breviora, filamentis subulatis: stigmata obtusa: nux subtrigona, calyce occultata, 1-locularis 1-spermia: semen, e funiculo umbilicali assurgente, pendulum.

Tamariscineae Desv.

222. TAMARIX L. Perigonium duplex: calyx 1-sepalus liber 4-5-partitus persistens: corolla 3-5-petala, calyce longior, petalis oblongis concavis: stamina 4-5, filamentis liberis, vel 10, filamentis basi cohalitis: styli breves, stigmatibus incrassatis, vel stigmata subrotunda sessilia: capsula pyramidata 3-gona, calycem superans, 3-valvis 1-locularis polysperma: semina, coma pilosa, coronata.

Celastrineae R. Brown.

223. STAPHYLEA L. Perigonium duplex : calyx 1-sepalus liber coloratus 5-partitus, basi, receptaculo urceolato, adhaerente: corolla 5-petala, petalis oblongis, partibus calycinis alternis: stamina, filamentis subulatis, petalorum longitudine: styli 2-3 liberi aut connati: capsula membranacea, quanque coriacea olygospermia 2-3-locularis, loculis, sutura interna, nunc basi, nunc tota longitudine connatis, dehiscentibus: semina ossea subglobosa.

Ordo IV. tetragynia

Droseraceae DC.

224. PARNASSIA L. Perigonium duplex patens: calyx liber 1-sepalus 5-partitus: corolla 5-petala, calyce longior, petalis ovatis concavis: squamae 5 nectariferae cochleariformes, petalis oppositae, glandulis pedicellatis terminatae: stamina nectariis alterna, et ita ipsis approximata et conniventia, ut

stigmata obtusa tegant, post deflorationem recessa: capsula membranacea 1-locularis 4-valvis polysperma: semina aryllata, septo mediano angustissimo, utrinque adfixa.

ORDO V. PENTAGYNIA.

PLUMBAGINEAE VENT.

225. STATICE *Wild.* Flores spicato-paniculati, bracteati. Perigonium duplex: calyx 1-sepalus liber persistens, infundibuliformis 5-nervosus, tubo limboque scarioso 5-plicato 5-lobo: corolla, tubo, vel basi tantum cohalita, 1-petala, quandoque petalis omnino liberis, polypetala: filamenta subulata, e basi petalorum orta: styli filiformes glabri liberi, aut inferius, parvo tractu, cohalita, stigmatibus filiformibus glandulosis: nucula membranacea 1-spermia 1-locularis, calyce abscondita, transversim ruptilis: semen oblongum, e funiculo umbilicali filiformi, pendulum.

226. ARMERIA *Wild.* Flores fasciculato-capitati bracteati, involucro tubuloso basi cinti. Perigonium duplex: calyx 1-sepalus liberus persistens, tubo, limboque scarioso 5-plicato 5-lobo infundibuliformi: setis 5 successive dilatatis, terminato: corolla 5-petala, vel, unguibus approximatis, et basi tantum connatis, 1-petala, limbo jamdudum patente 5-partito: filamenta subulata, e basi corollae connatae, orta: styli filiformes, basi cohalliti, inferius barbati, stigmatibus filiformibus glandulosis: fructus et semen ut in Statice.

LINOIDEAE SCHULTZ.

227. LINUM L. Perigonium duplex: calyx 5-sepalus liber persistens: corolla 5-petala, basi unguiculata, androphoro conjuncta: staminum filamenta 10 subulata, 5 tantum antherifera, androphoro basi cohalita, antheris sagittatis: styli fastigiati, stigmatibus capitato-elongatis: capsula globosa acuta 10-valvis, valvarum marginibus induplicatis, dissepimenta duplicantibus, dehiscens: semen compressum nitidum in unoquoque loculo.

PENTANDRIA MONOGYNIA.

CERINTHE.

358. ASPERA *Wild. Sp. Pl. t. 2. p. 2. p.* 772. Foliis asperis calloso-

punctatis, margine ciliatis: pedicellis calyce brevioribus: segmentis calycinis lanceolatis ciliatis: corolla fauce ventricosa, limbo 5-dentato, dentibus brevissimis cito revolutis: staminibus longitudine corollae.

C. aspera. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 92. *n.* 233.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 319.- C. quorundam major spinoso folio, flavo flore. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 12.

In agris, cultis, ad sepes communis.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei, basi saepe purpurascentes.

Vulgo. *Erba tortora.*

359. MINOR. *L. Sp. Pl. p.* 196. Foliis glabris saepe maculatis, margine nudis: floribus spicato-secundis, pedicellis calyce longioribus tandem erectis, segmentis calycinis abbreviatis, in fructu acutis: corollae limbo 5-fido, segmentis acutis conniventibus: staminibus, corolla brevioribus.

β maculata. Corolla punctis quinque exiguis purpureis notata.

C. minor β *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 321.

In arvis et marginibus sylvarum secus *Macerata.*

Bienn. Flor. Junio ad Octobrim. Flores flavi.

360. MACULATA LINCK. *En. alt. t.* 1. *p.* 170. Foliis glabris albo maculatis, margine nudis: floribus alternis spicatis, pedicellis calyce longioribus in fructu erectis: segmentis calycinis majoribus ovatis, minoribus oblongis: corollae limbo 5-fido, dentibus ovato-lanceolatis erectis: staminibus longitudine corollae.

C. maculata *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 322.

Ad horas nemorum in elatis montibus. *Monte la Ventosa* in Piceno

Perenn. Flor. Majo ad aestatem.

Flores flavi, maculis purpureis, notati.

HELIOTROPIUM.

361. EUROPAEUM *L. Sp. Pl. p.* 128. Caule erecto erbaceo: foliis tomentosis rugoso-scabris: spicis conjugatis: floribus secundis.

H. europaeum. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 48. *n.* 116.- *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 90. *n.* 223.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 252.- H. majus Dioscoridis. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 33.

Ad vias, et in arvis commune.

Ann. Fl. Septembri, Octobri. Flores albi inodori.

Vulgo. *Eliotropio. Erba da porri.*

Usus. Inquiritur a vulgo, nam succus ad porros eliminandos valet.

LITHOSPERMUM.

362. *OFFICINALE* *L. Sp. Pl. p.* 189. Pubescens scabrum. Caule ramosissimo: foliis lanceolatis acuminatis 1-nervis venosis: racemis terminalibus: floribus secundis remotis: corollis, calycem, vix superantibus: colliculis ovoideis laevissimis.

L. officinale *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 90. *n.* 224.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 271.- *H. Rom. t.* 2. *tab.* 29.

In pascuis circa urbem minus freguens, et ad *Fiumicino.*

Perenn. Flores Majo. Flores albi.

Vulgo. *Miglialsole.*

Usus. Semina, in veteri medicina, uti lithontritica laudabantur.

363. *PURPUREO-COERULEUM.* *L. Sp. Pl. p.* 190. Pilis hispidulis scabrum. Caulibus fertilibus erectis, sterilibus procumbentibus: foliis lanceolatis acuminatis 1-nerviis: racemis terminalibus brevibus secundifloris, in fructu laxatis: corollis, calycem multoties superantibus: colliculis obtusis laevissimis.

L. purpureo-coeruleum *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 90. *n.* 226.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 273.- L. majus flagellis oblongis hispidis, partim erectis, partim procumbentibus, floribus majoribus, coeruleis et rubris in eadem planta. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 28.

In umbrosis, nemorosis vulgare. *Villa Pamfili, Borghese* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores a rubro ad coeruleum.

364. *ARVENSE* *L. Sp. Pl. p.* 190. Pilis adpressis scabrum. Caule herbaceo basi repente, ramoso: foliis lanceolatis obtusis 3-nerviis aveniis, superioribus acutiusculis: racemis elongatis paucifloris, floribus remotis: corollis calycem vix superantibus: colliculis ovoideis tuberculato-rugosis.

L. arvense. *Seb. et Maur Fl. Rom. Pr. p.* 90. *n.* 225.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 278.- Echioides parva, alba, amphibia. *Columm. Ecphr. p.* 189. *et* E. alba *p.* 185. *fig.*

In arvis, segete, muris siccis commune.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lactei.

365. *APULUM* *Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 752. Villis patentibus hirtum. Caule solitario vel caespitoso, ramis alternis: foliis lineari-lanceolatis acutis 1-nervis, racemis terminalibus secundis, floribus approximatis: corollis calyce vix duplo longioribus: colliculis acutis muricatis.

L. Apulum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 91. *n* 237. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 281.- Echioides lutea minima Apula campestris. *Columm. Ecphr. p.* 184, et E. lutea syl. minima *p.* 185. *fig.*

In pratis maritimis. *Civitavecchia.*

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

PULMONARIA.

366. OFFICINALIS *L. Sp. Pl. p.* 194. Foliis radicalibus ovato-cordatis, superioribus ovato-oblongis.

P. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 91. *n.* 228.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 309.- P. Italorum ad Buglossum accedens. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 26.- P. viridi, subrotundo, non maculato folio. *Bocc. Mus. di piant. p.* 135., et P. viridis non maculata subrotunda *tab.* 95.

β saccharata. Foliis supra maculis argentino-albissimis confluentibus fere ex toto adpressis. *Bert. l. c. p.* 310.

In montium sylvis frequens. *Albano, Rocca di Papa* etc. *β* secus lacum Albanensem.

Perenn. Fl. Aprili. Flores a purpureo ad coeruleum.

Vulgo. *Polmonaria.*

Usus. Uti vulneraria, et emolliens a medicis habetur, quamvis nunc raro usurpata.

ONOSMA.

367. MONTANA *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 1. *p.* 121. Tuberculato-hispida, setis erecto-patulis, tuberculis echinato-stellatis. Caule stricto: foliis linearibus vel lanceolatis quandoque revolutis: racemis terminalibus subsolitariis: floribus nutantibus.

O. montana *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 326.- O. echioides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 91. *n.* 232.- Symphytum Echii folio angustiore, radice rubra, flore luteo. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 32.- Anchusa Echioides lutea Cerinthe flore montana. *Columm. Ecphr. p.* 183. et A. Echioides cerinthoides mont. *p.* 183. *fig.*

In sterilibus etiam montanis. *S. Polo, Solfatara di Tivoli* etc.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores luteoli.

ECHIUM.

368. ITALICUM *L. Sp. Pl. p.* 139. Pilis patentibus hispidissimum. Caule subangulato erecto, ascendente, vel prostrato: foliis radicalibus et caulinis lanceolato-linearibus successive minoribus: racemo composito pyramidato-laxo, racemulis ut plurimum abbreviatis: corollae limbo subregulari, calyce duplo longiore: staminibus longe exertis.

E. italicum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 91. *n.* 229.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 342.

In pascuis et ad vias commune.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores albi pilosi.

269. PLANTAGINEUM *L. Mant. p.* 202. Molliter hirsutum. Caule sub angulato decumbente ascendente vel erecto: foliis supra lineatis subtus venosis, radicalibus ovatis petiolatis, caulinis cordato-lanceolatis, supremis acutis: racemis paniculatis in fructu elongatis: corolla, calyce triplo longiore, limbo oblique secto: staminibus erectis, latere productiore corollae, aequalibus.

E. plantagineum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 344.- E. violaceum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 72. *n* 89.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 91. *n.* 231.- Lycopsis lato plantaginis folio italica. *Barr. Ic.* 1026.

Ad vias in arvis vulgare.

Bienn. Flor. Aprili-Junio. Flores a rubro ad violaceum.

370. VULGARE *L. Sp. Pl. p.* 200. Tuberculato-hispidum. Caule erecto, vel ascendente subangulato, superius ramoso: foliis lanceolatis integris: racemis compositis laxis, racemulis sparsis breviter pedunculatis, in fructu elongatis: corolla, calyce duplo longiore, limbo oblique secto: staminibus, corollam longe superantibus.

E. vulgare *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 42. *n.* 89.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 91. *n.* 230.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 347.

β longiflorum. Corolla, tubo elongato, calyce triplo longiore.

δ parviflorum. Corolla, tubo abbreviato, calyce longiore.

ε grandiflorum. Corollis majusculis limbo ampliato.

Bienn. Flor. Julio-Augusto. Flores violacei, rosei, albidi.

Vulgo. *Lingua di Cane.*

Obs. Planta mirimode ludibunda hirsutie, forma foliolum, et inprimis proportione partium perigonii duplicis, nec non colore corollae, ideoque varietates statuere, difficillimum.

371. CALYCINUM *Viv. Fl. It. Fragm. fas.* 1. *p.* 2. *t.* 4. Pilis patulis hispidum. Caule decumbente: foliis ovato-oblongis obtusis, basi attenuatis: racemis terminalibus simplicibus vel conjugatis, floribus distice secundis, in fructo laxatis snbcernuis: calycibus ampliatis campanulatis, segmentis ovato-lanceolatis: corolla subregulari, calyce longiore: staminibus inclusis.

E. calycinum. *Sang. Cent. tres p.* 30. *n.* 61.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 353.

In viis campestribus. *Tor di Quinto, Tor di mezza via, e nel Circo detto di Caracalla.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores purpureo-violacei.

LYCOPSIS.

372. VARIEGATA *L. Sp. Pl. p.* 198. Strigoso-hispida bullata. Caule ascendente: foliis oblongo-lanceolatis repando-dentatis sessilibus, radicalibus spathulatis: calyce 5-partito, in fructu, campaniformi erecto: corolla, calyce duplo longiore, limbo oblique secto: colliculis dense rugoso-reticulatis subtuberculatis.

L. variegata. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 338.- L. bullata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 93. *n.* 243.- Buglossum scorpioides hirsutum fl. coeruleo. Ital. *Barr. Ic.* 403.- *Bocc. Mus. di Piant. p.* 163. *tab.* 130.

MYOSOTIS.

373. PALUSTRIS *Spr. Syst. veget. t.* 1. *p.* 557. Pilosiuscula. Radice longe repente: foliis oblongo-lanceolatis, superioribus sessilibus, inferioribus breviter petiolatis: racemis simplicibus nudis, floribus cernuis, pedunculo brevioribus: calycibus 5-dentatis in fructu campanulatis: limbo corollino plano, tubi longitudine: colliculis glabriis.

M. palustris. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 256.- M. versicolor. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 92. *n.* 236.

In montium umbrosis, sylvaticis communis. *Albano*, *Frascati* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores pulchre coerulei, fauce lutea.

374. VERSICOLOR *Lehm. Asp. p.* 93. Hirsuta. Radice fibroso-ramosa: foliis radicalibus spathulatis brevissime petiolatis, caulinis sessilibus: racemo terminali simplici, florum pedunculis patentibus, calyce brevioribus: calyce profunde 5-lobo, post anthesim clauso, piloso, pilis inferioribus uncinatis: corollae versicoloris tubo exerto, limbo longiore: colliculis laevibus.

M. versicolor *Sang. Cent. tres p.* 27. *n.* 54.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *n.* 264.

In collibus aridis ad vias et muros frequens Romae.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flores parvi coerulei vel luteoli.

375. LAPPULA *L. Sp. Pl. p.* 189. Tuberculato-pubescens. Caule alterne ramoso: foliis lanceolatis: floribus racemoso-foliaceis: calycibus erecto-patulis, laciniis in fructu patentibus: corollae tubo calycem aequante: nucibus triquetris echinato-glochidiatis, linea dorsali nuda.

M. Lappula *Sang. Cent. tres p.* 28. *n.* 55.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 268.- Cynoglossa minor montana serotina altera Plini. *Columm. Ecphr. p.* 180.

In sterilibus apenninis ad pagos satis obvia.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei centro ochroleuci.

BORAGO.

378. *OFFICINALIS* *L. Sp. Pl. p.* 197. Hispida. Caule ramoso: foliis ovatis alternis, caulinis sessilibus: racemis disticis secundifloris: calyce patente post anthesim erecto: corolla stellata.

B. officinalis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 30. *n.* 39.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 94. *β. n.* 244.- B. floribus coeruleis *H. Rom. t.* 2. *tab.* 20.

In viis campestribus, cultis, vineis communis.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores coerulei interdum albi aut carnei.

Vulgo. *Borragine.*

Usus. Flores mensas et acetaria ornant. Herba a medicis laudata uti emolliens resolvens, et diuretica, sed nunc fere dissueta.

ANCHUSA.

379. *OFFICINALIS* *L. Sp. Pl. p.* 191. Hirsuta. Caule erecto vel ascendente alterne ramoso: foliis lanceolatis integris superioribus, bracteisque basi dilatatis, racemis conjugatis: calycibus campanulatis 5-fidis, collae tubo limbum subaequante: colliculis acutis.

A. officinalis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 285.

In pratis, et viis montium circa pagos. *S. Palo.*

Perenn. Flor. Majo ad Julium. Flores purpureo-coerulei.

Vulgo. *Lingua di Bue, Buglossa.*

Usus. Idem ae Boraginis officinalis L. sed rarius usurpata.

380. *UNDULATA* *L. Sp. Pl. p.* 191. Hispida. Caule erecto vel ascendente ramoso: foliis lanceolatis repando-dentatis, undulatis: racemis conjugatis: calyccibus tubulosis 5-fidis: tubo corollae limbum superante: colliculis obtusis.

A. undulata *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 287.- A. hybrida, et A. angustifolia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 93. *n.* 240. *et* 239.- Buglossum angustifolium, majus, flore coeruleo. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 24.- B. minus angustifolium, flore violaceo albo Ital. *Barrel. Ic.* 1297.- Anchusa angustis dentatis foliis hispanica. *Barrel. Ic.* 578.- A. angustis dentatis foliis. *Bocc. Mus. p.* 84. *tab.* 77.

In agris vineis, secus vias frequens.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores coeruleo-violacei.

381. *ITALICA* *Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 2. *p.* 756. Hispida. Caule tereti vel subangulato superne ramoso: foliis ovato-lanceolatis integris: racemis paniculatis: calycibus tubulosis 5-partitis: corollae limbo, tubum aequante: colliculis obtusis majusculis.

A. italica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 92. *n.* 238. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 289.

Ad vias campestres vulgaris.

Perenn. Fl. Majo-Junio. Flores intense coerulei, fauce alba barbata.

382. *Barrelieri DC. Fl. Fr. t.* 3. *p.* 632. Subhirsuta. Caule erecto simplici, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis denticulatis: panicula dichotoma, ramis terminalibus conjugatis bracteatis: calycis 5-partiti laciniis angustis obtusis: corollae limbo, tubum superante: colliculis oblongis obtusis longitudinaliter reticulato-rugosis.

A. Barrelieri *Sang. Cent.* 3. *p.* 28. *n.* 56.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 294.- Buglossum sylv. minus fl. azurreo radice perenni It. *Barrel. Ic.* 333.

In pascuis et ruderatis Umbriae. *Castelluccio.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei parvi.

SYMPHYTUM.

383. *officinale L. Sp. Pl. p.* 195. Radice ramosa: foliis ovato-oblongis decurrentibus.

S. officinale *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 92. *n.* 234. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 314.- S. Consolida major. flore albo, vel pallide luteo, quae foemina. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 30.

β purpureum. Floribus purpureis.

S. officinale β flore purpureo Bert. l. et S. off. β purpureum calyce patente. *Seb. et. Maur. l. c.*

Ad fossas in pratis humidis freguens, β ad *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albidi, in β purpurei.

Vulgo. *Borragine salvatica, Consolida maggiore.*

Usus. Uti resolvens et emolliens adhibetur, praesertim a vulgo in medendis ulceribus.

384. *tuberosum L. Sp. Pl. p.* 195. Radice tuberosa: foliis caulinis sessilibus ovato-oblongis semidecurrentibus, inferioribus petiolatis, petiolo alato.

S. tuberosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 92. *n.* 235.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 316.- S. majus tuberosa radice. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 31.

β bulbosum. Radiis corollae exertis, vel corollam aequantibus.

In fossis umbrosis communis, etiam varietas.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albo-luteoli.

Obs. Usus et nomen vulgare praecedentis, a qua vulgus minime distinquit.

ASPERUGO.

385. *procumbens* *L. Sp. Pl. p.* 198. Scaberrima. Floribus axillaribus.

A. procumbens. *Sang. Cent. tres p.* 30. *n.* 59.-*Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 333.- Borago minor sylvestris καρποκηροπός *Columm. Ecphr. p.* 181. *fig.* 183. Asperugo vulgaris. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 25.

Ad margines agrorum in montosis prope *Castelluccio.*

Annua. Flor. Julio. Flores coeruleo-violacei.

GYNOGLOSSUM.

386. *officinale* *L. Sp. Pl. p.* 192. Tomentosum. Caule procumbente: foliis radicalibus ovato-lanceolatis petiolatis, superioribus oblongo-lanceolatis, basi dilatatis cordatisque amplexicalibus: calycis laciniis subovatis, corollam concolorem, subaequantibus: staminibus inclusis: colliculis depressis undique aculeatis.

C. officinale *Sang. Cent. tres p.* 29. *n.* 57.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 297.

β montanum. Foliis scabris supra nudiusculis. *Bert. l. c. p.* 298.- Cynoglossa med. mont. rub. flore. *Columm. Ecphr. p.* 175. *fig.*- C. media altera virente folio rubro flore montana frigidarum regionum *l. c. p.* 176.- C. montanum, virenti folio minore flore. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 38.

In montibus ciminis: *β* in Umbria.

Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores sordide rubri.

Vulgo. *Cinoglosso, Lingua di Cane.*

Usus. Adstringentis et subnarcoticae famam habuit, et in externis morbis uti emolliens adhibita; sed ob vim obscuram et incertam a materia medica fere ablata; et licet in formula Pillolarum Cynoglossi ingrediatur, potius consuetudine quam virtute, adhuc locum tenet.

387. *pictum* *Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 2. *p.* 761. Aldibo-pubescens. Foliis lanceolatis, superioribus basi cordatis, inferioribus obtusis: racemo centrali conjugato: laciniis calycinis ovato-oblongis tandem acutis, corollae reticulato-venosae, aequalibus: staminibus inclusis: colliculis depressis undique aculeatis.

C. pictum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 93. *n.* 251.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 300.- Cynoglossa vulgaris. *Columm. Ecphr. p.* 169.

In agris, viis, plateis frequens.

Bienn. Flor. Aprili-Majo. Flores pallido-coerulei vel purpurascentes, venaturis rubris picti.

Vulgo. *Lingua di Cane.*

Usus. Pro officinali adhibetur a Pharmacopolis.

387bis. MAGELLENSE *Ten. Fl. Nap. t. 4. p.* 184. *t.* 117. Incano-lanuginosum. Foliis lineari-lanceolatis, radicalibus longe petiolatis, caulinis subsessilibus, basi latioribus: racemiis compactis bracteatis: laciniis calycinis linearibus, corollam aequantibus: colliculis margine inciso-radiatis, centro concavo, grabris.

C. magellense. *Sang. Cent. tres p.* 29. *n.* 58. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 304.- Cynoglossa media montana incana angustifol. altera flore globoso frigidarum regionum *Column. Ecphr. p.* 173, et C. altera globoso flore. *l. c. p.* 174.

In Latii montibus *Quadagnolo*, et in pascuis Umbriae *Vettore*.

Perenn. Flor. Junio. Flores carnei.

388. APENNINUM *L. Sp. Pl. p.* 193. Molliter cinereo-villosum. Foliis ovato-lanceolatis acutis: racemis terminalibus brevibus compactis: laciniis lanceolato-linearibus , corolla brevioribus: colliculis calathiformibus undique muricatis.

C. apenninum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 93. *n.* 242.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 306.- Cynoglossa montana maxima frigid. regionum. *Columm. Ecphr. p.* 168, et C. montana maxima. *l. c. p.* 170.

In montanis sylvaticis. *Monte Gennaro, Umbria, Piceno.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei.

PLUMBAGO.

389. EUROPAEA *L. Sp. pl. p.* 215. Ramis patentibus: foliis inferioribus ovato-lanceolatis, basi sagittato-amplexicaulibus, omnibus scabris: bracteis ternis, intermedia majore.

P. europaea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 94. *n.* 245.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 431.- Tripolium Dioscoridis. *Columm. Ecphr. p.* 160.- Plumbago quorundam. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 39.

In sepibus omnibus, et ad vias etiam Urbis vulgaris.

Perenn. Flor. Julio-Septembri. Flores purpureo-violacei.

Vulgo. *Dentaria.*

Usus. Radix manibus tantum retencta, ad dolores dentium levandos efficacissima praedicabatur. Veteres succo, unguentum conficiebant, ad ulceras fungosas puliendas, validissimum. Qua ratione a materia medica expulsa ?

ANAGALLIS.

390. ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 211. Caule decumbente prostratoque: foliis sessilibus ovatis: pedunculis, folio, plerumque longioribus: laciniis corollinis apice subintegris crebre ciliato-glandulosis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 422.

A. arvensis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 25. n. 11.- Seb. et Maur. Fl Rom. Pr. p. 94. n. 246.-* A. phoeniceo flore. *H. Rom. t. 2. tab. 45.*

Ann. Flor. Majo. Flores rubri.

Vulgo. *Mordigallina.*

391. COERULEA *Röem. et Schult. Syst. Veg. t. 4. p. 117.* Caule ascendente: foliis sessilibus ovatis: pedunculis folio subbrevioribus: laciniis corollinis apice argute, inaequaliterque serrulatis, subundis. *Bert. Fl. It. t. 2. p. 424.*

A. coerulea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p. 94. n. 247.-* A. coeruleo flore. *H. Hom. t. 2. tab. 46.*

In arvis, marginibus viarum frequens.

Ann. Flor. Majo. Flores coerulei, rarius albi.

LYSIMACHIA.

392. VULGARIS *L. Sp. Pl. p. 209.* Caule erecto tetragono sulcato, superius ramoso: foliis oblongo-lanceolatis oppositis ternisque: racemis compositis terminalibus axillaribusque: laciniis calycinis lanceolatis acutis, margine ciliato-glandulosis: corolla scutellato-patente, calyce subtriplo longiore, limbi laciniis oblongis obtusis: capsula obtusa, calycis longitudine.

L. vulgaris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p. 94. n. 248.- Bert. Fl. It. t. 2. p. 414.-* L. lutea major, quae Dioscoridis, foliis quaternis *Hort. Rom. t. 2. tab. 41.*

Ad fossas et paludes vulgaris.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

393. PUNCTATA *L. Sp. Pl. p. 210.* Nigro-punctata, et pilis glanduliferis ciliata. Caule erecto subtetragono ramoso: foliis subsessilibus ovato-lanceolatis verticillato-ternis-quaternisque, floribus axillaribus verticillatis, folio brevioribus: peduncolis 1-floris, laciniis calycinis lanceolato-linearibus, corolla scutellato-patenti, calyce duplo longiore: capsula obtusa, calyci subaequale.

L. punctata. *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p. 95. n. 248.- Bert. Fl. It. t. 2. p. 416.*

Ad fossas cum praecedente.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei, punctis nigris notati.

394. *LINUM STELLATUM L. Sp. Pl. p. 211.* Caule tenui 2-3-plolicari simplici ramosque glabro: foliis lanceolatis angustis sessilibus 3-nerviis oppositis: pedunculis axillaribus solitariis 1-floris: calycibus corolla rotata brevioribus, laciniis lanceolato-acuminatis patentibus: capsula obtusa subpentagona, calyce breviore.

L. Linum stellatum. *Maur. Cent.* 13. *p.* 12.- *Bert Fl. It. t.* 2. *p.* 417.

In siccis. *Villa Mellini.*

Ann. Flor. Majo. Fl. ochro-leuci, minuti.

Vulgo. *Lino stellato.*

395. *Nummularia L. Sp. Pl. p.* 211. Cauleprostrato radicante, glabro: foliis cordato-subrotundis oppositis breviter petiolatis: pedunculis solitariis axillaribus 1-floris: laciniis calyciniis ovatis acutis: corolla scutellato-patente, calyce duplo longiore, profunde 5-fida, laciniis ovato-acutis, margine minutissime ciliato-glandulosis: capsula globosa, calyce, multo breviore.

L. Nummularia. *Maur. Cent.* 13. *p.* 12.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 419.- L. humifusa folio rotundiore, flore luteo. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 44.

In pratis humidis circa fossas. *Al piano dalle due Torri passato Ponte Molle.*

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

Vulgo. *Erba quattrina, Centimorbia, Mummularia.*

Usus. Subadstringens et vulneraria, ideo in veteri medicina ad ulcera interna sananda plurimi laudata; nunc rarissime adhibita.

CYCLAMEN.

396. *hederaefolium Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 2. *p.* 810. Radice orbiculari depressa magna: foliis histeranthiis cordatis oblongisque acuminatis angulato-denticulatis: corollae laciniis ovato-lanceolatis elongatis, tubu campanulato: laciniarum basi hinc inde incrassata: stylo longitudine tubi.

C. hederaefolium. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 403.- C. neapolitanum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 95. *n.* 252.

In umbrosis sylvaticis circa urbem et in montanis.

Perenn. Flor. Septembri-Octobri. Flores pulchre rosei, fauce, maculis sanguineo-rubellis, notati.

Vulgo. *Panporcino, Artanita.*

397. *vernum Reichemb. Fl. Germ. exc.* 2. *p.* 407. *n.* 2742. Radice orbiculari depressa minuscula: foliis synanthiis, cordato-ovatis subrotundisque angulatis et denticulatis: corollae laciniis oblongo-lanceolatis obtusis: tubo campanulato abbreviato, fauce late hiante: stylo exerto.

C. vernum. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 405.- C. hedraefolium. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 95. *n.* 251.- C. aprile florens etc. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 68.

In umbrosis sylvatici fraequens. *Villa Borghese Pamfili, Albano* etc.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores pulchre rosei, fauce, maculis violaceo-rubellis, notata.

Vulgo. *Panporcino, Artanita.*

Usus. Quamvis Cyclaminis radix *Lin. Mat. Med.* ad C. europaeum pertineat; Rizhotomi, et Farmacopulae radices utriusque enumeratae speciei indiscriminatim colligunt apud nos, ad Unguentum Arthanitae , et alia pharmaca, a planta petita, preparanda. Omnium enim specierum, hujus generis, radices vi purgativa, drastica, emenagoga, anthelmintica gaudent; insuper revolvunt, et scabiem fugant. Planta injuria a materia medica fere exclusa !

SOLDANELLA.

398. ALPINA *L. Sp. Pl. p.* 206. Foliis cordato-orbiculatis crassis: scapo paucifloro: corolla turbinata laciniato-fimbriata: calyce patulo: stylo subexercto: antheris in aristam productis.

S. alpina *Sang. Cent.* 3. *p.* 31.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 397.- Soldanella alpina rotundifolia. *H. Rom. t.* 1. *tab.* 13.

In alpinis Umbriae. *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Junio. Flores purpureo-coerulei.

PRIMULA.

399. ACAULIS *Röem. et Schult. Spit. Veg. t.* 4. *p.* 135. Glabra. Foliis obovatis oblongis dentatis rugosis: scapis 1-floris: calyce pentagono 5-fido, laciniis acuminatis: corollae tubo, calyce sublongiore, limbo plano

P. acaulis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 95. *n.* 250.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 370.- Alysma sylvarum. *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 21.

In sylvis montanis. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Februario-Martio. Flores sulphurei.

Vulgo. *Primavera.*

400. VERIS *Smith. Engl. Flor. t.* 1. *p.* 271. Pilosiuscula. Foliis cordato-ovatis obtusis dentatis, petiolo alato: scapo umbellato multifloro: calyce pentagono campanulato, dentibus ovato-acutis: corollae tubo, calyci subaequale, fauce elongata infundibuliformi, limbo concavo.

P. veris. *Maur. Cent.* 13. *p.* 12 -.*Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 373.- Alysma pratorum. *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 21.

In sylvis tusculanis vulgo *Ruffinella.*

Perenn. Flor. Aprili. Flores citrini.

401. SUAVOLENS *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 4. *p.* 133. Pubescens. Foliis cordato-ovatis petiolatis subtus niveo-tnmentosis : scapis umbellatis

multifloris: calyce pentagono campanulato-tubuloso 5-fido, laciniis acutis ovato-lanceolatis: corollae tubo, calyci aequali, fauce dilatata, limboque parvo, concavis.

P. suaveolens. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 375.- Paralitica montana Aequicolorum rotundifolia Alsinati, varietati adscribenda. *Columu. Ecphr. p.* 255, et P. rotundifolia montana *l. c. p.* 256.

In montium subapenninorum sylvis. *Monte Vettore* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei, maculis saturatioribus ad faucem.

402. AURICULA *Lehm. Prim. p.* 40. Albo-farinosa. Foliis obovatis subrotundisque crenatis vel integris: scapo umbellato, floribus involucratis, foliolis brevissimis: calycibus teretibus, laciniis obtusis: corollae infundibuliformis tubo, calyce, duplo triploque longiore, a basi ad faucem sensim dilatato, limbi 3-fidi, laciniis obcordatis.

P. Auricola. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 388.

In montibus apenninis. *Vettore*.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

Vulgo. *Orecchia d'Orso*.

HOTTONIA.

403. PALUSTRIS *L. Sp. Pl. p.* 208. Foliis immersis impari-pinnatis, pinnis linearibus pectinatis: racemo verticillato interrupto: floribus pedicellatis.

H. palustris *Fior. Gior. Arch. tom.* 18. *p.* 162. *n.* 5.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 412.

In lacobus, fossis et canalibus. *Paludi Pontine*.

Perenn. Flor. Aprili. Flores rosei fauce lutea.

ANDROSAGE.

404. VILLOSA *L. Sp. Pl. p.* 203. Dense albo-villosa. Stolonibus subrepentibus: foliis rosulatis oblongo-linearibus basi barbatis: involucro umbellam paucifloram subaequante.

A. villosa. *Sang. Cent.* 3. *p.* 30. *n.* 60.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 359.- A. vulgaris latifolia annua. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 1.

In excelsis apenninis Umbriae super saxa.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi centro rosei.

SAMOLUS.

405. VALERANDI *L. Sp. Pl. p.* 243. Caule erecto simplici ramosoque: foliis obovato-spathulatis obtusis: racemo multifloro, pedicellis medio bracteolatis.

S. Valerandi. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 95. *n.* 253.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 551.- *H. Rom. t.* 2. *tab.* 47.

In uliginosis, sylvaticis opacis frequens. *Intorno le fontane della Piazza di s. Pietro* etc.

Perenn. Flor. Majo–Junio. Flores albi.

LOBELIA.

406. *Laurentia L. Sp. Pl. p.* 1321. Caule subramoso folioso : foliis lanceolato-ovatis crenatis: pedunculis solitariis 1-floris longissimis , medio bracteolatis.

L. Laurentia. *Sang. Cent.* 3. *p.* 33. *n.* 67.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 533.- Ranunculus aquaticus repens flore coeruleo inaperto. *Bocc. Mus. tab.* 27. *fig. minor.*

In arenosis hyeme inundatis prope Ostiam Tyberis , et non procul a *Fiumicino.*

Ann. Flor. Junio. Flores coerulei tubo albido.

ERYTRAEA.

407. *Centaurium Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 283. Caule stricto: foliis radicalibus rosulatis obovato-spathulatis , caulinis oblongo-lanceolatis: floribus fasciculato–corymbosis, omnibus brevissime pedicellatis: laciniis calycinis inferne membrana connexis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 642.

Chironia Centaurium. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 36. *n.* 62.- *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 89. *n.* 274. - Centaurium minus *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 99.

β grandiflora. Corollis majoribus , limbi diametro , tubum superante. *Bert. l. c. p.* 643.

γ Pulchella. Corymbo laxifloro: pedicellis solitariis, supremis lateralibus longiusculis. *Bert. l. c.*

Chironia pulchella. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. l. c. n.* 275.

In sylvaticis, pascuis, herbidis communis , et in pratis montanis Umbriae et Latii.

Perenn. Flor. Junio-Julio, Flores rosei.

Vulgo. *Centaurea minore.*

Usus. Ob intensam amaritudinem in febribus intermittentibus laudatur, et frequentissime adhibetur praesertim a vulgo, et ab agricolis, quibus etiam innotescit sub nomine *Erba da febbre.*

408. *maritima* *Ten. Fl. Neap. t. 3. p.* 140. Caule stricto tetragono: foliis 5-nerviis, omnibus oppositis, inferioribus ovatis, superioribus oblongo-lanceolatis: corymbo paucifloro dichotomo, floribus solitariis crasse pedicellatis: corollae laciniis ellipticis: stylo 2-fido. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 646.

Chironia lutea. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 100. *n* 276 - Centaurium luteum novum. *Columm. Ecphr. p.* 78. *tab.* 77. *f.* 2.- C. minus luteum latifolium non perfoliatum. *Barrel. Ic.* 468.

In maritimis et in collibus sterilibus circa urbem. *Ostia*, *Pigneto Sacchetti* etc.

Ann. Fl. Junio. Flores. citrino-lutei.

409. *spicata* *Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 283. Caule ramoso: floribus alternis, laxe spicatis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 648.

Centaurium minus ramosum *Barrel. Ic.* 1242.- C. minus spicatum Babuini sed flore rubro. *Trimuff. Observ. p.* 66.

In pratis maritimis. *Porto d'Ascoli.*

Ann. Flor. Septembri. Flores rosei.

VILLARSIA.

410. *Nymphoides* *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 4. *p.* 178. Foliis cardato-subrotundis subtus punctato-glandulosis: floribus axillaribus fasciculatis, raro solitariis: capsula calyce duplo longiore.

V. Nymphoides *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 162.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 408.

In canalibus, et lacubus: *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

VERBASCUM.

411. *thapsus* *L. Sp. Pl. p.* 252. Albo-tomentosum. Caule alato simplici vel superne tantum ramoso: foliis ovato-oblongis crenatis decurrentibus: racemo denso composito, racemulis brevissimis conformibus: floribus brevissime pedicellatis: filamentis inaequalibus, tribus brevioribus undique, coeteris latere tantum interno, albo-barbatis: antheris miniatis.

V. Thapsus *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 570.

In viis campestribus ad margines agrorum. *Albano*, *Frascati* etc.

Bienn. Flor. Junio ad Septembrem. Flores lutei suaveolentes.

Vulgo. *Verbasco*, *Tasso barbasso.*

Usus Emolliens et resolvens, simpliciter est; ideo tam in internis, quam in externis morbis adhibitum: veteres uti antiartriticum et adstringentem predicarunt.

412. MACRURUM *Ten. Flor. Neap. t.* 3. *p.* 216. Densissime cano-lanatum. Foliis elliptico-oblongis crenulatis decurrentibus, superioribus cuspidatis: spica valde compacta simplici vel basi ramosa: bracteis ovato-lanceolatis cuspidatis adpressis, calycem subaequantibus: corollis subinfundibuliformibus extus farinosis: filamentis barbatis: antheris difformibus.

V. macrurum *Sang. Cent. tres p.* 34. *n.* 70.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 572.- V. Thapsus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 96. *n.* 254.- V. mas latifolium luteum *H. Rom. t.* 2. *tab.* 53.

In incultis circa Romam, et ad vias frequens.

Bienne. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Vulgo. *Tasso barbasso.*

Obs. Insigne statura gigantea, et tomenti asperiusculi crassitie. Spica 2-3-pedalis undique floribus confertis ita tecta, ut neque rachis alata, nec bracteae exerto-patulae appareant. Corolla pollicem et amplius lata, laciniis suborbicularibus, binis superioribus minoribus. Filamentis binis longioribus barbatis, antheris oblongis, a *V. Thapso et thapsiforme* diversum, nec alterutrius progenies.

413. THAPSIFORME *Schrad. Mon. Verb. p.* 21. Luteo-tomentosum. Caule subalato foliis utrinque tomentoso-lanatis crenulatis, radicalibus lanceolato-ovatis in petiolum attenuatis, caulinis decurrentibus, summis cuspidatis: florum fasciculis sessilibus in spica subsimplici superius confertis: bracteis calyce longioribus, per rachim decurrentibus: corolla rotata: antheris inaequalibus.

V. thapsiforme *Sang. Cent. tres p.* 35. *n.* 71.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 573.

In campis circa Urbem, et in montosis vulgare.

Bienne. Flor. Majo-Augusto. Flores lutei majusculi.

Vulgo. *Tasso falso.*

414. DENSIFLORUM *Bert. Am. It. p.* 87. Viridi-luteo-lanatum. Caule simplici vel superius parce ramoso: foliis ala angusta decurrentibus, oblongo-lanceolatis, grosse crenatis, basi attenuatis late dentatis, inferioribus elongatis: florum fasciculis pedicellatis, in spica subsimplici, confertis, inferius discretis: antheris difformibus.

V. densiflorum *Sang. Cent. tres p.* 35. *n.* 72.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 574.

In colle sylvatico vulgo *Galloro* prope Ariciam.

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei,

415. PHLOMOIDES *L. Sp. Pl. p.* 253. Luteo-tomentosum. Foliis crenatis rugosis lanatis, inferioribus ellipticis in petiolum attenuatis, caulinis oblique subamplexi-caulibus oblongis acutis, summis late ovatis cuspidatis: florum fasciculis sessilibus remotis: rachi subulata: staminum filamentis lanatis, binis longioribus extus nudiusculis, antheris inaequalibus.

V. phlomoides *Sang. Cent.* 3. *p.* 35. *n.* 73.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *n.* 575.

β Sanniticum. Caule deorsum nudo foliis oblongatis superne glabriusculis.

In incultis pascuis et viis vulgare. β prope Ostiam, et locis vulgo *Parcareccio, Macchia de' Mattei* etc.

Bienne. Flor. Majo-Junio. Flores flavi.

416. CONDENSATUM *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 4. *p.* 332. Luteo-tomentosum. Foliis imis ovato-oblongis petiolatis, reliquis sessilibus breviter decurrentibus, aliis rotundatis: racemo spicaeformi densifloro: corollis calyce quadruplo longioribus, laciniis subrotundis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 577.-

In pascuis, et in cultis. *Albano, Caffarella* etc.

Bienn. Flor. aestate. Flores lutei.

Obs. A. *V. phlomoide* parum diverso, et pro varietate tantum praecedentis forsan habendum, folia tamen breviter decurrentia, racemus non interruptus.

417. NIVEUM *Ten. Flor. Nap. t.* 2. *p.* 90. *tab.* 22. Albo-lanatum. Foliis crenatis, radicalibus ellipticis in petiolum attenuatis, caulinis ovatis subdecurrentibus: spica densa basi subinterrupta: rachide nuda: bracteis ovatis cuspidatis, calyce longioribus: filamentis albo-barbatis, antheris subaequalibus.

V. niveum. *Sang. Cent.* 3. *p.* 36. *n.* 74.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 580.

In montium incultis saxosi prope *S. Polo.*

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

Obs. Spica villis longis gossypinis argenteis undique obsita. Corollae extus farinosae. Tomentum paginae inferioris foliorum candidum fere floccosum secendens. Planta 1-2-pedalis.

418. ARGYROSTACHYON *Ten. Viag. in Abruz. p.* 52. Cano-tomentosum. Caule inferius semialato: foliis oblongo-obovatis petiolatis nudiusculis, mediis semidecurrentibus, summis sessilibus cordatis: racemo-terminali densifloro: bracteis cuspidatis: corollis calyce duplo longioribus: antheris reniformibus: filamentis difformibus albo-barbatis.

V. argyrostachyon. *Sang. Cent.* 3. *p.* 37. *n.* 76.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 581.

In pratis elatiorum montium. *Monte Lucretile* in Latio.

Bienne. Flor. Julio. Flores luteo-albi.

419. *SINUATUM L. Sp. Pl. p.* 254. Tormentoso-pulverulentum. Caule tereti paniculato: foliis radicalibus oblongatis undulatis pinnatifido-dentatis et sinuatis, caulinis remidecurrentibus, rameis sessilibus: racemis interruptis, floribus 3-5-7 glomeratis: antheris remiformibus miniatis, filamentis aequalibus purpureo-barbatis, barba superius quandoque alba.

V. sinuatum. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 79. *n.* 254.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 96. *n.* 256.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 583.

Ad margines viarum in glareosis vulgare et in ipsa Urbe.

Bienne. Flor. aestate. Flores lutei.

420. *BLATTARIA L. Sp. Pl. p.* 254. Glabrum. Caule erecto simplici vel superius ramoso: foliis lanceolatis, radicalibus lobato-dentatis vel pinnatifidis, caulinis cordatis amplexicaulibus acute dentatis: racemis laxifloris: floribus solitariis longe pedunculatis: staminum filamentis tribus brevioribus undique barbatis, antheris remiformibus, duobus longioribus latere interno, et inferne tantum barbatis, antheris adnatis oblongis: barba antherarum in omnibus purpurea.

V. Blattaria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 96. *n.* 257.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 586.– Blattaria lutea folio longo laciniato. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 56.

In arvis marginibus viarum vulgatissima.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

421. *PHOENICEUM L. Sp. Pl. p.* 254. Subpubescens. Caule simplici: foliis inferioribus petiolatis ovatis inaequaliter crenatis, superioribus lanceolatis sessilibus remotis: racemo simplicissimo terminali: floribus longe pedunculatis: staminibus purpureo-barbatis: antheris croceis.

V. phoeniceum *Sang. Cent.* 3. *p.* 38. *n.* 78.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 587.

In pascuis montanis. *S. Gregorio.*

Bienne. Flor. Junio-Julio. Flores atro-purpurei.

422. *NIGRUM L. Sp. Pl. p.* 253. Nudiusculum. Foliis subpubescentibus duplicato-serratis, inferioribus cordato-ovatis petiolatis, summis sessilibus ovato-lanceolatis: floribus racemoso-fasciculatis laxis pedunculatis: filamentis purpureo-barbatis, antheris remiformibus, polline miniato.

V. nigrum. *Sang. Cent. tres p.* 37. *n.* 77. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 589.– V. foliis viridibus perenne, floribus luteis racematim provenientibus staminibus purpurascentibus. *H. Rom. t.* 2. *p.* 54.

In collinis incultis *Albano al Monte Gentile*.

Bienne. Flor. Junio. Flores aurei.

423. LYCHNITIS *L. Sp. Pl. p.* 253. Caule angulato farinoso: foliis supra denudatis subtus cano-lanatis subcrenatis, caulinis cordato-cuspidatis sessilibus: racemo composito: florum fasciculis pedunculatis remotiusculis: calyce lanato, laciniis apice nudis, capsula brevioribus: filamentis albo-flavescenti-barbatis: antheris subaequalibus.

V. lychnitis *Sang. Cent.* 3. *p.* 36. *n.* 75.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 592.

β luteum. Floribus luteis parum minoribus.

γ michrantum. Foliis sublanceolatis subtus cano-farinosis, floribus luteis duplo fere minoribus.

In montium apricis una cum varietatibus. *S. Polo, Monte della Croce*, *Monte Lucretile*.

Bienne. Flor. Julio-Augusto. Flores albi in varietatibus lutei.

424. LONGIFOLIUM *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 4. *p.* 345. Luteo-tomentosum. Foliis subintegris acuminatis, imis oblongo-lanceolatis petiolatis, reliquis sessilibus ovato-oblongis basi rotundatis, supremis subcordatis: racemo terminali elongato inferne laxifloro: floribus fasciculatis crasse pedicellatis: staminibus brevioribus albo-barbatis, longioribus nudis: capsulis subovoideis obtusis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 595.

In Umbriae, et Picaeni pratis montanis. *Monte de' Fiori*.

Bienne. Flor. Julio-Augusto. Flores lutei.

425. FLOCCOSUM *Wild. En. t.* 1. *p.* 224. Floccoso-tomentosum, tomento untuoso detersili. Caule superius ramoso: foliis inferioribus oblongo-obovatis subcrenatis, superioribus cordatis semiamplexicaulibus acuminatis: racemi pyramidati interrupti ramosi, floribus fasciculatis: corolla calyce triplo longiore: staminibus inaequalibus: filamentis tribus brevioribus tota superficie, duobus longioribus inferne, et latere interno tantum albo barbatis: antheris miniatis.

V. floccosum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 597.– V. pulverulentum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 96. *n.* 255.–

In arvis sterilibus, viis circa Romam, et abbunde circa *Marino*, *Castel Gandolfo*, *Albano* etc.

Bienne. Flor. tota aestate. Flores lutei grandiusculi.

HYOSCIAMUS.

426. NIGER *L. Sp. Pl. p.* 257. Piloso-viscidus. Foliis superioribus ses-

silibus oblongis acute grandidentatis, radicalibus petiolatis pinnatifido-sinuatis: floribus sessilibus approximatis: calycibus basi ventricosis: corollis venosis.

H. niger *Sang. Cent.* 3. *p.* 38. *n.* 79.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 611.

Frequens in ruderatis montium.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide flavi, venis luteo-purpurascentibus.

Vulgo. *Fava porcina, Dente cavallino, Giusquiamo.*

427. ALBUS *L. Sp. Pl. p.* 257. Piloso-viscidus. Folis cordatis sinuatis acutis, floralibus integerrimis, omnibus petiolatis: floribus distantibus subsessilibus: calycibus ventricosis 10-striatis: corolla avenia.

H. albus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 96. *n.* 258.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 613.- *H. Rom. t.* 2. *tab.* 91.

In ruderatis ad muros frequens.

Ann. Flor. Junio-Augusto. Flores albo-lutei.

Vulgo uti praecedens.

Usus. Utraque species vi narcotica gaudet, e faetore herbae satis apprime nota, et succus condensatus, sub nomine extracti *Hyosciami nigri*, optimum sedativum Medicis praebet. Experientia novi succum *H. albi*, eadem prosus virtute. *H. nigri* gaudere, et ideo, quod utraque species ad extractum conficiendum aeque valeat, quaeque sit contraria sententia. Semina, licet innocua, in formula Pillularum Cynoglossi ingrediuntur: eorum fumus, apud nonnullos, remedium odonthalgicum praestantissimum.

DATURA.

428. STRAMONIUM *L. Sp. Pl. p.* 255. Foliis glabris ovatis inaequaliter sinuato-dentatis: capsulis ovatis oblongis undique spinosis, spinis erectis subaequalibus.

D. Stramonium. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 96. *n.* 259.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 606.- Solanum maniacum Dioscaridis. *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 46. *fig. p.* 47.

In ruderatis, fimentis, ad vias prope pagos vulgaris.

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flores candidi magni.

Vulgo. *Stramonio, Noce puzza, Pianta americana.*

Usus. Planta venenata narcotica deprimens caute usurpanda. In mania, et in nervosis utitur. Foliorum fumus ad vehementes asthmatis accessus sedandos plurimum valet.

SOLANUM.

429. *Dulcamara L. Sp. Pl. p.* 264. Glabrum. Caule fruticoso inermi scandente: foliis cordato–ovatis astatisve, superioribus quandoque laciniatis: floribus corymbosis: corymbis oppositifoliis nutantibus.

S. Dulcamara. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 97. *n.* 262.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 631.

In humentibus ad fossas et sepes frequens.

Perenn. Flor. Majo-Augusto. Flores violacei.

Vulgo. *Dulcamara. Vite selvatica.*

Usus. Stipites in decoctis depurativis quam saepissime adhibentur, ob vim sudoriferam, et aperientem, ad impetigines et rehumatismos pellendos.

430. *nigrum L. Sp. Pl. p.* 633. Pubescens. Caule herbaceo ramoso inermi, ramis angulatis: foliis petiolatis ovatis dentatis subundulatis: floribus infrafoliaceis corymbosis: corymbis disticis nutantibus: baccis globosis maturitate nigris.

S. nigrum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 97. *n.* 263.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 633.- Solanum officinarum acinis nigricantibus. *H. Rom. t.* 2. *p.* 60.

Ann. Flor. Majo-Julio. Flores albi.

Vulgo. *Erba morella, Salano nero.*

Usus. Planta famae incaertae: a nonnullis uti innocua, ab aliis uti noxia, praedicatur. Solanina in succo foliorum inventa, plantam narcoticam et emeticam esse, probat. Baccae a pullis et ab armento suillo ingestae mortem cierunt, quod etiam evenit in piscibus, unde escam piscatoribus prebent.

431. *minatum Wild. En. t.* 2. *p.* 236. Villosum. Caule herbaceo ramoso, ramis angulatis alatis, alis angustissimis remote denticulatis: foliis ovatis auriculato-dentatis: floribus infrafoliaceis corymbosis, corymbis nutantibus: baccis globosis maturitate miniatis.

S. miniatum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 635.– S. villosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 97. *n.* 264.- S. officinarum puniceis. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 61.

In cultis, viis cum praecedente commune.

Obs. Usus et nomen vulgare praecedentis.

432. *sodomeum L. Sp. Pl. p.* 268. Aculeatum, aculeis recti basi dilatatis. Caule liquoso ramoso: foliis sinuato-pinnatifidis, lobis obtusis: corymbis paucifloris extrafoliaceis, floribus cernuis: bacca globosa maturite lutea.

S. Sodomeum *Fior. Append. in Giorn. de' Lett. di Pisa ann.* 1828. *t.* 17. *p.* 115.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 636.- S. pomiferum frutescens Africanum, spinosum, nigricans Borraginis flore, folis profunde laciniatis. *H. Rom. t.* 2. *tab.* 57.

In montibus secus viam Appiam apud Anxur, et Romae in vineis sed rarius.

Suffrut. Flor. aestate Fl. violacei.

PHYSALIS.

433. Alkekengi *L. Sp. Pl. p.* 261. Caule herbaceo angulato ascendente erectove ramoso: foliis ovatis acutis petiolatis: floribus solitariis pedunculatis: calyce parvo, in fructu plurimum acereto colorato, baccam rotundam occultante.

Ph. Alkekengi *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 97. *n.* 261.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 627.- Alkekengi officinarum *H. Rom. t.* 2. *tab.* 65.

In umbrosis sepibus, scobribus fraequens. *Villa Borghese*, *Villa Madama* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albidi.

Vulgo. *Alchechengi*, *Alicacabo.*

Usus. Herba et Baccae diureticae sunt et subacidae, ideo in arthritide, in hydrope, aliisque hujus generis morbis olim adhibitae, sed nunc fere dissuetae.

ATROPA.

434. Belladonna *L. Sp. Pl. p.* 260. Pubescens. Caule herbaceo ramoso-trichotomo: foliis petiolatis ovatis integerrimis geminatis solitarisve: pedunculis 5-floris nutantibus: calycis laciniis, in fructu, stellato-patentibus: bacca globosa depressa, maturitate atrata.

A. Belladonna *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 27. *n.* 260.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 624.- Belladonna majoribus foliis et floribus *H. Rom. t.* 2. *tab.* 3.

In montium sylvis. Abbunde in *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Junio. Flores obscure purpurei.

Vulgo. *Belladonna.*

Usus. Planta omnibus in partibus venenata, at praesertim in foliis, a quibus Chimici Atropinam duxerunt, in qua vires summopere letales inventae fuerunt. Controstimolans, narcotica, sedativa a medicis praedicatur; in pupillam oculorum peculiariter agit, eam dilatans, et immobilem reddens; caute et parce hadibenda: in medicina externa minus periculosa.

MANDRAGORA.

435. *vernalis* *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 618. Acaulis. Foliis late-ovatis in petiolum attenuatis, primis obtusissimis, reliquis acutis: scapis intrafoliaceis 4-floris: corolla campanulata, calyci sublongiore: bacca globosa obtusa, calycem superante, maturitate lutea.

In pratis uliginosis Umbriae secus Nursiam.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores albo-virentes tandem leviter coerulei.

Vulgo. *Mandragora maschia.*

436. *Officinarum* *L. Sp. Pl. ed.* 1. *p.* 181. Acaulis. Foliis ovatis in petiolum productis, primis obtusis, reliquis acutis: scapis 1-floris intrafoliaceis corolla campanulata, calyce triplo longiore: bacca oblonga obtusa, longitudine calycis maturitate luteo-rufa.

M. Officinarum *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 620. M. foemina flore coeruleo. *Barrel. Ic.* 29.- M. Foliis asperis, fructu parvo ovato acuminato, floribus violaceis *Fl. Rom. t.* 1. *tab.* 2.

In sylvaticis montium. *Monte Lucretile.*

Perenn. Flòr. Autumno, et quandoque etiam Aprili. Flores pallide violacei.

Vulgo. *Mandragora femmina.*

Usus. Radix utriusque speciei magna fusiformis, perpendiculariter descendens, simplex vel ramosa, ramis etiam fusiformibus et perpendicularibus, corpus hominis quodamodo refert. In *M. vernali* extus sordide alba, intus prorsus alba: in *M. Officinali* mole quidquam minor, extus nigrigans, intus alba est, et in veteri medicina quam saepissime usurpabatur. Ad somnum conciliandum, ad dolores fugandos, ad emeto-chatarsim promovendam, ad tumores resolvendos, ad menstruales fluxus reducendos, et ad venenatos animalium morsus medendos praedicabatur. Vis ejus venenata, cum fraequentissime multum mali in organismo intulerit, a materia medica citius eliminata. De radicibus harum plantarum ab empiricis et circulatoribus fabulae plurimae et singulares evulgatae sunt, quae, per ora credentium, et muliercularum adhuc circulant.

LYCIUM.

437. *europaeum* *L. Sp. Pl. p* 192. Erectum, valide spinosum. Ramis patulis apice spinescentibus: foliis lanceolato-spathulatis, obtusis: floribus erectis: calycibus 5-dentatis: filamentis imberbibus: bacca subrotunda. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 639.

L. europaeum *Fior. Giorn. Arch. t.* 12. *anno* 1823. *p.* 161. Spina sancta *Columm. Ecphr. p.* 38.

In sylvis et sepibus mare versus. *Ostia, Terracina* etc.

Frutex. Flor. Majo-Junio, Flores violacei.

438. BARBARUM *L. Syst. Veg. p.* 190. Ramis angulatis simplicibus dependentibus: gemmis subspinescentibus: foliis lanceolatis vix in petiolum attenuatis: calyce 3-5-lobo: staminibus, limbo corollae aequalibus: bacca ovato-globosa *Sang. Cent. tres p.* 39. *n.* 80.

Ad sepes ab occidente Urbis, nec non in Urbe ipsa.

Frutex. Flor. Autumno. Flores violacei.

Obs. Species a China adlata, nunc sponte inter nos provenit.

CALYSTEGIA.

439. SOLDANELLA *Brown. Prod. p.* 483. Radice repente: caulibus procumbentibus elongatis parce ramosis: foliis reniformibus integerrimis rarius subangulatis: pedunculis axillaribus solitariis 1-floris tetragonis: bracteis late-ovatis oppositis concavis reticulato-venosis: calyce in fructu accreto: capsula majuscula globosa obtusa, calyce breviore.

Convolvolus Soldanella *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 99. *n.* 271.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 451.– C. nostras rotundifolius *Il. Rom. t.* 2. *tab.* 20.

In maritimis frequens. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores incarnati.

440. SEPIUM *Brown. Prod. p.* 483. Radice late repente: caule volubili: foliis sagittatis hastatisque, auriculis truncatis: pedunculis tetragonis axillaribus, folio brevioribus 1-floris: bracteis cordato-ovatis parallelis capsula globosa obtusa obscure trigona, vel tetragona, calycem aequante.

Convolvolus sepium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 98. *n.* 265.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 436.

In sepibus subhumidis communis.

Perenn. Flor. Majo. Flores candidi.

Vulgo. *Campanelle.*

441. SYLVESTRIS *Röem. et Schult. S. Veg. t.* 1. *p.* 603. Radice late repente: caule alte scandente: foliis cordato-ovatis sagittatis, auriculis truncato-angulatis: pedunculis 1-floris: bracteis inflato-ventricosis, lateribus invicem superincumbentibus: capsula calycem superante.

Convolvolus sylvestris *Sang. Cent.* 3. *p.* 31. *n.* 63.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 438.

β lucanus. Bracteis carinatis non ventricosis acutis: foliis et corollae tubo angustioribus.

In sepibus passim etiam varietas.

Perenn. Flor. aestate. Flores albi.

Vulgo. *Campanelle.*

CONVOLVOLUS.

442. ARVENSIS *L. Sp. Pl p.* 218. Radice profunda repente: caule solitario vel multiplici prostrato volubili simplici vel ramoso subangulato: foliis sagittatis, auriculis acutis: pedunculis axillaribus solitariis elongatis 1–3–floris: bracteis minutis linearibus, sub quoque pedicello: capsula ovoidea subangulata, apice acuminata, calyci subaequale.

C. arvensis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 37. *n.* 67.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 98. *n.* 266.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 434.- C. minus, angusto, auriculato folio *Bocc. Mus. p.* 44. *tab.* 33. et C. minimus angusto, brevi, subrotundo folio *l. c.*

In arvis, plateis passim.

Perenn. Flor. Majo ad aestatem. Flores albi extus purpurascentes.

Vulgo. *Carregiala, Villucchio.*

443. ALTHEOIDES *L. Sp. Pl. p.* 222. Pilis patentibus hirsutus. Caule procumbente tereti–striato flexuoso vel volubili: foliis radicalibus cordato-ovatis repando-dentatis, caulinis pedatis, segmentis grosse et irregulariter dentatis: pedunculis solitariis axillaribus elongatis, plerumque 3-floris: bracteis elongatis lineari–angustatis, infra pedicellos, vel floribus solitariis, remotis: capsula oblongo-acuminata, longitudine calycis.

C. altheoides *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 439.- C. hirsutus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 98. *n.* 269.- C. non argenteus folio Altheae *Bocc. Recher. et observ. nat. p.* 191.- C. peregrinus, foliis Alceae et Bryoniae Americanae in eadem planta, floribus suaverubentibus, umbilico candido, et radiis roseis pictis *H. Rom. t.* 1. *tab.* 19.

In marginibus agrorum mare versus copiose. *A Ponte Galera, intorno Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

444. TENUISSIMUS *Sibt. et Smith. Fl. Graec. prod. t.* 2. *p.* 134. Sericeo-argenteus. Caule tenui prostrato volubili vel flexuoso, foliis inferioribus cordato-oblongis crenato-dentatis successivis lobato–dentatis incisisve, superioribus pedatis, laciniis linearibus subintegerrimis: pedunculis elongatis diva-

ricatis 1-floris: bracteis lineari elongatis a floribus remotis: capsula oblongo-acuminata, calycem vix superante.

C. tenuissimus *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 421.- C. altheoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 98. *n.* 268. C. betonicae altheaeque foliis argenteus fl. purp. *Barrel. Ic.* 312.- C. argenteus, folio Altheae *Bocc. Recher. et observ. p.* 191.

In maritimis, pascuis, collibus. *Terracina*, *Ostia*, *Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

445. SICULUS *L. Sp. Pl. p* 223. Puberulus. Radice ramosa flexuosa repente: caule tereti procumbente simplici ramosoque: foliis cordato-ovatis acutis alternis, inferioribus longe-petiolatis: pedunculis solitariis axillaribus 1-floris folio brevioribus: bracteis lanceolato-linearibus patentibus flori proximis: capsula globosa, calyce vix longiore.

C. siculus *Fior. Gior. de'lett. di Pisa anno* 1828. *t.* 17. *p.* 6.- *Bert Fl. It. t.* 2. *p.* 563.- C. siculus minor, flore parvo, auriculato *Bocc. Pl. Sic. p.* 89. *tab.* 48.

In marginibus montium mare proximis. *Terracina.*

Ann. Flor. Majo. Flores rosei.

446. CANTABRICA *L. Sp. Pl. p.* 225. Patenti-pilosa. Caule tereti, ut plurimum erecto, superius ramoso: foliis radicalibus oblongo-spathulatis, caulinis acutis obverse lanceolatis, omnibus nervoso-venosis: pedunculis solitariis, folio multo-longioribus: floribus corymbosis quandoque solitariis: bracteis lanceolato-linearibus statim sub flore: capsula subglobosa, calyce breviore.

C. Cantabrica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 98. *n.* 267.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 448.

In arvis siccioribus, collibus abbunde.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

447. MEONANTHUS *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 4. *p.* 289. Villosus. Caule simplici ascendente: foliis lanceolatis, superioribus sessilibus acutis: pedunculis axillaribus solitariis 1-floris in anthesi cernuis: bracteis minusculis lineari-acuminatis flori proximis: capsula oblongo-acuminata, calycem superante.

C. meonanthus *Bert. Fl It. t.* 2. *p.* 451.- C. tricolor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 98. *n.* 270.

In agris Cornetanis secus *le Allumiere.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores fundo flavi, medio albi, disco pulchre coerulei.

Usus. Convolvoli et Calystegiae gaudent succo drastico praesertim in

radicibus, succo C. Scamoniae admodum affini, in usu medico jam usurpato, et speciatim a radicibus Calystegiae sepium, et Convolvoli Soldanellae educto.

VINCA.

448. *minor* *L. Sp. Pl. p.* 304. Caule caespitoso, surculis sterilibus reclinatis, floriferis suberectis: foliis oppositis sempervirentibus ovato-lanceolatis margine glabris: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis, laciniis calycinis lanceolatis nudis: corollae segmentis truncatis.

V. minor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 99. *n.* 273.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 747.- Pervinca vulgaris angustifolia, flore coeruleo *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 95.

In nemoribus ad sepes frequens prope Urbem. *Villa Borghese, Pamfili, Monte Mario* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores coerulei.

Vulgo. *Vinca pervinca, Fiore di morto.*

Usus. Herba olim a credulo vulgo plurimis in morbis praedicata, nunc fere obsoleta. Uti repellens et adstringens in materia medica Linnaeus enumerat. Modo in gutturis affectionibus pro gargarismata aliquoties usurpatur. Folia procul dubio adstringentia sunt, nam ad corios parandos valent.

449. *major* *L. Sp. Pl. p.* 304. Caule caespitoso, surculis sterilibus reclinatis, floriferis suberectis: foliis sub-cordato ovatis, margine nervisque ciliatis: floribus axillaribus solitariis, folio longioribus: laciniis calycinis lineari-setaceis ciliatis: corollae segmentis truncatis.

V. major *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 99. *n.* 272.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 749.– Pervinca vulgaris latifolia flore coeruleo *H. Rom. t.* 2. *tab.* 94.

In montium elatiorum sylvis. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Aprili–Majo. Flores coeruleo-violacei.

Vulgo uti praecedens.

450. *acutiflora* *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 751. Caule caespitoso, surculis sterilibus reclinatis, floriferis suberectis: foliis ovatis, utrinque angustatis margine glabris: floribus axillaribus solitariis: pedunculis folio brevioribus: laciniis calycinis anguste linearibus nudis: corollae segmentis oblique ovato-acuminatis.

Ad sepes et in umbrosis sylvarum prope Urbem.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores coerulei.

Vulgo uti praecedentes.

Obs. Species cum affini V. majori huc usque confusa; firmis tamen caracteribus certe distinta, ut in peculiarem speciem cum clarissimo Bertolonio ab omnibus recipienda sit.

CAMPANULA.

451. *rotundifolia* *L. Sp. Pl. p.* 232. Caule angulato simplici quandoque ramoso: foliis radicalibus longe petiolatis subrotundis vel cordato-reniformibus, caulinis lanceolato-linearibus, superioribus sessilibus linearibus: floribus spicato-racemosis, raro solitariis, laciniis calycinis lineari-filiformibus; corolla turbinato-campanulata: capsula, foraminibus tribus, superius dehiscente.

C rotundifolia *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 463.- C. alpina minima foliolis Linéariae ad caulem stipatis *Bocc. Mus. di Piant. p.* 143. , et C. alpina caule folioso *l. c. tab.* 103.

In Umbriae alpestribus. *Infernaccio di S. Leonardo.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores coeruleo-violacei.

452. *linifolia* *Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 2. *p.* 893. Pubescens. Caule simpliciusculo incurvo: foliis imis longe petiolatis ovato-cordatis serratis, caulinis lineari-lanceolatis, summis lineari-attenuatis subintegerrimis: floribus sub solitariis: laciniis calycinis lineari-subulatis, corolla turbinato-campanulata, nunc dimidio brevioribus, nunc subaequalibus: capsula foraminibus tribus superius dehiscente.

C. linifolia *Sang. Cent.* 3. *p.* 32. *n.* 66.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 467.

β glabra. Tota glabra.

C. Scheuzeri glabra *Sang. l. c.* - *Bert. l. c.* - C. montana minor angustifolio. *Barrel. Pl. per Gall. etc. p.* 9. *n* 87. *et Ic. p.* 487.

In sylvaticis montium elatiorum. *Sulla Serra S. Antonio.* *β* in Umbriae montibus *a Pietralata.*

Perenn. Flor. Julio. Flores coerulei.

453. *Rapunculus* *L. Sp. Pl. p.* 252. Caule erecto angulato inferius hirsuto: foliis crenato-undulatis pubescenti-scabris, radicalibus oblongis obtusis petiolatis, caulinis lanceolato-oblongis: floribus racemosis, racemo elongato simplici ramosoque: laciniis calycinis lineari-filiformibus: corolla turbinato-campanulata: capsula foraminibus tribus superius dehiscente.

C. Rapunculus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 100. *n.* 277.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 470.- C. radice esculenta, flore coeruleo *H. Rom. t.* 1. *tab.* 74.- Erinus *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 102.

In arvis, marginibus sylvaticis ubique.

Bienn. Fl. Majo-Junio. Flores coerulei.

Usus. Ante efflorescentiam, idest vere, radix succo lactiginoso repleta est, et in acetariis adhibetur cruda vel cocta sub nomine *Raponzoli.*

454. *persicifolia* *L. Sp. Pl. p.* 164. Glabra. Caule erecto, ramis strictis: foliis sessilibus remote dentatis, radicalibus oblongo-spathulatis, caulinis lanceolato-linearibus elongatis: floribus terminalibus laxe racemosis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus, corolla late turbinato-campanulata, dimidio brevioribus: capsula foraminibus tribus apice dehiscente.

C. persicifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 100. *n.* 279.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 471.- Rapuntium sive Erinus magno flore. *Columm. Ecphr. p.* 23. *fig. p.* 24.

In saxosis montanis subapenninis. *Monte Gennaro*, *Monte Calvo presso Subiaco* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores coerulei, interdum candidi.

455. *latifolia* *L. Sp. Pl. p.* 233. Subpubescens. Caule terete striato simplicissimo: foliis ovato-acutis in petiolum attenuatis duplicato-dentatis: racemis terminalibus: laciniis calycinis subserrulato-ciliatis, corolla late campaniformi, brevioribus: capsula foraminibus tribus inferne dehiscente.

C. latifolia *Sang. Cent. tres p.* 32. *n.* 64.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 480.-

In Umbriae montibus. *A Valle Canetra presso Castelluccio.*

Perenn. Flor. Junio. Flores coeruleo-violacei.

456. *bononiensis* *L. Sp. Pl. p.* 304. Villosa. Caule erecto: foliis inferioribus cordato-ovatis longe petiolatis, superioribus oblongo-lanceolatis sessilibus, omnibus crenatis: panicula racemosa terminali: floribus sparsis cernuis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus acutis, corolla late infundibuliformi, duplo brevioribus: capsula foraminibus tribus inferne dehiscente.

C. bononiensis *Sang. Cent. tres p.* 32. *n.* 65.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 483.

In montibus prope Interamnam.

Perenn. Flor. Junio. Flores coerulei.

457. *Trachelium* *L. Sp. Pl. p.* 235. Piloso-hispida, setis incurvis. Caule erecto-angulato leniter flexuoso: foliis, petiolatis duplicato-serratis, inferioribus cordato-ovatis acuminatis, superioribus oblongo-lanceolatis: racemo composito terminali interrupto, racemulis sub-3-floris: laciniis calycinis lanceolato-acuminatis, corolla campanulata, duplo brevioribus: capsula foraminibus tribus basi dehiscente.

C. Trachelium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 100. *n.* 278.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 486.

In sylvaticis etiam montanis ad sepes. *Roma, Monte Gennaro, Valle Canetra presso Castelluccio.*

Perenn. Flor. Julio-Septembri. Flores coeruleo-violacei.

458. GRAMINIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 234. Molliter villosa. Caule decumbente: foliis sessilibus lineari-acuminatis: floribus capitatis involucratis, involucri foliolis ovato-cuspidatis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus acuminatis, sinubus auriculatis, corolla campanulata, triplo brevioribus: capsula foraminibus basi dehiscente.

C. graminifolia *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 488. - Trachelium Tragopogifolio montanum. *Column. Phyt. ed. Neap. p.* 25.

In apricis montium apenninorum. *Monte de' Fiori.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coeruleo-violacei.

459. SPICATA *L. Sp. Pl. p.* 234. Hirta. Caule simplici erecto, superius quandoque ramoso: foliis undulato-crispis, superioribus lanceolatis, basi dilatata sessilibus, inferioribus ovato-lanceolatis in petiolum longum contractis: floribus, in spica terminali subinterrupta, bracteis cordatis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus acutis, corolla tubuloso-campanulata duplo vel triplo brevioribus: capsula abbreviata, foraminibus apice dehiscente.

C. spicata *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 491.

In sylvaticis montium Umbriae. *Falde del Vettore*, et prope Asculum. *All' Acqua Santa.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei.

460. GLOMERATA *L. Sp. Pl. p.* 235. Pilis subhirsutis scabra: caule simplici subangulato: foliis serrulatis, inferioribus petiolatis oblongo-lanceolatis, caulinis sessilibus oblongo-cordatis semiamplexicaulibus: floribus fasciculatis involucratis, fasciculis terminalibus lateralibusque: bracteis involucri cordato-ovatis acutis, geminis cujusque floris oblongatis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus subinflexis: corolla turbinato-campanulata: capsula, foraminibus tribus, inferne dehiscente.

C. glomerata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 101. *n.* 281.- *Bert Fl. It. t.* 2. *p.* 495.- Rapunculus sylvaticus coeruleus umbellatus *Barrel. Ic.* 523. *fig.* 3.- Trachelium oblongo folio alpinum *Bocc. Mus. p.* 70. *tab.* 76.- Rapunculus Scabiosae capitulo coeruleo. *Hort. Rom. t.* 1. *p* 76.

In montosis aridis *Monte Gennaro, Monti Sabini*, et in Umbriae apennino.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei.

461. FOLIOSA *Röem. et Schult. Syst. t.* 5. *p.* 126. Subpilosa. Caule simplici ascendente subangulato: foliis duplicato-serratis, radicalibus et inferioribus abbreviatis ovato-subcordatis longissime petiolato-alatis, superioribus

ovatis in petiolum alatum ascendendo breviorem productis: capitulo terminali multifloro, bracteis foliaceis ovato-oblongis involucrantibus, sub breviore: laciniis calycinis lineari-angustissimis , corolla tubuloso-campanulata , duplo triploque brevioribus: capsula foraminibus tribus apice dehiscente.

C. foliosa *Bert. Fl. It. t.* 2. *p*. 499.

In pratis alpinis. *Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores coerulei.

462. SIBIRICA *L. Sp. Pl. p.* 236. Pilis hirsutis scabra. Caule ascendente quandoque ramoso: foliis crenatis, radicalibus caespitosis petiolatis oblongo-spathulatis, superioribus sessilibus lanceolatis: floribus paniculatis cernuis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus acuminatis, corolla campanulata quadruplo etiam brevioribus, auriculis ovato-lanceolatis deflexis: capsula 3-valvis , valvis inferius dehiscentibus.

C. sibirica *Bert. Fl. It.t.* 2. *p.* 507.

In rupibus prope Asculum.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores violacei.

463. *Erinus L. Sp. Pl. p.* 240. Hispida. Caule dichotome-ramoso: foliis profunde remoteque serratis, inferioribus alternis cuneato-ovatis, superioribus oppositis ovato-oblongis: floribus solitariis axillaribus terminalibusque: laciniis calycinis lanceolato-acuminatis, corollam tubuloso-campanulatam , subaequantibus: capsula trivalvi inferne dehiscente.

464. C. Erinus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 32. *n.* 45. – *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 101. *n.* 282.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 510.- Erini, sive Rapunculi minimum genus *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 29. et Erinus *Columm. l. c.*

Ad muros et in marginibus viarum obvia.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flores pallide coerulei.

465. FRAGILIS *Scow. Prosp. in Gior. di Conf. e Brugn. t.* 7. *p.* 28. Glabra. Radice fusiformi: caule angulato brevi decumbente vel erecto: foliis petiolatis crassiusculis inaequaliter dentatis, inferioribus reniformibus, superioribus ovatis: racemo terminali paucifloro: laciniis calycinis lanceolato-linearibus , corolla campanulato-scutellata, parum brevioribus: capsula, foraminibus tribus, inferne dehiscente.

C. fragilis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 513.- C. diffusa *Fior. in Gior. Arch. t.* 18. *p.* 162.- C. rotundifolia Caetana longius radicata *Bocc. Pl. Sic. p.* 54. *tab.* 27.

In rupibus secus mare. *Terracina.*

Perenn. Flor. Junio. Flores coeruleo-violacei.

466. GARGANICA *Ten. Fl. Nap. t.* 3. *p.* 203. Molliter pubescens. Caule caespitoso procumbente: foliis petiolatis inaequaliter dentatis, inferioribus reniformibus, superioribus subcordato-ovatis: floribus solitariis axillaribus, pedunculis filiformibus: laciniis calycinis angustissimis erecto-patulis, corolla scutellato-patenti sub-5-partita, paulo brevioribus: capsula 5-loculari, foraminibus inferne dehiscente.

C. garganica *Bert. Fl. It.t.* 2. *p.* 515.

In rupe montis Trinitatis *di Valle Pietra* secus Sacellum.

Perenn. Flor. Junio. Flores venusti pallide-coerulei.

SPECULARIA.

467. *SPECULUM Alph. DC. Mon. Camp. p.* 346. Subpubescens. Caule ramoso, ramis patulis: foliis subcrenatis, inferioribus obovato-spathulatis, superioribus sessilibus oblongis: pedunculis axillaribus sub-3-floris: tubo calycino trigono elongato, superius constricto, laciniis linearibus patentibus demum reflexis, longitudine corollae.

Prismatocarpus speculum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 101. *n.* 284.- Campanula Speculum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 520.

γ pubescens. *Alph. DC.* Incano-pubescens, caule erecto, capsulis majoribus.

Prismatocarpus hirtus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 101. *n.* 284.- Campanula Speculum β *Bert. l. c.*

In marginibus agrorum et inter segetes etiam varietas frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores purpureo-violacei, fauce albo-viridula.

Vulgo. *Specchio di Venere.*

468. HYBRIDA *Alph. DC. Mon. Camp.* 349. Pilosiuscula. Caule erecto simpliciusculo: foliis obtusi repando-undulatis inferioribus spathulatis, superioribus sessilibus semiamplexicaulibus ovato-oblongis: pedunculis solitariis axillaribus 1-floris: tubo calycino obtuse trigono, superius constricto, laciniis lanceolato-acuminatis erecto-patulis, corolla sublongioribus.

Prismatocarpus hybridus. *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 101. *n.* 285.- Campanula hybrida *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 522.

In segetibus frequens.

Vulgo. *Specchio di Venere.*

469. FALCATA *Alph. DC. Mon. Camp. p.* 345. Glabra. Caule simplici rarius ramoso: foliis crenatis, inferioribus spathulatis, superioribus sessilibus ovato-oblongis acutis: floribus sessilibus axillaribus solitariis spicatis, inferio-

ribus remotis: tubo calycino cylindrico sulcato elongato, laciniis calycinis lanceolato-linearibus, corolla multo longioribus, tandem falcatis.

Prismatocarpus falcatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 103. *n.* 286.- Campanula falcata. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 523.

In umbrosis montanis ad sepes. *Albano Frascati* etc.

Ann. Fl. Majo. Flores coerulei.

TRACHELIUM.

470. COERULEUM *L. Sp. Pl. p.* 243. Caule erecto ramoso: foliis ovatis duplicato-serratis: corymbo terminali composito: floribus bracteatis

T. coeruleum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 102. *n.* 287.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 550.– T. azzureum umbelliferum *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 14. – Valeriana coerulea urticaefolio *Barrel. Ic.* 683.

Ad muros antiquos et humidos, et praesertim ad moenia Urbis.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores fusco-coerulei.

PHYTEUMA.

471. HEMISPHERICA *L. Sp. Pl. p.* 241. Caule erecto subpollicari glabro: foliis radicalibus caespitosis lanceolato-linearibus integris, in petiolum longum angustatis, caulinis solitariis sessilibus linearibus remotiusculis: involucri foliolis subcordato-ovatis acuminatis ciliatis, floribus brevioribus: stylo quandoque erecto, apice piloso.

Ph. hemispherica *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 532.- Rapunculus montanus gramineus corniculatus *Barr. Ic.* 523. *f.* 1.– Rapuntium alterum angustifolium alpinum *Colum. Ecphr. p.* 23. et R. angustifolium *p.* 26. *fig.*

In alpestribus Piceni, et Umbriae. *Sasso Borghese*, et *Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores saturate coerulei.

472. ORBICULARIS *L. Sp. Pl. p.* 262. Caule erecto 2-3-pollicari, pedali glabro: foliis crenatis, radicalibus cordato-ovatis oblongisve in petiolum longum subalatum productis, caulinis lanceolatis sessilibus remotis: capitulo terminali subrotundo: involucri foliolis ovatis vel oblongis crenatis, floribus brevioribus: stylo jamdudum exerto piloso.

Ph. orbicularis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 535.- Rapunculus corniculatus coeruleus minimus *Barr. Ic.* 525. et R. corniculatus coeruleus montanus major Italicus *Ic.* 526 - Rapuntium montanum rarius corniculatum *Columm. Ecphr. p.* 223. et R. corniculatum montanum *pag.* 224. *fig.*

In subalpinis Piceni. *Camerino al Sasso Borghese.*

Perenn. Flor. Augusto. Flores saturate coerulei.

JASIONE.

473. *montana* *L. Sp. Pl. p.* 137. Scabro-hirsuta. Caule erecto: foliis undulato-crispis subcrenatis, radicalibus spathulatis obtusis, caulinis sparsis lato-linearibus: capitulis longissime pedunculatis.

J. montanana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 102. *n.* 288.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 526 - Rapuntium montanum capitatum leptophyllon *Colum. Ecphr. p.* 227. et R. alterum leptophyllum capitatum *p.* 226.

Ad oras nemorum commune prope Urbem.

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flores coerulei.

Vulgo. *Vedovine.*

LONICERA.

474. *Caprifolium* *L. Sp. Pl. p.* 246. Glabra. Caule sarmentoso scandente: foliis deciduis obovatis, inferioribus distinctis, superioribus connato-perfoliatis, ultimis flores involucrantibus: floribus sessilibus subsenis in verticillo unico terminali: baccis distinctis.

L. Caprifolium *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 53. *n.* 139.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 102. *n.* 289.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 556.

In sylvis montium Latii, et Picaeni, nec non in Urbe ipsa uti *in Amph. Flavio.*

Frut. Flor. Aprili–Majo. Flores suaveolentes, tubo intensae roseo, labio luteo-albo, extus subroseo.

Vulgo. *Abbracciabosco, Madreselva.*

475. *etrusca* *Spr. Syst. Veg. t.* 1. *p.* 757. Caule sarmentoso robusto alte scandente: foliis deciduis glaucis, subtus pubescentibus subrotundis, inferioribus petiolatis: floribus pedunculatis subternis in capitulo terminali.

L. etrusca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 102. *n.* 290.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 558.

In sylvaticis frequens.

Frut. Flor. Majo-Junio. Flores graviter olentes flavi, tubo rubello.

Vulgo uti praecedens.

476. *implexa* *Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 984. Caule suborgiali ramosissimo, ramis implexis: foliis perennantibus, tandem coriaceis glabris, subtus intense glaucis, inferioribus oblongis sessilibus distinctis, reliquis connato-perfoliatis acuminatis, mediis, basi cordata, subellipticis, terminalibus lato-triangulis, simul sumptis, connato-perfoliatis: floribus verticillatis in axillis foliorum terminalium: baccis distinctis.

L. implexa *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 559.- L. balearica. *Fior. in Giorn. de'lett. di Pisa t.* 17. *p.* 115.

In sylvaticis non infrequens. *Ostia, Fiumicino, Terracina, Monte Mario* etc.

Frut. Flor. Majo. Flores albidi, extus rosei.

Vulgo uti praecedens.

Obs. In herbario Mauriano sub uno nomine *L. Caprifoliae*, tam *L. Caprifolium*, quam *L. implexam* inventae sunt: hac fortasse de causa Clarissimus Bertolonius, qui familiariter cum Maurio egit , synonimon *L. Caprifolium Fl. Rom. Prod.* suae *L. implexae* fecit.

477. *Xylosteum L. Sp. Pl. p.* 248. Pubescens. Caule suborgyali erecto ramoso: foliis oppositis breviter petiolatis ovatis acutiusculis integerrimis: pedunculis solitariis axillaribus 2-floris: floribus bracteatis ut plurimum secundis: bracteis geminis linearibus patentibus glandulosis , ovarium subaequantibus: baccis basi connatis.

L. Xylosteum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 564.- Caprifolium erectum minus Xylostei Dodenaei species *Barrel. Ic.* 511.

In sylvis alpinis Umbriae et Piceni. *Valle Canetra, Castelluccio di Norcia* etc.

Frut. Flor. Majo. Flores albi.

478. *alpigena L. Sp. Pl. p.* 248. Caule sub-4-pedali erecto, ramis patentibus: foliis oppositis petiolatis ovato-oblongis acuminatis integerrimis ciliatis, supra glabris, subtus, et praesertim ad nervos, pubescentibus: pedunculis solitariis axillaribus elongatis 2-floris bracteatis: bracteis ovarium superantibus: baccis binis in unam apice tantum distinctam, connatis.

L. alpigena *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 565.

In apenninorum sylvis. *Valle Canetra.*

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores pallide rosei.

RHAMNUS.

479. *catharticus L. Sp. Pl. p.* 289. Caule erecto spinescente: foliis ellipticis ovatisve pubescentibus denticulatis apice acuminatis insigniter nervosis, nervis ad marginem convergentibus: floribus axillaribus fasciculatis polygamis: calycis semiliberi limbo 4-fido: baccis 4-locularibus 4-spermis.

R. catharticus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 103 *n.* 292.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 650.

In montium sylvis frequens.

Arbusc. Flor. Aprili. Flores albo-virescentes.

Vulgo. *Spino merlo, Spincervino.*

Usus. E baccis exiccatis et Allumine coctis, ope Potassae, terra elicitur, quae pro maturitate baccarum colore variat. Nam cum baccae adhuc immaturae, terram luteam, in arte tinctoria sub nomine *Giallo santo*; ad maturitatem vergentes, scilicet cum nigrescant, terram lete viridem *Verde vescica* dictam; prorsus maturae terram purpuream, suppeditant. Baccarum succus catharticus est, ideo in Arthritide, Cachexia aliisque hujus generis morbis perutilis, nunc raro usurpatur. Lignum ad opera-tornata optimum.

480. SAXATILIS *L. Sp. Pl. p.* 1761. Caule prostrato ramoso, ramis divaricatis spinescentibus: foliis minusculis ovato-cuneatis crebre serrulatis, serraturis glandulosis nervoso-venosis, nervis ad marginem evanidis: fasciculis axillaribus paucifloris: floribus monoicis: calycis semiliberi laciniis lanceolatis 4-fidis: baccis 2-3-locularibus 2-3-spermis.

R. saxatilis. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 654.

In montium apenninorum rupibus secus *Camerino.*

Frut. Flor. Aprili-Majo. Flores viridi-luteoli.

481. ALPINUS *L. Sp. Pl. p.* 280. Caule inermi erecto-tortuoso: foliis subcordatis late ovatis nervoso-venosis, nervis parallelis, venis reticulatis: floribus fasciculatis axillaribus polygamo-dioicis: calycis liberi 4-fidi, laciniis ovatis, petala apice 2-fida, superantibus: baccis 2-3-locularibus, 2-3-spermis.

R. alpinus *Sang. Cent. tres p.* 23. *n.* 68.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 657.

In sylvaticis et dumetis subalpinis Umbriae.

Arbusc. Flor. Junio. Flores rubentes.

482. FRANGULA *L. Sp. Pl. p.* 280. Caule erecto, ramis patulis: foliis ovato-ellipticis integris quandoque leviter undulatis, obtusis acuminatisve, nervoso-venosis, nervis parallelis ad marginem arcuato-confluentibus: floribus axillaribus fasciculatis hermaphroditis: calycis semiliberi laciniis 4-fidis ovato-lanceolatis: baccis 2-3-locularibus, 2-3-spermis.

R. Frangula *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 658.

In sylvaticis alpinis Piceni secus Asculum.

Arbus. Flor. Aprili-Majo. Flores albidi.

Vulgo. *Frangola.*

Usus. Corticis infusum vehementer purgat, ideo in Hidrope et Cachexia quandoque valuit; quae vis etiam in baccis inest.

483. PUMILUS. *L. Mant. p.* 49. Caule prostrato tortuoso, ramis congestis: foliis ovato-subrotundis nervoso-venosis, nervis parallelis ad marginem invicem connexis, crenatis, crenis inaequalibus glandulosis: floribus axillaribus fasciculatis monoico-diclyniis: calycis 4-fidi liberi, laciniis ovatis vel ovato acutis tandem deciduis: baccis 2-3-locularibus 2-3-spermis.

R. pumilus *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 660.

In sylvaticis elatiorum montium Umbriae et Piceni. *Monte de'Fiori* etc.

Frut. Flor. Majo. Flores luteoli.

484. ALATERNUS *L. Sp. Pl. p.* 281. Caule erecto, ramis patulis: foliis coriaceis sempervirentibus ovato-lanceolatis acutis, nervo centrali tantum conspicuo, venosis: racemis axillaribus solitariis: floribus dioicis vel polygamis: calycis semiliberi, laciniis 5-fidis ovato-acutis: baccis 3-locularibus 3-spermis.

R. Alaternus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 67. *n.* 195.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 103. *n.* 293.- *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 662.

In sylvaticis, sepibus, muris vetustis communis.

Arbusc. Flor. Februario-Martio. Flores luteo-virides.

Vulgo. *Alaterno, Linterno, Legno puzzo.*

ZIZYPHUS.

485. VULGARIS *Wild. Sp. Pl. t.* 1. *p.* 2. *p.* 1105. Caule erecto, ramis patentibus flexuosis: foliis ovato-oblongis retusis venosis insigniter 3-nervis, margine crenulatis: aculeis stipularibus geminis, altero recurvo: calycibus pilosis: drupa oblonga.

Z. vulgaris *Maur. Cent.* 13. *p.* 13.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 664.

In dumetis ad margines viarum et in sepibus frequens.

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores flaventes.

Vulgo. *Zizolo salvatico.* Fructus edulis sub nomine *Giuggiole*, *Genzole.*

Usus. Baccis maturis decoctio fit, quae in tussibus perutilis, ob virtutem emulcentem et expectorantem; item saccaro, et gummi arabico pasta confiicitur in officinis de Jujuba dicta.

EVONYMUS.

486. EUROPAEUS *L. Sp. Pl. p.* 286. Caule ramoso, ramis tetragonis laevibus oppositis: foliis ovato-lanceolatis acuminatis, irregulariter dentatis: pedunculis solitariis subcymosis, pedicellis 1-floris: floribus saepius tetrandris 4-fidis: petalis oblongis, calyce longioribus: capsulis depressis 4-lobis obtusis.

E. europaeus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 44. *n.* 99.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 103. *n.* 291.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 670.

Ad sepes in sylvaticis communis.

Frut. Flor. Aprili. Flores albo-virides.

Vulgo. *Fusaggine, Barretta da Prete.*

Usus. Lignum ad Fusos conficendos utitur, unde nomen vulgare, ab ipso Carbo elicitur pro arte pyrotecnica; baccae in pulverem redactae ad Pediculos necandos valent, et drasticum periculosum praebent.

487. LATIFOLIUS *Wild. Sp. Pl. t. 1. p. 2. p.* 1131. Caule ramoso, ramis levibus divaricatis: foliis late ovato-oblongis acuminatis argute serratis: pedunculis solitariis axillaribus elongatis subcymosis erectis, in fructu pendulis: floribus tetrandris 4-fidis: petalis ovatis acutis, calyce longioribus: capsulis majusculis 4-fidis, lobis acute carinatis.

E. latifolius *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 672.

In sylvaticis montium elatiorum. *Monte de' Fiori* in Piceno.

Frut. Flor. Majo. Flores purpureo-rubelli.

Vulgo. *Fusaggine maggiore.*

VITIS.

488. VINIFERA *L. Sp. Pl. p.* 293. Foliis palmato-lobatis sinuatis nudis vel subtomentosis.

V. vinifera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 103. *n.* 294.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 674.

Ad sepes in umbrosis.

Frut. Flor. Aprili. Flores albo-subvirides olentes.

Vulgo. *Ciambrusco, Vite selvatica.*

Usus. In aeconomicis et medicis planta sat nota.

VIOLA.

489. HIRTA *L. Sp. Pl. p.* 1324. Hirsuta acaulis. Radice late ramoso-fibrosa, collo elongato cicatricoso stolonifero, stolonibus arhizis: foliis crenatis, primis obtusis cordato-reniformibus, caeteris cordato-oblongis: stipulis solitariis lanceolatis submembranaceis: scapis 1-floris erectis, in fructu declinatis: sepalis oblongis obtusis ciliatis: capsulis subglobosis.

V. hirta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 103. *n.* 295.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 695.

In nemorosis haud infrequens. *V. Borghese, Pigneto Sacchetti, Caffarella* etc.

Perenn. Fl. Februario-Martio. Flores albi vel dilute coerulei subodori.

490. ODORATA *L. Sp. Pl. p.* 1324. Acaulis glabra. Radice ramoso-fibrosa longa, collo stolonifero, stolonibus repentibus radicantibus: foliis cordatis cre-

natis: stipulis solitariis ovato-lanceolatis acuminatis: scapis 1-floris erectis, apice declinatis: sepalis oblongis obtusis: capsulis ovoideis trigonis pubescentibus.

V. odorata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 81. *n.* 260.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 104. *n.* 296.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 698.

In nemoribus ad sepes umbrosas ubique.

Perenn. Flor. Februario-Martio. Flores saturate violacei, vel coerulei, raro albidi.

Vulgo. *Viola mammola.*

Usus. Petalorum succo syrupus fit, in medicina frequentissime adhibitus, uti refrigerans, et leniter diuresim provocans, qui syrupus ob colorem in reagentibus chymicis adnumeratur. Flores ob gratum odorem quibusque noti summa cura colliguntur.

501. CANINA *L. Sp. Pl. p.* 1324. Glabra. Radice fibroso-ramosa: caule ascendente vel erecto, internodiis alternis: foliis cordatis acutis crenatis, caulinis solitariis alternis, radicalibus numerosis congestis: stipulis ciliato-laciniatis: floribus solitariis axillaribus pedunculatis, folio longioribus: sepalis lanceolatis basi truncatis: capsulis oblongis acutis trigonis, valvis acute carinatis.

V. carina *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 701.

δ Bert. l. c. Foliis cordato-ovatis.

V. canina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 104. *n.* 297.

In sylvis montium. *Albano, Rocca di Papa.* δ frequens circa Romam.

Perenn. Flor. Martio-Majo. Flores coerulei inodori.

502. CALCARATA *L. Sp. Pl. p.* 1325. Glabra. Radice tenui fibrosa: caule abbreviato: foliis subrotundis vel spathulato-oblongis crenatis: stipulis inciso-dentatis: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis: sepalis oblongis obtusis subaequalibus: calcare obtuso recto vel ascendente, petalis subaequali; capsulis oblongis obtuse trigonis.

V. calcarata *Sang. Cent.* 3. *p.* 34. *n.* 69.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 712.

β Calcare petalis multo breviore *Bert. Fl. It. l. c.* – V. grandiflora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 104. *n.* 300.– V. montana lutea subrotundo crenato folio *Barrel. Ic.* 691, et V. montana coerulea tricolor folio subrotundo crenato *Barrel. Ic.* 692.

In montium elatiorum apricis. *Monti Tiburtini,* et praesertim *Monte Lucretile* species et varietas.

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei magni, in β etiam majores.

503. *tricolor L. Sp. Pl. p.* 1326. Radice fusiformi: caule ramosissimo angulato ascendente: foliis petiolatis obtusis crenatis, inferioribus ovato-subcordatis, superioribus oblongis: stipulis lyrato-pinnatifidis, laciniis linearibus integris, suprema majore crenata: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis: sepalis lanceolatis integris, basi auriculato-truncatis : calcare obtuso petalis multo breviore: capsula subovata obscure trigona.

V. tricolor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 104. *n.* 298.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 712.

In montosis sylvaticis opacis. *Monte Albano, Tusculano* etc.

Ann. Fl. Aprili-Majo. Flor. albo luteoque varii, petalo majore violaceo.

Vulgo. *Jacea, Socera e Nora, Erba della Trinità.*

Usus. Violae omnes emeto-catharsim facillimae provocant: species nostra in morbis cutaneis jam adhibita, cito obsolevit, sed nunc meliori homine reviviscit, dum in crusta lactea feliciter usurpatur.

Obs. Planta glabra, quandoque omnibus in partibus pilosa vel ciliata.

IMPATIENS.

504. *Nolitangere L. Sp. Pl. p.* 1329. Geniculis caulinis tumidis: foliis ovato-oblongis grosse serratis: pedunculis solitariis axillaribus multifloris: calcare ascendente recurvo: capsulis pendulis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 691.–

I. nolitangere *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 105. *n.* 301.– Noli me tangere Balsamita altera *Columu. Ecphr. p.* 149. et Balsamita altera noli me tangere *p.* 140.– Balsamita luteo polonica. *Barrel. Ic.* 1197.

In umbrosis subapenninis. *Presso Subiaco.*

Ann. Flor. Julio. Flores lutei.

RIBES.

505. *rubrum L. Sp. Pl. p.* 290. Caule inermi ramis patulis: foliis cordatis 3-5-lobis, lobis duplicato-serratis subtus pubescentibus: racemis pendulis laxifloris: florum bracteis minutis obtusis, pedicello multo brevioribus: limbi calycini segmentis rotundatis: petalis obcordatis: laciniis rotundis rubris.

R. rubrum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 678.

In sepibus secus Romam extra Portam *Cavalleggiera.*

Frut. Flor. Majo-Junio. Flores albo-virides.

Vulgo. *Ribes rosso.*

Usus. Inter refrigerantia a medicis Baccae adscribuntur, ideo succo syrupus fit. Item saccaro conditae in mensis aliquando apponuntur.

506. *petreum Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 2. *pag.* 1153. Caule inermi, ramis subpatulis: foliis longe petiolatis cordato-subrotundis 3-lobis, lobis inaequa-

libus acutis argute serrato-serratis: racemis longe pedunculatis recurvis multifloris: florum bracteis obtusis acutisve, pedicellis rectis subaequalibus: limbi segmentis obtusis: petalis obovatis: acinis depressiusculis saturate rubris.

β vitifolium. Racemo denso pedicellis abbreviatis.

R. petreum β *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 680.

In sepibus sylvarum montium elatiorum Umbriae. *Valle Canetra.*

Frut. Flor. Junio. Flores rubro-rosei.

507. *Grossularia L. Sp. Pl. p.* 291. Caule erecto aculeato, ramis patulo-reclinatis, aculeis stipularibus subternis: foliis trilobis, lobis obtusis inciso-dentatis: pedunculis sub-2-floris pendulis brevibus, medio bracteatis: bracteis 2-3-ovatis liberis vel connatis: calycis campanulati segmentis oblongis: petalis ovatis parvis: aciniis subglobosis venosis pallide roseis.

R. Grossularia *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 683.

In sylvis montium ad sepes. *Monte Polino* apud Sabinos, et in Nursinis. *Castelluccio.*

Frut. Flor. Aprili-Majo. Flores subvirides, quandoque carnei.

Vulgo. *Uva spina*

Usus. Ob pulpam acinorum subaromaticam, et dulcem apud nos colitur, et in culinis expetitur.

HEDERA.

508. *Helix L. Sp. Pl. p.* 292. Foliis inferioribus palmato-sub-5-lobis, superioribus rhombeo-ovatis integerrimis: umbellis stellato-pubescentibus: petalis superne carinatis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 686.

H. Helix *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 47. *n.* 113.- *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 105. *n.* 302.

In arboribus, sepibus, muris veteribus nimis communis.

Frut. Flor. Septembri. Flores Flavo-virides.

509. *poetarum Bert. Praed. rei herb. p.* 78. Foliis inferioribus palmato-sub-5-lobis, superioribus rhombeo-ovatis integerrimis: umbellis stellato-pubescentibus: aciniis globosis. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 686.

H. poetarum *Sang. Cent. tres p.* 39. *n.* 81.

Ad rudera antiqua praesertim ad dexteram viae Appiae.

Frut. Flor. cum praecedenti. Flores, Flavo-virides.

Obs. Utramque speciem indiscriminatim sub nomine *Ellera* vulgus agnoscit. Folia in rebus medicis uti vulneraria celebrantur, et ad medendos funticulos, prae aliis foliis coriaceis, apud nos hadibentur. Aves, inter quos spe-

ciatim Turdi et Merulae, baccas *H. Helicis* summopere praediligunt, dum *H. poetarum* respuunt. Lignum maturum ad novaculas cultrosque acuendos, maturum ad cyathos, aliaque opera tornata optimum.

Obs. Notae differentiales specierum quamvis, nonnullorum sententia, gravioris momenti minime sint, tamen adnotandum, multos per annos vidisse nonnulla rudera antiqua constanter ornari Haedera baccis flavis, nonnulla baccis nigris, et plantae a seminibus natae colorem parentis in fructu servasse.

THESIUM.

510. LINOPHYLLUM *L. Sp. Pl. p.* 301. Caule caespitoso erecto vel prostrato: foliis 3-nerviis linearibus vel lanceolato-linearibus: floribus spicato-racemosis, racemis simplicibus vel ramosis 3-bracteatis: bractea intermedia, floribus inferioribus: multo longiore: perigonium campanulato-5-fidum: drupa ovoidea nervosa.

Th. linophyllum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 739.

β latifolium. Foliis lanceolatis 3-4-7-nerviis.

Th. linophyllum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 105. *n.* 303.

In pascuis montium. *Monte Priore* in Umbria, *Monte Romano* apud Centuncellas. *β* frequens in montibus tiburtinis.

Perenn. Fl. Junio. Flores extus virides, intus et ad marginem sordide lutei.

511. DIVARICATUM *Spreng. Syst. Veg. t.* 4. *Cur. post. p.* 171. Caule caespitoso superne ramoso: foliis linearibus angustis obscure 3-nerviis: floribus numerosis spicato-racemosis, racemis patulis secundis sub-3-bracteatis, bracteis subulatis carinatis, omnibus flore brevioribus: drupa oblonga obscure nervosa.

Th. divaricatum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 742.

In montium pascuis. *Monti tiburtini*:

Perenn. Flor. Junio. Flores intus albi odori.

CERATONIA.

512. SILIQUA *L. Sp. Pl. p.* 1515. Inermis. Foliis abrupte-pinnatis 5-6-jugis coriaceis sempervirentibus.

C. siliqua *Maur. Cent.* 13. *p.* 49.

Prope Centuncellas in agro quodam vulgo *Zampa d'agnello*.

Arbor. Flor. Novembri. Flores sub-virides.

ILLECEBRUM.

513. VERTICILLATUM *L. Sp. Pl. p.* 298. Caule prostrato caespitoso-ra-

moso crebre nodoso: foliis obovatis integerrimis, ex quoque nodo oppositis: florum glomerulis binis axillaribus verticillum simulantibus: bracteis albo-scariosis minimis: perigonii pentagoni segmentis fungosis compresso-carinatis glabris, apice cucullatis, breviter aristatis.

I. verticillatum *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 728.

In alpestribus montium, et in muris. Super maenia Maceratae.

Ann. Flor. Junio. Flores albo-nivei.

514. SERPILLIFOLIUM *Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 261. *n.* 21. Caule nodoso, ramis numerosis sparsis, nodis creberrimis: foliis ovatis obtusis ex quoque nodo oppositis, et ideo subimbricatis, ciliatis: florum capitulis globosis terminalibus: bracteis subrotundis, flore longioribus: perigonii segmentis coriaceis oblongis muticis extus hirsutis.

I. serpillifolium *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 728. Polygonum montanum niveum roseum minus compactioribus foliolis hyspanicum *Barr. Ic.* 688. P. montanum niveum roseum minus compactioribus foliis cyrneum *Bocc. Mus. di piant. p.* 22. *t.* 7.

In aridis apenninorum Piceni. *Vettore.*

Suffrut. Flor. Julio. Flores albo-nitidi.

PENTANDRIA–DIGYNIA

HERNIARIA.

515. GLABRA *L. Sp. Pl. p.* 317. Glabra diffusa. Caulibus prostratis, quandoque assurgentibus: foliis oppositis obovatis breviter petiolatis: stipulis inferioribus dilatatis brevissimis, superioribus ovatis: glomerulis axillaribus multifloris.

H. glabra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 195. *n.* 304.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 18.

In glareosis sabulosis aridis. *Solfatara di Tivoli, Montagna di Viterbo* etc.

Ann. Perenn. Suffrut. Flor. tota aestate. Flores herbacei.

Vulgo. *Erniaria, Erba lenticchia.*

516. HIRSUTA *L. Sp. Pl. p.* 317. Hirsuta. Caule humifuso: foliis obovato-oblongis nudiusculis rigide ciliatis: stipulis inferioribus triangularibus, superioribus oblongis: glomerulis axillaribus paucifloris.

H. hirsuta *Sang. Cent.* 3. *p.* 40. *n.* 83.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 20.

β cinerea. Hirsutissima, tota cinerea.

$\varkappa$ fruticosa. Foliis glabris ciliatis, perigoniis hirtis.

H. hirsuta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 105. *n.* 305.

In glareosis montium, et circa Urbem. *Via Ostiense. β salita della Spiaggia. κ S. Polo,* et in montibus tiburtinis proximis.

Ann. Perenn. Suffr. Flor. aestate. Flores herbacei.

Usus. Herniariae species ita dictae ab usu, eo quod ad hernias sanandas, ad laxitatem renum tollendas, et ad calculos etiam frangendos olim celebratae; in materia medica nunc vix enumerantur.

CHENOPODIUM.

317. *Bonus Enricus L. Sp. Pl. p.* 318. Caule decumbente: foliis triangulari-sagittatis integerrimis: spica erecta terminali, spiculisque axillaribus compositis aphyllis: staminibus pistillisque longe exertis: seminibus scabris.

Ch. Bonus Enricus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 106. *n.* 306.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 24.

In montibus ad vias. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores herbacei.

Vulgo. *Tuttabona.*

Usus. Jam in materia medica inter refrigerantia numerabatur, nunc ab agricolis herba comeditur loco Spinaciae oleraceae L. quapropter sub nomine *Spinacio selvatico* etiam agnoscitur.

518. *urbicum L. Sp. Pl. p.* 318. Caule erecto: foliis triangularibus irregulariter dentatis: floribus simplicibus, vel glomerulis paucifloris in spicis compositis elongatis congestis strictis aphyllis: seminibus scabris.

Ch. urbicum *Maur. Cent.* 13. *p.* 13.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 26.

In ruderatis ad pagos montium Latii. *Quadagnolo.*

Ann. Flor. Augusto. Flores herbacei.

519. *botryoides Smith. Engl. Fl. t.* 2. *p.* 21. Caule decumbente: foliis rhomboideo-triangularibus sinuato-dentatis crassiusculis: florum glomerulis in spicis erectis compositis foliosis : staminibus stigmatibusque subexertis: seminibus laevibus.

Ch. botryoides *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 28.- Ch. rubrum *Sang. Cent.* 3. *p.* 41.

In ruderatis maritimis. *Ostia, Fiumicino.*

Ann. Flor. aestate. Flores herbacei.

Obs. Anguli caulis, et nervi foliorum saepe rubescunt.

520. *murale L. Sp. Pl. p.* 318. Caule erecto ramoso : foliis cuneato-ovatis acutis nitidis multidentatis : florum glomerulis in spicis terminalibus axillaribusque ramosis, superius cymosis: seminibus scabris.

Ch. murale *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 106. *n* 307. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 29.

Ad vias Urbis, secus muros, et in ruderatis commune.

Ann. Flor. Junio-Augusto. Flores herbacei.

521. ALBUM *L. Sp. Pl. p.* 319. Caule erecto ramoso: foliis inferioribus rhombeo-ovatis grosse dentatis, dentibus inferioribus majoribus: superioribus oblongis subintegerrimis: florum glomerulis in spicis axillaribus terminalibusque basi foliatis: seminibus laevibus.

Ch. album *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 35. *n.* 56.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 30.– Ch. album α *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 106. *n.* 308.

In ruderatis cultis oleraceris commune.

Ann. Flor. aestate. Flores herbacei.

522. OPULIFOLIUM *Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 6. *p.* 258. Caule erecto, ramis patulis: foliis rhomboideo-ovatis irregulariter dentatis mucronulatis subtus glaucis: florum glomerulis glaucis, in racemis axillaribus subramosis staminibus stigmatibusque subexertis: seminibus laevibus.

Ch. opulifolium *Sang. Cent.* 3. *p.* 40. *n.* 84.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 32.- Ch. album β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 106. *n.* 308.

In incultis et ambulacris hortorum commune.

Ann. Flor. Sept.-Octob. Flores berbacei.

523. HYBRIDUM *L. Sp. Pl. p.* 319. Caule erecto ramoso: foliis cordatis angulatis apice acuminatis remote grandi-dentatis: floribus simplicibus vel in glomerulis paucifloris in spicis ramosissimis subcymosis divaricatis aphyllis seminibus punctulatis.

Ch. hybridum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 35. *n.* 57.– *Sang. Cent. tres p.* 41. *n.* 86. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 34.– Atriplex sylvestris major anguloso folio *Barr. Ic.* 540.

In ruderatis. *Amfiteatro Flavio, Viterbo* etc.

Ann. Flor. Augusto. Flores herbacei.

Obs. Folia ampla Stramonio similia laete viridia.

524. BOTRYS *L. Sp. Pl. p.* 320. Caule erecto ramoso, ramis sparsis strictis: foliis pubescenti-viscidis, pinnatifido-sinuatis, lobis angulato-dentatis: glomerulis multifloris nudis incisis interruptis axillaribus terminalibusve: seminibus tenuiter granulatis.

Ch. Botrys *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 106. *n.* 309. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 35.

Ad ripas Tyberis, et in arenosis frequens.

Ann. Flor. Junio–Augusto. Flores herbacei.

Vulgo. *Pazienza.*

525. AMBROSIODES *L. Sp. Pl. p.* 320. Caule erecto ramoso, ramis sparsis: foliis lanceolatis remote dentatis: glomerulis axillaribus foliatis in spicis simplicibus: seminibus laevibus nitidis.

Ch. ambrosiodes *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 106. *n.* 319.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 35.– Botrys boetica Atriplicis sylvestris facie, vulgo Botrys americana *Barr. Ic.* 1185.

Ad ripas Tyberis frequens.

Ann. vel Perenn. Flor. aestate. Flores herbacei.

526. OLIDUM *Smith. Engl. Fl. It. t.* 2. *p.* 14. Albo-pulverulentum. Caule procumbente ramoso: foliis rhombeo-ovatis subintegerrimis: florum glomerulis in spicis interruptis aphyllis: seminibus minute granulatis.

Ch. olidum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 39.– Ch. Vulvaria *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 35. *n.* 58.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 106. *n.* 311.

Ad vias, aggeres, in olitoriis vulgare.

Ann. Flor. Julio–Septembri. Flores herbacei pulverulenti.

Obs. Tota planta nauseose foetida praesertim sub horis meridianis.

527. POLYSPERMUM *L. Sp. Pl. p.* 321. Caule diffuso decumbente vel erecto: foliis ovatis oblongis integerrimis: cymis aphyllis, in spicis lateralibus terminalibusque interruptis: seminibus tenuissime granulatis.

Ch. polyspermum *Fior. Giorn. de'lett. di Pisa. t.* 17. *p.* 115.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 40.

Ad ripas fluminum, et in pratis depressis. *Sponde del Tevere*, *Caffarella* etc.

Ann. Flor. aestate. Flores herbacei.

SALSOLA.

528. *Kali L. Sp. Pl. p.* 322. Scabro–hirta. Caule herbaceo prostrato, basi ramoso: foliis carnosis mucronato-spinosis, teretibus, floralibus abbreviatis basi dilatatis: floribus axillaribus solitariis approximatis: appendicibus semiorbiculatis diaphano-alatis, foliolis perigonii fructiferi, ovato–lanceolatis acuminatis, brevioribus: seminibus horizontalibus cochleatis nitidis.

S. Kali *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 108. *n.* 318.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 52.

In maritimis arenosis. *Ostia.*

Ann. Flor. Junio–Julio. Flores spurco–albidi.

Vulgo. *Riscolo*.

529. *Tragus* *L. Sp. Pl. p.* 322. Glabra. Caule herbaceo–patulo decumbente erectove: foliis carnosis subulatis apice spinosis teretibus, floralibus basi dilatatis: floribus axillaribus solitariis: appendicibus semiorbiculatis diaphano-alatis, foliolis, perigonii fructiferi, ovato-lanceolatis acutis, longioribus: seminibus horizontalibus cochleatis nitidis.

S. Tragus *Sang. Cent.* 3. *p.* 41. *n.* 87.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 53.

In litore marino frequens prope Anxur, Ostiam etc.

Ann. Flor. Julio. Flores virides.

Vulgo. *Erba Trago, Roscani*.

530. *Soda* *L. Sp. Pl. p.* 323. Glaberrima. Caule herbaceo erecto ramoso, ramis ascendentibus: foliis semiteretibus acutiusculis inermibus, basi dilatatis, floralibus abbreviatis, basi latioribus: floribus axillaribus solitariis geminisque, appendicibus brevissimis semirotundatis crassis, foliolis perigonii fructiferi triangulari-acutis, multo brevioribus: seminibus horizontalibus cochleatis nitentibus.

S. Soda *Sang. Cent.* 3. *p.* 42. *n.* 88.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 54.

In maritimis. *Ponticelli d' Ostia*.

Ann. Flor. Sept.-Octob. Flores herbacei.

Vulgo. *Riscolo*.

531. *fruticosa* *L. Sp. Pl. p.* 324. Glabra Caule erecto vel ascendente, ramis sparsis: foliis carnosis semiteretibus obtusis, floralibus abbreviatis: floribus trigynis axillaribus solitariis vel 2–3-natis: perigonii fructiferi segmentis ovatis obtusis nudis: seminibus horizontalibus reniformibus turgidis apice subcochleatis.

S. fruticosa *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 58.

In maritimis minus frequens. *Saline di Ostia*.

Frut. Flor. aestate. Flores herbacei.

532. *maritima* *L. Sp. Pl. p* 321. Glabra. Caule erecto ramosissimo patulo: foliis carnosis subulatis, superioribus successive brevioribus: florum glomerulis sessilibus axillaribus in spicam dispositis: perigonii fructiferi foliolis ovatis obtusis dorso callosis: seminibus reniformibus, apice subspiralibus, tenuissime granulatis.

S. maritima *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 59.– Chenopodium maritimum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 107. *n.* 312.

In maritimis. *Saline d'Ostia.*

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flores herbacei.

Usus. Species omnes Alkalim *Soda* combustione praebent, in operationibus chimicis, et tecnologicis notissimam.

BETA.

533. SICLA Radice crassa fusiformi: caule erecto: foliis inferioribus subcordatis: spicis elongatis interruptis: terminali ramosissima: bracteis linearibus, flores subaequantibus: floribus subternis. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 43.-

Beta vulgaris α, et β *Fl. Rom. Pr. p.* 107. *n.* 317.

Ad vias, secus sepes, in hortis vulgatissima.

Bienn. Flor. Julio-Augusto. Flores herbacei, perigoniis margine albo-membranaceis.

Vulgo. *Bieta. Bieta bianca.*

534. MAAITIMA *L. Sp. Pl. p.* 322. Perennis. Caule decumbente: foliis cuneato-ovatis: spicis elongatis simplicibus inferne interruptis: bracteis lanceolatis, glomerulo longioribus: floribus sub-geminis. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 45.

B. maritima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 107. *n.* 316.

In arenosis ad vias campestres circa Urbem frequens.

Perenn. Flor. Junio. Flores herbacei, perigoniis albo-marginatis.

Vulgo. *Bieta marina.*

Usus. Betae uti emollientes, et refrigerantes a vulgo retinentur: plantae innocuae, fatuae, et in cibum, praesertim pauperum, saepe hadibitae.

AMARANTHUS.

535. ALBUS *L. Sp. Pl. p.* 1404. Caule erecto ramosissimo angulato laevi foliis obovatis integerrimis retusis, setula mucronatis: florum glomerulis, in axillis foliorum spicatim dispositis: bracteis inaequalibus subulato-spinescentibus, perigonii foliolis lanceolatis subulato-mucronatis, longioribus: staminibus tribus: utriculis rugosis apice denticulatis, perigonium superantibus: seminibus lenticularibus nitidis.

A. albus *Sang. Cent. tres p.* 128. *n.* 292.- *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 186.– Secus Tyberim circa Romam, et circa Viterbium ad vias.

Annuus. Flor. Julio ad Octobrim. Flores virides.

536. BLITUM *L. Sp. Pl. p.* 1405. Caule diffuso angulato-sulcato, ramis ascendentibus, tandem rubellis: foliis ovatis retusis longe petiolatis minute mucronulatis: florum glomerulis bipartitis, in axillis foliorum spicatim dispositis: bracteis triangularibus acuminatis, perigonii foliola lanceolato-linearia

subaequantibus: utriculis rugosis apice 2–3-dentatis, perigonio duplo longioribus: seminibus lenticularibus marginatis nitidis.

A. Blitum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 22. *n.* 9.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 328. *n.* 1154.- *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 187.

In viis et ruderatis frequens.

Annuus. Flor. Julio-Octobri. Flores virides.

537. SYLVESTRIS *Desf. Cat. Hort. Par.* 44. Caule ramoso erectiusculo profunde sulcato: foliis obverse ovatis acutiusculis longe pedunculatis: florum glomerulis in spiculis axillaribus: bracteis lanceolato-linearibus acuminatis: perigoni foliolis ovatis acuminatis duplo longioribus: staminibus tribus: utriculis subrugosis apice dentatis, perigonio duplo triploque longioribus: seminibus lenticularibus marginatis nitidis.

A. sylvestris *Sang. Cent. tres p.* 129. *n.* 293.

In maceriis ad vias circa Romam.

Annuus. Flor. aestate. Flor. virides.

538. ADSCENDENS *Lois. Not. p.* 141. Caule erecto vel ascendente obscure angulato leniter striato, ramis patulis: foliis ovatis obtusis, vel rhombeo-ovatis obtusis, retusis, insigniter nervosis, mucrone brevi terminatis: florum glomerulis in spicis densis axillaribus terminalibusque, spica terminali maxima ramosa: perigonii foliolis lanceolatis nervosis, nervo medio in acumine producto: bracteis, triangulo-acuminatis, duplo longioribus: utriculis ovato-elongatis, perigonii longitudine: seminibus lenticularibus nitidis marginatis.

A. adscendens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 328. *n.* 1156.- *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 189.

In ruderatis cultis maceriis obvius.

Annuus. Flor. Junio-Augusto-Flores subvirides.

539. PROSTRATUS *Balb. Misc. bot. t.* 1. *p.* 44. *tab.* 10. Caule ascendente obscure sulcato ramoso, ramis diffusis prostratisque: foliis rhombeo-ovatis subretusis mucronulatis, in petiolum longum anguste productis: florum glomerulis axillaribus in spicis terminalibus oblongatis interruptis obtusis: bracteis scariosis lineari-acuminatis, nervo carinali viridi: perigonii foliolis sublanceolatis mucronulatis, bracteis duplo brevioribus: utriculis obverse pyriformibus nervosis: seminibus lenticulari-convexis, vix marginatis nitidis.

A. prostratus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 328. *n.* 1155.- *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 190.

In ruderatis, viis Urbis, et atriis domum obvius.

Annuus. Flor. Julio-Augusto. Flores subvirides.

540. RETROFLEXUS *L. Sp. Pl. p.* 1407. Albidus, pubescenti-scabrus. Caule erecto obtuse angulato, ramis numerosis ascendentibus: foliis longe petiolatis, rhombeo-ovatis venosis retusis mucronulatis: florum glomerulis in spicis densis terminalibus axillaribusque: bracteis membranaceis lanceolato-linearibus, tandem rigidis, carinatis: carina in arista longa terminata: perigonii foliolis obtusis ut plurimum muticis, quandoque aristatis, duplo longioribus staminibus quinque: utriculis globosis laevibus apice acuminatis. perigonium subaequantibus: seminibus lenticularibus marginatis nitidis.

A. retroflexus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 25. *n.* 10.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 328. *n.* 1157.– *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 191.

In ruderatis, maceriis obvius.

Annuus. Flor. Junio-Augusto: Flores sub-virides.

541. POLYGONOIDES *L. Sp. Pl. p.* 1405. Caule subascendente angulato-striato inferius ramoso, ramis diffusis flexuosis pilosiusculis: foliis basi cuneato-ovatis obtusis emarginatis mucronulatis, in petiolum anguste decurrentibus: floribus monoicis, glomerulis subrotundis distinctis, in axillis foliorum: bracteis nervosis acuminato-spathulatis: perigonii masculi foliolis oblongis, bracteis aequalibus, perigonii foeminei 3-partiti, bracteis duplo longioribus: utriculis subcompressis superius rugosis, inferius laevibus, apice 3-dentatis: seminibus subovatis marginatis nitidis.

In maritimis Piceni. *Porto d'Ascoli*, *S. Benedetto* etc.

Annuus. Flor. Septembri. Flores subrosei.

Ob. Planta spithamea , raro pedalis, puberula albicans, angulis caulis , et ramorum rubescentibus, perigoniis sepaloideis.

ULMUS.

542. CAMPESTRIS *L. Sp. Pl. p.* 327. Ramis rugosis diffusis erecto-patentibus, ramulis disticis: foliis ovatis duplicato-serratis basi inaequalibus scabris, subtus, ad basim venarum , dense pubescentibus floribus subsessilibus fasciculatis: perigonii laciniis ciliatis: foliis obovato-oblongis apice 2-fidis.

U. Campestris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 319. *n.* 108.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 63.

In campestribus, ad vias in sylvaticis.

Arb. Flor. Februario-Martio. Flores spurco-albi subpurpurei.

Vulgo. *Olmo.*

543. SUBEROSA *Wild. Sp. Pl. t. 2. p. 2. p.* 1342. Ramis rugoso-suberosis patentibus, ramulis disticis: foliis ovatis duplicato-serratis, basi subaequalibus, subtus ad venarum hortum fasciculato-pilosis: floribus subsessilibus fasciculatis: perigonii laciniis glabris: samaris obovatis apice 2–fidis.

U. suberosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 108. *n.* 320.- U. campestris β *Bert Fl. It. t.* 3. *p.* 64.

Ad sepes in sylvaticis vulgatissima.

Arb. Flor. Martio. Flores spurco-albidi subpurpurei.

Vulgo uti praecedens.

Usus. Arbores insignes ab antiquo plurimi extimatae, et ad sustinendas vites praedilectae. Ramis exilibus canistrae, caveae flagella conficiuntur, folia Armentis pascendis optima; cortex adstringens: lignum soliditate praestantissimum.

544. MAJOR *Smith. Engl. Flor. t.* 2. *p.* 21. Ramis junioribus glabris laevibus effusis, ramulis conformibus: foliis majusculis ovatis basi insigniter oblique cordatis duplicato-serratis, ad venarum hortum minute fasciculato-pilosis: floribus subsessilibus fasciculatis: samaris ovatis subemarginatis glabris.

U. major *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 613.

In montibus Umbriae.

Arbor. Flor. Martio-Aprili. Flores spurco-albidi subpurpurei.

Obs. Folia U. campestris et U. suberosae majora, at minora sequentis speciei.

545. MONTANA *Smith. Engl. Flor. t.* 2. *p.* 22. Ramis junioribus hirsutis pendulis, ramulis conformibus: foliis grandibus, obovatis subcordatis mucronatis utrinque scabris duplicato-serratis, serraturis incurvis, ad venarum basim brevissime fasciculato-pilosis: floribus pedunculatis effusis: samaris sub orbicularibus, margine ciliatis.

U. montana *Bert. Fl It. t.* 3. *p.* 613.– U. effusa *Maur. Cent.* 13. *p.* 14.

In monte Albano copiose, et praesertim circa *Castel Gandolfo.*

Arbor. Flor. Martio. Flores spurco-albidi subpurpurei.

CELTIS.

546. AUSTRALIS *L. Sp. Pl. p.* 1748. Ramis virgatis patentibus: foliis alternis oblongo-lanceolatis acuminatis argute serratis, supra scabris, subtus pubescenti-mollibus, basi inaequalibus: foliis racemosis in axillis foliorum: drupa matura atrata.

C. australis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 108. *n.* 321.

In sepibus, et ad rupes circa Urbem frequens.

Arbor. Flor. Aprili. Flores albido-virentes.

Vulgo. *Bozzarago.*

VINCETOXICUM.

547. OFFICINALE *Moench. Meth. p.* 317. Erectum. Foliis ovatis oblongis acuminatis basi ciliatis: pedunculis axillaribus umbelliferis: corollis imberbibus: corona simplici obtuse 5-loba.

Cynancum vincetoxicum *Sang. Cent.* 3. *p.* 40. *n.* 82.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 10.

Secus *la caduta delle Marmore* prope Interamnam.

Perenn. Flor. Majo. Flores albo-subvirides.

Usus. Vomitum, et diuresim radix provocat, ideo in febbribus malignis laudata, unde nomen vulgare, et officinale *Vincetossico.*

GENTIANA.

548. LUTEA *L. Sp. Pl. p* 329. Caule subcubitali erecto fistuloso: foliis ovalibus oppositis nervosis, in petiolum, ascendendo breviorem, decurrentibus: floribus pedunculatis erectis, fasciculis terminalibus axillaribusque: calycibus spathaceis unilateraliter fissis: corollis rotatis, fauce nuda, laciniis patentibus lanceolatis: capsulis ovato-acuminatis calycem aequantibus.

G. lutea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 108. *n.* 322.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 75.– G. major vulgaris pallido et parvo flore. *Barrel. Ic.* 63. – G. major lutea *H. Rom. t.* 2. *tab.* 13.

In elatiorum montium pascuis. *Monte Gennaro, M. Calvo presso Subiaco, et Monte de'Fiori* in Apennino Umbriae.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

Vulgo. *Genziana.*

549. CRUCIATA *L. Sp. Pl p.* 334. Caule simplici ascendente: foliis oblongo-lanceolatis, basi connata, decussatim dispositis: floribus fasciculatis terminalibus lateralibusque, lateralibus quandoque simplicibus: calycibus tubulosis brevibus, subinde lateraliter fissis: corollis turbinato-campanulatis, tubo elongato, fauce nuda, limbo 4-fido, laciniis lanceolatis: capsulis obtusis clavatis corollae longitudine.

G. cruciata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 109. *n.* 323.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 82.- G. minor cruciata flore coeruleo elatior *Barrel. Ic.* 65. et G. minor cruciata flore purpureo supina. *Ic.* 66.

In sylvis elatiorum montium Latii. *M. Gennaro, M. Calvo,* et in demissis Apenninorum. *Vettore.*

Perenn. Fl. Julio-Augusto. Flores coerulei.

550. *acaulis* *L. Sp. Pl. p.* 330. Caule brevi erecto, florem saepius subaequante: foliis radicalibus oblongo-spathulatis rosulatis, caulinis ovatis oppositis, omnibus acuminatis: flore solitario: calycis 4-fidi laciniis acuminatis: corollis campanulatis, calyce quadruplo longioribus, fauce nuda, limbi laciniis acuminatis: capsulis oblongis, superius acute productis, corollae longitudine.

G. acaulis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 109. *n.* 324.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 86.- Gentianella helvetica amplo azureo flore *Barrel. Ic.* 47. et G. minor ακαυλος violaceo, et maximo Convolvoli flore *Ic.* 110. *fig.* 1.- Gentiana alpina pumila brevi folio, sed flore coeruleo elegantissimo. *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 14.

In elatioribus subapenninis jugis. *Monte Calvo presso Subiaco*, *M. Lucretile* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores cyanei.

551. *verna* *L. Sp. Pl. p.* 431. Caule brevi angulato decumbente: foliis radicalibus ovatis, imis majoribus rosulatis: flore solitario: calycis tubo 5-angulato, laciniis acuminatis: corollis hypocrateriformibus 10-fidis, laciniis minoribus alternantibus erectis: capsulis oblongis superius longissime productis, corollae longitudine.

C. verna *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 88.- Gentianella minor verna coerulea stellato flore Clusii *Barrel. Ic.* 104. *f.* 1.

β pumila. Foliis linearibus, flore angustiore.

G. verna *β* *Bert. l. c. p.* 89.

In elatis apenninorum. *Monte Vettore.* Species et varietas.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei.

552. *bavarica* *L. Sp. Pl. p.* 331. Caule decumbente teretiusculo simplici vel ramoso: foliis ovatis obtusis subaequalibus: caulinis sessilibus, radicalibus rosulatis: floribus solitariis terminalibus: calycibus tubulosis 5-angulatis, apice 5-fidis, laciniis lanceolatis: corollis hypocrateriformibus, tubo elongato, limbi 5-fidi, laciniis subrotundis obtusis: capsulis linearibus longe acuminatis, tubi corollae, longitudine.

G. bavarica *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 91.– Gentianella autumnalis serpillifolia Bavarica major *Barrel. Ic.* 101. *f.* 2. et G. autumnalis serpillifolia, flore crenato Bavarica minor *Ic.* 101. *fig.* 2.

In elatis alpium *Monte Corno al Morgone.*

Perenn. Flor. Julio-Agusto. Flores coerulei.

553. *nivalis* *L. Sp. Pl. p.* 332. Caule 2-3-pollicari simplici vel ramo-

so folioso: foliis obtusis caulinis oppositis, oblongo-lanceolatis, radicalibus obovatis rosulatis: floribus solitariis, in caule ramoso terminalibus: calycibus tubulosis acute 5-carinatis, laciniis strictis, tubo corollae aequalibus: corollis hypocrateriformibus 4-5-fidis laciniis lanceolatis: capsulis cylindricis breviter acuminatis, corollae longitudine.

G. nivalis *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 92.- Genzianella fugax Clusii *Barrel. Ic.* 103. *fig.* 3.

In alpinis. *Monte Corno.*

Annua. Fl. Julio-Augusto. Flores azurei, tubo corollae viridi-luteolo.

554. UTRICULOSA *L. Sp. Pl. p.* 332. Caule saepius ramoso, ramis sparsis erectis: foliis radicalibus rosulatis obovatis, caulinis oppositis distantibus carinatis oblongis, omnibus obtusis crenulatis: floribus solitariis terminalibus: calycis majusculi tubo inflato carinato-alato, laciniis lanceolatis erectis: corollae hypocrateriformis tubo, longitudine calycis, limbi laciniis lanceolato-acuminatis: capsula cylindrica superius attenuato-acuminata, longitudine calycis.

G. utriculosa *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 94.– G. altera coerulea cordata *Columm. Ecphr.* 2. *p.* 220. *fig. p.* 221.– Genzianella coerulea cordata *Barrel. Ic.* 122. *fig.* 2.

In pratis elatis montium apenninorum. *Vettore.*

Ann. Flor. Majo ad Julium. Flores coerulei, tubo pallidiore.

555. AMARELLA *L. Sp. Pl. p.* 334. Caule subspithameo ramoso, ramis ut plurimum strictis: foliis radicalibus rosulatis spathulatis cito marcescentibus, caulinis breviter pedunculatis oblongo-lanceolatis, supremis sessilibus, omnibus margine breviter ciliatis: floribus solitariis axillaribus terminalibusque subpedunculatis: calycibus profunde 5-fidis laciniis lanceolatis, carina nervis et margine spinuloso-ciliatis: corolla hypocrateriformi, tubo superne dilatato, calycis longitudine, fauce barbata, limbi laciniis ovato-lanceolatis obtusis capsulis cylindricis utrinque attenuatis, tubo corollae subaequalibus.

G. Amarella *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 96.– Genzianella purpurea minima *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 223. *fig.* 221.- *Barrel. Ic.* 97. *f.* 2.- G. fugax aestiva coerulea minor *Barrel. Ic.* 103. *fig.* 1.

Ann. Flor. Junio ad Autumnum. Flores purpureo-coerulei.

Vulgo. *Amarella.*

556. CAMPESTRIS *L. Sp. Pl. p.* 334. Caule spithameo et ultra ramoso, ramis oppositis erectis: foliis spathulatis, caulinis sessilibus oppositis, basi

dilatata, ovato-lanceolatis: floribus numerosis axillaribus terminalibusque: calycibus 4-partitis, laciniis binis ovato-dilatatis, binis lanceolato-linearibus: corollae hypocrateriformis tubo latiusculo, fauce ciliata, limbi 4-fidi laciniis ovatis acutis erectis: capsulis cylindricis, apice attenuato, productis, tubo corollae longioribus.

G. campestris *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 99.– Genzianella alpina unicaulis Bellidis folio *Bocc. Mus. p.* 114. *tab.* 101.

In elatis montium apenninorum. *Monte Priore*, *Corno* etc.

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flores coerulei, tubo pallidiore.

557. CILIATA *L. Sp. Pl. p.* 334. Caule angulato erecto vel ascendente subspithameo quandoque ramoso: foliis oppositis lanceolato-linearibus, margine minutissime crenulatis: flore solitario terminali: calycis turbinati 4-fidi laciniis obovatis apice longe acuminatis: corollae hypocrateriformis, calyce duplo longioris, tubo crasso, fauce nuda, limbo 4-fido, laciniis amplis fimbriato-ciliatis: capsulis oblongis longitudine tubi corollae, apice vix producto.

G. ciliata *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 100.– Gentianella coerulea fimbriata angustifolia autumnalis *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 221.– *Barrel. Ic.* 97. *f.* 1.

Ann. Flor. Julio-Septembri. Flores coerulei.

Usus. Jam in radice, quam in herba omnium Gentianarum vis tonica inest ab amarore plantae indicata, in intermittentibus et cachexiis admodum perutilis. Radix *G. luteae*, utpote magis voluminosa, prae aliis colligitur, et in usu medico usurpatur; item herba *G. acaulis*, *Amarellae* etc. sub nomine *Genzianella* in officiniis agnoscitur.

GUSCUTA.

558. EUROPAEA *L. Sp. Pl. p.* 180. Caule filiformi crassiusculo ramosissimo: floribus subsessilibus glomeratis: bracteolis ovato-lanceolatis: corolla 5-fida, laciniis ovatis in anthesi patulis, cristulis hypostamineis nullis.

C. europaea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 82. *n.* 213.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 67.

Parasitica in Leguminosis, Urticis, Cannabi, Carduis etc.

Ann. Flor. aestate. Flores albi.

Vulgo. *Erba Pittimo.*

559. EPITHYMUM *L. Syst. Veget. ed.* 13. *p.* 140. Caule filiformi tenui ramoso: foliis sessilibus glomeratis: bracteolis lanceolato-linearibus: corolla 4-fida, cristulis hypostamineis squammiformibus.

C. Epithymum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 80. *n.* 214.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 69.

Parasitica in Labiatis, et Leguminosis aliisque, uti Plantaginibus, Silenis etc.

Ann. Flor. aestate. Flores albi.

Vulgo. *Pittimo*.

HYDROCOTYLE.

560. VULGARIS *L. Sp. Pl. p.* 338. Caule repente, nodis radicante: foliis natantibus longe petiolatis: petalis orbiculatis 9-nerviis sub lobatis, lobis minute crenatis: umbellis simplicibus sub-5-floris, pedunculis centralibus saepe racemoso-ramosis: cremocarpio sub-didymo: mericarpiorum jugis centralibus costatis.

Hy. vulgaris *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 100. *n.* 330.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 115.

In palustribus. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

561. NATANS *Pers. Syn. t.* 1. *p.* 301. Caule repente, nodis radicante, radiculis numerosis esilibus longis: foliis longissime pedunculatis 9-11-nerviis, nervis ramoso-venosis, orbiculato-sub-peltatis lobatis, lobis irregularibus crenatis: umbellis paucifloris pedunculato-capitatis, pedunculis fructiferis recurvis: cremocarpio subrotundo compresso, mericarpiorum jugo centrali costato-carinato.

H. natans *Sang. Cent.* 3. *p.* 43. *n.* 91.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 116.– Ranunculus aquaticus umbilicato folio *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 316.

In aquosis circa lacum Sabatinum.

Perenn. Flor. Majo–Junio. Flores albidi.

SANICULA.

562. EUROPAEA *L. Sp. Pl. p.* 339. Caule solitario, quandoque multiplici, terete striato subrotundo: foliis radicalibus inaequaliter longe petiolatis palmato-lobatis, lobis trifidis dentatis: umbellulis subsessilibus.

S. europaea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 129 *n.* 328.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 121.– Sideritis tertia Dioscoridis *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 71. *f. p.* 72.– Sanicula officinarum *H. Rom. t.* 5. *tab.* 100.

In umbrosis, nemorosis, collibus frequens. *Monte Mario, Albano, Frascati* etc.

Perenn. Flor. Majo-Julio. Flores albi.

Vulgo. *Diapensio, Sanicola.*

Usus. Olim in medicina valuit uti adstringens, et resolvens.

ASTRANTIA.

563. MAJOR *L. Sp. Pl. p.* 339. Caule fistuloso striato parce folioso: foliis radicalibus palmato-partitis longe petiolatis, laciniis subquinis inciso serratis, obverse ovato-lanceolatis, caulinis conformibus, petiolo successive abbreviato: calycis laciniis medio nervosis, nervo in arista longa, corollam superante, producto: cremocarpii squamis superioribus acutis.

A. major *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 124. - A. major corona floris candida. *H. Rom. t.* 5. *tab.* 87.

In alpinis Piceni. *Valle Canetra, Monte acuto.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi, vel purpurascentes.

564. PAUCIFLORA *Bert. Amoen. Ital. p.* 96. *n.* 2. Caule spithameo solitario gracili striato: foliis inaequaliter longe petiolatis palmato-partitis, laciniis sub septenis lanceolato-linearibus inferne integris, superne remote serratis, serraturis acutis, caulinis paucis conformibus, petiolo successive abbreviato: laciniis calycinis ovatis vix mucronulatis, corollam aequantibus: cremocarpii squamis omnibus obtusis.

A. pauciflora *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 128. Helleborus minimus alpinus, Astrantiae flore *Bocc. Pl. Sic. p.* 10. *tab.* 5.

In alpestribus apenninorum. *Monte Corno, Monte Priore* in Piceno.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albidi.

ERYNGIUM.

565. PUSILLUM *L. Sp. Pl. p.* 337. Glabrum. Caule erecto dichotomo patulo sulcato subspithameo: foliis radicalibus petiolatis oblongo-lanceolatis, caulinis palmato-laciniatis, lacinia impari majore elongata, omnibus serrato-spinosis: umbellis globosis subsessilibus: involucri foliolis, paleisque apice mucronatis indivisis.

E. pusillum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 105.- E. pusillum polyrhizum *Barrel. Ic.* 1247.

In pratis et pascuis mare versus. *A Maccarese presso il Canale detto delle Pulci.*

Ann. Flor. Majo. Flores albo-virentes.

566. MARITIMUM *L. Sp. Pl. p.* 337. Albido-glaucum. Caule subpedali crasso striato patulo sub-2-chotomo: foliis coriaceis, radicalibus et inferioribus longe petiolatis subrotundo-lobatis, lobis undulato-plicatis dentato-spinosis, superioribus palmato-lobatis sessilibus, coeterorum conformibus: capitulis globosis pedunculatis: involucri foliolis palmato-5-partitis paleis tricuspidatis.

E. maritimum *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 109. *n.* 327.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 108.- *H. Rom. t.* 6. *tab.* 17.

In maritimis vulgare.

Perenn. Flor. Julio. Flores sub-cinerei.

Vulgo. *Iringio. Cardo marino.*

Usus. Radix aromatica cardiaca et exilarans est, apud nonnulis, Saccharo condita, in secundis mensis valet.

567. CAMPESTRE *L. Sp. Pl. p.* 337. Glabrum, pallide virens. Caule divaricato ramosissimo trichotomo striato: foliis coriaceis dentato-spinosis, radicalibus petiolatis subtrisectis, segmentis pinnatifidis, caulinis sessilibus amplexicaulibus pinnatifidis: capitulis globosis pedunculatis: involucri hexaphylli patentis, foliolis linearibus apice mucronatis: paleis indivisis.

E. campestre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 109. *n.* 325.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 111.- E. vulgare *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 16.

In arvis, et in cultis vulgatissimum.

Perenn. Flor. Augusto. Flores albidi.

Vulgo. *Cardo stellato.*

Usus. Radix, inter aperientes minores, olim enumerabatur, in calculis renum, et vesicae urinariae laxitate praescripta fuit.

568. DILATATUM *Enc. Bot. ed. de Pad. t.* 4. *p.* 702. Glauco-virens. Caule erecto folioso striato parce ramoso: foliis 2-pinnatifidis, basi vaginantibus, laciniis lineari-acuminatis, vaginisque pectinato-spinosis: floribus capitato-globosis longe pedunculatis: involucri foliolis linearibus, capitolum superantibus, paleis externis acutis: corollis calyce sublongioribus: paleis internis integris, externis 3-furcis.

E. dilatatum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 113.- E. amethystinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 109. *n.* 236.- E. minimum trifidum hispanicum, et Italicum *Bocc. Mus. p.* 81. *tab.* 71.- E. montanum amethystinum *H. Rom. t.* 6. *tab.* 18.

In montibus Latii Umbriae, et Piceni.

Perenn. Fl. Septembri-Octobri. Flor. albidi, quandoque pallide coerulei.

Obs. Color totius plantae amethystinus, sed superne saturatior.

ECHINOPHORA.

569. SPINOSA *L. Sp. Pl. p.* 334. Glaucescens. Caule erecto ramoso: foliis sessilibus basi vaginantibus 2-pinnatis, laciniis trigonis canaliculatis apice mucronatis, extima majori: involucris involucellisque simplicibus rectis in fructu reflexis.

E. spinosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 110. *n.* 325. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 153.

In maritimis commune. *Ostia Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

Vulgo. *Pastinaca marina.*

APIUM.

570. GRAVEOLENS *L. Sp. Pl. p.* 379. Glauca. Caule fistuloso striato: foliis pinnatis, foliolis cuneatis sub-3-lobis, lobis acutis.

A. graveolens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 117. *n.* 368.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 258.- Eleoselinum *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 113.- Apium palustre cauliculis procumbentibus ad alas florum *H. Rom. t.* 5. *tab.* 67.

In fossis, et rivis commune.

Bienn. Flor. aestate. Flores luteoli.

Vulgo. *Apio palustre, Sellero.*

Usus. Late colitur in hortis dum in culinis et acetariis avide expetitur: in medicina quoque valuit, nam calefacientis, aperientis, diopharetici famam habuit; nunc radix inter quinque radices aperientes tantummodo enumeratur.

TRINIA.

571. VULGARIS *DC. Prod. Syst. nat. t.* 4. *p.* 103. Viridi-glaucescens, monoico-dioica. Caule pollicari pedali erecto subangulato ramosissimo: foliis inferioribus 2-pinnatis, pinnis 2-3-partitis, superioribus pinnatis, foliolis subintegris: cremocarpium jugis obtuse carinatis.

J. vulgaris *Bert. Fl It. t.* 3. *p.* 336.

In apenninorum rupibus. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albo-virides et etiam purpurascentes.

PTYCOTIS.

572. VERTICILLATA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 4. *p.* 108. Glaucescens. Caule terete gracili ramosissimo, ramis alternis, dichotomo: foliis pinnatis, foliolis setaceis multipartitis crebris verticillum simulantibus: involucellis pentaphyllis setaceis aristatis.

P. verticillata *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 305.- Seseli ammoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 116. *n.* 361.

In arvis siccioribus, aggeribus. *Testaccio, Tor di Quinto, Tor S. Giovanni* etc.

Annua, Flor. Julio. Flores albi.

SISON.

573. *Amomum L. Sp. Pl. p.* 362. Laete virens. Caule terete striato ramosissimo: foliis inferioribus pinnatis, foliolis ovato-oblongis sublobatis, lobis serratis superioribus pinnatifido-laciniatis, laciniis mucronatis: umbellis sub-4-partitis, in fructu erectis.

S. Amomum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 114. *n.* 254.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 281.- Ammi Sij vel Laveris folio flore albo, semine nigro *Barrel. Ic.* 1190.- Thysselinum Plinii. *H. Rom. t.* 5. *tab.* 98.

Ad sepes in umbrosis frequens.

Bienn. Flor. Julio-Septembri. Flores albi.

AMMI.

574. *majus L. Sp. Pl. p.* 349. Glabrum. Caule erecto striato, ramis patulis ut plurimum alternis: foliis, margine cartillagineis, inferioribus pinnatifidis, laciniis lanceolatis simplicibus vel subtrifidis argute serratis, superioribus pinnatisectis, laciniis linearibus huc illuc dentatis: umbella fructifera subcontracta.

A. majus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 24. *n.* 8. – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 113. *n.* 345.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 252.- *H. Rom. t.* 5. *tab.* 65.

In arvis hortis viis commune.

Annuum. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

575. *glaucifolium L. Sp. Pl. p.* 348. Glaucum. Caule terete striato, ramis patentibus: foliis omnibus 2-pinnatifidis, laciniis linearibus acutis hinc inde subserratis: umbella fructifera tandem patula.

In montibus Latii ad vias. *M. Gennaro* etc.

Annuum vel Bienne. Flor. Julio. Flores albidi.

576. *Visnaga Lamk. Enc. meth. ed. de Pad. t.* 1. *p.* 131. Glabra. Caule terete striato crassiusculo, ramis alternis subpatentibus corymbosis: foliis 3-pinnatifidis, pinnis numerosis lineari-filiformibus apice mucronulatis: umbella fructifera contracta, radiis rigescentibus.

A. Visnaga *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 113. *n.* 346.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 254.

In arvis, marginibus secus Tyberim abunde. *Ponte salara*, *Ponte fratta*, *Ostia* etc.

Annum vel Bienne. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

Vulgo. *Bisnaga*, *Stuzzicadenti*.

Usus. Radii umbellarum maturi ad *stuzzicadenti* conficiendos utimur.

AEGOPODIUM.

577. *Podagraria L. Sp. Pl. p.* 279. Foliis inferioribus 2-3-pinnatifidis, superioribus 3-natifidis, laciniis omnibus ovato-acuminatis serratis.

Ae. Podagraria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 117. *n.* 369. – *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 287.

Ad sepes in umbrosis. *Valle dell' inferno, presso Genzano* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

Vulgo. *Podagraria.*

Usus. In materia medica olim enumerabatur, unde nomen vulgare; in acetaris etiam apud nonnullos praestat ob gratum saporem.

BUNIUM.

578. *Bulbocastrum L. Sp. Pl. p.* 349. Radice tuberosa globosa, caule erecto basi flexuoso superius ramoso, ramis erecto-patulis: foliis inferioribus, petiolatis 2-pinnatifidis, laciniis lato-linearibus cuspidatis, superioribus successive minus pinnatifidis, et brevius pedunculatis, laciniis prorsus linearibus: involucro, involucellisque 5-phyllis.

B. Bulbocastrum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 220.– Cyminum bulbosum *Columm. Ecphr.* 2. *p.* 14. *fig. p.* 20.– Bulbocastrum majus folio Apii *H. Rom. t.* 5. *tab.* 73.

In alpestribus Piceni. *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

Vulgo. *Castagna di terra.*

Usus. Radices coctae edules.

579. *magna Wald. at Kit. Pl. rar. Hung. t.* 2. *p.* 199. *tab.* 182. Radice tuberoso-oblonga: caule fistuloso decumbente parce ramoso: foliis crassiusculis 2-pinnatifidis, laciniis brevibus obtusis uniformibus, radicalibus longe petiolatis, superioribus, petiolo vaginante successive abbreviato: involucro et involucellis sub-5-phyllis.

B. alpinum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 222.

In rupibus alpestribus elatioribus montis *Vettore* in Piceno.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi quandoque rosei.

PIMPINELLA.

580. *magna L. Mant. p.* 219. Glabra. Caule terete fistuloso alterne ramoso: foliis pinnati-sectis grosse serratis incisive, laciniis inferioribus ovato-oblongis, superioribus lanceolatis, impari triloba: cremocarpio glabro.

P. magna *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 261. Saxifraga major Germanica foliis

altius incisis *Barrel. Ic.* 243. Tragoselinum majus umbella candida *H. Rom. t.* 5. *tab.* 77.

In montibus Umbriae et Piceni haud infrequens, et in montibus Latii. *M. Gennaro.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Obs. Dotes sequentis speciei, at minus intensae.

581. SAXIFRAGA *L. Sp. Pl. p.* 378. Pubescens. Caule terete farcto, ramis alternis: foliis pinnatisectis, inferioribus, laciniis rotundatis dentatis, extima majore, superioribus anguste pinnatifidis incisis, vaginis ramorum subaphyllis: cremocarpio glabro.

P. saxifraga *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 263.- Pimpinella saxifraga hircina minor montana foliis alte incisis *Barrel. Ic.* 738.

In montanis elatis, et etiam mare versus. *S. Felice presso Terracina.*

Perenn. Flor. Junio-Septembri. Flores albidi.

Vulgo, et in officinis. *Pimpinella.*

Usus. Omnes partes hujus plantae, at praesertim radix amara acris urens est, et plurimis in morbis jam praedicata, nunc raro praescribitur.

582. PEREGRINA *L. Mant. p.* 357. Pubescens. Caule 2-3-pedali striato ramoso: foliis radicalibus pinnatifidis, laciniis subrotundis crenatis, caulinis superioribus incisis, laciniis linearibus: cremocarpio hirto.

P. peregrina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 117. *n.* 367.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 267.- Daucus tertius Dioscoridis, secundus Plinio *Colum. Ecphr.* 1. *p.* 108. *fig. p.* 109.- Tragoselinum annuum, rotundifolium Italicum *Barrel. Pl. per Gall. etc. p.* 6. *n.* 116 - et Saxifraga rotundifolia flore albo annua Italica. *Bocc. Mus. di piant. p.* 85.

In sterilibus pascuis ad marginem vulgaris. Copiosissima secus viam Appiam.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

583. TRAGIUM *Pers. Syn. Pl. t.* 3. *p.* 323. Glauco-albida. Caulibus caespitosis ramosis, basi perennantibus: foliis pinnatifidis coriaceis, inferioribus laciniis subrotundis cuneatisque inciso-dentatis, superioribus anguste lanceolatis: cremocarpio incano-pubescenti.

P. Tragium *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 269.– Tragium alterum Dioscoridis *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 75. *et* Tragium *Colum. l. c.*

In montibus Umbriae et Piceni etiam demissis. *Intorno Macerata, M. Polino* etc.

Perenn. Flor. Julio et iterum Octobri. Flores albi.

Vulgo. *Tragio.*

SIUM.

584. NODIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 361. Caule procumbente: foliis pinnatifidis uniformibus, laciniis ovatis subserratis: umbellis subsessilibus oppositifoliis, involucro universali subnullo.

S. nodiflorum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 114. *n.* 353.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 275.- Sium sive Apium palustre foliis oblongis *H. Rom. t.* 5. *tab.* 75.

In fossis, rivulis, fontibus obvius.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Vulgo. *Cannei.*

Usus. Herba grati saporis a vulgo diuretica reputata, et in acetariis apetita.

585. ANGUSTIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 1672. Caule erecto: foliis conformibus pinnatifidis, laciniis ovato-lanceolatis inaequaliter incisis serratisve: umbellis oppositifoliis pedunculatis: involucro universali polyphyllo.

S. angustifolium *Maur. Cent.* 13. *p.* 15.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 276.

In fossis minus frequens. *Ai due ponti di Tor di Quinto.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

BUPLEURUM.

586. ROTUNDIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 340. Glabrum. Caule erecto fistuloso alterne ramoso: foliis inferioribus ovato-oblongis, superioribus subrotundo-ovatis perfoliatis: umbellis sub-8-radiatis nudis: foliolis involucelli ovatis, mucronulo terminatis, umbellula longioribus: cremocarpiis glabris.

B. rotundifolium *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 130.

In messibus secus *Rieti*, et in Piceno.

Annuum. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Vulgo, et in officinis. *Perfoliata.*

Usus. Herba et semina subadstringentia a Medicis olim praedicata.

587. PROTRACTUM *DC. Prod. Syst. Nat. t.* 4. *p.* 120. Intense-glaucum. Caule erecto-fistuloso alterne ramoso, ramis divaricatis: foliis omnibus ovato-elongatis apice acutis, ascendendo brevioribus, perfoliatis: umbellis sub-3-radiatis nudis: foliolis involucri lato-ovatis, mucronulo terminatis, umbellula longioribus: cremocarpiis granulato-scabris.

B. protractum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 132.- B. rotundifolium *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 110. *n.* 331.- B. perfoliatum latifolium *H. Rom. t.* 5. *tab.* 78.

Inter segetes praesertim ad montium radices.

Annuum. Flor. Junio. Flores lutei.

588. *cernuum* *Ten. Flor. Nap. t. 2. in add. etc. p. 322. v. 3. t.* 125. Subglaucum. Caule erecto, ramis alternis: foliis linearibus acutis 5-nerviis: involucellis 3-4-phyllis angusto-lanceolatis inaequalibus, umbella 5-9-radiata, brevioribus: involucellis 5-phyllis lineari-lanceolatis acuminatis: cremocarpiis laevibus costatis.

B. cernuum *Sang. Cent. tres p.* 43. *n.* 92.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 139.

In apricis herbidis montium elatiorum. *S. Salvator Maggiore*, et in sepibus Piceni. *Vettore*.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

589. *junceum* *L. Sp. Pl. p.* 323. Laete virens. Caule erecto, ramis paniculato-dichotomis: foliis linearibus 7-nerviis: involucro 3-phyllo, foliolis lanceolato-linearibus inaequalibus, umbella sub trifida, breviore: involucellis pentaphyllis, umbellulam 3-5-floram, vix aequantibus: cremocarpiis laevibus costatis.

B. junceum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 110. *n.* 333.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 143.

In montium sylvis opacis, sepibus etc. *Palombara, alla Paranzana* etc.

Annuum. Flor. Julio-Augusto. Flores lutei.

590. *aristatum* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 4. *p.* 129. Intense virens. Caule erecto, ramis alternis subpatulis: foliis lineari-lanceolatis 3-nerviis: involucris involucellisque pentaphyllis lanceolatis aristatis, flores subsessiles, superantibus: cremocarpiis laevibus acute costatis.

B. aristatum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 146.- B. odontites *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 110. *n.* 332.- B. tertium minimum *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 85. et B. perfoliatum angustifolium montanum *l. c.* 247.

In collinis, montosis siccioribus etc. *Monte Mario, Monte della Croce a Tivoli, Palombara* etc.

Annuum. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

OENANTHE.

591. *fistulosa* *L. Sp. Pl. p.* 365. Viridi-glauca. Radice fasciculata, napulis oblongis intermistis: caule erecto fistuloso, alterne ramoso: foliis radicalibus 2-pinnatifidis, successivis ascendendo depauperatis, ultimis simpliciter pinnatifidis, pinnis omnibus linearibus planis: involucellis polyphyllis, cremocarpiis multi-striatis, duplo brevioribus.

OE. fistulosa *Fior. Gior. Arcad. t.* 18. *p.* 163.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 233.

In demissis hyeme inundatis. *Paludi pontine*.

[illegible]

592. *PIMPINELLOIDES L. Sp. Pl. p.* 336. Glabra. Radice fibrosa, napulis [illegible]

OE. pimpinelloides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 115. *n.* 355. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 236.

In humentibus pratis, sylvaticis vulgare. *Fiumicino. Ostia Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

593. *PEUCEDANIFOLIA Spr. Syst. Veg. t.* 1. *p.* 889. *n.* 7. Viridi-glaucescens. Radice fasciculata, napulis ovoideis: caule fistuloso parce ramoso: foliis inferioribus 2-pinnatifidis, successivis pinnatifidis, ultimis simplicibus integris vel laciniatis, pinnis laciniisque jamdudum linearibus: involucellis polyphyllis. cremocarpiis multi-striatis, subaequalibus.

OE. peucedanifolia *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 238.

[illegible]

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

594. *LACHENALII DC. Prod. Syst. nat. t.* 4. *p.* 136. Glauca. Radice [illegible]

OE. Lachenalii *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 239. - OE. - peucedanifolia *Bert. Amoe. It. p.* 240. *n.* 30.

In pratis mare versus hyeme inundatis. *Ostia, Fiumicino. da Palo a Ci-* [illegible]

[illegible]

595. *SILAIFOLIA Marsh. ab Bieberst. Sup. p.* 132. Glauca. Radice fibrosa. napulis fusiformibus descendentibus: caule farcto parce ramoso: foliis radicalibus 2-pinnatifidis, pinnis 3-partitis, superioribus pinnatifidis, laciniis omnibus conformibus lineari-acuminatis: involucellis polyphyllis, cremocarpiorum [illegible]

OE. Lachenalii *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 241.

In pratis Umbriae. *Valle dell'Inferno presso Norcia.*

Perenn. Flor. Augusto-Septembri. Flores albi.

PHELLANDRIUM.

596. *aquaticum* *L. Sp. Pl. p.* 366. Pallide virens: radice fusiformi, fibris exilibus fasciculato-verticillatis: caule fistuloso sulcato, ramis divaricatis: foliis 3-pinnatifidis refractis, inferioribus immersis, pinnis tenuissime laciniatis, superioribus emersis cuneato-ovatis incisis edentatis: involucro universali nullo.

Ph. aquaticum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 115. *n.* 356.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 229.- Phellandrium *H. Rom. t.* 5. *tab.* 42.

In humentibus pascuis fossis frequens. *Tor Pignattara*, *Acqua bullicante*, *Isola Farnese* etc.

Bienn. Flor. Majo. Flor. albi.

Vulgo. *Felandrio aquatico.*

Usus. In veteri medicina ad calculos ciendos laudabatur, nunc remedium deprimens plurimi momenti habitum. Planta venenata, caute adhibenda; contrita odorem peculiarem praebet.

597. *globulosum* *L. Sp. Pl. p.* 363. Glaucescens. Radice fasciculata, napulis fusiformibus: caule fistuloso striato alterne ramoso: foliis radicalibus pinnatifidis, pinnis cuneato-ovatis 2–3-lobis, inferioribus 2-pinnatifidis, pinnis lanceolatis sub-3–fidis, superioribus pinnatifidis, laciniis linearibus: eremocarpiis globoso–pyriformibus fungosis majusculis.

Ph. globulosum *Sang. Cent. tres p.* 45. *n.* 97.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 231.– OEnanthe peucedonifolia *Maur. Cent.* 13. *p.* 16.

In pratis praesertim humidis maritimis frequens. *Civitavecchia*, *Ostia*, *Tor di Quinto*, et etiam in montanis. *Quadagnolo.*

Perenne. Flor. Majo. Flores albi.

FOENICULUM.

598. *officinale* *Allion. Fl. Ped. t.* 2. *p.* 25. *n.* 2359. Clauco-virens. Caule caespitoso farcto orgyali ramoso: foliis inferioribus pinnatifido-decompositis, pinnis capillaceis multipartitis, superioribus conformibus elongatis flaccidis: umbellis ramorum depauperatis: mericarpiis maturitate intense viridibus.

F. officinale *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 339. – Anethum Foeniculum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 117. *n.* 366.

In arvis commune.

Perenne. Flor. aestate. Flores lutei.

Vulgo. *Finocchio salvatico*, *Finocchiella.*

Usus. Radix inter quinque aperientes enumeratur pro conficiendo syrupo de quinque radicibus dicto: turiones hyeme colliguntur, et sub nomine *Fi–*

nocchietti in mensis apponuntur: folia cocta vel cruda secretionem lactis augere autumantur: semina oleo essentiali donantur, et in carminativis ad flatulentias vincendas enumerantur.

Obs. Noli confundere nostra species cum *Phoeniculo sativo Bert. l. c. p.* 340: nam nostra species perennis, sapore calido aliquantulum ingrato, fructibus minusculis; *F. sativum* annuum, peregrinum in tota italia, sapore grato, fructibus majusculis; quamobrem in hortis apud nos, et alibi late colitur, et in mensis desideratissimum sub nomine. *Finocchio dolce, Finocchio romano.*

599. PIPERATUM *Ten. Syll. p.* 104. *n.* 2. Glaucum. Caule terete ramoso sub-orgyali farcto: foliis pinnatifido-decompositis, pinnis inferioribus capillaceis brevibus, superioribus subulatis crassis brevissimis rigidis: umbellis pauciradiatis: cremocarpiis maturitate atratis.

F. piperatum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 342. Anethum piperitum *Fior. Gior. de' lett. di Pisa t.* 17. *p.* 116.

In pratis elatis, et secus vias non infrequens.

Perenn. Flor. Autumno. Flores lutei.

Obs. Sapor fervidus urens totius plantae, multo major, quam in specie praecedente.

BRIGNOLIA.

600. PASTINACAEFOLIA *Bert. Amoen. It. p.* 97. *n.* 3. Glabra. Foliis pinnatifidis 2-pinnatifidisve, pinnis subovatis serratis, impari trilobo.

B. pastinacaefolia *Sebast. Rom. Pl. Fas. alter. p.* 8. *tab.* 3.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 114. *n.* 251.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 299.- Seseli subrotundo Selini folio flore luteo Italico *Barrel. Ic.* 241.- Daucus montanus Apiifolio *Bocc. Rech. et Observ. nat. p.* 192.

In arvis ab Urbis occidente. Inter septimum et octavum ab Urbe milliarium extra portam portuensem magna manu.

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

SESELI.

601. GLAUCUM *L. Sp. Pl. p.* 372. Exquisite glaucum. Caule ramosissimo nodoso, ramis divaricato-dichotomis: foliis 3-pinnatifidis, pinnis trifidis plano-linearibus subdivaricatis, vaginis superioribus successive abbreviatis, ultimis quandoque aphyllis: umbellis multiradiatis: involucellis polyphyllis, umbellula brevioribus: cremocarpiis ovoideis tandem glabratis.

S. glaucum *Sang. Cent.* 3. *p.* 45. *n.* 96.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 324.

In siccioribus montosis. *Sul monte della Croce presso Tivoli.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

602. *MONTANUM L. Sp. Pl. p* 372. Glaucum. Caule caespitoso erecto superius parce ramoso: foliis sub-3-pinnatifidis, pinnis filiformibus 3–partitis vel simplicibus: vaginis superioribus sub-aphyllis: involucellis umbellulam aequantibus: cremocarpiis glabris.

S. montanum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 115. *n.* 359.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 324.

In montosis calcareis. *Presso Subiaco.*

Perenn. Flor. aestate. Flores albi.

603. *TORTUOSUM L. Sp. Pl p.* 373. Intense glaucum. Caule crasso erecto vel decumbente ramosissimo, ramis divaricatis tortuosis: foliis carnosis 3-pinnatifidis, pinnis linearibus 3-fidis, 3-dentatisque: vaginis superioribus successive abbreviatis, ultimis quandoque aphyllis: cremocarpiis oblongis hirtis.

S. tortuosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 116. *n.* 360.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 326.

In pratis, et sylvis maritimis *Castel Fusano*, *Civitavecchia*, *S. Felice presso Terracina* etc.

Perenn. Flor. Septembri. Flores albi.

Obs. Flora nostra tam *S. glaucum*, quam *S. Tortuosum* possidet, ille in montanis, hic in demissis, et synonima speciebus apposita reapse ad ipsas pertinent; item dicatur de stationibus, quae in Prodromo, et in meis Centuriis nescio quo fato immutatae fuerunt. Hac fortasse de causa non immerito Clarissimus Bertolonius suo *S. tortuoso*, synonimon *S. glaucum Sang. Cent. tres* apposuit.

LIBANOTIS.

604. *SICULA Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 317. Molliter pubescens. Caule alterne ramoso: foliis 3-pinnatifidis, pinnis ovatis lanceolatisve brevissimis, inferioribus petiolatis, superioribus successive minoribus, ultimis vaginis aphylli.

Athamanta sicula *Fior. Gior. de' lett. di Pisa t.* 17. *p.* 8. *n.* 20.– Daucus creticus semine hirsuto *Bocc. Rech. et observ. p.* 192.

In rupibus montis Circaei, et super moenia Anxuris copiose.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

Obs. Tota planta grate aromatica.

CNIDIUM.

605. *APIOIDES DC. Prod. Syst. nat. t.* 4. *p.* 152. Glabrum. Caule ramoso angulato: foliis 3-pinnatifidis, pinnis uniformibus multifidis, laciniis

lanceolatis obtusiusculis mucronatis: involucro subnullo: cremocarpio ovoideo sulcato.

C. Apioides *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 351. Ligusticum apioides *Sang. Cent.* 3. *p.* 45. *n.* 95.

In montium sylvis abbunde. *M. Lucretile, Albano, Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

ATHAMANTA.

606. *Libanotis L. Sp. Pl. p.* 351. Puberula albicans. Caule erecto angulato-sulcato farcto, superius alterne ramoso: foliis 3-pinnatifidis, pinnulis cuneatis: cremocarpio villoso.

A. Libanotis *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 450.

In elatis apenninorum Piceni. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

HLADNIKIA.

607. *golacensis Koch. Syn. Flor. Germ. et Helv. t.* 2. *p.* 320. Glabra. Caule ramoso: foliis 2–3-pinnatifidis, pinnis lanceolatis inciso-serratis.

Hl. golacensis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 469.

In pratis editioribus Umbriae. *Monte la Rosa al Sasso Borghese.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

MEUM.

608. *athamanticum DC. Pr. Syst. nat. t.* 4. *p.* 162. Glabrum. Caule fistuloso erecto, parce ramoso: foliis 2-pinnatifidis, pinnulis numerosis, capillaceis: umbellis solitariis terminalibus in fructu erectis: cremocarpiis oblongis

M. athamanticum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 313.– M. foliis Anethi. *H. Rom. t.* 5. *tab.* 98.

In pratis montium humidiorum Piceni. *Monte la Rosa.*

Perenn. Flor. Majo ad aestatem. Flores albi, vel albo-rubentes.

Vulgo. *Meo barbuto.*

Usus. Radix in cardiacis olim enumerabatur, et in periodicis, leucorrea aliisque hujus generis morbis in pulverem redata valuit. In celebratissimis electuariis Theriaca, et Mitridato ingrediebatur, farmaca nondum oblita, et a villicis adhuc plurimi extimata.

609. *carvifolium DC. Prod. Syst. nat. t.* 4. *p.* 116. Lacte virens. Caule caespitoso fistuloso decumbente erectove ramoso, ramis remotis oppositis: foliis 2-pinnatifidis, pinnis multi-partitis lineari-acuminatis: umbellis numerosis in fructu divaricatis: cremocarpiis oblongis.

M. carvifolium *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 323.- Daucus Mattioli minor tenuifolius *Barr. Ic.* 1241.

In rupestribus australibus Piceni. *Monte la Ventosa sopra S. Pellegrino.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albo-virides.

Vulgo. *Meo odoroso.*

CRITHMUM.

609. *maritimum* *L. Sp. Pl. p.* 334. Viridi-glaucum. Foliis carnosis 2-3-pinnatifidis, pinnis lanceolatis: umbellis solitariis terminalibus.

C. maritimum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 112. *n.* 340.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 333.- C. seu Foeniculum maritimum majus odore Apii *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 94.

In litore arenoso maris obvium.

Perenn. Flor. aestate. Flores albi.

Vulgo. *Finocchio marino.*

Usus. Folia ad diuresim valent, item in aceto servata mensis apponuntur ad apetitum promovendum.

SELINUM.

610. *Oreoselinum* *Scop. Flor. Carn. t.* 2. *p.* 201. Laete virens. Caule terete simplici stricto: foliis 3-pinnatifidis, pinnis oppositis refractis, pinnulis cuneatis incisis subtrifidis: involucris linearibus acutis reflexis: cremocarpiis ellipticis globosis.

S. Oreoselinum *Sang. Cent. tres p.* 46. *n.* 99.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 362.

In montium sylvis. *Monte Lucretile.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

611. *sulcatum* *Ten. Viagg. in Abruz. p.* 58. *n.* 257. Caule sulcato angulato farcto parce ramoso, ramis alternis: foliis 3-pinnatifidis, pinnis cuneatis pinnatifidis, pinnulis incisis: involucris lanceolato-linearibus reflexis: cremocarpiis oblongis.

S. sulcatum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 367.

In rupibus montis *Vettore. A Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

FERULA.

612. *nodiflora* *L. Sp. Pl. ed.* 2. *p.* 247. Glaucescens. Caule orgyali et ultra farcto: foliis pinnatifido-decompositis, pinnis linearibus elongatis: involucris involucellisque nullis: cremocarpis ellipticis acute costatis.

F. nodiflora *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 372. - F. communis *Fl. Rom. Prod. p.* 114. *n.* 349 ex parte.- F. foemina *H. Rom. t.* 6. *tab.* 5.

β muraria. Pinnulis abbreviatis lineari-filiformibus.

F. nodiflora β *Bert. l. c.*- F. communis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 45. *n.* 102.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. l. c.* ex parte.

In aridis et rupibus non rara. *A Tor di Quinto in copia.* β super rudera antiqua. *Colosseo, Terme di Diocleziano, Arco de' Vespilloni* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei.

Vulgo. *Ferola.*

613. GLAUCA *L. Sp. Pl. p.* 355. Caule sub-2-orgyali: foliis decomposito-pinnatifidis, supra viridibus nitidis, subtus intense glaucis, pinnis late linearibus planis subtrifidis: involucris involucellisque nullis: cremocarpiis elliptico-oblongis.

F. glauca *Bert Fl. It. t.* 3. *p.* 374.

In incultis et aggeribus. Extra Portam Divi Laurentii, et praesertim *alla Caffarella.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

Vulgo uti praecedens.

Usus. Medulla caulis ab Aurificibus, et Argentariis expetitur, ad artis opera expolienda.

614. FERULAGO *L. Sp. Pl. p.* 356. Caule sulcato suborgyali, ramis brevibus verticillatis: foliis pinnatifido-decompositis decussatis, pinnis linearibus angustissimis: involucris involucellisque polyphyllis, foliolis ovato-lanceolatis: cremocarpiis obovatis.

F. Ferulago *Bert Fl. It. t.* 3. *p.* 375. - F. nodiflora *Maur. Cent.* 13. *p.* 15.- Libanotis tenuifolia altera ferulae folio et semine Italico *Barrel. Ic.* 385. - L. ferulaefolio et semine Italica *Bocc. Mus. di piant. p.* 35.

In montibus Latii, et Piceni ad margines agrorum. *Serra S. Antonio, Macerata, Camerino* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores luteoli.

Obs. Odor totius plantae aromaticus.

PALIMBIA.

615. CHABRAEI *DC. Prod. Syst. nat. p.* 176. Albo-glaucescens. Foliis pinnatifidis, pinnis partito-laciniatis, laciniis lineari-lanceolatis acutis.

P. Chabraei *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 354.

In alpestribus apenninorum. *Monte Birro* in Piceno.

Perenn. Flor. Augusto-Septembri. Flores albi extus subpurpurei.

PASTINACA.

616. *sativa L. Sp. Pl. p.* 376. Caule 4-pedali erecto fistuloso angulato sulcato, ramis superioribus oppositis: foliis pinnatifidis, pinnis ovato-oblongis, impari triloba, omnibus margine aequaliter, et minute dentato-crenatis: umbellis solitariis terminalibus.

β latifolia. Foliis duplo triploque majoribus.

P. sativa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 116. *n.* 362.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 437.

In humentibus vineis etc. β ad ripas Tyberis.

Bienn. Flor. Junio-Octobri. Flores lutei.

Vulgo. *Pastinaca.*

Usus. Radix esculenta est, unde in hortis colitur. Radix, et semen olim in materia medica enumerabantur uti aphrodisiaca, et nutrientia.

617. *Opoponax L. Sp. Pl. p.* 376. Caule erecto terete farcto suborgyali inferius strigoso, ramis brevibus variis: foliis radicalibus et inferioribus 2-pinnatifidis, superioribus pinnatifidis, pinnis omnibus ovatis, basi inaequaliter cordatis lobatis dentatis, lobis et dentibus acutis.

Opoponax *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 116. *n.* 362.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 439.

In arvis ad vias communis.

Perenn. Flor. Julio. Flores lutei.

Vulgo. *Opoponaco.*

Usus. In Oriente, et in aliis caldioribus regionibus, a radice Gummiresina exudat, Opoponacum in officinis dicta, quae jam plurimis in morbis tam internis quam externis valuit. Nunc vix commemoratur, nam impartialis experientia docuit potius fantasticae, quam solidae virtutes Opoponaco tributae fuissent.

HERACLEUM.

618. *Spondylium L. Sp. Pl. p.* 358. Hispidum. Caule suborgyali sulcato fistuloso: ramis alternis: foliis pinnatisectis, vel pinnatifidis, segmentis 3-5-lobis ovatis undulatis inciso-dentatis: cremocarpiorum vittis lateralibus dimidiatis.

H. Spondylium *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 426.– Spondylium vulgare foliis acute incisis *Barr. Ic.* 56, et S. vulgare flore albo *Ic.* 371.

In apennino Umbro. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albidi.

619. *Panaces* *L. Sp. Pl. p.* 358. Caule sub-3-pedali hirto sulcato fistuloso, ramis alternis: foliis pinnatisectis, pinnis palmatilobis dentatis, impari majore, petiolis et nerviis primariis hirtis: cremocarpiorum villis lateralibus dimidiatis.

H. Panaces *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 431.

In pratis elatis Umbriae. *Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Augusto. Flores albi.

620. *Orsini* *Guss. Pl. rar. p.* 133. *tab.* 27. Caule 2-3-pedali subsimplici muricato superius quandoque glabro: foliis simplicibus palmato-lobatis, lobis obtusis crenatis, nervis venisque hispidis: cremocarpiorum vittis omnibus dimidiatis.

H. Orsini *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 434.- Spondylium album montanum albo flore *Barrel. Ic.* 55.

In alpestribus Umbriae, et Piceni. *M. de' Fiori, Monte Vettore al Sasso Borgese* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albo-virides.

TORDYLIUM.

621. *maximum* *L. Sp. Pl. p.* 345. Setis retrorsis hispidum. Caule erecto sub-4-pedali alterne-ramoso: foliis pinnatifidis grosse serratis, pinnis inferiorum ovatis, superiorum lanceolatis, impari multum elongata: involucellis, umbellulis brevioribus: mericarpiis margine crenatis.

T. maximum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 72. *n.* 224.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 111. *n.* 335.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 442.- Tordylium maximum, Caucalis maximum Spondylii aculeato semine *H. Rom. t.* 6. *tab.* 2.

In arvis marginibus ad sepes frequens.

Annuum. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

622. *officinale* *L. Sp. Pl. p.* 345. Caule e basi ramoso, villis retrorsis incano, superius denudato: foliis pinnatifidis, inferiorum pinnis, basi cordata, ovatis lobatis, lobis dentatis, impari cordato-trifido, superiorum linearibus: involucellis umbellulas superantibus: mericarpiis obscure 5-costatis, margine tuberculato.

T. officinale *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 444.- T. minimum apulum *Colum. Ecphr. t.* 1. *p.* 122. *fig. p.* 124.- T. alpinum minimum *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 5.

In campestribus ad vias. *Presso Vallerano per andare alla mola di sotto, ed alla salita della Spiaggia per andare a Subiaco.*

Annuum. Flor. Aprili-Majo. Flores albi radiantes.

Usus. Semina drastica sunt, et in veteri medicina non raro uturpata.

623. *apulum* *L. Sp. Pl. p.* 345. Villis brevibus hirsutum. Caule striato alterne ramoso: foliis pinnatifidis , inferiorum pinnis ovatis crenatis inciso-dentatis, impari cordato-trifida, superiorum linearibus acuminatis: involucello umbella breviore: mericarpiis multi-striatis, margine exquisite tuberculatis.

T. apulum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 425.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 111. *n.* 334.

In arvis viis, messibus obvia.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flores albi radiantes.

Vulgo. *Ogliosa.*

SCANDIX.

624. *Pecten Veneris L. Sp. Pl. p.* 368. Foliis 3-pinnatifidis , pinnulis linearibus 3-fidis acutis: cremocarpiis glabris rectis striatis: mericarpiis margine hispidis.

S. Pecten Veneris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 115. *n.* 357. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 199.– S. semine rostrato vulgaris *H. Rom. t.* 6. *tab.* 14.

In messibus vulgaris.

Annua. Flor. Junio. Flores albi.

ANTHRISCUS.

625. *vulgaris Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 320. Caule erecto striato glabro dichotomo: foliis 3-pinnatifidis margine et nervis ciliato-hispidis, pinnis uniformibus, pinnulis linearibus brevibus acutis: umbellis pauci-radiatis , radiis divaricatis: cremocarpiis ovoideis uncinato-aculeatis.

A. vulgaris *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 194. – Caucalis Scandix *Maur. Cent.* 13. *p.* 14. Myrrhis aequicolorum nova *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 110. *fig.* 112.

Ad sepes , oras sylvarum in montosis. *All' ingresso dei Castagneti di Soriano.*

Ann. Flor. Majo. Flores albi.

626. *sicula DC. Prod. Syst. nat. t.* 4. *p.* 196. Caule erecto sulcato glabro, ramis alternis: foliis 3-pinnatifidis, margine et nervis pilosis: pinnis ovato-lanceolatis uniformibus , pinnulis linearibus incisis: umbellis multiradiatis: cremocarpiis cylindraceis apice sub-incrassatis, remote muricatis.

A. sicula *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 196.

In alpestribus Nursinis. *Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

CHEROPHYLLUM.

627. *sativum, Smith. Engl. Fl. t.* 2. *p.* 48. Glabrum. Caule erecto striato

valde ramoso, ramis alternis: foliis ternato-pinnatifidis, pinnulis ovato-acuminatis integris dentatisve: umbellis pauciradiatis, radiis erectis: involucellis olygophyllis, foliolis lanceolatis.

Ch. sativum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 203.- *H. Rom. t.* 5. *tab.* 88.

In marginibus viarum, et ad sepes umbrosas. *A Porta s. Paolo.*

Annuum. Flor. Majo–Junio. Flores albi.

Vulgo. *Cerfolio.*

Usus. Planta aromatica in acetariis appetita, ideo in hortis saepe culta. Herba in veteri medicina inter diuretica enumerabatur, et semina ad augendam lactis secretionem propinabantur.

628. SYLVESTRE *L. Sp. Pl. p.* 369. Caule 2-cubitali erecto sulcato valde ramoso inferne hirto, geniculis tumidis: foliis 3–pinnatifidis glabris, pinnis ovato-lanceolatis acutis, pinnulis inciso-dentatis: umbellis multiradiatis longe pedunculatis: involucellis olygophyllis, foliolis ovatis margine membranaceis.

Ch. sylvestre *Maur. Cent.* 13. *p.* 16.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 204.

Ad sepes, locis humidiusculis circa urbem et in montibus frequens.

Perenn. Flor. Aprili–Majo. Flores albi.

MYRRHIS.

629. AUREA *Spr. Syst. Veget. t.* 1. *p.* 902. Glabra. Caule erecto angulato-striato alterne ramoso, geniculis tumidis: foliis 3-pinnatifidis, pinnis ovato-lanceolatis acuminatis, pinnulis inciso-serratis: involucellis ovato-cuspidatis: cremocarpiis obtuse costatis glabris.

M. aurea *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 208.

In pratis montanis. *A valle Canetra* in Nursinis, *Monte de' Fiori* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

630. HIRSUTA *Spr. Syst. veget. t.* 1. *p.* 902. Hirsuta. Caule erecto sulcato-angulato alterne ramoso: foliis 2-pinnatifidis, pinnis late ovatis, pinnulis ovato-oblongis inciso-dentatis: involucellis lanceolatis cuspidatis reflexis ciliatis: cremocarpiis cylindrico-elongatis obtuse costatis glabris: stylis longiusculis divaricatis coronantibus.

M. hirsuta *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 211.- M. annua semine striato laevi *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 89.

In pratis elatis apenninorum. *Valle Canetra* secus Nursiam.

Perenn. Flor. Augusto. Flores albi.

631. MAGELLENSIS *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 213. Caule erecto angulato hirsuto, ramis alternis strictis: foliis 2-pinnatifidis, pinnis oblongis acutis, pin-

nulisque ovatis inciso-dentatis: involucellis lanceolatis barbatis: cremocarpiis oblongis obtuse costatis: stylis filiformibus coronantibus breviusculis.

In pratis elatis apenninorum. *Valle Canetra* secus Nursiam.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

632. TEMULENTA *Smith. Engl. Fl. t. 2. p.* 51. Caule erecto subangulato scabro, geniculis tumidis, valde ramoso, ramis dichotomis: foliis 2-3-pinnatifidis, pinnis omnibus ovatis obtusis inciso-dentatis: involucellis reflexis, foliolis ovatis acutis margine membranaceis: cremocarpiis cylindricis obtuse costatis: stylis coronantibus deflexis.

M. temulenta *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 213.- Cherophyllum temulum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 115. *n.* 358.

Ad sepes in umbrosis vulgatissima.

Bienn. Flor. Aprili ad Junium. Flores albi.

Vulgo. *Aniso salvatico.*

PRANGOS.

633. FERULACEA *DC. Pr. Syst. nat. t.* 4. *p.* 239. Albo-glauca. Foliis pinnatifido-decompositis, pinnis linearibus divaricatis spinuloso-muricatis: cremocarpiis ovato-oblongis

P. ferulacea *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 459.

In pratis montanis Nursinis. *Monte Vettore al Cavaliere.*

Perenn. Flor. Julio. Flores lutei.

CONIUM.

634. MACULATUM *L. Sp. Pl. p.* 366. Glauco-virens. Caule ramosissimo etiam suborgyali striato ut plurimum maculato: foliis 3-pinnatifidis, pinnis ovato-lanceolatis, pinnulis laciniato-dentatis, dentibus laciniisque obtusis: involucellis umbella brevioribus.

C. maculatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 113. *n.* 337.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 227.- Cicuta major *H. Rom. t.* 5. *tab.* 70.

Secus fossas ad sepes humidas nil communius.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Vulgo. *Cicuta.*

Obs. Planta foetens, odore murino, omnibus in partibus venenata.

Usus. Cicutae virtutes omnibus notae; uti deostruens in scirris, et scrofulis extractum saepe propinatur: medicamentum periculosum caute et parce adhibendum.

SMYRNIUM.

635. *Olusatrum* *L. Sp. Pl. p.* 376. Caule erecto sulcato ramoso, ramis superioribus oppositis: foliis inferioribus 3-ternatifidis, superioribus ternatifidis, pinnulis omnibus late-ovatis inciso serratis.

S. Olusatrum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 71. *n.* 228.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 117. *n.* 365.- *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 289.- S. Dioscordis Macerone vulgo *Columm. Ecphr. p.* 15.- Smyrnium *H. Rom. t.* 5. *p.* 91.

Ad vias in incultis, viridariis etc. frequens.

Bienn. Flor. Martio-Aprili. Flores viridi-luteoli.

Vulgo. *Macerone. Selleraccio.*

Usus. Planta aromatica in culinis olim adhibita.

636. *perfoliatum* *L. Sp. Pl. p.* 376. Caule erecto striato alato: foliis inferioribus 2-3-pinnatifidis, pinnis cuneato-ovatis grosse dentatis, caulinis simplicibus ovatis acutis serratis, basi late-cordata, amplexicaulibus.

S. perfoliatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 116. *n.* 364.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 290.- An Hipposelinum *Columm. Ecphr. p.* 21. *fig.*

In pratis montuosis. *Monte Gennaro.*

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

LASERPITIUM.

637. *gallicum* *L. Sp. Pl. p.* 357. Caule sub-2-pedali striato farcto ramoso, ramis alternis patulis: foliis pinnatifido-supradecompositis, pinnis divaricatis, pinnulis crassis nitidis cuneatis 3-5-fidis mucronatis: cremocarpiorum alis aequalibus planis.

L. gallicum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 395.

In elatis apenninorum secus Nursiam. *A Pietra Camela.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

638. *Siler* *L. Sp. Pl. p.* 357. Caule 4-pedali terete farcto ramoso: foliis 3-pinnatifidis, pinnis radicalibus majoribus, omnibus lanceolatis mucronatis margine cartilagineis, impari ternata: cremocarpiorum alis angustissimis.

L. Siler *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 214. *n.* 350.- *Ber. Fl. It. t.* 3. *p.* 397.

In montium petrosis. *Monte Gennaro, Valle Canetra presso Norcia* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

Vulgo. *Sellero montano.*

Usus. Fructus carminativi diuretici emenagogi fuerunt; sed nunc parum in usu. Herba ab armentis praesertim pecorum avide expetitur.

639. *latifolium* *L. Sp. Pl. p.* 356. Caule terete erecto sub-orgyali alterne ramoso: foliis 3-pinnatifidis, pinnis cordato-ovatis obtusis grosse dentatis, inferioribus majusculis: cremocarpiorum alis aequalibus.

L. latifolium *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 404.- Libanatis Italica alpina, semine crispo *Bocc. Mus. di piant. p.* 24. et L. alpina latifolia semine crispo *tab.* 3.

In apennino Umbro in aridis. *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

Usus. Radix aromatica est, et inter corroborantia, et diuretica a medicis recensita.

ELAEOSELINUM.

640. *Asclepium* *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 385. Caule terete glabro nudo: petiolis hispidis: foliis 3-pinnatifidis, pinnis setaceo-multifidis 2-pinnatifidis, pinnulis brevibus: involucro utroque nullo: umbellis lateralibus brevibus pedunculatis: cremocarpiis oblongis, dorso-striatis.

Thapsia Asplenium *Sang. Cent. tres p.* 46. Panax Asplenium Dioscordis *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 87, et Asplenium Apulum *p.* 86. *fig.*- P. Asclepias semine folioso *Bocc. Rech. et observ. p.* 205.

In montibus calcareis. *S. Polo*, *Monte Lucretile*, et ad radices Circaei

Perenne. Flor. Julio. Flores lutei.

DAUCUS.

641. *Carota* *L. Sp. Pl. p.* 348. Caule erecto sub-3-pedali alterne ramoso: foliis inferioribus 2-pinnatifidis, pinnis ovatis vel ovato-oblongis, pinnulis conformibus inciso-dentatis, superioribus 2-pinnatifidis, ultimis pinnatifidis vel simplicibus, partibus lanceolato-linearibus mucronatis: involucro pinnatifido basi alato-membranaceo, involucellis integris trifidisque jamdudum linearibus: cremocarpiorum aculeis elongatis distinctis basi vix dilatatis, apice uncinatis.

D. Carota *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 156.- D. Carota β sylvestris *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 40. *n.* 83.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 112. *n.* 343.- D. vulgaris *H. Rom. t.* 5. *tab.* 74.

In pascuis et marginibus viarum obvius.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi, centrales steriles atro-sanguinei.

Vulgo. *Pastinaca*, et etiam *Carota.*

Usus. In materia medica Linnaei Semina *Dauci sylvestris* enumerantur ad stranguriam sanandam, et calculos urinarios expellendos: nunc oblivioni relicta sunt.

Obs. Planta aromatica modo hirta modo etiam glabra. Species, quae in hortis colitur, sub nomine *Carota*, ad aliam stirpem omnino pertinet, quae nullo modo apud nos sponte provenit.

642. SETULOSUS *Guss. in DC. Pr. Syst. nat. t. 4. p.* 211. Setis hirtum. Caule erecto pedali ramoso, ramis paucis divaricatis: foliis 2-pinnatifidis, pinnis brevibus multi-partitis, laciniis linearibus, superioribus paucioribus latiusculis: involucro pinnatifido, involucellis simplicibus, partibus jamdudum lineari-setaceis ciliato-spinulosis: cremocarpiorum aculeis elongatis distinctis apice glochidiato-capitellatis.

D. setulosus. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 158.

In pratis maritimis abbunde. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

643. PARVIFLORUS *DC. Pr. Syst. Nat. t.* 4. *p.* 211. Caule erecto 2-3-pedali tuberculato-scabro, ramis erectis substrictis: foliis inferioribus 2-pinnatifidis apice inciso-dentatis, superioribns pinnatifidis, laciniis linearibus patulis subincurvis: involucro lineari-pinnatifido, involucellis linearibus acuminatis simplicibus vel 3-partitis: cremocarpiis cylindricis, aculeis brevissimis distinctis apice peltato-glochidiatis.

D. parviflorus *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 159.- D. Carota *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 112. *n.* 343.- Sylvestris Pastinaca daucoides Apula *Columu. Ecphr. t.* 1. *p.* 102. *fig.* 104.

In pratis et pascuis circa Urbem. *A Testaccio* magna manu.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores albi, exiccatione lutei.

644. GYNGIDIUM *L. Sp. Pl. p.* 348. Glaber. Caule erecto sub-3-pedali alterne ramoso: foliis inferioribus 2-pinnatifidis, pinnis crassiusculis cuneato-ovatis inciso-dentatis, superioribus pinnatifidis, pinnis paucis linearibus integerrimis sulcatis: involucro lineari pinnatifido, involucellis integris vel trifurcis, margine albo-membranaceo ciliato: cremocarpiis ovoideis, aculeis incurvis, basi distinctis, apice nudis.

ϰ hispidus. Petialis caulibusque hirto-scabris: foliis lucidis.

D. Gyngydium ϰ *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 165. - D. Carota β polygamus. *Fior. in Gior. Arch. t.* 18. *p.* 168.

In aridis maritimis. *Torre S. Lorenzo presso Ostia.*

Bienn. Flor. Junio. Flores albi.

Vulgo. *Carota marina.*

645. BROTERI *Ten. Fl. Neap. Syll. p.* 591. Caule erecto 1-2-pedali su-

perne scabro, ramis divaricatis: foliis inferioribus 2-pinnatifidis, pinnis angustis pinnatifidis, pinnulis linearibus angustissimis elongatis, omnibus apice aristulatis: involucro lineari-setaceo pinnatifido vel 3-fido, involucellis ut plurimum simplicibus, omnium laciniis lineari-setaceis acutis: cremocarpiis oblongis crasse costatis, aculeis elongatis basi dilatatis, apice calyptrato-glochidiatis.

D. Broteri *Bert. Fl. It. t* 3. *p.* 172. - D. muricatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 113. *n.* 335.

In arvis circa Urbem frequens. *Alla Marcigliana, V. Pamfili, Monte della Pica* etc.

Bienn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

CAUCALIS.

646. GRANDIFLORA *L. Sp. Pl. p.* 346. Glabra. Caule erecto 1-2-pedali infracto-dichotomo: foliis inferioribus 2-3-pinnatifidis, supremis simplicibus elongatis, pinnulis linearibus inciso-dentatis: foliis inferioribus ascendendo minus pinnatifidis, ultimis etiam simplicibus: involucro, involucellisque 5-phyllo, foliolis linearibus margine membranaceis: umbellulis externis grandi-radiantibus: cremocarpiorum aculeis subdivaricatis hamatis.

C. grandiflora *-Seb. et Maur. Fl. Rom Pr. p.* 111. *n.* 366. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 176.- Echinophora πυκνοκαρπος *Columm. Ecphr. t.* 4. *p.* 91. *tab. p.* 94.

In montium saxosis communis *S. Polo, Palombara, M. Soratte* etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

647. DAUCOIDES *L. Mant. alt. p.* 351. Caule angulato spithameo pedali dichotome ramoso, ramis divaricatis: foliis 2-3-pinnatifidis, omnibus conformibus pilosiusculis tandem glabratis: pinnis lanceolatis, pinnulisque inciso-dentatis: involucro rudimentali nulloque, involucellis sub-3-phyllis linearibus, umbellis parvi-radiantibus: cremocarpiorum aculeis patentibus uncinatis.

C. daucoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 111. *n.* 337.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 178.- Echinophora tertia λεπτοφυλλον *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 96. *fig. p.* 97.

In agris sepibus, segetibus non infrequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores subpurpurescentes vel albi.

648. PUMILA *Vahl. Symb. t.* 2. *p.* 47. Incano-pubescens. Caule decumbente subspithameo, ramis diffusis: foliis 2-pinnatifidis, pinnis pinnulisque conformibus ovatis, laciniis brevibus lineari-acuminatis: involucro, involucellisque 2-5-phyllis, foliolis inaequalibus acuminatis: umbellis vix radiantibus: cremocarpiorum aculeis horizontalibus, basi dilatatis, apice glochidiatis.

C. pumila *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 182. – C. maritima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 112. *n.* 339.

In litore marino. *Ostia, Fiumicino, Palo* etc.

Ann. Flor. Aprili–Majo. Flores subpurpurascentes, raro albi.

649. *LATIFOLIA L. Syst. Nat. p.* 330. Scabra. Caule erecto sulcato sub-3-pedali ramoso, ramis erectis subpatulis: foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis grosse serratis: involucro 2-5-phyllo, involucellis 5-phyllis, foliolis in omnibus lanceolato-oblongis albo-marginatis: cremocarpiorum aculeis divaricatis subulatis retrorsum scabris, apice glochidiatis.

C. latifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 111. *n.* 338.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 183.– Echinophora quarta major πλατύφλλον *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 90. *fig. p.* 39. *n.* 1.

In sepibus montium. *A S. Gregorio, a Roviano* etc.

Ann. Flor. Junio. Flores purpurascentes.

TORILIS.

650. *ANTHRISCUS Gmel. Fl. Bad. t.* 1. *p.* 613. Caule asperato erecto sub-3-pedali dichotome ramoso: foliis 2-pinnatifidis pinnatifidisque, pinnis oblongis incisis, terminali elongata: umbella 5-multifida: involucro–involucellisque sub-5-phyllis, foliolis subulatis: cremocarpiis undique aculeatis, aculeis erectis, apice incurvis scabris, mericarpiorum latitudine, duplo brevioribus.

T. Anthriscus *Sang. Cent. tres p.* 41. *n.* 93.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 186.

Ad sepes, sed non frequens.

Ann. Flor. Julio. Flores albi, vel puspurascentes.

650. *HELVETICA Gmel. Fl. Bad. t.* 1. *p.* 617. Caule 1-3-pedali laevi ramose dichotomo, ramis divaricatis: foliis 2-pinnatifidis, pinnis ovato-lanceolatis inciso serratis, terminali elongata, vel uniformi: umbellis pauciradiatis longe pedunculatis: involucro subnullo, involucellis 3–5-phyllis, foliolis lineari-sulcatis: cremocarpiis undique aculeatis, aculeis numerosis patentibus scabris apice glochidiatis, cremocarpiorum latitudine, sublongioribus.

Caucalis arvensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 112. *n.* 341.- C. infesta *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 187.

In arvis ad vias sepes etc. vulgaris.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

652. *HETEROPHYLLA Guss. Prod. Fl. Sic. t.* 1. *p.* 326. Caule erecto sub-3–pedali parce ramoso, ramis erectis: foliis inferioribus 2-pinnatifidis, pinnis

aequalibus lanceolatis incisis, caulinis superioribus ternatifidis, pinnis anguste linearibus elongatis, sumnis integris: umbellis 2-3-radiatis: involucro sub nullo: involucellis polyphyllis lineari-lanceolatis: cremocarpiis undique aculeatis, aculeis numerosis erectis scabris apice glochidiatis, mericarpiorum latitudine, duplo longioribus.

T. heterophylla *Sang. Cent. tres p. 44. n. 94.*- T. infesta β *Bert. Fl. It. t. 3. p. 187.*

In arvis sterilibus mare versus. *Ostia* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores purpurei.

653. NODOSA *DC. Prod. Syst. nat. t. 4. p. 219.* Caule caespitoso e basi ramoso, raro solitario simplici: foliis inferioribus 2-pinnatifidis, superioribus pinnatifidis, pinnis omnibus linearibus acutis: umbellis sessilibus globosis oppositifoliis: cremocarpiis ovoideo-oblongis, mericarpio externo apice aculeato basi muricato-granulato, interno toto muricato-granulato.

T. nodosa *Bert. Fl. It. t. 3. p. 89.* - Caucalis nodiflora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 112. n. 342.*

Ad vias, margines, sepes frequens.

Ann. Flor. Majo. Flores albi.

BIFORA.

654. TESTICULATA *DC. Pr. Syst. nat. t. 4. p. 249.* Caule angulato dodrontali pedali alterne ramoso: foliis 2-pinnatifidis, inferiorum pinnis cuneato-ovatis, superiorum, anguste laciniatis acutis: umbellulis 2-3-radiatis: petalis subaequalibus: cremocarpiis rugosis.

B. testiculata *Bert. Fl. It. t. 3. p. 246.*- Coriandrum testiculatum. *Fior. Gior. Arch. t. 18. p. 164.*

In pratis et pascuis maritimis. *Presso Ascoli, a Terracina* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

CORIANDRUM.

655. SATIVUM *L. Sp. Pl. p. 367.* Caule sub-2-pedali striato alterne ramoso: foliis 2-pinnatifidis, inferiorum laciniis flabelliformibus sub-3-fidis, superiorum linearibus acutis: umbellis 8-9-radiatis: corollis radiantibus: cremocarpiis glabris.

C. sativum *Fior. Gior. Arch. t. 18. p. 163.*- *Bert. Fl. It. t. 3. p. 250.*- C. majus *Il. Rom. t. 5. tab. 92.*

In herbosis umidis, et ad ripas Tyberis. *V. Borghese, Arsenale di Porta Portese* etc.

Vulgo. *Coriandolo, Pitartima.*

Usus. Corroborantes et stomatici fructus sunt, ideo in variis formulis medicis ingrediuntur. Item inter aromata recensentur, et ad bellaria conficienda communiter utuntur.

Pentandria-trigynia.

VIBURNUM.

656. *Tinus L. Sp. Pl. p.* 383. Foliis perennantibus ovatis integerrimis, suptus ad venarum hortus, dense glanduloso-pilosis: corollis aequalibus: acinis globosis subcompressis.

V. Tinus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 30. *n.* 256.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 118. *n.* 370.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 481.

In sepibus et ad sylvas commune.

Arbor. vel Fruct. Flor. hyeme, et vere. Flores albi.

Vulgo. *Lauro tino*, *Lentaggine.*

Usus. Foliis semper viridibus, ad elegantissimas sepes, in viridariis extruendas, valet: lignum tornatoribus optimum, et ad opera topiaria.

657. *Lantana L. Sp. Pl. p.* 884. Foliis deciduis cordato-ovatis insigniter reticulato-venosis serratis subtus stellato-tomentosis: corollis aequalibus: acinis ellipticis compressis.

V. Lantana *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 482.

In sylvis elatiorum montium Umbriae, et Piceni.

Arbusc. vel Frut. Flor. Aprili ad Junium. Flores albi.

Vulgo. *Lantana*, *Viburno.*

Usus. In aeconomia lignum praestat uti praecedens.

658. *Opulus L. Sp. Pl. p.* 384. Foliis deciduis 3-lobis, lobis acutis serratis nervoso-venosis glabris: corollis radiantibus: acinis subglobosis.

V. Opulus *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 164.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 484.

Ad sepes, in locis aquosis, mare versus. *Paludi pontine.*

Arbus. vel Frut. Flor. Majo. Flores albi.

Usus. In planta culta flores facile abortiunt, pedunculi elongantur, corollae dilatantur, et tunc elegantissimi, sub nomine *Palloni di maggio* agnoscuntur.

SAMBUCUS.

659. *Ebulus L. Sp. Pl. p.* 385. Caule herbaceo: foliis impari-pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis serratis: stipulis foliaceis: cymis trifidis: baccis subglobosis.

S. Ebulus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 68. *n.* 202.– *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 118. *n.* 371 – *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 486.

Ad vias juxta fossas in demissis vulgatissima.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Vulgo. *Nibbio, Sambuchella.*

Obs. Planta ingrate redolens.

Usus. Radix, cortex interior, folia, flores, semina in materia medica jam enumerabantur, praesertim ad fugandam hydropem. Nunc parum in usu, sed planta caute adhibenda, nam omnibus in partibus drastica. Baccae succo sanguineo inflciuntur, quamobrem ab antiquo etiam notae, et ad Rob Sambuci conficendum jamdudum usurpatae; diaphoreticum praestans. At baccae histae exsicantur, et avide expetuntur ab Ennologicis, nam colore rubro, vinum facillime inficiunt, et ideo venduntur sub nome *Peperella.*

660. *Nigra L. Sp. Pl. p.* 385. Caule arborescente: foliis impari-pinnatis, foliolis ovatis acuminatis argute serrulatis: stipulis sublaceris: cymis 5-partitis: baccis glabris.

S. nigra *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 118. *n.* 372.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 488.

In sepibus omnibus frequens.

Frut. vel Arbor. Flor. Majo-Junio. Flores albi odori.

Vulgo. *Sambuco, Zambugo.*

Usus. Planta drastica uti praecedens. Flores ad diaphoresim excitandam vulgariter inserviunt. Baccis Rob minus celebratum conficitur, item Enneologicis optimis. Infusum corticis Pediculos et Erucas enecat. Lignum et medulla in plures aeconomiae usus usurpatur.

RHUS.

661. *Coriaria L. Sp. Pl. p.* 379. Ramis erecto-patulis sparsis: foliis impari-pinnatis, foliolis ovatis grosse serratis supra lucidis subtus villosis: floribus densis in thyrsis ramosis: drupa reniformi.

R. Coriaria *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 164 – *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 476.

In montium sepibus, rupibus, et in demissis circa Urbem. *S. Felice, M. Circeo, Pozzo Pantaleo fuori porta Portese.*

Arbusc. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

Vulgo. *Sommacco.*

Usus. Folia ad Corios parandos inserviunt; qua de causa nonnullis in locis late colitur. Flores et fructus in usu medico, uti adstringentes, jam usurpati.

662. *Cotinus L. Sp. Pl. p.* 383. Ramis elongatis confertis: foliis simplicibus subrotundo-ovatis obtusis exquisite venosis supra laete viridibus subtus glaucis: floribus paniculatis: pedunculis fructiferis plumosis: drupa obcordata.

R. Cotinus *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 479.

In sylvis apenninorum Piceni communis.

Frut. Flor. Junio. Flores viridi-luteoli.

Vulgo. *Cotino, Scotano.*

Usus. Folia, uti species praecedens, in arte coriaria valent, similiter in arte tinctoria.

PALIURUS.

663. *australis Röem. et Schult. Syst. Veg. t.* 5. *p.* 342. Ramis alternis patentibus: foliis ovatis 3-nerviis crenulatis: aculeis stipularibus geminis, altero recto, altero recurvo: floribus axillaribus in corymbis laxiusculis.

P. australis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 667.– P. aculeatus *Seb. et Maur. Flor. Rom. Pr. p.* 118. *n.* 374.

In sterilibus, et sylvis communis.

Arbusc. vel Frut. Fl. Majo-Junio. Flores luteo-viriduli.

Vulgo. *Marruca.*

Usus. Planta ad sepes construendas utilissima; lignum soliditate praestantissimum, ideo a tornatoribus et topioris expetitum.

DRYPIS.

664. *spinosa L. Sp. Pl. p.* 390. Caule ramosissimo, ramis brachiatis: foliis oppositis lanceolato-subulatis mucronato-spinosis, floralibus 3-fidis pinnatifidisque: pendulis 2-3-chotomis: floribus fasciculatis terminalibus, in dichotomia pedunculorum, solitariis.

D. spinosa *Fior. Gior. de'Lett. di Pisa. Ann.* 1828 *t.* 17. *p.* 116.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 503.

In montanis prope mare. *Terracina.*

Perenn. Flor. Majo. Flores albo-rubelli.

CORRIGIOLA.

655. *litoralis L. Sp. Pl. p.* 388. Glabra. Caule procumbente valde ramoso, ramis filiformibus: foliis lanceolatis obtusis in petiolum longum productis: floribus, in corymbis terminalibus breviter pedunculatis, congestis: laciniis calycinis conniventibus.

C. litoralis *Fior. Giorn. de' lett. di Pisa anno* 1828. *t.* 17. *p.* 116.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 501.– Anthyllis linifolia flore albo polygonoides *Barrel. Ic.* 532.

In sabulosis praesertim ad ripas Fluminum. *Sponde del Tevere*, *arene di Terracina* etc.

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

TAMARIX.

666. GALLICA *L. Sp. Pl. p.* 386. Glaucescens. Foliis lanceolatis amplexicaulibus adpressis tandem divaricatis: floribus racemosis, in spicis gracillimis axillaribus: bracteis lanceolatis basi dilatatis, pedicello longioribus: capsulis cylindricis elongatis, calyce quintuplo longioribus.

T. gallica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 118. *n.* 375.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 494.

Ad ripas Tyberis copiosa.

Arbusc. vel Frut. Flor. Aprili-Majo. Flores albo-rosei.

Vulgo. *Tamarisco, Tamarigio.* Myrica antiquorum.

Usus. Folia, et rami juniores avide expetuntur ab ovibus, unde pabulum gratissimum. Cortex radicis, lignum, et folia in profluviis praedicabantur, medicamentum injuria oblivioni traditum, nam procul dubio vis adstringens in planta inest

667. AFRICANA *Desf. Fl. Atl. t.* 1. *p.* 26. Glaucescens. Foliis ovato-lanceolatis amplexicaulibus apice membranaceis: floribus racemosis, in spicis densis solitariis crassis obtusis: bracteis oblongis, pedicello brevissimo, multo longioribus: capsulis ovatis acuminatis, calyce triplo longioribus.

T. africana *Sang. Cent.* 3. *p.* 47. *n.* 100.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 496.

Ad ripas Tyberis, et in romani agri paludosis communis.

Arbusc. vel Frut. Flor. Aprili–Majo. Flores albo-carnei.

688. GERMANICA *L. Sp. Pl. p.* 387. Viridi-glabra. Foliis lanceolato-linearibus oblongisque: floribus racemosis, basi laxifloris, in spicis simplicibus: bracteis lanceolatis, pedicello quadruplo longioribus: capsulis cylindricis basi ventricosis, calyce duplo longioribus.

T. germanica *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 497.

Ad ripas fluminum in Piceno et Umbria.

Frutex. Flor. Aprili-Majo. Flores albi, vel albo-rosei.

STAPHYLEA.

669. PINNATA *L. Sp. Pl. p.* 386. Foliis impari-pinnatis, foliolis oblongis serrulatis: stipulis lanceolatis: racemis simplicibus longe pedunculatis: capsulis membranaceis ventricosis.

S. pinnata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 118. *n.* 373.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 491.

In sylvis praesertim subhumidis. *In copia ai laghi di Albano, Nemi, e nei luoghi adjacenti.*

Arbor. Flor. Aprili–Majo. Flores albo-luteoli.

Vulgo. *Sambuchella.*

Pentandria-tetragynia.

PARNASSIA.

670. *palustris L. Sp. Pl. p.* 391. Foliis cordatis: unguibus petalorum dilatatis brevissimis: nectarii ciliis numerosis, superioribus longioribus. *Bert. Fl It. t.* 3. *p.* 505.

In humentis elatiorum montium. *Al Castelluccio di Norcia, a Pietralta* etc.

Perenn. Flor. Julio.

Flores albi, venis hyalinis notati.

Pentandria-pentagynia.

STATICE.

671. *Limonium L. Sp. Pl. p.* 394. Glabra. Caule annotino paniculato-ramoso: squamis oblongo-lanceolatis acuminatis, superioribus ad hortum ramorum successive minoribus : foliis radicalibus ovato-lanceolatis 1-nerviis apice mucronulatis, basi in petiolum longum productis: spiculis brevibus 1-3-floris , in spicis densis secundis patentibus: bracteis ovatis acutis , flore multo brevioribus.

S. Limonium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 119 *n.* 377.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 514.- Limonium maritimum majus. *H. Rom. t.* 6. *tab.* 38.

In maritimis frequens. *Ai ponticelli d'Ostia* abbunde.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores violacei.

672. *oleaefolia. Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 1. *p.* 212. Glabra tuberculata. Caulibus annotinis erectis distice ramosis: squamis lanceolato-acuminatis, basi dilatatis, ascendendo brevioribus: foliis radicalibus rosulatis angustis obverse lanceolato-cuneatis obtusis obscure 3-nervis , apice mucronulatis, basi in petiolum attenuatis: floribus ut plurimum solitariis erectis, in spicis laxis distice-secundis: bracteis externis brevibus ovato-acutis, interna oblonga, calycem superante.

S. oleaefolia *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 316. - S. reticulata *Fior. in Gior. Arcad. t.* 18. *p.* 164.

In rupibus Anxuris.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores coeruleo-violacei.

673. GLOBULARIAEFOLIA *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 518. Glauca subtuberculata. Caulibus annotinis erectis, ramis disticis subpatulis: squamis basi dilatata triangulo-acutis, margine exquisite membranaceis, superioribus abbreviatis: foliis radicalibus rosulatis, obverse lanceolato-spathulatis, in petiolum angustum productis sub-3-nerviis, ut plurimum acutis mucronulatis: floribus paniculatis in spicis laxiusculis: bracteis acutis margine submembranaceis, interna triplo longiore.

S. globulariaefolia. *Bert Fl. It. t.* 3. *p.* 518. - Limonium minus oleae folio. πολύκλαδου *Barrel. Ic.* 790.

In rupibus Anxuris copiosiuscula.

Perenn. Flor. Majo-Julio. Flores coeruleo-violacei.

674. *Scopuliana Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 528. Glabra glauca. Caulibus annotinis erectis parce ramosis, ramis alternis strictis: squamis acutis basi amplexicaulibus, lato margine, membranaceis, superioribus abbreviatis: foliis obverse lanceolato-spathulatis acutis mucronatis 3-nerviis, margine cartilagineis: floribus terminalibus in spicis densis distice secundis: bracteis oblongis acutis, interna triplo longiore.

Limonium minus densa caulium foeniculacea veluti coma. *Triumf. Syll. pl. p.* 6.- L. minus Bellidis folio, flagellis foeniculaceis. *Bocc. Mus. di piant. p.* 143 et L. flagellis foeniculaceis *t.* 103.

In litore marino prope *Corneto*.

Perenn. Flor. Junio. Flores coeruleo-violacei.

675. CASPIA *Wild. En. Hort. Ber. t.* 1. *p.* 336. Granulato-scabra. Caule gracili geniculato-flexuoso, ramis ramulisque divaricato-dichotomis, inferioribus simplicibus sterilibus: squamis brevibus ovatis, margine et apice acuto, albo-membranaceis: foliis radicalibus rosulatis obverse-lanceolatis obtusis retusisve mucronulatis, basi in petiolum attenuatis: floribus solitariis fasciculatisve, in spicis densifloris brevibus gracilibus disticis: bracteis ovatis obtusis, lato margine membranaceo argentino, interna duplo majore.

S. caspia *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 530.- Limonium minus flagellis tortuosis. *Bocc. Mus. di piant. p.* 143. *t.* 103.

In rupibus Anxuris circa portam Neapolitanam.

Perenn. Flor. Julio. Flores coerulei.

ARMERIA.

676. VULGARIS *Wild. En. Hort. Ber. t.* 1. *p.* 333. Glabra. Foliis radicalibus caespitosis linearibus integerrimis 3-nerviis, nervis lateralibus saepe ob-

soletis: scapo simplici, foliis multo-longiore: involucro ore lacero: bracteis externis ovatis, internis late ovatis, margine membranaceis.

A. denticulata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 117. *n.* 376. - Statice vulgaris *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 508.

β plantaginea. Planta minor, foliis linearibus latiusculis.

In montium rupestribus frequens, et etiam secus Romam, species et varietas.

Perenn. Flor. Aprili–Majo. Flores subrosei.

677. ALPINA *Wild. En. Hort. Ber. t.* 4. *p.* 333. Glaberrima. Foliis radicalibus caespitosis lineari-lanceolatis obtusis 1–nerviis, raro 3-nerviis: scapo crassiusculo, foliis, subaequali: capitulis majusculis: involucro lacero–laciniato, bracteis externis membranaceis ovato-rotundatis oblongisque muticis, internis truncatis, apice late scariosis.

In Cacumine montis *Vettore* in Piceno.

Perenn. Flor. Julio–Augusto. Flores rosei.

LINUM.

678. USITATISSIMUM *L. Sp. Pl. p.* 397. Glabrum. Caule ut plurimum solitario, superius ramoso-corymboso: foliis sparsis, inferioribus lanceolatis obtusis, superioribus lanceolato–linearibus: petalis crenatis: sepalis ovatis acuminatis 3-nerviis, capsula globosa rostrata, duplo longioribus.

L. usitatissimum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 113. *n.* 337. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 535.

Commune in arvis.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores coerulei.

Vulgo. *Lino.*

Usus. Nomen utilissimi speciei datum, eo quod ad lintea, fila, retia, vela texenda usurpetur, quamobrem ubique, ac praesertim in Europa, late colitur. Oleum ex seminibus eductum in pictura, et ad lampades alendas perutile, farina superstes in medicina plurimum valet ad Cathaplasmata emollientia et resolventia, multis in morbis, efficaciter expetita.

679. ANGUSTIFOLIUM *Spr. Syst. veg. t.* 1. *p.* 962. Glabrum. Caule caespitoso superne ramoso, ramis paucis alternis: foliis sparsis lineari–lanceolatis acuminatis: petalis emarginatis: sepalis elliptico-oblongis mucronatis 3–nerviis, capsula globosa rostrata, aequalibus.

L. angustifolium *Sang. Cent. tres p.* 47. *n.* 101.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 537.

In herbidis vulgare.

Annuum vel perenne. Flor. Majo-Junio. Flores dilute cyanei.

680. ALPINUM *Rè Fl. Seg. p.* 28. Glauco-virens. Caulibus caespitosis adscendentibus erectis, superne parce ramosis: foliis lanceolato-linearibus pellucido-punctatis, inferioribus subreflexis: sepalis oblongis acutis 3-5-nerviis, nervis ad apicem acutum truncatis: petalis obovatis apice crenatis: capsula ovata apice acuta.

L. alpinum *Bert. Fl. It. t.* 3 *p.* 239.

In pratis elatis montium Umbriae. *Norcia.*

Perenn. et Fruticulosum. Flor. Julio-Augusto. Flores lete coerulei.

681. TENUIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 398. Glaucum. Caulibus caespitosis erectis inferne ramosis, ramis apice paniculato-corymbosis: foliis angustissimis rigidis, margine spinuloso-scabris, inferioribus congestis: sepalis ovatis longe acuminatis exquisite 1-nerviis, margine ciliato-glandulosis: petalis obovato-cuneatis mucronulatis: capsula globosa: apice acuminato.

L. tenuifolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Pr. p.* 119. *n.* 379. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 543.- L. sylvestre album oxyphyllum. *Barrel. Ic.* 796 et L. fruticans angustis acutisque foliis *Ic.* 1123.- L. oxyphyllum multicaule *Bocc. Mus. di piant. t.* 169. *tab.* 125.

In collibus siccis. *Tivoli* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albo-violacei.

682. VISCOSUM *L. Sp. Pl. p.* 398. Piloso-glandulosum. Caule subsolitario erecto vel adscendente, superius ramoso-corymboso, foliis sparsis ovato-lanceolatis 3-5-nerviis, superioribus minoribus: petalis ovato-cuneatis obtusis: sepalis lanceolatis acutis 3-nerviis, externis majoribus, capsula globosa brevirostrata, sub brevioribus.

L. viscosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 119. *n.* 380. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 545. - L. sylvestre latifolium vinoso amplo flore Italicum *Barrel. Ic.* 1013.

In subapenninis jugis. *Da S. Polo a Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Junio. Flores coeruleo-purpurascentes.

683. SERRULATUM *Bert. descr. di una nuov. sp. di Lino Lett. al Cav. Petrucci* 1827. Lete virens. Caulibus subcaespitosis angulatis simplicibus: foliis lanceolatis acutis 3-nerviis, margine cartilagineo subserrulato, utrinque ad basim 2-glandulosis: floribus fasciculato-capitatis: sepalis ovatis acuminatis 1-nerviis, margine cartilagineo, serrulato-ciliatis: sepalis majusculis ovatis obtusis: capsula globosa, acumine brevi.

L. serrulatum *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 549. - L. montanum luteum italicum. *Barrel Ic.* 820.

In saxosis alpestribus montis *Vettore* in Umbria.

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flores intense lutei.

684. STRICTUM *L. Sp. Pl p.* 400. Glaucum. Caule solitario erecto rigido simplici, quandoque basi ramoso: foliis crebris inordinatis lanceolato-mucronatis scabris, margine ciliato-spinulosis: floribus terminalibus pedicellatis solitariis in corymbis vel racemis: sepalis subulato-mucronatis 3-nerviis, carina et margine spinuloso-ciliatis: petalis oblongis, apice crenulatis: capsula globosa, acumine brevi.

L. strictum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 52. *n.* 136.- *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 120. *n.* 382.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 550.

In arvis collibus circa Urbem frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

685. MARITIMUM *L. Sp. Pl. p.* 400. Glaberrimum glaucescens. Caule basi, ut plurimum simplici. superne paniculato-ramoso: foliis inferioribus ellipticis, obtusis approximatis, superioribus lanceolatis acutis elongatis laxiusculis, omnibus 3-nerviis: floribus erectis in racemis strictis laxis: sepalis ovatis acutis ut plurimum, margine ciliatis: petalis obcordatis obtusis: capsula globosa, acumive brevi.

L. maritimum. *Fior. Gior. Arcad. t.* 19. *p.* 164.– *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 353.

In uliginosis maritimis secus Anxur.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores lutei.

676. GALLICUM *L. Sp. Pl. p.* 401. Lete virens. Caule glabso erecto ramoso, ramis superioribus laxe paniculatis: foliis sparsis lanceolato-linearibus, 3-nervis dorso, et margine scabris, superioribus remotis acutiusculis: floribus solitariis vel geminatis breviter pedicellatis laxis in ramis paniculatis: sepalis ovato-lanceolatis acutis, basi glanduloso-ciliatis: petalis oblongis integris raro emarginatis: capsula globosa depressa, acumine brevi.

L. gallicum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 120. *n.* 381.– *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 554.

In aridis, collibus etc. *Monte Mario*, *Monte della Pica* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores fulvi.

687. NODIFLORUM *L. Sp. Pl. p.* 401. Glauco-virens. Caule erecto striato cartilagineo-angulato inferne simplici, superius dichotome ramoso, ramis virgatis: foliis obverse ovato-lanceolatis 3-5-neviis, inferioribus crebris latiusculis, superioribus oppositis linearibus, omnibus basi 2-glandulosis, margine cartilagineis: floribus sessilibus solitariis laxissimis: petalis ovatis acutiusculis: sepalis linearibus acutis, capsula globosa depressa rostrata, duplo longioribus.

L. nodiflorom *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 120. *n.* 285.- *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 556.- L. luteum sylvestre latifolium *Columm. Ecphr. t.* 2. *p.* 79. *et tab. p.* 80.

In sterilibus petrosis montium. *A Tivoli negli oliveti, e presso s. Antonio in copia.*

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

688. *CATHARTICUM L. Sp. Pl. p.* 401. Glabrum, lete virens. Caule spithameo simplici vel caespitoso, superius dicotomo-ramoso: foliis oppositis oblongis, inferioribus obtusis ovatis: floribus simplicibus longe pedunculatis, post anthesim erectis rigidis: sepalis lanceolatis ciliato-glandulosis: petalis acutiusculis: capsula glabra breviter acuta.

L. catharticum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 120. *n.* 383. - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 558. - Chamaelinum subrotundo folio *Barrel. Ic.* 1165. *p.* 1.

In montium sylvis. *Monte Gennaro.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Usus. Inter purgantia, in materia medica Linnaei, enumeratur, ad repellendam nefritidem, et rehumatismata, nunc obsoletum.

CLASSI V ADDEMDA.

195. A. ANGELICA *L.* Umbella magna convexa multiradiata: umbellulae multiflorae: floribus internis nonullis sterilibus: involucrum olygophyllum, quandoque nullnm: involucella olygophylla, foliolis lanceolato-linearibus acuminatis: calycis tubulosi abbrebiati limbus obsoletus: petala minuscula oblonga, in acumine recto vel incurvo, producta: staminum filamenta, petalis longiora: styli breves, in fructu duplo elongati recurvi: cremocarpium elliptico-elongatum, dorso compressum, margine commisurali sulcatum: carpophorum filiforme, taudem liberum 2-partitnm: mericarpia 5-jugata, jugis 3 centralibus prominulis, lateralibus subobliteratis, in alam plus minus elatam productis: valleculae 1-vittatae: commissura 3-vittata: vittae omnes completae, quaudoque incospicue.

611. A. *SYLVESTRIS L. Sp. Pl. p.* 361. Caule sub-4-pedali crasso fistuloso: foliis majusculis 3-pinnatifidis, pinnis ovato-lanceolatis argute serratis, caulinis conformibus successive minoribus 2-pinnatifidis, superioribus, vaginis subaphyllis.

β foliolis ovatis oblongisque.

A. sylvestris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 113. *n.* 352.- A sylvestris β *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 412.- A. aquatica radice odoratissima floribus ex albo flavescentibus *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 86.

In sylvaticis humidissimis. *Presso ponte Lugano, lungo i fossi di Pratalata* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores carnei.

CLASSIS VI. HEXANDRIA.

Ordo I. Monogynia.

Sect. I. Perigonium simplex petaloideum spatha donatum.

Narcisseae Rich.

128. GALANTHUS. *L.* Spatha 1-valvis 1-flora lateraliter fixa: perigonium liliaceum, ovario adhaerens, limbo 6-partito, laciniis erectis, externis oblongis alternantibus cum internis brevioribus emarginatis: staminum filamenta brevissima, receptaculo inserta: antherae acuminato-setaceae, apice poro gemino dehiscentes: stylus filiformis: stigma simplex: capsula 3-locularis 3-valvis dissepimentis valvaribus medianis.

129. NARCISSUS L. Spatha 1-valvis 1-∞-flora lateraliter dehiscens: perigonium liliaceum, ovario adhaerens, tubo superius elongato, fauce nectarifera, limbo 6-partito, laciniis erecto-patentibus: nectarium patelliforme, scutellatum, campanulatnm, limbo crenulato, dentato, lobato: staminum filamenta, tubo inserta inaequalia, 3 saepius longiora: antherae latere dehiscentes: stylus filiformis 3-gonus: stigma 3-lobum: capsula 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribns medianis.

130. PANCRATIUM *L.* Spata 1-∞-valvis 1-∞-flora: perigonium liliaceum ovario adhaerens, tubo longe producto, fauce nectarifera, limbo campanulato, supesius 6-fido, ut plurimum erecto: nectarium turbinato-campanulatum staminiferum, apice dentatum: filamenta subulata: antherae 2-loculores mediofixae: stylus filiformis: stigma 3-lobum: capsula 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

131. STERNBERGIA *Wald. et Kitaib.* Spatha tubulosa, basi integra, caeterum lacera 1-valvis 1-flora: perigonium liliaceum ovario abhaerens, tubo brevi stamiuifeso, fauce nuda, limbo erecto 6-partito, laciniis obverse ovato-lanceolatis: stamina alterne breviora, tubo exerta: antherae 4-loculares me-

diofixae : stylus staminibus longior : stigma 3-lobum : capsula 3-locularis, dissepimentis valvaribus medianis.

Liliaceae Vent.

132. ALLIUM *L.* Spata 1-2-valvis ∞-flora: flores in serto, pedunculis basi saepe bulbiferis: perigonium liliaceum liberum: stamina saepius inaequalia, filamentis subulatis, basi ut plurimum dilatatis: antherae 2-loculares: stylus deciduus: capsula 3-gona 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

Sect. II. Perigonium simplex petaloideum spatha destitutum.

133. LILIUM *L.* Perigonium liliaceum liberum turbinato-campanulatum, laciniis, sulco lineari nectarifero nudo vel barbato, donatis: stamina erecta, laciniis breviora: filamenta subulata: antherae oblongae mediofixae: stylus elongatus superne incrassatus: capsula obtusa 3-gona 3-locularis 3-valvis: valvae, fibris reticulatis, conjunctae, dissepimentis valvaribus medianis.

134. FRITILLARIA *L.* Perigonium liliaceum liberum campaniforme patens, petalis rectis vel incurvis, basi barba nectarifera donatis: staminum filamenta subulata: antherae oblongae erectae, singulae stylo approximatae, ipsoque breviora: stigma 3-fidum: capsula oblonga 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

135. TULIPA *L.* Perigonium liliaceum liberum campaniforme subpatens, petalis nudis: stamina aequalia, perigonio breviora: filamenta compressa apice subulata: antherae oblongae erectae: stylus nullus: stigmata 3 cristato-recurva: capsula elongata 3-gona 3-locularis 3-valvis, valvis margine interno ciliatis, dissepimentis valvaribus medianis.

136. ORNITHOGALUM *L.* Perigonium liliaceum liberum persistens supra medium patens: stamina erecta, petalis adfixa: filamenta basi dilatata, apice subulata: antherae oblongae mediofixae: stylus subulatus persistens: stigma obtusum: capsula 3-gona vel 6-gona 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

137. SCILLA *L.* Perigonium liliaceum liberum campanulatum vel stellato-patens deciduum: stamina aequalia, petalis adfixa: filamenta basi dilata, apice subulata: antherae oblongae erectae: stylus subulatus deciduus:

stigma 3-lobum: capsula subrotunda 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

138. ASPHODELUS *L.* Perigonium liliaceum liberum patens: stamina erecta vel incurva saepius inaequalia; filamenta basi dilatato-fornicata, ovario incumbentia, apice subulata: antherae erectae: stylus subulato-arcuatus: stigma obtusum quandoque 3-fidum: capsula carnosa 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

139. ANTHERICUM *L.* Perigonium liliaceum liberum caducum vel persistens, in anthesi patens, in fructu connivens: stamina perigonio inserta ipsoque breviora divergentia: filamenta nuda, apice subulata: antherae oblongae erectae: stylus persistens 3-gonus: stygma 3-lobum pruinosum: capsula 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

140. HYACINTHUS *L.* Perigonium petaloideum liberum tubulosum, tubo brevi dilatato, limbo 6-fido, laciniis patentibus: stamina inclusa, tubo perigonii inserta: filamenta subulata: antherae erectae: ovarium poris 3 melliferis ad apicem donatum: stylus filiformis deciduus: stigma depressum: capsula 3-gona 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

141. MUSCARI *Desf.* Perigonium petaloideum liberum urceolatnm, limbo brevi dentato, dentibus recurvis aut patulis: stamina inclusa, tubo perigonii inserta: filamenta brevissima, basi dilatata: antherae erectae oblongae: stylus subulatus, staminibus brevior: stigma simplex 3-gonum: capsula 3-gona 3-locularis 3-valvis, dissepimentis valvaribus medianis.

Similaceae Bart.

142. CONVALLARIA *L.* Perigonium petaloideum liberum tubulosum vel campanulatum, limbo 6-fido: stamina inclnsa, tubo inserta: filamenta subulata: antherae erectae emarginatae: stylus erectus: stigma sub-3-fidum papillosum: bacca rotunda 3-locularis, loculis 2-spermis.

143. ASPARAGUS *L.* Perigonium petaloideum liberum 6-partitum, laciniis erecto-patulis: stamina ad basim laciniarum, perigonio breviora: filamenta subulala: antherae peltatae erectae: stylus brevis 3-sulcus: stigma 3-lobum: bacca globosa 1-3-locularis olygosperma. Flores quandoque dioici.

144. SMILAX *L.* Perigonium petaloideum deciduum 6-partitnm, laciniis linearibus stellatim patentibus: stamina inclusa, fundo laciniarum adfixa: filamenta basi dilata: antherae oblongae: stylus brevis: stigma obtusum: bacca

3-locularis, loculis 1–2-spermis. Flores dioici corymbosi ex rachidis flexuris horti.

Aloineae Scultz.

145. AGAVE *L.* Perigonium petaloideum infundibuliforme, tubo brevi ovario adhaerente, fauce libera turbinata, limbo 6-fido: stamina, e tubo horta, exerta: filamenta subulata: anthereae medio fixae: stylus 3-gonus: stigma 3-lobum: capsula oblonga sub-3-gona 3-locularis polysperma.

Sect. III. Perigonium glumaceum.

Junceae Scultz.

146. JUNCUS. *L.* Perigonium glumaceum persistens 6-valve, valvis alternis, modo liberis, modo basi conjuctis, 2-bracteatum: stamina 6, raro 3, fundo valvarum inserta: filamenta capillaria: antherae oblongae erectae: stylus deciduus: stigma 3-5-fidum, laciniis pubescentibus: capsula 3-locularis 3-valvis polysperma, dissepimentis placentariis medianis. Folia teretia glabra.

147. LUZOLA *DC.* Perigonium glumaceum persistens 6--valve, valvis alternis, modo liberis, modo basi conjuctis 2-bracteatum: stamina 6, fundo valvarum inserta: filamenta capillaria: antherae oblongae erectee: stylus deciduus: stigmata 3 plumosa: capsula 3-valvis, dissepimentis placentariis incompletis 1-locularis, 3-spermia. Folia plana pilosa.

Sect. IV. Pebigonium duplex.

Berberideae Vent.

148. BERBERIS *L.* Calyx 6-sepalus caducus, basi 2-bracteatus, sepalis alternis concavis: corolla 6-petala, petalis concavis, ungue 2-glandulosa: stamina corolla breviora: filamenta incurva, apice 2-cornia: antherae 2-loculares, loculis sejunctis, cornibus filamentorum insidentibus, valva dehiscentibus: stigma orbiculatum: bacca oblonga 1-locularis 2-3-sperma.

Loranthеae Juss.

149. LORANTHUS *L.* Flores hermaphroditi vel dioici. Calyx turbinatus adhaerens, margine coronante integro vel obsolete dentato: petala 6, apice reflexa, tubo calycis, inserta: stamina aequalia vel alterne breviora, basi sepalorum adnata, filamentis brevibus: antherae didymae obtusae, loculis connectivo sejunctis: stylus deciduus: stigma subcapitatum: bacca pulposo-glutinosa 1-sperma. Numerus petalorum, et staminum quandoque varius.

ORDO III. TRIGYNIA.

Polygoneae Juss.

150. RUMEX *L.* Perigonium hexasepalum persistens liberum, sepalis 3 externis erectis patentibus vel reflexis, 3 internis in fructu jamdudum erectis conniventibus, dorso, vel omnibus vel uno tantum, graniferis: stamina, sepalis internis, geminatim opposita: filamenta brevissima: antherae erectae: styli reflexi: stigmata pennicillata: nux 3-gona 1-sperma. Flores hermaphroditi monoici dioici polygami.

Melanthaceae Schultz.

151. TRIGLOCHIN *L.* Perigonium hexasepalum liberum deciduum, sepalis alternis: stamina opposita: filamenta brevissima: antherae rotundae extrorsae: styli nulli: stigmata plumosa reflexa: plopocarpium e capsulis 3 elongatis 1-locularibus 1-valvis 1-spermis: semen 3-gonum.

Colchicaceae DC.

152. VERATRUM *L.* Perigonium petaloideum persistens sexpartitum, laciniis patentibus eglandulosis: stamina receptaculo inserta: antherae peltatae extrorsae: styli incurvi: stigma glandulosum: capsula ovato-oblonga 3-gona 3-locularis polysperma: loculis connatis, apice liberis 2-valvibus: semina alata. Flores polygami.

153: COLCHICUM. *L.* Perigonium liliaceum liberum infundibuliforme, tubo longissimo, limbo 6-partito: stamina fauci inserta: filamenta subulata, basi callosa: antherae oblongae vel lineares 4-loculares mediofixae: styli filiformes elongati, laciniis perigonii, breviores: stigmata recurva oblique truncata: capsula ovata 3-locularis polysperma, loculis connatis, superne liberis 1-valvis, sutura interna dehiscentibus: semina glabra:

Palmae Juss.

154. CHAMAEROPS. *L.* Flores polygamo-dioci, spatha duplici coriacea involuti, interiore oblique aperta: Perigonium duplex persistens: calyx 1-phyllus 3-partitus: coralla 3-petala, petalis ovatis acutis, apice inflexis: stamina basi connata: antherae didymae, filamentis adnatae: styli nulli: stigmata 3 subulata: baccae 3 monospermae: embryo lateralis.

ORDO IV. PENTAGYNIA.

Alismaceae R. Brown.

155. ALISMA *L.* Calyx liberus persistens 3-sepalus patens: corolla 3-petala decidua patentissima: petala, sepalis, aterna: stamina, corolla, breviora: filamenta subulata: antherae incumbentes: styli simplices: stigmata obtusa: nuces 1-loculares 1-spermae.

Hexandria Monogynia.

GALANTHUS.

689. *nivalis L. Sp. Pl. p.* 413. Bulbo ovato: foliis radicalibus anguste linearibus, scapo solitario, sub-brevioribus: laciniis perigonii externi, oblongo-lanceolatis.

G. nivalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 123. *n.* 386. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 40.

In umbrosis montanis, et in sylvis suburbanis. *Monti Albani, Tusculani, Inzuccherata* etc.

Perennis. Flor. Februario-Martio. Flor. candidi, petalis brevioribus pallide virentibus.

Vulgo. *Buganeve.*

NARCISSUS.

690. *poeticus L. Sp. Pl. p.* 414. Spata 1-flora perigonio hipocrateriformi, laciniis late ovatis, basi angustatis: nectario patellato, ore crenulato scarioso: foliis anguste linearibus, scapo subaequalibus, obtuse carinatis, margine reflexis.

N. poeticus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 124. *n.* 387. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 11.

In sylvaticis montium communis. *Monti Albani, Tusculani* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores nivei, nectario luteo, margine chermesino, odori.

Vulgo. *Giracapo.*

691. *biflorus Curt. Mag. t.* 197. Spatha 2-flora: perigonio hypocrateriformi, laciniis elliptico-ovatis: nectasio patellato, ore crenulato-cripso: foliis linearibus, scapo subaequalis acute carinatis, margine inflexis.

N. biflorus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 124. *n.* 388. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 12. - N. albicans. medio pallens minor *Barrel. Ic.* 936, et N. albicans, medio pallens, angustis floribus *Ic.* 964.

In montinm sylvis, precedente minus frequens. *Castel Candolfo, Tuscolo* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores ocroleuci, nectarii margine albido, odori.

692. *Tazzetta. L. Sp. Pl. p.* 416. Spatha ∞-flora: perigonio hypocrateriformi, laciniis ovatis: nectario scutellato, ore integerrimo subconstricto: foliis linearibus subcontortis obtuse-carinatis, scapo ancipati, subrevioribus.

N. Tazzetta. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 124. *n.* 390. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 13. - N. latifoli. albic. mediocr. amplior. brevi cal. *Barrel. Ic.* 918 et N. latifoli. albic. mediocr. cal. mediocr. praecox *Ic.* 919.

In pratis argillosis, praesertim Tyberinis, vulgatissimus.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores albi, nectario aureo, odori.

Vulgo. *Tazzetta.*

693. *unicolor. Ten. Fl. Nap. t.* 1. *p.* 144. *tab.* 26. Spatha 1-∞-flora: perigonio hypocrateriformi, laciniis oblongatis acutis: nectario scutellato, ore subrepando integerimmo: foliis linearibus striatis canaliculatis obtuse carinatis, scapo sublongioris.

N. unicolor *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 17.

In montibus Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Januario-Februario. Flores nivei fere inodori.

694. *Pseudo-Narcissus L. Sp. Pl. p.* 414. Spata 1-flora: perigonium hypocrateriforme, laciniis ovato-lanceolatis acutis: nectario campanulato, ore patulo lobato-crenato cripso, perigonium, aequante: foliis linearibus insigniter striatis contortis, scapum superantibus.

N. Pseudo-Narcissus *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 124. *n.* 389. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 17. - N. flavus tubo oblongo. *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 56.- N. sylv. pallidus tuba aurea major *Barrel Ic.* 930.

β flore pleno.

Pseudo Narcissus γ *Seb. et Maur. l. c.* - δ *Bert. l. c. p.* 18. - N. pallidus, calyce aureo flore pleno maximus *Barrel. Ic.* 977 et N. maximus Tradeschanti, flore pleno calyce luteo, fol. sulphr. *Ic.* 978.

In montibus tusculanis non infrequens. β supra fornicem Templi Pacis.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores lutei magni grate olentes.

695. *incomparabilis Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 35. Spatha 1-flora: perigonio hypocrateriforme, laciniis late ovatis: acutis: nectario campanulato, ore undulato-crenulato, perigonii laciniis, duplo breviore: foliis linearibus latiusculis, scapum aequantibus.

N. incomparabilis *Sang. Cent.* 3 *p.* 47. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 19. - N. pseudonarcissus β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 124. *n.* 389. - N. albic. cal. aureo pressiori croceis oris minor, et major *Barrel. Ic.* 927. 928 et N. Albic. cal. aureo minor et major *Ic.* 931. 932.

In sylvis tusculanis secus. *Monte Compatri.*

Perenn. Flor. Martio. Flores luteoli odori, nectario saturatiore.

PANCRATIUM.

696. MARITIMUM *L. Sp. Pl. p.* 418. Spatha ∞-flora: perigonii tubo elongato, limbi laciniis lanceolato-linearibus: nectarii fauce 2-dentata: foliis linearibus laxe contortis, scapum superantibus.

P. maritimum *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 185. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 22.

In litore marino. *Terracina*, *Ostia* etc.

Perenn. Flor. Augusto. Flores albi suaveolentes.

Vulgo. *Pancrazio marino.*

STERNBERGIA.

697. LUTEA *Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 7. *p.* 795. Spatha flore longiore: tubo perigonii brevissimo crasso, laciniis obverse lanceolatis muticis. foliis synanthiis linearibus planis, post anthesim, scapo multo longioribus.

S. lutea *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 25. - Amaryllis lutea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 125. *n.* 391. - Narciss. persicus luteus vernus Corvini *Barrel. Ic.* 983.

In pratis montanis et maritimis *S. Polo, Ostia* etc.

Perenn. Flor. Septembri. Flores lutei.

ALLIUM.

698. AMPELOPRASUM *L. Sp. Pl. p.* 423. Bulbo composito : Scapo 2-4-pedali basi folioso : foliis linearibus planis : spatha 2-valvi : floribus in serto globoso: petalis ovato-acutis, carina scabris: stamibus 3 subexertis, filamentis alterne 3-fidis: capsula globoso-3-gona, perigonio subreviore.

A. Ampeloprasum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 125. *n.* 392, - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 28. - A. porrum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 24. *n.* 6.

In incultis siccis frequens.

Perenn. Flor. Junio. Flores albido-purpurascentes.

Usus. In culinis pro Allio sativo quandoque usurpatur.

699. SPHAEROCEPHALON *L. Sp. Pl. p.* 426. Bulbo simplici sobolifero, bulbillis longe pedunculatis : scapo 1-2-pedali, inferius folioso : foliis fistulosis semiteretibus : floribus in serto globoso : petalis ovatis, carina scabris :

staminibus exertis, filamentis alterne 3-fidis: capsula ovato 3-gona, perigonio sub-breviori.

A. sphaerocephalon. *Fior. Gior. dei lett. di Pisa* 1828. *p.* 117. *Bert. - Fl. It. t.* 4. *p.* 29.

β descendens. Umbellae radiis externis brevioribus reflexis, internis longioribus erectis.

A. spaerocephalon *β Bert. l. c. p.* 30. - A. descendens *Fior. l. c.*

In siccioribus montium, et planitierum. *Monti Tiburtini, Monte Vettore, e Vettoretto* Umbriae. *β* in via Tiburtina secus *Lago dei Tartari.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albo-virentes.

Vulgo. *Aglietto. Aglio selvatico.*

700. VINEALE *L. Sp. Pl. p.* 428. Bulbo simplici: scapo 2-3-pedali inferius folioso: foliis fistulosis teretibns supra canaliculatis: spatha 1-valvi: serto convexo: radiis basi bulbiferis, externis brevioribus: petalis oblongis obtusis: staminibus exertis, filamentis alterne 3-fidis: capsula subrotunda 3-gona, perigonio subaequali.

A. vineale *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 24. *n.* 7. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 126. *n.* 400. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 33.

β compactum. Umbella lata bulbifera, floribns nullis.

A. vineale *β Bert. l. c. p.* 34. - A. vineale floribus penitus destitutum *Seb. et Maur. l. c. p.* 127.

In segete minus frequens, in Amphiteatro Flavio etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores purpurascentes.

Obs. Planta glabra faetens more A. sativi.

701. PALLENS *L. Sp. Pl. p.* 427. Bulbo simplici: scapo 1-3-pedali inferne folioso: foliis semiteretibus fistulosis superne sulcatis: spatha 2-valvi lanceolata, longe acuminata: serto globoso effuso: sepalis ovatis obtusis, nervo carinali insigni: stamina subexerta, filamentis simplicibus basi connatis: capsula turbinato-3-gona, perigonio subaequali.

A. pallens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 126. *n.* 395. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 36. - Getoides sylvestre *Colum. Ecphr.* 2. *p.* 6. *tab. p.* 7.

In agris, hortis, viis campestribus commune.

Perenn. Flor. Julio. Flores spurco-albidi vel purpurascentes.

702. MONTANUM *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 1. *p.* 225. Bulbo simplici: scapo palmari pedali inferne folioso: foliis farctis semiteretibus: spatha 2-valvi, valvis inaequalibus, floribus longioribus: serto effuso, radiis

esternis tandem nutantibus : petalis ovatis carinatis : staminibus perigonio longioribus, filamentis simplicibus: capsula turbinato-3-gona emarginata, perigonio aequale.

A. montanum *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 39.

In montanis aeque ac in maritimis. *Tivoli, Monte Vettore, Civitavecchia.* etc.

Perenn Flor Julio-Augusto, Flore violacei.

703. PANICULATUM *L. Sp. Pl. p.* 428. Bulbo simplici: scapo subpollicari inferne folioso: foliis exilibus farctis semiteretibus: spatha 2-valvi, valvis inaequalibus, majore flores superante: serto erecto-patulo : petalis oblongis acutis : staminibus inclusis, filamentis simplicibus : capsula turbinato-3-gona, perigonio, subaequale.

A. paniculatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 126. *n.* 399. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 41.

In montanis ad viarum margines. *Monti Tuscolani, presso Viterbo, Terni,* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio Flores rubro-violacei.

704 CHAMAE MOLY *L. Sp. Pl. p.* 433. Bulbo simplici: scapo brevissimo subterraneo folioso: foliis planis, piloso-ciliatis, flores longe superantibus : spatha 1-valvi abbreviata : serto pancifloro e terra erumpente : petalis lanceolatis acuminatis, nervo carinali viridi : staminibus inclusis, filamentis simplicibus : capsula globosa, perigonio, subtriplo breviore.

A. Chamae Moly *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 126. *n.* 397. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 46. - Chamaemoly an Moly Dioscordis *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 325. *fig. p.* 326. - Saturnia *Maratt. Pl. Romul. et. Saturn. p.* 18. *tab.* 2. - *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 5.

In marginibus viarum locis aridis. *Sull'Aventino, sul Testaccio, e nel Gianicolo* magna manu.

Perenne. Flor. Januario-Februario. Flores albi.

705. SUBHIRSUTUM *L. Sp. Pl. p.* 424. Bulbo simplici: scapo palmari pedali, inferne folioso : foliis linearibus planis subciliatis: spatha brevi 1-valvi: serti radiis patulis erectis: petalis oblongo-lanceolatis carinatis : staminibus inclusis, filamentis simplicibus : capsula turbinato-3-gona, perigonio, triplo breviore.

A. subhirsutum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 24. *n.* 5. - *Seb et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 125. *n.* 393. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 47.

In aridissimis ad muros vulgore. *Sul Testaccio* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores candidi.

Obs. Allium sativum redolet, et sub nomine *Aglio peloso*, *A. salvatico* vulgo agnoscitur.

706. SUAVEOLENS *Wild. Sp. Pl. t. 2. p. 65.* Bulbo simplici cylindrico: scapo 1-2-pedali inferne parce folioso: foliis anguste linearibus planis obtusis: spatha 2-valvi, valvis brevibus acuminatis: serto globoso, radiis abbreviatis: petalis ovato-lanceolatis carinatis apice inflexis: staminibus, perigonio campanulato, longioribus: filamentis simplicibus post anthesim recurvis: capsula subrotunda, perigonio, subreviore.

A. suaveolens *Bert. Fl. It. t. 4. p. 49.*

In montanis alpinis. *Vettore*, *Terni* etc.

Perenn. Flor. Augusto. Octobri. Flores albidi vel rosei.

707. FALLAX *Röm et Schult. Syst. Veg. t. 7. p. 1072.* Rizomate lignoso superius bulbifero: scapo ancipiti basi tantum folioso: foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis: spatha brevi 2-3-partita: serto fastigiato subemisphaerico: petalis ellyptico-elongatis obtusis: staminibus subexertis, filamentis simplicibus erectis: capsula turbinata, perigonio, subreviore.

A. fallax *Bert. Fl. It. t. 4. p. 51.* – A. angulosum *Sang. Cent. 3. p. 48.* – A. saxatile, Achari radice, flore purpureo *Barrel. Ic.* 1022.

In pratis montanis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores rosei.

708. ROSEUM *L. Sp. Pl. p. 296.* Bulbo simplici sobolifero, bulbillis breviter pedicellatis: scapo 1-2-pedali, basi tantum folioso: foliis planis linearibus apice involutis: spatha 1-valve brevi tandem lacera: serto fastigiato tandem effuso: petalis oblongis obtusis: staminibus inclusis, filamentis simplicibus: capsula turbinato-3-gona, perigonio, triplo breviori.

A. roseum *Bert. Fl. It. t. 4. p. 53.* – A. roseum α umbella capsulifera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 125. n. 391.*

β umbella bulbifera *Bert. l. c. p. 54.* – A. roseum β *Seb. et Maur. l. c.*

In agris, et ad margines viarum, species et varietas.

Perenn. Flor. Majo. Flores pulchre rosei.

709. TRIQUETRUM *L. Sp. Pl. p. 431.* Bulbo parvo simplicissimo: scapo sub-2-pedali acute triquetro, basi parce folioso: foliis sub-3-quetris acute carinatis: spatha brevi caduca: serti radiis nutantibus secundis: petalis lanceolatis acutis: stamina profunde inclusa, filamentis simplicibus: capsula turbinato-rotundata, perigonio, dimidio breviore.

A. triquetrum *Maur. Cent.* 13. *p.* 17. - *Bert. Fl. It.* 4. *p.* 57.

In sylvaticis ad sepes. *Civitavecchia* in dumetis circa oram maritimam, Romae *V. Borghese* in nemore prope lacum.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

710. *PENDULINUM Röm et Schult. Syst. Veget. t.* 7. *p.* 1113. Bulbo simplici: scapo acute 3-quetro subpedali, basi breviter folioso: foliis linearibus acute carintis: spatha brevi caduca 2-valvi: serto patulo, radiis fructiferis cernuis: sepalis lanceolatis acutis in anthesi patentibus, staminibus inclusis, filamentis simplicibus: capsula turbinato-3-gona, perigonio, subtriplo breviore.

A. pendulinum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 58. - A. triquetrum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 126. *n.* 396.

In sylvaticis. *Da Albano a Palazzuola in gran copia* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores candidi.

711. *NEAPOLITANUM Spr. Syst. Veget. t.* 2. *p.* 36. Bulbo simplici sobolifero, bulbiliis simplicibus vel breviter pedunculatis: scapo 1-2-pedali compresso-trigono basi folioso: foliis late-linearibus acuminatis: spatha 1-valve dilatata abbreviata: serto fastigiato paucifloro, radiis inaequalibus: petalis ovatis obtusis apice crenatis: staminibus inclusis, filamentis simplicibus: capsula subrotunda depressa, perigonio, triplo breviore.

A. neapolitanum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 56. - A. album *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii. p.* 23. *n.* 4. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 125. *n.* 395.- A. montanum foliis Narcissi. *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 97.

Ad sepes vulgare.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores candidi, antheris viridibus.

Obs. Tota planta A. sativum redolet.

712. *NIGRUM L. Sp. Pl. p.* 430. Bulbo simplici: scapo terete firmo 2-pedali, basi folioso: foliis planis lanceolatis crassis strictis: spatha brevi 1-valvi: serto multifloro fastigiato: petalis lineari-lanceolatis obtusis: staminibus sub-inclusis, filamentis liberis basi dilatatis: capsula subrotundo-trigona granuloso-glandulosa, perigonii longitudine.

A. nigrum *Sang. Cent.* 3. *p.* 48. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 61.

In montibus Umbriae circa Nursiam.

Perenn. Flor. Majo. Flores purpurei.

713. *URSINUM L. Sp. Pl. p.* 431. Bulbo simplici elongato: scapo sub-3-gono, spithameo vel pedali, foliis vaginantibus, basi cinto: foliis ovato-

lanceolatis nervosis, basi in vaginam productis: spatha 2-valvi decidua, floribus, breviore: serto multifloro, radiis erectis: petalis lanceolatis acutis patentibus: staminibus inclusis, filamentis inaequalibus: capsula depressa 3-loba, perigonio multo breviore.

A. ursinum. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 56.

In alpinis Umbriae. *Bosco del Cavaliere.* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

LILIUM.

714. CANDIDUM. *L. Sp. Pl. p.* 433. Bulbo squamoso, squamis imbricatis: caule erecto multifloro folioso: foliis ovato-lanceolatis, margine undulatis, radicalibus in petiolum longum, basi vaginantem, productis, caulinus petiolo successive abbreviato, nulloque: perigonio turbinato–campanulato intus glabro, sulco nectarifero obsoleto.

L. Candidum. *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 117. - *Bert. Flor. It. t.* 4. *p.* 67.

In maritimis aeque ac in montanis. *Ostia, Fiumicino, Terracina, Monti Tiburtini* etc.

Perenn. Flor. Majo decedente. Flores candidi odoratissimi.

Obs. In hortis colitur, et sub nomine *Giglio di s. Antonio* a vulgo agnoscitur.

Usus. Succus mucillaginosus in cathaplasmatibus et clysteribus uti emolliens usurpatur, at raro.

715. BULBIFERUM. *L. Sp. Pl. p.* 433. Bulbo squamoso parvo, squamis imbricatis acutis: caule erecto striato, foliis linearibus planis 3-5-nerviis sparsis, undique cinto: perigonio erecto turbinato-campanulato scabro, sulco nectarifero pubescenti-barbato.

L. bulbiferum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 127. *n.* 401. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 68. - L. purpureo-croceum majus *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 82.

In montium umbrosis frequens. *Albano, Monte Lucretile* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores crocei, maculis nigris intus notati.

Vulgo. *Giglio Rosso.*

716. MARTHAGON *L. Sp. Pl. p.* 435. Bulbo squamoso, squamis superimpositis: caule terete maculato: foliis oblongo-lanceolatis multinerviis, intermediis verticillatis, reliquis alternis decrescentibus: perigonii laciniis lanceolatis revolutis pubescentibus: sulco nectarifero puperulo.

L. Martagon *Maur. Cent.* 13. *p.* 18. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 72.

In elatis montium. *Serra s. Antonio* in Latio, *Monte de'Fiori* iu Picaeno etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi vel rubelli, maculis atris, adspersi.

Vulgo. *Martagone.*

FRITILLARIA.

717. MONTANA *Hopp. in Kock. Syn. p.* 707. Caule inferne nudo, sursum folioso ut plurimum 1-floro: foliis linearibus acutis, inferioribus oppositis ternisque, floralibus sub-geminatis: floribus campanulatis cernuis tessellatis: petalis apice barbulatis, base interna, favea nectarifera subovata, notatis.

F. montana. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 74.

In apenino Piceno. *Monte de'Fiori.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores fusci purpurascentes, viridi-luteolo marginati.

718. *Meleagris L. Sp. Pl. p.* 436. Caule basi nudo sursum folioso 1-pauci-floro : foliis lineari-attenuatis acutis glaucescentibus sparsis , floralibus subgeminatis: floribus cylindrico-campanulatis nutantibus tessellatis: petalis, apice calloso subincurvo, basi interna, fovea nectarifera subrotunda, notatis.

F. Meleagris *Sang. Cent.* 13. *p.* 48. *n.* 105. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 75.

In pratis humidiusculis circa Nursiam.

Perenn. Flor. Majo. Flores livide purpurascentes, colore saturaratiore tessellati.

Vulgo. *Meleacride.*

TULIPA.

719. PRAECOX *Ten. Fl. Nap. t.* 1. *p.* 170. Bulbo lanato : foliis ovato-lanceolatis canaliculatis subundulatis ciliatis, scapo subrevioribus: flore erecto: petalis basi, macula ampla nigra ovato-oblonga, notatis, exterioribus longioribus ovato-acuminatis planis, interioribus elliptico-ovatis acuminatis.

T. praecox *Sang. Cent. tres. p.* 49. *n.* 106. – *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 79.

Sponte huc illuc in viridariis *Pamfili, Medici, ed ad Acqua bullicante.*

Perenn. Flor. Aprili. Flores rubri saepe extus glaucescentes.

Vulgo. *Tulipano.*

720. *Oculus solis Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 7. *p.* 377. Bulbo lanato: foliis oblongis acutis, caule longioribus: flore solitario erecto: petalis oblongis utrinque attenuatis, basi, macula nigra angusta elongata, notatis, exterioribus acuminatis, interioribus acutis.

T. Oculus solis *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 81.

Sponte provenit in viridariis *Borghese, Pamfili* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores rubro-flavi.

Vulgo. *Occhio di sole.*

721. *Clusiana* *Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 7. *p.* 380. Bulbo lanato parvo: foliis lanceolato-linearibus, supremis caule brevioribus: flore solitario erecto angusto: petalis, macula romboidea brevi, basi natatis, externis majoribus oblongo-lanceolatis acutis, internis obtusis unicoloribus.

T. Clusiana *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 82. - *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 91.

In ambulacris viridarii *Pamfili* abunde.

Perenn. Flor. Aprili. Flores spurco-albi, linea dorsali rubente notati, leviter suaveolentes.

Vulgo. *Tulipano.*

722. *sylvestris* *L. Sp. Pl. p.* 428. Bulbo glabro: foliis lanceolato-linearibus paucis, supremo, caule breviore: flore solitario nutante, tandem erecto: petalis acuminatis apice pubescentibus, basi immaculatis, exterioribus lanceolatis, interioribus ovato-lanceolatis.

T. sylvestris *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 83.

In pratis alpinis. *Al piano grande del Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Majo. Flores intus lutei, extus dorso virides, inodori.

ORNITHOGALUM.

723. *arvense* *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* I. *p.* 230. Bulbo composito parvo: foliis radicalibus semiteretibus, scapigeris lanceolato-linearibus, utriusque geminis: scapo subangulato: floribus corymbosis: pedunculis dense lanuginosis, inferioribus quandoque bulbiferis, omnibus bracteis linearibus auctis: petalis oblongo-lanceolatis obtusis, capsula 3-gona emarginata, subquadrupo longioribus.

O. arvense *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 92. - O. angustifolium campestre, luteum minimum bulbiferum *Columm. Ecph. f.* 223.

In pratis montanis Piceni. *Macerata, Arcevia* etc.

Perenn. Flor. Martio. Flores lutei, dorso virentes.

724. *umbellatum* *L. Sp. Pl. p.* 441. Bulbo composito: foliis radicalibus linearibus insigniter caniculatis, margine nudis, centro linea albicante notatis, scapo terete, longioribus: floribus corymbosis laxis patentissimis, pedunculis glabris valde inaequalibus, bracteis lanceolato-linearibus, longioribus: petalis oblongo-lanceolatis, capsula hexagona, subquadruplo longioribus.

O. umbellatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 127. *n.* 402. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 95.

In incultis arvis pomariis commune.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi, petalis, medio dorso, viridibus.

725. *collinum*. *Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 7. *p.* 531. Bulbo simplici:

foliis radicalibus lineari-filiformibus canaliculatis ciliatis nudisque, scapo subterete, ut plurimum brevioribus, linea albicante obscura, notatis: floribus corymbosis erecto-patulis: bracteis lanceolato-linearibus, pedunculos, subaequanbus : petalis lanceolatis in fructificatione elongatis, capsula hexagona, triplo longioribus.

O. collinum *Bert. Fl. It. t. p.* 97. - O. tenuifolium *Sang. Cente. tres. p.* 49. *n.* 107.

In pascuis montanis Tiburtinis. *Monte Lucretile, S. Polo* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

726. NUTANS *L. Sp. Pl. p.* 441. Bulbo simplici: foliis radicalibus linearibus canaliculatis, scapum teretem subpedalem, subaequantibus: floribus majusculis racemosis secundis tandem nutantibus: bracteis lanceolatis acuminatis albo-membranaceis, pedunculis, longioribus: petalis oblongo-lanceolatis medio viridibus, capsula hexagona, triplo longioribus.

O. nutans *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 128. *n.* 405. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 99. - Hyacinthus arvorum Ornithogaloides *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 304. et H. arvorum Ornithogali flore *l. c. p.* 302.

In incultis et pomariis nonullis. *A monte Mario*, *in copia nelle Ville*, *Pamfili*, *Patrizi* etc.

Perenn. Flor. Martio. Flores candidi, petalis medio dorso virentibus.

727. PYRENAICUM *L. Sp. Pl. p.* 430. Bulbo simplici: foliis linearibus canaliculatis scapo brevioribus, cito marcescentibus: floribus in racemo elongato : bracteis lanceolatis acuminatis margine albo-membranaceis, pedunculis patentibus, tandem erectis, brevioribus : petalis oblongo-linearibus, capsula 3-gona, sublongioribus.

O. pyrenaicum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 127. *n.* 404. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 101.

In arvis ad oras nemorum. *A Villa Madama, alla Spalletta della Crescenza, a Palazzuola* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores ochroleuci.

728. NARBONENSE *L. Sp. Pl. p.* 440. Bulbo simplici: foliis linearibus canaliculatis perrennantibus, scapo brevioribus : floribus in racemo tyrsoideo longo acuto: bracteis ovatis longe acuminatis, pedunculis floriferis patentibus, longioribus, fructiferis erectis, brevioribus: petalis oblongo-lanceolatis, capsula 3-gona, subduplo longioribus.

O. narbonense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 127. *n.* 404. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 102.

In arvis, oris nemorum, ad sepes commune. *V. Pamfili, Caffarella* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

SCILLA.

729. MARITIMA *L. Sp. Pl. p.* 442. Bulbo magno tunicato: foliis oblongis acuminatis erecto-patulis proteranthiis: scapo cylindrico: floribus laxis in racemo tyrsoideo elongato: bracteis calcaratis recurvatis, pedunculis, brevioribus: petalis oblongo-ellipticis, capsula, aequalibus.

S. maritima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 128. *n.* 406. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 104. - Ornitogalum marinum *Hort. Rom. t.* 6. t. 93.

In maritimis. *A Fiumicino, Ostia* etc.

Perenn. Flor. Augusto-Septembri. Flores albi.

Vulgo et in officinis. *Scilla.*

Usus. Bulbi exiccati, et in pulverem redacti, diureticum usitatissimum, pluribus in morbis: succus epidermidem vehementer irritat.

730. BIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 443. Bulbo tnnicato: foliis lineari-latiusculis canaliculatis subgeminis, scapum teretem erectum, basi longe vaginantibus : floribus paucis in racemo laxifloro : bracteis nullis: sepalis oblongis obtusis, capsulam subaequantibus.

S. bifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 128. *n.* 407. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 110.

In montium nemorosis frequens.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores intense coerulei.

731. PATULA *Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 7. *p.* 576. Bulbo tunicato intus solido sobolifero : foliis lato-linearibus striatis utrinque attenuatis synanthiis: scapo semiterete: floribus paucis in racemo laxifloro: bracteis lanceolato-linearibus geminis inaequalibus, majore pedunculo longiore : petalis oblongo-lanceolatis apice recurvis, capsula, plusduplo longioribus.

S. patula *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 112. - S. campanulata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 128. *n.* 408.

In luco quodam *a Villa Pamfili.*

732. AUTUMNALIS *L. Sp. Pl. p.* 443. Bulbo tunicato intus solido : foliis filiformibus canaliculatis hysteranthiis, scapo laterali, brevioribus: floribus ebracteatis in racemo conico tandem laxifloro : sepalis oblongis obtusis, capsula sobduplo longioribus.

S. autumnalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 129. *n.* 409. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 114.

In sterilioribus collinis montanis et maritimis. *Pigneto Sacchetti, Monte Gennaro, Albano, Ostia* etc.

Perenn. Flor. Septembri. Flores violacei.

ASPODELUS.

733. LUTEUS *L. Sp. Pl. p.* 433. Radice tuberoso-fasciculata, napulis subcylindricis: caule erecto symplici, foliis subulatis triquetris patentibus, dense vaginato: racemo spicaeformi cylindrico elongato composito: bracteis grandibus ovato-lanceolatis scariosis, nervo carinali viridi: capsula ovoidea obtusa, perigonio, triplo breviore.

A. luteus *Fior. Giorn. de' Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 128. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 116.

In Cacumine Montis Circaei.

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei.

Vulgo. *Asfodelo.*

734. FISTULOSUS *L. Sp. Pl. p.* 444. Radice fibroso-ramosa: caule erecto alterne ramoso nudo : foliis radicalis semiterentibus fistulosis : floribus in apice ramorum laxe spicatis : bracteis ovatis acuminato-setaceis scariosis , nervo carinali viridi: capsula subglobosa, perigonio multo breviore.

A. fistulosus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 28. *n.* 25. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 129. *n.* 412. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 119. - A. angustifolius. floribus ex albo dilute rubentibus. *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 43.

In ruderibus Amphiteatri Flavii.

Perenn. Flor. Februario-Majo. Flores albidi, linea dorsali, rubente.

735. RAMOSUS *L. Sp. Pl. p.* 444. Radice tuberoso-fasciculata, napulis cylindricis: foliis radicalibus lato-linearibus acute carinatis: caule simplici superne ramosissimo, ramis ramulisque alternis spicato-floriferis: bracteis lanceolato-acuminatis, inferioribus, pedunculis, brevioribus: capsulis perigonio triplo brevioribus.

A. ramosus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 129. *p.* 410. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 120.

In marginibus, collibus, dumetis vulgatissimus.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi, linea petalornm dorsali, fusca.

Vulgo. *Porrazzo, Asfoledo, Asta regia.*

736. ALBUS *Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 133. Radice tuberculato-fasciculata, napulis cylindris : foliis radicalibus linearibus acute carinatis : caule simplici nudo, superius parce ramoso, ramis dense spicato-floriferis: bacteis lanceolatis

fuscis, pedunculis fructiferis erectis, brevioribus: petalis ovato-lanceolatis, capsula ovoidea, multo-longioribus.

A. albus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 129. *n.* 411. - *Bert. Fl It. t.* 4. *p.* 122.

In montium siccis. dumetis etc. *Copiosamente presso Genzano, la Riccia* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Petala alba, linea dorsali, lutea.

Vulgo. Uti praecedens.

Usus. Animales omnes praeter Suem, Asphodelum album et ramosum omnino respuunt; quamobrem apud nos utraque species et praesertim ramosus late diffusus in pestem agrorum. Ex recentioribus observationibus innotuit in succo tuberculorum, substantia saccarina inesse, quae rite fermentatione subjecta, Alcool suppeditat in aeconomiae usus. Quare, planta ignobilissima, in summopere expetita, hodie conversa.

ANTHERICUM.

737. *Liliago L. Sp. Pl. p.* 445. Rhizomate brevi praemorso, fibris crassis longis, aucto: foliis radicalibus linearibus canaliculatis: scapo nudo erecto superius florifero : floribus racemosis vel simplicibus : bracteis lanceolato-linearibus, inferioribus elongatis: pistillo declinato.

A. Liliago *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 125. – Phalangium Liliago *Seb et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 129. *n.* 413.

In montanis apricis. *Monte Gennaro alla valle scoperta.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores candidi.

HYACINTHUS

738. *romanus. L. Mant. alt. p.* 224. Foliis linearibus canaliculatis flaccidis prostratis, scapo longioribus: floribus laxis, in tyrso simplici acuto: bracteis erosis deorsum appendiculatis : perigonii campanulati laciniis oblongis tandem revolutis: capsula obtusa 3-gona.

H. romanus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 48. *n.* 120. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 130. *n.* 417. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 159.

In pascuis omnibus, marginibus, hortis copiose.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores albi senio sordidi.

MUSCARI.

739. *comosum. Wild En. t.* 1. *p.* 378. Foliis radicalibus lato-linearibus basi vaginantibus nudis ciliatisque, scapo erecto, subaequalibus: floribus racemosis densis, tandem laxiusculis declinatis, summis abortivis erectis longe pedunculatis comantibus : bracteolis infra pedunculos: capsula 3-gona, stylo coronata.

M. comosum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 161. - Hyacinthus comosus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 49. *n.* 121. – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 130. *n.* 418. – Muscari arvense latifolium coma coerulea *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 49.

In agris cultis commune circa Urbem.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores coeruleo-virescentes , abbortivi laete violacei.

740. botroides *Wild. En. t.* 1. *p.* 378. Foliis sublinearibus strictis, scapum nudum erectum, subaequantibus: racemo terminali denso, in anthesi laxato, floribus lateralibus nutantibus : perigonii globosi dentibus discoloribus : bracteolis geminis sub quoque flore: capsula rotundato-3-loba.

M. botryoides *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 164. - Hyacinthus botryoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 131. *n.* 415.

In montibus Latii et in maritimis. *Monte Compatri, Albano, Ostia* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores coerulei leviter odori , dentibus perigoni albidis:

741. racemosum *Wild. En. t.* 1. *p.* 378. Foliis radicalibus anguste linearibus prostratis, scapum erectum, superantibus : recemo terminali denso, floribus nutantibus imbricatis: perigoniis ovato-oblongis dentibus discoloribus: bracteolis ovatis geminis: capsula rotundato-3-loba.

M. racemosum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 165. - Hyacinthus racemosus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 49. *n.* 121. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 131. *n.* 420. - Muscari arvense juncifolium coeruleum minus *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 51.

In herbosis vulgare.

Perenn. Flor. Aprili. Flores intense coerulei odori, dentibus perigonii primo albis deinde subcoeruleis.

742. commutatum *Guss. Fl. Sic. Prod. t.* 1. *p.* 427. Foliis radicalibus anguste linearibus canaliculatis prostratis, scapo striato, brevioribus: racemo laxifloro , floribus patentibus : perigonii ovato-oblongi dentibus concoloribus : bracteis geminis minutissimis triangularibus: capsula rotundato-trigona.

M. commutatum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 166.

In pascuis maritimis. *Maccarese, Terracina,* etc.

Perenn. Flor. Septembri-Octobri. Flores coerulei.

CONVALLARIA.

743. verticillata *L. Sp. Pl. p.* 451. Caule erecto angulato: foliis caulinis lanceolatis erecto-patulis nervosis verticillatis: racemis axillaribus simplicibus, quandoque geminatis: perigoniis tubulosis: filamentis glabris.

C. verticillata *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 140.

Ad margines sylvarum in Umbria. *Monte la Ventosa, Valle Canetra* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albo-virides.

744. *Polygonatum L. Sp. Pl. p.* 451. Caule incurvo angulato. foliis caulinis alternis amplexicaulibus ellipticis nervosis glabris: pedunculis axillaribus 1-floris: perìgoniis tubulosis: filamentis glabris.

C. Polygonatum *Sang. Cent. tres. p.* 50. *n.* 108. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 142. - Polygonatum latifolium flore albo majore odorato *Barrel. Ic.* 711.

In collium sylvaticis. *Albano, Rocca di Papa* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores albi, ore virescenti, odori.

Vulgo. *Sigillo di Salomone.*

745. *multiflòra L. Sp. Pl. p.* 452. Caule terete incurvo : foliis ovatis alternis amplexicaulibus nervosis: racemis axillaribus solitariis multifloris: perigonio tubuloso-medio constricto: filamentis lanuginosis.

C. multiflora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 130. *n.* 416. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 143.

In sylvaticis montium communis. *Albano, Rocca di Papa* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi, dentibus virescentibus.

ASPARAGUS.

746. *tenuifolius Röm. et Schul. Syst. Veg. t.* 7. *p.* 320. Glaber. Caule herbaceo erecto superne ramosissimo: foliis numerosis fasciculatis tenuissimis flexibilibus : stipulis lanceolatis tandem deflexis : floribus axillaribus hermaphroditis quandoque monoicis: pedunculis sub flore articulatis: bacca globosa majuscula, maturitate rubra.

A. tenuifolius *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 130. *n.* 415. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 147.

In viridariis et sylvis suburbanis. *V. Pamfili.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albo-virentes , lineis prorsus viridibus notatis.

Vulgo. *Sparici.*

747. *officinalis L. Sp. Pl. p.* 448. Laevis glaucescens. Caule herbaceo tereti erecto paniculato : foliis paucis filiformibus fasciculatis acutis : stipulis basi deorsum mucronatis : floribus axillaribus dioicis, pedunculo articulatis . bacca coccinea.

A. officinalis *Bert. F. It. t.* 4. *p.* 148.

In sylvis maritimis. *Ostia, Fiumicino.*

Perenn. Flor. Majo. Flores viridi-luteoli.

Vulgo. *Sparaci, Asparago.*

Usus. Turiones varimode cocti in mensis apponuntur; qua de causa Asparageta conficimus ad turiones grandiores et teneriores obtinendos. Radix, semina, et hodie praesertim succus, in calculis hydrope aliisque morbis, uti diureticus, in arte medica, summopere celebratur.

748. ACUTIFOLIUS *L. Sp. Pl. p.* 449. Caule fruticoso angulato ramosissimo superne ramisque hirto: foliis aciformibus fasciculatis rigidis perennantibus : stipulis patulis deorsum mucronatis : floribus axillaribus solitariis fasciculatisve saepius dioicis : pedunculis medio articulatis : bacca cinerea nigrescente.

A. acutifolius *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 130. *n.* 414. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 151. - A. aculeatus. *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 52.

Ad sepes ubique.

Perenn. Flor. Septembri. Flores luteoli odori.

Vulgo. *Corona delle Streghe.*

SMILAX.

749. ASPERA *L. Sp. Pl. p.* 1458. Caule flexuoso valide aculeato : foliis cordato-sagittatis lanceolatis, latioribusque triangulis, latitudine longioribur 5-9-nerviis , margine nervoque medio aculeatis : corymbulis flexuosis racheos insidentibus *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 357.

S. aspera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 338. *n.* 1191.

In sylvaticis montosis et circa urbem vulgaris.

Frut. Flor. Septembri. Flores albi.

Vulgo. *Straccia braghe, Salsa nostrale.*

Usus. Succedanea S. Sarsaparillae communiter habetur.

750. MAURITANICA *Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 367. Caule firmo elatissimo superne foliisque inermibus : foliis amplis cordato-ovatis acutis obtusisve 7-9-nerviis immaculatis: pedunculis ramosis simplicibusque ad flexuras corymbuliferis *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 359.

Ad sepes et in sylvis non rara. *Monte Mario, Villa Borghese, Tivoli* etc.

Frut. Flor. Autumno. Flores albi.

Vulgo. Uti praecedens, a qua non distinguitur, licet caracteribus firmis a botanicis jure in peculiarem speciem recepta.

AGAVE.

751. AMERICANA *L. Sp. Pl. p.* 461. Foliis lanceolatis dorso convexis, apice

margineque spinosis: scapo ramoso procerissimo: racemo composito: staminibus, corolla longioribus, stylo, brevioribus.

A. americana *Maur. Cen.* 13. *p.* 18. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 154. - Americana planta Aloes facie maxima arboris instar caulescens *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 45.

Ex America adlata, hinc inde ad muros in sterilibus nunc luxuriat.

Perenn. Flor. Aestate. Flores spurco-virescentes.

JUNCUS.

752. ACUTUS *L. Sp. Pl. p.* 463. Calamis teretibus nudis 2-4-pedalibus, sterilibus mucronato-pungentibus: spatha 2-valvi, valvis acuminato-pungentibus, externa majore longiore, saepius florem superante: panicula composita; pedunculis divaricatis, pedicellis abbreviatis: bracteis lanceolatis acuminatis: glumis externis ovato-lanceolatis, internis ovatis obtusis, capsula turbinata, duplo brevioribus.

J. acutus *Seb. et Maur Fl. Rom. Prod. p.* 131. *n.* 421. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 173. - J. maritimus Sorghi panicula utriculosa *Barrel Ic.* 203. *fig.* 2.

In arenosis maritimis, communis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Perigonium fusco-viride.

Vulgo. *Giunco da Macellajo.*

Usus. Planta ad vincendum utilissima, et ad storeas texendas.

753. MARITIMUS *Lam. Enc.* 3. *p.* 264. Calamis foliosis sub-2-pedalibus: foliis teretibus mucronatis, calamo subaequalibus: spatha 2-valvi, valvis inaequalibus longe acuminatis, externa floribus subaequali: panicula supradecomposita erecta, pedunculis pedicellisque inaequalibus: bracteis ovato-lanceolatis acuminatis: glumis omnibus lanceolatis acutis, capsula oblonga obtusa, dimidio brevioribus.

J. maritimus *Sang. Cent. tres p.* 50. *n.* 109. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 174.

In stagnis maritimis, et circa lacum vulgo *de'Tartari*, in agro Tiburtino.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Perigonium virens, margine albidium.

754. CONGLOMERATUS *L. Sp. Pl. p.* 464. Calamo nudo stricto 2-pedali: spatha sub-1-valvi longissima: panicula laterali coarctata conglobata supradecomposita, pedunculis pedicellisque tenuibus: bracteis lanceolatis acutis vel acuminatis: glumis lanceolato-acuminatis, capsulam turbinatam emarginatam, subaequantibus.

J. conglomeratus *Sang. Cent. tres p.* 51. *n.* 111. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 177.

In aquosis. *Stagni d'Ostia.*

Perenn. Flor. Junio. Perigonium spadiceum.

Vulgo. *Giuncherella.*

755. EFFUSUS. *L. Sp. Pl. p.* 464. Calamo nudo stricto etiam 3-pedali: spatha 1-valve plurimum elongata : panicula supradecomposita , pedunculis pedicellisque filiformibus elongatis effusis : bracteis brevibus acutis : glumis lanceolato-linearibus acuminatis, capsulam turbinatam obtusam, superantibus.

J. effusus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 131. *n.* 422. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 178.

In udis, pascuis, depressis frequens.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Perigonium sub-fuscum.

Vulgo. *Giuncherella.*

Usus. Calami tam hujus speciei, quam praecedentis ad vincendum usitatissimi.

756. GLAUCUS *Wild. Sp. Pl. t.* 2 *p.* 206. Calamis nudis strictis glaucis pedalibus et ultra, sterilibus acuminato-subpungentibus: spatha sub-1-valvi longissima inflexa: panicula decomposita, pedunculis pedicellisque erecto-patulis: bracteis lanceolatis, vel ovato-lanceolatis acutis: glumis anguste-lanceolatis acuminatis, exterioribus longioribus, capsulam oblongo-3-quetram, subaequantibus.

J. glaucus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 131. *n.* 423. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 179. - J. acumine reflexo minor, panicula majore *Barrel. Ic.* 204. *f.* 1. et J. major panicula minore *Ic.* 204. *f.* 2.

Secus fossas in depressis fraequens.

Perenn. Flor. Junio-Jnlio. Perigonium subfuscum.

Vulgo. *Giunco da fiscelle.*

Usus. Ad fiscellas conficiendas et ad vicendum utilissimus.

757. DEPAUPERATUS *Ten. Succ. relat. etc. p.* 62. Calamis tereti-striatis nudis viridibus 1-sesquipedalibus sterilibus acuminato-subpungentibus : spatha 2-valvi, valva inferiore longissima, superiore brevissima , basi dilatata , apice acuminata: panicula brevi, pedunculis simplicibus aut cymoso-3-fidis: floribus 3-andris : glumis lenceolatis acutissimis , capsula 3-quetra , oblique stylo acuminata, duplo brevioribus.

J. depauperatus *Sang. Cent. tres p.* 51. *n.* 112. - J. glaucus β *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 180.

In humentibus circa Urbem. *Valle dell'Inferno, Macchia Mattei* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Perigonium subfuscum,

Vulgo. *Giunco da fiscelle.*

758. ARCTICUS *Wild. Sp. Pl. t. 2. p.* 206. Calamis crassiusculis aphyllis palmaribus pedalibus, basi squamis vaginatis: spathae valva exteriore subulato-mucronata elongata, interiore minima lanceolato-acuta: florum fasciculo laterali subsessili : bracteis late-ovatis subacutis : glumis exterioribus lanceolatis, interioribus paulo brevioribus obtusis, omnibus, capsula oblongo-3-gona obtusa subaequalibus.

J. arcticus *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 182.

In turfosis alpinis Piceni. *Monte la ventosa.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Perigonium fusco-ferrugineum.

759. TRIFIDUS *L. Sp. Pl. p.* 465. Calamo gracili palmari vel spithameo folioso: foliis canaliculato-setaceis, radicalibus brevibus, supremis 1-2-3 approximatis spathaceis : floribus 1-2-3 terminalibus axillaribusque : bracteis oppositis concavis ovato-acuminatis, floribus plusquam dimidio brevioribus : glumis lanceolatis, exterioribus longiusculis, interioribus margine albo-membranaceis, capsula ovata acuminato-3-gona longe rostrata, brevioribus.

J. trifidus *Sang. Cent. tres p.* 53. *n.* 116. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 184.

In editissimis apennis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Perigonium ferrugineo-nitidum.

760. BIGLUMIS *L. Sp. Pl. p.* 467. Calamo erecto simplici 2-4-pollicari, basi folioso: foliis planis, basi dilatata, vaginantibus , supremo spathiforme , flores superante: capitulo solitario 2-floro secundo bracteato : bracteis subaequalibus, externa lanceolato-acuminata, florem subsuperante, interna ovato-acuminata, flore breviore: glumis elliptico-oblongis, margine membranaceis, internis minoribus angustioribus: capsula ovato-3-gona obtusa, stylo apiculata, perigonio longiore.

In pratis alpinis inundatis Umbriae. *Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Augusto. Perigonium fuscum.

Obs. Species a Clarissimo *Orsini* communicata , faciem Schoeni ferruginei vere referens, et huc usque inter Italiae plantas non recensita.

761. TRIGLUMIS *L. Sp. Pl. p.* 467. Calamis ut plurimum solitariis pollicaribus semipedalibus, basi foliosis: foliis lineari-filiformibus basi vaginantibus , calamo brevioribns: spatha glumacea 3-valvi , valvis ellipticis , interna minore : floribus terminalibus subternis sessilibus : glumis lanceolatis aequalibns, capsula oblonga obtusa, brevioribus.

J. triglumis *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 186.

In alpinis turfosis frigidis Piceni. *Monte la Ventosa.*

Perenn. Flor. Julio. Perigonium stramineo-virens.

762. BICEPHALUS *Röm. et Schult. Syst. Veget t. 7. p.* 224. Calamis caespitosis teretibus 3-pollicaribus spithameis teretibus foliosis: foliis filiformibus radicalibus, superioribus uno alterove, omnibus calamo brevioribus: spatha 2-valvi, valvis subaequalibus e foliis abbreviatis: capitulis geminis sessili, pedunculatoque: bracteis ovato-lanceolatis acutis membranaceis, perigonio brevioribus: glumis multistriatis, anguste lanceolatis acutis, capsulae cylindricae subaequali, incumbentibus.

J. bicephalus *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 189.

In paludosis maritimis. *Civitavecchia.*

Perenn. Flos. Majo. Perigonium costaneo-virens.

763. INSULANUS *Röm. et Schult. Syst. Veg. t. 7. p.* 228. Calamis caespitosis ramosis sub-spithameis erectis foliosis: foliis planiusculis, calamis subaequalibus: spatha 2-valvi, floribus modo longiore modo breviore, valvis follis conformibus: fasciculis 1-3-floris axillaribus terminalibusque in paniculae ramis bracteis brevibus lanceolatis acutis concavis margine membranaceis: glumis externis lanceolato-acuminatis, internis brevioribus latius membranaceo-marginatis, capsulam oblongam 3-gonam obtusam, superantibus.

J. Insulanus *Sang. Cent. tres p.* 52. *n.* 113. - J. bufonius *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 132. *n.* 425 - J. fasciculatus *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 190 - Gramen bufonium supinum mollius seu umbellatum *Barrel. Ic.* 93.

In aquosis circa Urbem, et locis maritimis.

Ann. Flor. Aprili,-Julio. Perigonium subviride.

764. BUFONIUS *L. Sp. Pl. p.* 466. Calamis sub-caespitosis sesquipollicaribus dodrontalibus ramosis foliosis: foliis radicalibus lineari-filiformibus vaginantibus, superioribus paucis: spathae valvis e foliolis minoribus: fasciculis 1-3-floris alternis remotis in paniculae ramis depauperatis elongatis divaricatis: bracteis membranaceo-diaphanis acuminato-aristatis, internis acutis minoribus, omnibus capsulam cylindricam superantibus.

J. bufonius *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 191 - Gramen bufonium erectum latifol. et angustifol. minus. *Barrel. Ic.* 263. *fig.* 1. 2. et G. bnfonium erectum angustifolium majus *Ic.* 264.

In maritimis et inundatis elatiorum montium. *Civitavecchia*, *Allumiere della Tolfa*, *Terracina*, *Lago del Castelluccio.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Perigonium substramineo-virens.

765. COMPRESSUS *Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 7. *p.* 234. Glaber. Calamis compressis foliosis spitameis pedalibus: foliis linearibus canaliculatis vaginantibus ut plurimum radicalibus, calamo brevioribus: spathae valvis alternis inaequalibus lineari-acutis, externa flores superante: corymbo decomposito erecto terminali: bracteis lanceolatis acutis, superioribus abbreviatis obtusis, capsula turbinato-sub-3-gona obtusa breviter acutata, brevioribus.

J. compressus. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 194. - J. bulbosus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 132. *n.* 524. – J. repens ἀκρόκαρπος minor botryoides *Barrel. Ic.* 114. *fig.* 1. et Gramen junceum Sorgi capitulis *Ic.* 747. fig. 1.

In pratis humidis communis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigonium viridi-spadiceum.

766. MULTIFLORUS *Desf. Flor. Atl. t.* 2. *p.* 313. Calamis erectis firmis 1-2-pedalibus nodoso-foliosis, basi squamosis : foliis teretibus fistulosis mucronato-pungentibus: spathae valvis strictis lanceolatis subinaequalibus, floribus multo brevioribus : panicula subradecomposita stricta, floribus solitariis, pedunculis pedicellisque erectis: bracteis lanceolatis acuminatis superioribus geminis ovatis acutis : glumis lanceolato-acuminatis subaequalibus conniventibus, capsula acuminato-3-gona, stylo apiculato, longioribus.

J. multiflorus *Sang. Cent. tres p.* 51. *n.* 110. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 196.

In arenosis udis prope Centumcellas , et in fossis nostris mare versus. *Ponte Galera.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigouium rubro-virens.

767. ARTICULATUS *L. Sp. Pl. p.* 463. Calamis caespitosis adscendentibus foliosis palmaribus 2-pedalibus: foliis concamerato-nodosis compresso-teretiusculis, calamis brevioribus: spatha 2-valvi, valvis brevibus lanceolatis acuminato-subulatis, acumine externae elongato: florum fasciculis fastigiatis sessilibus pedunculatisve in paniculae supradecompositae ramis: bracteis membranaceis ovato-subulatis, superioribus brevioribus: glumis subaequalibus ovato-acutia, capsula oblongo-3-gona, stylo apiculata, brevioribus.

J. articulatus *Bert. Fl. Il. t.* 4. *p.* 197. - J. aquaticus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 132. *n.* 426.

β acutiflorus. Sepalis omnibus acuminatis.

J. articulatus β *Bert. l. c. p.* 198. - J. acutiflorus *Sang. Cent. tres p.* 52. *n.* 114. - J sylvaticus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 132. *n.* 427.

ϰ divaricatus. Calamo ad nodos radicante, foliis elongatis, panicula divaricata.

J. articulatus ϰ *Bert. l. c. p.* 199. – J. acutiflorus α *Sang. l. c.*

δ viviparum. Floribns viviparis.

J. articulatus δ *Bert. l. c.* - J. sylvatiens floribus proliferis. *Seb. et Maur. l. c. p.* 133.

ε macrocaephalus. Floribus numerosis capitatis.

J. articulatus ε *Bert. l. c.*

In humentibus sylvaticis, ad fossas etc. frequens una cum varietatibus.

Perenn. Flor. Majo–Junio. Perigonium spadiceum.

Obs. Planta polymorpha extricatu dificillima, plures auctorum species, at firmis nondum characteribus insculptas, certe amplectens. Synonima Clarissimo Bertolonio duce statui, ut species et varietates nostras huc usque evulgatas, ad quas, tanti nominis auctoris, referendas sint, innotescat.

768. OBTUSIFLORUS *Ehrh. Gram.* 76. Calamis caespitosis erectis 1–2–pedalibus parce foliosis basi squamosis: foliis teretiusculis acuminatis sub-articulatis, basi longe calamum vaginantibus: spatha 2-valvi, valvis inaequalibus subulatis, floribus multo brevioribus: floribus fasciculatis in panicula supradecomposita, pedunculis divaricatis, pedicellis refractis: bracteis lanceolatis carinatis margine membranaceis, superioribus ovatis concavis: glumis aequalibus oblongis obtusis, capsula oblongo-3–gona acuminata, quidquam brevioribus.

J. obtusiflorus *Sang. Cent. tres p.* 53. *n.* 115 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 202.

In aquosis minus frequens.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigonium flavo-pallidum.

LUZOLA.

769. FORSTERI *DC. Syn. Fl. Gall. p.* 150. Calamis caespitosis subpedalibus erectis: foliis anguste linearibus ciliatis, radicalibus elongatis, calaminis remotis: floribus solitariis terminalibus axillaribusque in paniculae decompositae ramis erectis: apatha 2-valvi, valvis foliaceis, panicula multo brevioribus: bracteis membranaceis concavis , inferioribus elongatis : glumis lanceolatis margine membranaceis aristulatis , inferioribus brevioribus : capsula 3-gona acuta: aculeo recto ultra semen producto.

L. Forsteri. *Maur. Cent.* 13. *p.* 18. – *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 207. - L. vernalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 133. *n.* 428. – Gramen hirsutum angustifolium perenne Lini utriculis *Barrel. Ic.* 748. *fig.* 2.

In nemorosis frequens.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Perigonium fuscum.

770. SYLVATICA *Röm. et Schulth. Syst. Veg. t. 7. p.* 254. Calamis erectis subsolitariis sesquipedalibus: foliis lanceolato-linearibus longe ciliatis, radicalibus congestis, calaminis paucis remotis: floribus fasciculato-subternis in paniculae decompositae ramulis abbreviatis : spatha 2-valvi, valvis inaequalibus foliaceis, panicula multo brevioribus : bracteis membranaceis diaphanis ovato-lanceolatis, inferioribus elongatis : glumis ovato-acuminatis aequalibus margine membranaceis: capsula ovato-3-gona acuminata: arillo ultra semen, producto.

L. sylvatica *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 209.

In sylvaticis Piceni, et Umbriae non rara.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium subfuscum.

771. ALBIDA *Wild. En. t.* 1. *p.* 339. Calamo erecto subsolitario palmari pedali: foliis linearibus ciliatis, radicalibus subcongestis calaminis paucis distantibus: floribus fasciculato-subquaternis, in paniculae erectae tandem nutantis, ramulis: spatha 2-valvi, valvis inaequalibus foliaceis, panicula brevioribus: bracteis membranaceis concavis inferioribus elongatis: glumis ovato-lanceolatis aristulatis, exerioribus breviusculis, omnibus capsula sub-3-goua ovato-acuminata, multo brevioribus: arillo semini adnato.

L. albida *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 210.

In sylvis umbrosis Piceni. *Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigonium albibum.

772. CAMPESTRIS *Wild. En. t.* 2. *p.* 399. Calamis ut plurimum solitariis subpedalibus erectis: foliis linearibus ciliatis margine scabris, radicalibus subelongatis, calaminis paucis distantibus: floribus spicato-capitatis in paniculae ramis, spica centrali subsessili: spatha 2-valvi, valvis violaceis inaequalibus, majore panicula subaequali: bracteis albo-membranaceis ovatis apice acuminatis: glumis lanceolatis acuminato-aristatis subaequalibus, capsula subrotunda 3-gona obtusa, sublongioribus: arillo recto albido ultra semen non producto.

L. campestris *Maur. Cent.* 13. *p.* 15. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 215.

In sylvaticis, ericetis communis circa Urbem, et in montibus.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Perigonium fuscum bracteis albidis.

773. SPICATA *Bisch. in Trans. Linn. Soc. p.* 386. Calamis caespitosis erectis sub-spithameis: foliis angusto-linearibus ciliatis, radicalibus congestis vaginantibus, calaminis remotis: floribus in spica congesta obtusa nutante inferius saepe interrupta: spatha 2-valvi foliacea longitudine varia: bracteis ovato-lanceolatis acuminatis margine albo-membranaceis: glumis lanceolatis acumi-

nato-aristatis, capsula ovata acuminata obtusave, subaequalibus: arillo tenui recto, ultra seminis apicem vix producto.

L. spicata *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 219.

In montibus Piceni ad margines sylvarum. *Monte la Ventosa.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Perigonium nigrigans.

BERBERIS.

774. VULGARIS *L. Sp. Pl. p.* 471. Caule erecto: foliis obverse-oblongis, obovatisve serrato-ciliatis: spinis stipularibus 3-partitis, folio brevioribus: racemis longiuscule pedunculatis multifloribus pendulis: petalis integerrimis *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 222.

B. vulgaris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 133. *n.* 429.

Sponte in sepibus nonullis. *Villa Borghese* etc.

Frutex. Flor. Aprili. Flores lutei.

Vulgo. *Berberi, Spina santa.*

Usus Planta utilissima ad sepes perennes texendas, et omnibus in partibus prastantissima. Radix stiptica, et ad colorem luteum pro serico, lana, corio eliciendum, prae aliis plantae partibus, adhibetur. Radix et lignum ob duritiem et peculiarem colorem ad opus topiarium celebratissimum. Cortex at praesertim liber purgat. Fructus refrigerantes sunt, et ab antiquitus in materia medica noti ob Berberidis syrupum.

LORANTHUS.

775. EUROPAEUS *L. Sp. Pl. p.* 1672. Dioicum hexandrum glabrum. Caule dicotomo: foliis oppositis oblongis obtusis in petiolum decurrentibus: racemis terminalibus simplicibus.

L. europeus. *Sang. Cent. tres p.* 53. *n.* 117. - *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 224.

In montibus Ciminis super *Quercus* et *Castaneas* parasiticus.

Frut. Flor. Julio. Flores viridi-luteoli.

Vulgo. *Visco, Vischio, Visco quercino.*

Usus. Lignum in remediis anticpilepticis olim enumerabatur, nunc vix in usu, uti aperiens, in decoctionibus antisyphiliticis. Baccae pulpa glutinosa, Uiscum pro venatione, suppeditant.

Obser. Ante efflorescentiam facile confundi potest cum simillimo *Visco albo L.* quod vero supra Pyros, Sorbos Crataegos aliasque rosaceas arbores tantum gignitur.

RUMEX.

* Floribus hermaphroditis.

776. CRISPUS. *L. Sp. Pl. p.* 476. Caule erecto superne parce ramoso, ramis erectis: foliis oblongis lanceolatisve acutis, margine undulato-crispo: racemo inferius folioso, pedicellis inaequalibus in fructu deflexis: sepalis externis reflexis internis cordato-ovatis integris insigniter venosis, omnibus graniferis, granis tumidis ovatis.

R. crispus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 133. *n.* 430. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 286.

In pratis humidis secus fossas communis.

Flor. Majo-Junio. Flores herbacei.

Vulgo. *Romice.*

777. ACUTUS *L. Sp. Pl. p.* 478. Caule sulcato erecto, ramis alternis adscendentibus: foliis radicalibus sub-cordato-oblongis, caulinis lanceolatis, omnibus acutis integris: racemo ramoso basi tantum folioso, ramo extimo elongato: pedicellis fructiferis recurvato-refractis: sepalis externis linearibus, internis angustis oblongis integris, omnibus graniferis, granis tumidis subrotundis.

R. acutus *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 23. - R. nemolapatum, et acutus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 133. *n.* 431. *et* 432.

In nemorosis humidis et ad vias communis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores herbacei.

Vulgo. Uti praecedens.

778. OBTUSIFOLIUS *L. Sp. Pl. p.* 478. Caule scabro superius ramoso: foliis inferioribus cordato-ovatis summis lanceolatis utrinque attenuatis: racemo ramoso laxo inferius folioso, pedunculis fructiferis nutantibus: sepalis externis angustis inflexis, internis triangulari-cordatis reticulatis acute paucidentatis, unico saltem granifero, grano ovato parvo.

R. obtusifolius *Sang. Cent. tres. p.* 54. *n.* 118. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 238.

In humidis montanis Latii, et Umbriae.

Perenn. Flor. Julio. Flores herbacei.

779. PULCHER *L. Sp. Pl. p.* 477. Caule flexuoso ramoso, ramis divaricatis: foliis inferioribus panduraeformibus ovato-oblongis, summis ovato-lanceolatis acutis: racemis foliosis, pedicellis fructiferis rigidis remotis: sepalis

externis linearibus, internis triangularibus, omnibus obtusis margine ciliato-pectinatis, unico gravifero: grano crasso ovato.

R. pulcher *Sebast. En Pl. Amph. Flavii p.* 67. *n.* 199 - *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 134. *n.* 433. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 240.

Ad vias ubique.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores herbacei.

Vulgo. *Cavolaccio.*

780. HYDROLAPATHUM *Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 251. Caule erecto sulcato orgyali, ramis strictis: foliis radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum decurrentibus, superioribus minoribus lanceolatis, omnibus ut plurimum margine crispulis: racemis ramosis basi tantum foliosis: floribus confertis, pedicellis fructiferis deflexis apice incrassatis: sepalis externis lanceolatis obtusis erectis, internis triangularibus integris, omnibus graniferis: granis oblongis majusculis.

R. Hydrolapathum *Fior. Gior. de' lett. di Pisa t.* 17. *p.* 118. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 242.

In canalibus pontinis ad margines abbunde.

Perenn. Flor. Julio. Flores herbacei.

Vulgo. *Tabacco di Palude.*

781. BUCEPHALOPHORUS *L. Sp. Pl. p.* 479. Caule obscure angulato simplici vel caespitoso pollicari pedali: foliis ovatis integerrimis petiolatis, radicalibus numerosis: racemo terminali simplici depauperato inferius folioso, pedicellis articulatis in fructo rigidis deflexis supra articulum dilatatis: sepalis externis lanceolatis deflexis, internis triangulari-oblongis scabris, inferius utrisque 3-dentato-spinulosis, omnibus graniferis: granis exiguis depressis.

R. bucephalophorus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 134. *n.* 434. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 244. - Acetosa Ocimifolio Neapolitana βουκεφαλοφορα *Colum. Ecphr. t.* 1. *p.* 151. *fig. p.* 150.

In agris et collibus vulgaris.

Ann. Flor. Majo. Flores subherbacei.

Vulgo. *Acetosella, Testa di Bove.*

** Flores Polygami monoici.

782. ALPINUS *L. Sp. Pl. p.* 480. Caule tereti striato fistuloso superius ramoso: foliis inferiorioribus late cardato-ovalis obtusis rugosis longe petiolatis, caulinis remotis ovato-acutis: racemo terminali ramoso denso basi tantum

folioso: pedunculis tenuibus in fructu vix deflexis, internis cordato-ovato subintegerrimis reticulato-venosis: granulis nullis.

R. alpinus *Maur. Cent.* 13. *p.* 19. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 248.

In montibus Latii. *Anagni*, *S. Polo*. etc.

Perenn. Flor Aprili-Majo. Flores herbacei.

Vulgo. *Rabarbaro dei Frati.*

Obser. Radix in officinis sub nomine *Rhabarbari monacorum* nota, et iam pro Rhabarbaro inter purgantia hadibita.

783. SCUTATUS *L. Sp. Pl. p.* 480. Glaucescens. Caule decumbente fistuloso striato ramoso: foliis deltoides hastatisve longe petiolatis: racemo terminali laxo nudo, pedicellis exilibus articulatis nutantibus : sepalis albo-membranaceo marginatis, externis cordato-subrotundis: granulis nullis.

R. scutatus *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 249. - Acetosa montana pumila Fagopiri folio. *Bocc, Mus. di piant. p.* 165, et A. Fagopiri folio *tab.* 126.- A. scutata repens *Triumf. Obs. p.* 68. *tab.* 3.

In montibus Umbriae et Picaeni. *Camerino Norcia* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albo-virides vel albo-rosei.

Vulgo *Acetosa romana.*

Usus Colitur, et utitur uti *R. Acetosa L.*

*** Flores dioici

784. PSEUDO-ACETOSA *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 252. Radice fibroso-tuberosa: caule simplici erecto sulcato 2-4-pedali: foliis sagitattatis hastative, auriculis acutis adscendendo angustioribus: racemo terminali ramoso apyllo, ramis elongatis: fasciculis paucifloris: sepalis obtusis reticulato-venosis, exterioribus linearibus retroflexis, inferioribus cordato-orbiculatis, omnibus graniferis: granis exiguis subrotuudis.

R. Acetosa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 134 *n.* 435. - Acetosa montana, Malus limoniae folio, flagellis ramosis *Bocc. Mus. di piaut. p.* 164. *tab.* 126. et A. flagellis non ramosis l. c.

In nemorosis circa Urbem et in montibus Latii. *Valle del inferno*, *Macchia Mattei*, *Albano* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albido-rubentes.

785. TRIANGULARIS *DC. Fl. Fr. Suppl.* 768. Radice tuberoso-fasciculata: caule tereti simplici sulcato spithameo sesquipedali: foliis undulatis oblongo-

sagittatis, auriculis divergentibus, superioribus subsessilibus lanceolato-hastatis, auriculis horizontalibus : racemo terminali ramoso depauperato aphyllo : sepalis mambranaceis venosis linearibus obtusis in fructo retroflexis, interioribus reniformi-ovatis , omnibus graniferis : granulis exiguis subrotundis vel depressis.

R. triangularis *Sang. Cent. tres. p.* 54. *n.* 119. - R. Pseudo-Acetosa β *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 252.

In herbidis montanis Latii , et Piceni. *Rocca di Papa* , *Monti della Sibilla*, etc.

Perenn. Flor. Aprili-Junio. Flores virides vel roseo-virides.

786. MONTANUS *Desf. Tabl. ed.* 2. *p.* 48. Caule simplici erecto striato : foliis inferioribus hastato-ovatis obtusis, superioribus hastato-triangularibus acuminatis, omnibus late breviterque auriculatis: racemo terminali ramoso tandem laxato apyllo , ramis erectis strictis , fasciculis paucifloris : sepalis reticulato-venosis, externis ellipticis obtusis in fructu deflexis, internis cordato-orbiculatis obtusis: granis minutis orbiculatis vel depressis quandoque nullis.

R. montanus *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 255. - Acetòsa montana, lato Ari rotundo folio *Bocc. Mus. di Piant. p.* 165, et A. Ari rotundo folio *l. c. tab.* 125.

In alpestrìbus Nursinis. *Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Julio. Flores herbacei vel subrosei.

787. ACETOSELLA *L. Sp. Pl. p.* 481. Caule solitario vel coespitoso tenui pollicari pedali: foliis hastato-lanceolatis acutis, auriculis integris: racemo terminali ramoso, ramis simplicibus : florum fasciculis remotiusculis, pedicellis articulatis: sepalis externis oblongis, internis ovatis obtusis, omnibus erectis: granulis nullis.

R. Acetosella *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 13. *n.* 435. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 258.

In sterilissimis pascuis, collibus frequens.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores herbacei lutescentes.

Vulgo. *Acetosella.*

TRIGLOCHIN.

788. BARRELIERI *Röm. et Schult. Syst. Vegt. t.* 7. *p.* 15. *n.* 3. Scapo glabro erecto vel adscendente spithameo: foliis semicylindris canaliculatis, scapo subaequalibus, vaginis superimpositis basi amplexatis: racemo multifloro simplici pedicellis adscendentibus: plopocarpio conico.

T. Barrelieri. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 267. - T. Palustre. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 334. *n.* 437. – Juncus bulbosus maritimus floribus siliquosus *Barrel. Ic.* 371.

In udis maritimis. *Ostia.* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albo-virides.

VERATRUM.

789. NIGRUM *L. Sp. Pl. p.* 1479. Caule simplici villoso superne tomentoso-canescenti paniculato: foliis ovalibns nervosis plicatis apice obtuse acuminatis, adscendendo angustatis, ultimis lanceolatis: floribus divaricatis in fructu erectis bracteatis: bracteis ramorum paniculae longe acuminatis successive abbreviatis: bracteolis, pedicellis floriferis, longioribus: petalis ellipticis integerrimis patentissimis, pedicellos vix aequantibus.

In apenninorum sylvaticis umbrosis. *Valle Canetra, Monte della Trinità presso Vallepietra* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flor. atro-purpurei.

790. ALBUM *L. Sp. Pl. p.* 1479. Caule simplici glabro superne paniculato pubescente: foliis late ovatis nervoso-plicatis, adscendendo ovatis, ultimis lanceolatis: floribus erectis bracteatis, bracteis ramorum paniculae oblongis successive abbreviatis, bracteolis pedicellis floriferis sabaequalibus, petalis denticulatis patentibus, pedicello paulo longioribus.

V. album *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 155. *n.* 438.

In montibus frequens. *Monte Gennaro, Monte Calvo di Subiaco* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albido-virentes.

Usus. Plantae et praesertim radices utriusque speciei sub nomine *Ellebarro bianco* vulgo notae, et a rhizotomis in officinis venditae, dum radices *Elleboro Nero* suppeditantur ab *Helleboro nigro* L. planta alius familiae, actionis tamen congeneris. Apud veterem medicinam in mania, epilepsia, hydrope, in verminationibus et in morbis cutaneis praedicabatur, nunc raro usurpatur. Ambae Veratri species *Veratrinam* analysi dederunt, in qua, prae aliis leatalibus dotibus, vis aemetica eminens inventa; substantia pericolosissima a materia medica potius expellenda.

COLCHICUM.

791. AUTUMNALE *L. Sp. Pl. p.* 485. Foliis lanceolatis hysteranthiis: perigoni laciniis oblongis subaveniis: antheris oblongo-linearibus. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 271.

C. autumnale *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 135. *n.* 439 - C. autumnale α, β, χ. *Sang. Cent. tres. p.* 55.

χ parvulum humilior foliis lanceolato-linearibus, perigonii laciniis angustatis.

C. autumnale χ *Bert. l. c. p.* 272.

In depressis pascuis circa urbem communis. α in montanis alpinis *Vettore al Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Septembri. Perigoninm intense roseum, rarius albidum.

Vulgo. *Colchico, Zaffrano bastardo.*

Usus. In veteri, et hodierna medicina, uti diureticum et drasticum variis sub formis hadibitum praesertim in hydrope et podagra.

CHAMAEROPS.

792. HUMILIS *L. Sp. Pl.* 1657. Foliis palmatis plicato-flabelliformibus pectinato-spinosis, stipite cylindrico.

Ch. humilis *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 135. *n.* 990.

In montanis maritimis. *Sul Circello presso Terracina.*

Arbor. Flor. Majo. Flores luteoli.

HEXANDRIA POLYGYNIA

AMISMA.

793. PLANTAGO *L. Sp. p.* 486. Scapo simplici fistuloso sub-3-pedali: foliis sub-cordato-ovatis 5-nerviis: paniculae supradecompositae ramis verticillatis inaequalibus: nucibus obscure 3-gonis obtusissimis in orbe simplici.

A. Plantago *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 135. *n.* 442 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 279. - Damasonium maximum Plantaginis folio, flore flavescente, fructu globoso. *Hort. Ram. t.* 4. *tab.* 92.

β angustifolia. Foliis oblongo-lanceolatis, acuminatis, longe petiolatis. *Bert. l. c. p.* 280.

Ad ripas Tyberis, in stagnis, fossis vulgaris. β in maritimis.

Perenn. Flor. Junio. Flores albo-rosei.

Vulgo. *Piantagine d'acqua. Alismo.*

Usus. Planta acris armento bovino summopose noxia, in hydophobia nunc laudata.

794. RANUNCULOIDES. *L. Sp. Pl. p.* 487. Scapo simplici erecto palmari vel pedali: foliis lanceolatis inaequaliter petiolatis 3-nerviis: umbellae simplicis vel prolipherae radiis inaequalibus: nucibus pentagonis acutis patulis capitatis.

A. ranunculoides *Seb et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 136. *n.* 443 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 282.

In stagnis. *Presso Ostia.*

Perenn. Flor. Majo–Junio. Flores rosei.

795. *Damasonium L. Sp. Pl. p.* 486. Scapo erecto subsolitario digitali dodrontali: foliis elliptico-oblongis nervoso–venosis, nervis 3-5: umbellae simplicis sessilis radis erecto-patulis: nucibus 3-quetris acuminato-subulatis stellatim patentibus.

A. Damasonium. *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 130. *n.* 414. - *Bert. Fl It. t.* 4. *p.* 284.

In stagnis maritimis. *Ostia. Terracina* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

CLASSIS VIII. OCTANDRIA

ORDO I. MONOGYNIA.

Ericeae Brown.

156. ERICA L. Calyx 4-sepalus persistens: corolla campanulata subinde ventricosa 4-dentata vel 4–fida marcescens: staminum filamenta filiformia, basi calycis aut corollae inserta: antherae erectae emarginatae aut 2–cornes basi nudae vel 2–aristatae : capsula subrotunda 4-locularis 4–valvis , dissepimentis medianis.

Styracinae Schultz.

157. DIOSPHYROS L. Calyx 1-sepalus liberus persistens in fructu accretus limbo 4-6-fido: corolla urceolata 4-5-fida: stamina 8-16 basi corollae inserta filamenta brevia: antherae erectae apice 2-cornes: stigmata 4-fida aliquando 2–fida: capsula calyce accreto basi cinta 8-12-looularis, loculis, 1–spermis. Flores quandoque polygamo-dioici ex abortu antherarum vel ovarii.

Gentianeae Vent.

158. CHLORA L. Calyx 1-sepalus liberus persistens, laciniis linearibus: corolla hypocratheriformis tubo brevi, limbo partito, laciniis ovatis: stamina tubo corollae inserta et laciniis alterna, filamentis brevibus, antheris linearibus: partes calycis corollae et numerus staminum 6-8-12: stigma 2-4-fidum capsula ovata 2-valvis, dissepimentis marginalibns incompletis, 1–loculars.

Cytineae Bartl.

159. CYTINUS L. Monoicus, floribus terminalibus masculis, lateralibus foemineis. Perigonium petaloidem tubuloso-campanulatum 3-6-fidum 2-bracteolatum: stamina 6-12: antherae 2-loculares coadunatae in apice filamentorum coherentium: ovarium subrotundum inferum: styli connati: stigmata 8 cohalita, capitulum 8-sulcatum simulantia: bacca pulposa 1-locularis, placentis parietalibus: seminiferis octo.

Vaccineae Bartl.

160. VACCINIUM L. Calyx 1-sepalus adherens, limbo libero 4-dentato, dentibus brevibus: corolla campanulata 4-dentata, dentibus retroflexis: stamina aequalia receptaculo inserta, filamenta subulata: antherae erectae 1-loculares, saepe dorso aristatae, loculis poro apice dehiscentibus: stylus elongatus: stigma obtusum, bacca globosa umbilicata 1-locularis, loculis 1-spermis.

Acerineae DC.

161. ACER. L. Calyx 1-sepalus liberus persistens 5-partitus vel 5-lobatus: petala 5 calycis partibus alterna: stamina receptaculo carnoso adfixa, filamentis subulatis, antheris oblongis: samarae 2-3 basi connatae 1-loculares 1-2-spermae, ala laterali obtusa divergente vel erecta. Flores polygamo-monoici vel dioci.

Onograriae DC.

162. OENOTHERA L. Calix 1-sepalus tubulosus, tubo inferius elongato stricto adherente, superius dilato libero caduco, laciniis, parte cohalita, tandem deflexis: corolla 4-petala, petalis integris vel 3-lobis: stamina summo calycis tubo adnata, petalis breviora, filamentis subulatis incurvis, antheris linearibus: capsula oblongo-pyramidata obtuse tetragona, vel clavata 4-8-10-angulata 4-locularis 4-valvis, septis medianis: semina nuda.

163. EPILOBIUM L. Calix 1-sepalus, tubo longissimo adherente, limbo libero 4-partito caduco: corolla 4-petala, petalis obcordatis saepe profunde emarginatis: stamina 4, alterna longiora, omnia corolla breviora, filamentis subulatis, antheris dorso adnatis: capsula obtuse 4-gona 4-locularis 4-valvis, septis valvaribus medianis: semina comosa.

Thymeleae Brown.

164. DAPHNE L. Perigonium tubulosum liberum marcescens, limbo petaloideo libero patente 4-fido: stamina tubo perigonii duplice serie, inserta, 4 intera inclusa, 4 externa prope faucem, filamentis brevibus antheris erectis: stigma sessile depresso-capitatum: drupa ovata, putamine tenui crostaceo.

165. PASSERINA L. Perigonium liberum marcescens, tubo inferne ventricoso, limbo 4-fido patente: staminum series simplex apice tubi horta, filamentis brevibus, antheriis erectis: stylus apici ovarii lateralis filiformis: stigma hirsutum capitatum: nux monospermia perigonio tecta.

166. STELLERA. L. Perigonium liberum, tubo in fructificatione inferius ventricoso, limbo 4-fido, laciniis inaequalibus conniventibus: stamina duplici serie tubo perigonii inserta altera inclusa, altera prope faucem laciniis tecta, filamentis brevissimis antheris erectis: stigma capitatum: nux 1-sperma rostrata, perigonio tecta.

Salicaceae Brown.

167. POPULUS. L. Amenthi dioici cylindrici. Perigonium squamiforme squamis pedicellatis integris truncatis: stamina 8-12, filamentis brevissimis, antheris majusculis 4-gonis: ovarium liberum stigmata 4-8: capsula conica 1-locularis 2-valvis: semina ovata, villo pappiformi tenui erecto, coronata.

ORDO II. DIGYNIA

Alsineae Bartl.

168. MOERHINGIA. L. Calyx 4-phyllus, foliolis lanceolatis carinatis: corolla 4-petala, petalis ovatis, calyce sublongioribus: filamenta filiformia antherae subrotundae: styli recurvi: stigmata capitellata: capsula 1-locularis 4-valvis sub-8-spermia.

ORDO III. TRIGYNIA.

Polygoneae Juss.

169. POLYGONUM. L. Perigonium petaloideum, quandoque sepaloideum

4-partitum persistens: stamina quandoque 4, filamentis subulatis, antheris ovatis: styli 2-3 liberi vel connati: stigmata capitata: nux 1-sperma 3-gona vel compressa acuta, perigonio tecta.

ORDO IV. TERRAGYNIA.

Araliaceae Bartl.

170. ADOXA L. Calyx adherens, limbo libero 2-3-secto: receptaculum ovario adherens, margine perigyno in corollam expanso: corolla infundibuliformis in flore terminali 4-fida 8-andra 4-gynia, in lateralibus 5-fida 10-andra 5-gynia: stamina corolla breviora filamentis subulatis, antheris sobrotundis: styli breves: stimata simplicia : bacca giobosa intus pulposa 1-locularis : semina membrana marginata.

Smilaceae Brown.

171. PARIS L. Calyx 4-sepalus persistens , sepalis lanceolatis : corolla 4-petala, petalis linearibus vel lanceolatis, sepalis alternis : stamina, corolla breviora: antherae lineares, medio filamenti subulati lateraliter adfixae: styli filiformes: stigmata oblonga divaricata, latere superiore, puberula: bacca globosa 4-sulcata 4-valvis polysperma: semina 2-seriata.

OCTANDRIA MONOGYNIA.

ERICA.

796. *arborea L. Sp. Pl. p.* 502. Caule arborescente , ramulis incano-villosis: foliis ternis quaternisque lineari-setaceis: racemis terminalibus ramosis: corollis campanulatis 4-fidis: staminibus inclusis: antheris 2-fidis basi cristatis: stylo exerto: stigmate peltato.

E. arborea *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 140. *n.* 453 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 321.

In sterilissimis collibus circa urbem et mare versus vulgatissima.

Arbor. vel Suffr. Flor. Martio-Aprili. Flores albo-sub-carnei.

Vulgo. *Scopa, Scoponi.*

797. *scoparia L. Sp. Pl. p.* 502. Caule caespitoso : foliis ternis linearibus rigidis, ramisque glabris: racemis terminalibus simplicibus: corollis laevibus globoso-campanulatis 4-fidis: antheris inclusis basi muticis: stigmata peltata subexerta.

E. scoparia *Sang. Cent. tres p.* 57. *n.* 124 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 323.

In sylvaticis maritimis frequens.

Frutex. Flor. Majo. Flores viridi-lutescentes.

Vulgo. *Scopa fina.*

798. *multiflora L. Sp. Pl. p.* 503. Caule erecto ramoso: foliis quinis linearibus crassiusculis, ramisque glabris: floribus longiuscule pedunculatis in racemis terminalibus simplicibus : corollis campanulatis, dentibus revolutis : antheris muticis basi nudis, stigmateque exiguo, exertis.

E. multiflora *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 140. *n.* 454 - *Bert. Fl. It t.* 4. *p.* 324.

In sterilibus maritimis abbunde. *Ostia, Fiumicino* etc.

Frutex. Flor. Autumno. Flores purpurascentes.

Vulgo. *Scopa.*

Usus. Ramulis trium specierum enumeratarum Scopas conficimus ad varios aeconomiae usus: item rami facillime urunt flammis vivis crepitantibus, quaprocter avide colligantur a villicis ad ignem excitandum. Repetitis coesuris lignum nodosum fit durum, et maculatum unde a tornatoribus expetitur praesertim ad conficendas capsulas et manubrios. Flores summopere desiderantur ab apibus, licet ingratum saporem in melle inducant. Rami juniores ad armentum praesertim bovinum alendum optimi. Folia et rami sponte in sylvis maceratione subjeti humum suppeditant feracissimum sub-nomine *Terra d' Erica* in horticultura plurimi habitum praesertim ad plantas exoticas et sylvaticas alendas.

799. *carnea L. Sp. Pl. p.* 504. Caule caespitoso decumbente: foliis linearibus carinatis quaternis, ramisque glabris: florum simplicibus vel fasciculatis secundis in racemo simplici terminali corolla tubulosa apice constricta dentibus , erectis antheris apice acutis basi nudis stigmateque , exiquo depresso, exertis.

In saburbanis, montibus, sylvaticis. *Pigneto Sacchetti, Macchia delle Quartarelle* etc.

Frutex. Flor. Februario-Martio. Flores rosei pulcherrimi.

Vulgo. *Scopino.*

DIOSPYROS.

800. *lotus L. Sp. Pl. p.* 1510. Caule elato, ramis sparsis: gemmis inrne hirsutis : foliis oblongis acuminatis subtus pubescentibus : floribus axillaribus subsessilibus.

D. Lotus *Seb. et Maur. Fl: Rom. Prod. p.* 338. *n.* 1193 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 349.

In sylvaticis nonullis sponte. *V. Borghese Pamfili* etc.

Arbor. Flor. Junio. Flores viridi-lutescentes.

Vulgo. *Legno di S. Andrea, Legno santo, Quajaco.*

Usus. Lignum durissimum topiariis et tornatoribus utile: fructus, superveniente hjeme, maturi, in festo S. Andreae apud nos vendutur.

CHLORA.

801. PERFOLIATA *L. Syst. Nat. ed.* 12. *t.* 2. *p.* 267. Foliis oppositis connato-perfoliatis: floribus octandris: stylo simplici 2-fidoque. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 309.

C. perfoliata *Seb. et Maur Fl. Rom. Prod. p.* 140. *n.* 452 - C. serotina *Sang. Cent. tres p.* 56. *n.* 123 - Centaurium min. perfoliatum luteum umbellatum *Barrel. Ic.* 515. *f.* 2. et C. min. perfoliat. crassioribus capitellis 516. *p.* 2 - et C. minus perfol. lut. non umbellatum, rarioribus et crassioribus florum capitellis 516 *f.* 3 - C. luteum minus perfoliatum *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 95.

In collibus, pascuis siccis, ad muros frequens.

Ann. Flor. Junio. Flores lutei.

CYTINUS.

802. HYPOCISTIS *L. Syst. Nat. ed.* 12. *t.* 2. *p.* 602. Caule succulento, squamis imbricato: floribus sessilibus congestis.

C. Hypocistis *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 332. *n.* 1173 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 280.

Ad radices Cistorum parasiticus non infrequens. *Valle dell' Inferno.*

Perenn. Flor. Majo. Flores luteo-rubentes uti tota planta.

Vulgo. *Ipocisto.*

Usus. Plantae succus uti adstringens olim praedicatus.

VACCINIUM.

803. MYRTILLUS *L. Sp. Fl. p.* 498. Caule humili ramoso, ramis angulatis: foliis ovatis serrulatis: floribus axillaribus solitariis pedunculis nudis.

V. Mytillus *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 313.

In alpestribus Picaeni. *Monte acuto.*

Frut. Flor. Junio. Flores albi quandoque rosei.

Vulgo. *Mirtillo.*

Usus. Succo acido Baccarum Syrupus fit, qui, ob virtutem adstringentem, in diarrheis perutilis.

ACER.

804. *pseudo-Platanus* *L. Sp. Pl. p.* 1495. Ramis late patulis: foliis cordatis 3-nerviis palmato-5-lobis, lobis acutis inaequaliter serratis: racemis cylindraceis pendulis: filamentis hirsutis: samaris lunato-ascendentibus.

A. pseudo-Platanus *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 351.

In sylvaticis montium Umbriae et Picaeni.

Arbor. Flor. Majo-Junio. Flores virides.

Vulgo. *Acero. Acero fico.*

805. *campestre* *L. Sp. Pl. p.* 1497. Ramis patulis fungoso-alatis nudisve: foliis cordatis 5-nerviis subtus pubescenibus, mox glabratis palmato-5-lobis, lobis obtusis: corymbis compositis erectis: filamentis glabris: samaris divaricato-horizontalibus.

A. campestre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 138. *n.* 450 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 355.

α bebecarpum *DC. Syrt. nat. t.* 1. *p.* 594. Samaris foliisque vellutino-pubescentibus.

β collinum *DC. l. c.* Samaris glabris alis divaricatissimis, foliorum lobis obtusis, floribus minoribus.

A. campestre β collinum *Sang. Cent. tres p.* 57. *n.* 125.

γ austriacum *DC. l. c.* Samaris glabiis, lobis foliorum acutis-floribus majoribus.

In sylvaticis et ad sepes passim.

Arbor. Flor. Aprili-Majo. Flores sub-virides.

Vulgo. *Acero, Oppio, Stucchio.*

Obs. Varietas α in montibus elatioribus Umbriae, et Picaeui tantum obvia, β vulgo nota sub nomine *Crocchiarami* gaudet statura minori ligno fragiliore, quapropter Vinitores cavent ne ad fulgiendas vites adhibeatur.

806. *Opolus* *Wild. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 2. *p.* 990. Ramis patulis cortice laevi: foliis majusculis cordato-subrotundis 1-nerviis subtus albo-tomentosis senio glaucescentibus inferioribus laeviter obtuseque lobatis superioribus palmato-5-lobis, lobis crenatis: corymbis sessilibus pendulis: filamentis glabris: samaris lunato-patulis.

A. Opolus *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 357 - A. pseudo-Platanus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 139. *n.* 449.

In montium sylvaticis vulgare. *Albano, Frascati, Castel Gandolfo* ec. Arbor. Flor. Aprili-Majo. Floses subvirides.

Vulgo. *Loppo, Accro.*

807. MONSPESSULANUM *L. Sp. Pl. p.* 1497. Ramis patulis: foliis minusculis palmato-3-lobis, lobis aequalibus integerrimis: corymbis sessilibus: filamentis glabris: samaris erecto-convergentibus.

A. mospessulanum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 139 *n.* 451. - *Bert. Fl. It t.* 4. *p.* 359.

In montanis minus. frequens. *Monte Gennaro* etc.

Arbor. Flor. Aprili. Flor. rubro-virides.

Vulgo. *Acero, montano.*

Usus. Omnes Aceri species arbores utilissimae et ab antiqqitus notae ob ligni praestatiam; ideo supellectiles domesticas, opera tornata et topiaria, instrumenta musicalia suppeditant. Cortex varimode Lanas Sericum Gossypium coloribus inficit. Folia armentis grata. Ex A. pseudo-Platani cortice vere, incisionis ope, succus dulcis exudat, qui rite condensatus saccarum suppeditat. A. campestre ad Vites sustinendas celebratissimum, ad quam rem etiam inservi potest A. monspessulamum.

OENOTHERA.

808. BIENNIS *L. Sp. Pl. p.* 493. Caule muricato villoso : foliis ovato-lanceolatis planis : staminibus aequalibus ascendentibus, corolla brevioribus : petalis indivisis, capsulis elongato-conicis subturgidis 4-dentis.

Oe. biennis *Sang. Cent. tres p.* 56. *n.* 122 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 288.

Juxta marinum litus ad oram nemoris *Castelfusano.*

Bienn. Flor. Julio. Flores sulfurei,

EPILOBIUM.

809. ANGUSTIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 493. Caule erecto : foliis sparsis lineari-lanceolatis subintegerrimis venosis glabris: floribus bracteatis in racemo terminato pyramidato: petalis inaequalibus integris· stamiuibus pistillisque declinatis.

E. angustifolium *Sang. Cent. tres. p.* 56. *n.* 121 - *Bert. Fl. It.). 4. p.* 221.

In montium sylvis. *Monte Lucretile.*

Perenn. Flor. Julio. Flores subviolacei speciosi.

810. ANGUSTISSIMUM *Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 313. Caule ascendente ra-

mosissimo: foliis subintegris anguste linearibus apice callosis margine ciliatis: floribus bracteatis in racemo terminali pyramidato laxo: petalis aequalibus integris: stylo filiformi, staminibus erectis longiore, senio subincurvo.

E. angustissimum *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 292.

Ad margines fluminum in Picaeno. *Macerata, Ascoli* etc.

Perenn. Flor. Julio-Septembri. Flores rosei.

811. HIRSUTUM *L. Sp. Pl. p.* 494. Molliter villosum. Caule erecto ramosissimo: foliis oppositis alternisque subamplexicaulibus ovato-lanceolatis serratis, venis hisurtis: floribus solitariis axillaribus in racemo brevi terminali: calycibus aristulatis: petalis majusculis aequalibus obcordatis profunde emarginatis: stylo erecto stamibns longiore.

E. hirsutum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 138 *n.* 444 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 295.

Secus rivulus, ad stagna commune. *Villa Pamfili, Caffarella* etc.

Perenn. Flor. Juuio-Julio. Flores rosei.

812. PARVIFLORUM *Smith. Engl. Fl. t.* 2. *p.* 214. Molliter pubescens. Caule subsimplici erecto: foliis oppositis alternisque snbsessilibus lanceolatis denticulatis: floribus sessilibus in racemis terminalibus axillaribusque: calycibus muticis, petalis minusculis aequalibus subintegris: stylo erecto, staminibus longiore.

E. parviflorum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 297. - E pubescens *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 42 *n.* 90. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 138 *n.* 445.

Secus rivulos, ad stagna frequens. *Villa Pamfili, V. Borghese, rive del Tevere* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

813. LANCEOLATUM *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 138. *n.* 448. *tab.* 1. *fig.* 2. Caule tereti incurvo: foliis lanceolatis in petiolum contractis dentatis inferius nudis: floribus axillaribus pedunculatis, in racemo brevi foliato: petalis profunde emarginatis, limbo calycino sublongioribus: stylo erecto, stamina aequante: stigmate brevi 4-partito.

E. lanceolatum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 298.

In umbrosis ad oras nemorum, sepes etc. circa urbem frequens.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores dilute rosei, vel carnei parvi.

814. TETRAGONUM *L. Sp. Pl. p.* 494. Caule erecto, alis foliaceis brevibus, tetragono: foliis lanceolatis sessilibus argute serrulatis supremis angustioribus.

floribus pedunculatis axillaribus in racemo foliato laxifloro: petalis profunde emarginatis, calyce duplo etiam longioribus: stylo erecto: stigmate cylindrico incrassato.

E. tetragonum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 138. *n.* 446 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 300.

Ad fossas, stagna, loca umbrosa. *Sul lago, e nei viali di Villa Borghese.*

Perenn. Flor. Junio. Flores rubelli.

815. MONTANUM *L. Sp. Pl. p.* 494. Caule erecto tereti, subascendente, ramis strictis: foliis oppositis ovatis basi rotundatis breviter petiolatis argute serratis: floribus axillaribus longe pedunculatis in racemo paucifloro laxo: petalis profunde emarginatis, limbo calycino longioribus: stylo erecto, stygmate brevi 4-partito.

E: montanum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 138 *n.* 447 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 301. Lysimachia glabra ramosa Violae surrectae foliis splendentibus. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 32 *taa.* 16.

β caule humili decumbente erectoque, foliis parvis ovatis. *Bert. l. c. p.* 302.

Lysimachia siliquosa, alpina, erecta Alsines foliis. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 31. *tab.* 15.

In montium sylvis. *Monte Gennaro, Monti Tusculani* etc. β in montibus Picaeni. *Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Julio. Flores pulchre rosei.

816. ALSINAEFOLIUM *Vill. Dauph. t.* 3. *p* 511. Caule obtuse-tetragono, augulis pilosis: folis ovatis brevissime petiolatis integris obverse denticulatis superioribus acutis: floribus pedunculatis in racemo terminali paucifloro foliato: petalis profunde emarginatis, calyce duplo longioribus: stylo erecto, staminibus longiore: stigmate clavato indiviso.

E. alsinaefolium. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 305. – Lysimachia siliquosa, nana, Prunellae foliis acutis. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 161, et L. Prunellae foliis *tab.* 108.

In humidis et inundatis. Ad marginem lacus *del Castelluccio* secus Nursiam.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores rosei.

DAPHNE.

817. MEZEREUM *L. Sp. Pl. p.* 509. Caule crasso terecti parce ramoso, ramis alternis: foliis obverse lanceolatis hysteranthiis deciduis: florum fasciculis lateralibus sparsis: tubo perigonii extus villoso, limbi laciniis ovato-oblongis: drupa ovoidea maturitate rubro-corallina.

D. Mezereum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 332.

In alpestribus apenninorum Umbriae et Picaeni. *Al sasso Borghese, Pizzo di Sivo* etc.

Frut. Flor. Majo. Perigonii laciniae pulche roseae.

Vulgo. *Chamelea, Mezzereo.*

Usus. In materia medica Linnaei semina coccum Gnidi enumerabantur in hydrope, et canchro medendo, nunc dissueta. Planta caute adhibenda nam acris corrosiva, et usui externo potius reservanda.

818. LAUREOLA *L. Sp. Pl. p.* 510. Caule erecto crasso tereti superne parce ramoso: foliis coriaceis synanthiis obverse ovato-lanceolatis, supremis tantum perennantibus: florum racemis simplicibus axillaribus cernuis: tubo perigoniali extus glabro, limbi laciniis ovatis acutis: drupa ovoidea superius angustata maturitate nigra.

D. Laureola *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 140 *n.* 445. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 334.

In montium umbrosis. communis. *Presso Palazzuola, Frascati* etc.

Frut. Flor. Martio-Aprili. Perigonii laciniae luteo-virides subodorae.

Vulgo. *Timelea, Laureola.*

Usus. Planta acris et suspecta uti praecedens. In officinis nostris, et in materia medica Linnaei sub nomioe corticis Mezerei cognita ad epispasticum conficiendum.

819. GLANDULOSA *Spreg. Syst. Vegt. t.* 2. *p.* 237. Caule erecto superne valde ramoso : foliis coriaceis oblongo-ovatis glabris , junioribus subpilosis , subtus dense glandulosis , supremis tantum perennantibus : florum fasciculis terminalibus: tubo perigoniali extus sericeo, limbi laciniis lanceolato-linearibus acuminatis: drupa oblonga maturitate nigra.

D. glandulosa *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 337.

In montibus sterilibus Picaeni. *Monte Pelone.*

Fructiculus. Flor. Majo-Julio. Perigonii laciniae albidae.

820. COLLINA *Wil. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 423. Caule erecto superne ramosissimo: foliis obovato-lanceolatis nitidis glabris subtus cano-villosis perennantibus: florum fasciculis terminalibus lateralibusque : perigonii tubo extus densissime albo-villoso, laciniis ovatis obtusis repandis: drupa ovata maturitate rubra.

D. collina. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 140. *n.* 457 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 340.

In sylvaticis, et ericetis mare versus. Ad *Castel Fusano* abbunde.

Frut. Flor. Aprili. Perigonii laciniae saturate violaceae.

821. *Gnidium L. Sp. Pl. p.* 511. Caule erecto superius ramoso, ramis virgatis sparsis: foliis obverse lanceolato-linearibus mucronatis glabris perennantibus: floribus terminalibus paniculatis solitariisque: perigonii tubo extus albido pubescente, laciniis ovatis obtusis: drupa ovata maturitate rubra.

D. Gnidium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 140. *n.* 456 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 341.

In ericetis sylvaticis circa urbem et mare versus. *Monte Mario, Valle dell' Inferno, Ostia* etc.

Frut. Flor. Autumno. Perigonii laciniae albae suaveolentes.

Vulgo. *Camelea. Gnido.*

Usus. Cortice ramorum epispatium fit in officinis sub nomine unguenti de Timelea. Rami et folia contusa ad necandos pisces communiter ahhibentur sub nomine *Erba mora.*

PASSERINA.

822. *hirsuta L. Sp. Pl. p.* 513. Caule superne valde ramoso: foliis ovatis oblongis concavis intus ramisque nutantibus albo-tomentosis: floribus sessilibus glomeratis: perigonii laciniis ovatis concavis.

P. hirsuta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 141. *n.* 459 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 344.

In maritimis arenosis. *Ostia, Civitavecchia* etc.

Frut. Flor. Vere ad Autumnum. Flores luteoli.

STELLERA.

823. *Passerina L. Sp. Pl. p.* 512. Caule terete glabro superius ramoso: foliis linearibus sparsis: floribus axillaribus sessilibus solitariis vel glomeratis in spicis terminalibus.

S. Passerina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 141. *n.* 458 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 346 - Linaria altera Botryoides montana. *Columm. Ecphr. p.* 80. *fig. p.* 82.

In collibus, ericetis. *Valle dell' Inferno* etc.

Ann. Flor. Julio. Flores albido-luteoli.

POPULUS.

824. *alba L. Sp. Pl. p.* 1463. Caule procerissimo, ramis patentibus sparsis: foliis cordato-subrotundis lobato-angulatis dentatis subtus niveo-tomentosis: amentis masculis cylindrico-elongatis pendulis, foemineis ovatis.

P. alba *Maur. Cent.* 13. *p.* 50 – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 361.

Secus Tyberim, et ad rivas communis.

Arbor. Flor. ineunte Martio. Flores herbacei.

Vulgo. *Albuccio gatto, Pioppo bianco.*

Usus. Lignum durius aliis speciebus ad trabes asseresque construendos praestantissimum.

825. CANESCENS *Smith. Engl. Flor. t.* 4. *p.* 243. Caule procero, ramis erecto-patulis: foliis ovatis repando-dentatis, dentibus inaequalibus, subtus tomento brevi argentino, vel glabris: amentis masculis crassis brevibus, foemineis cylindricis elongatis pendulis.

P. canescens *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 363.

In fossarum marginibus mare versns. *Castel Fusano.*

Arbor. Flor. Martio-Aprili. Flores herbacei.

Vulgo. *Gatto, Pioppo.*

Usus praecedentis speciei.

826. TREMULA *L. Sp. Pl. p.* 1464. Caule subprocero, ramis erectis patulis junioribus pubescentibus: foliis primordialibus grandioribus cordato-ovatis pubescentibus, sucessivis orbiculatis ovatisve utrinque glabris, omnibus grosse et irregulariter dentatis: amentis masculis cylindricis brevibus, squamis apice laciniatis, foemineis cylindricis gracillimis elongatis pendulis.

P. tremula *Sang. Cent. tres p.* 130. *n.* 295 – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 363.

In sylvis montium Sabinae et circa Tybur copiosissima.

Arbor. Flor. Martio-Aprili. Flores herbacei.

Vulgo. *Alberello, Pioppo montano.*

Usus. Cortex amarus ad Salicinam obtinendam inquiritur: lignum praecedentibus speciebus posthabitum.

827. NIGRA *L. Sp. Pl. p.* 1464. Arbor subprocerissima, ramis sparsis patulis, ramulis angulatis: foliis deltoideis acuminatis parvidentatis utrinque glabris: amentis masculis cylindricis, squamis apice breviter laciniatis, foemineis cylindricis elongatis tandem laxiusculis pendulis.

P. nigra. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 338 *n.* 1192 – *Bert. Flor. It. t.* 10. *p.* 365.

In locis humidis ad ripas obvia.

Arbor. Flor. ineunte Martio. Flores herbacei.

Vulgo. *Pioppo, Albuccio.*

Usus. Gemmae hyeme exeunte colliguntur ob resinam balsamicam, qua, unguentum emolientem vulgo *Populeo*, in officinis conficiunt. Lignum praestat iisdem usibus P. albae, et canescentis.

828. PYRAMIDALIS *Roz. dict. di agr. t.* 7. *p.* 619. Caule procerissimo, ramis brevibus strictis sursum imbricatis : foliis late romboideis acuminatis basi dentatis utrinque glabris: amentis masculis cylindricis, squamis apice laciniatis, foemineis elongatis tandem laxis pendulis.

P. pyramidalis *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 366 - P. nigra β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 338. *n.* 1192.

Ad rivos aquarum, et in montibus humidis. *Attorno il lago di Bracciano.*

Arbor. Flor. Martio. Flores herbacei.

Usus, et praestantia ligni P. nigrae.

Octandria digymia.

MOERINGIA.

829. MUSCOSA *L. Sp. Pl. p* 515. Caule caespitoso prostrato: foliis linearibus planis basi connatis.

M. muscosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 141. *n.* 460 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 361 - Alsine saxifraga angustifolia minima montana. *Columm. Ecphr. t.* 2. *p.* 292. *fig. p.* 290.

Ad fissuras rupium in umbrosis montium. *Monte Gennaro, alla Riccia* etc

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

Vulgo. *Centocchio.*

Octandria Trigynia.

POLYGONUM.

* *Bistorta.* Caule simplici, racemo terminali.

830. BISTORTA *L. Sp. Pl. p.* 516. Caule simplici erecto ascendente striato: foliis oblongis apice acutis ascendendo angustatis, margine subrepando, radicalibus longe, caulinis successive brevius petiolatis, petiolo in vaginam integram striatam mutato : vagina, ochrea laxa scariosa multinervi, terminata: racemo cylindrico crasso densifloro: bracteis scariosis concavis acuminatis, pedicellum subaequantibus: perigonio profunde 5-fido: nucibus acute triquetris.

P. Bistorta *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 364.

In herbosis humidiusculis Umbriae. *Lagetto del Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Junio ad Augustum. Perigonium albidum extus roseum.

Vulgo. et in officinis *Bistorta.*

Usus. Radix vi adstringente pollet, unde in profluviis et laxitatibus adhibetur variis sub formulis, et praesertim sub illa, Electuarium Diascordium dicta.

831. VIVIPARUM *L. Sp. Pl. p.* 516. Caule simplici erecto: foliis oblongis lanceolatisve, venis, secus marginem quandoque revolutum, prominentibus, radicalibus longe, caulinis successive brevius petiolatis, petiolo, in vaginam integram, mutato: vagina, ochrea scariosa laxa longa adscendendo breviore, terminata: racemo gracili inferius laxifloro, bracteis scariosis ovato-dilatatis apice acutis, flores inferiores sessiles, superantibus: perigonio 5-fido: nucibus triquetris apice obtusis.

P. viviparum. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 366.

In herbidis alpinis Umbriae. *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. aestate Perigonium albidum.

** *Persicaria.* Caule ramoso polystachyo.

832. AMPHIBIUM *L. Sp. Pl. p.* 517. Caule decumbente vel fluitante parce ramoso inferius radicante superius erecto: foliis ovato-oblongis acutis longe petiolatis glabris: ochreis cylindricis truncatis undis: racemis oblongis densifloris: bracteis late ovatis acutis, floribus brevioribus: perigonii 5-fidi laciniis obtusis: nucibus triquetris.

P. amphibium. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 141. *n.* 461 – *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 368.

In stagnis, fluviis natans, vel ad eorum margines. *Sul Tevere all' Arenella, ed intorno al lago di Albano* etc.

Perenn. Flor. Augusto. Perigonium roseum.

833. LAPATHYFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 517. Caule erecto vel ascendente articulato-ramoso, articuli, nodoso-tumidis: foliis lanceolatis margine spinuloso-scabris plerumque maculatis: ochreis truncatis multinerviis margine parce pilosis: spicis cylindricis tandem laxatis, pedunculis glanduloso-scabris: bracteis ovatis acutis concavis, flore brevioribus: perigonii 5-fidi laciniis ovatis: nucibus suborbicularibus compressis utrinque scrobiculatis.

P. lapatifolium *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 369 - P. Persicaria *Sang. Cent. tres p.* 58 *n.* 126.

In humidis ad fossas vulgaris.

Annum. Floret Maio ad Autumnum. Perigonium rubidum, vel albido-virens.

834. *Persicaria L. Sp. Pl. p.* 518. Caule ascendente vel erecto ramoso, articulis nodoso-tumidis: foliis subsessilibus lanceolatis acutis: ochreis tubulosis nervosis, margine longe et inaequaliter ciliatis: racemis simplicibus crassis longe pedunculatis: pedunculis glabris: bracteis concavis ovatis obtusis vix ciliatis: perigonii 5-fidi laciniis ovatis: nucibus lenticularibus vel trigonis.

P. Persicaria *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 66. *n.* 190 – *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 142. *n.* 463 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 370 - Persicaria mitis maculosa. *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 58.

Secus fossas, vias, ripas passim.

Annuum. Flor. Aestate. Perigonium roseum.

Vulgo. *Persicaria.*

Observ. Folia insipida maculata.

835. *Hydropiger L. Sp. Pl. p.* 517. Caule ascendente vel erecto ramoso articulato-nodoso: foliis lanceolatis breviter petiotatis, margine undulato, spinuloso-scabris: ochreis tubulato-subventricosis, strigosis, margine longissime ciliatis: spicis terminalibus lateralisque gracillimis inferius interruptis: bracteis truncatis insigniter ciliatis, floribus brevioribus: perigonii 5-fidi glandulosi, laciniis ovatis: nucibus lenticularibus nitidis.

P. Hydropiper. *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 141 *n.* 462 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 373.

Secus fossas in aquosis frequens.

Annuum. Flor. Augusto. Perigonium pallide rubrum vel albibum.

Vulgo. *Pepe d'acqua.*

Usus. Olim uti diureticum, et detersivum laudatum, et in materia medica Linnaei recensitum, nunc oblitum.

Observ. Herbae sapor urens piperatus.

836. *laxiflorum Ten. Syll. app. p.* 635. Caule ascendente vel erecto simpliciusculo articulato-nodoso, nodis exilibus: foliis lanceolatis acutis basi angustatis brevissime petiolatis, margine spinuloso-scabris: ochreis tubuloso-cylindricis apice longissime et inaequaliter ciliatis: spicis terminalibus late–

ralibusque gracillimis basi interruptis: bracteis ventricosis truncatis longe ciliatis: perigonii 5-fidi eglandulosi laciniis ovatis acutiusculis: nucibus triquetris.

P. laxiflorum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 374.

In aquosis et humidiusculis secus Viterbium.

Ann. Flor. Julio-Augusto. Perigonium roseum.

Observ. Habitus P. hydropiperis, at folia insipida.

*** *Polygonum.* Caule ramoso, floribus axillaribus et terminalibus.

837. AVICULARE *L. Sp. Pl. p.* 519. Caule herbaceo decumbente coespitoso ramoso crebre nodoso: foliis lanceolato-angustatis obscure nervosis brevissime petiolatis scabris: ochreis breviter tubulosis remote nervosis, apice membranaceo, inaequaliter laciniatis: floribus axillaribus simplicibus fasciculatisve sub sessilibus: perigonii suburceolati ore 5-fidi, laciniis obtusis fimbriatis: nucibus pyrpmidato-trigonis tandem nigro-nitidis.

P. aviculare *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 66. *n.* 191. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 143. *n.* 466 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 378 - P. maritimum minimum Thymi folio *Barrel. Ic.* 559.

In incultis ad vias ubique.

Ann. Flor. Augusto. Flores albo-carnei.

Vulgo. *Centinodia, Centimorbia.*

Usus. Inter. adstsingenda olim enumerabatur.

838. BELLARDI *All. Fl. Ped. t.* 2. *p.* 2052 *tab.* 9. *fig.* 2. Caule herbaceo erecto, ramis sparsis divaricatis, nodis remotiusculis: foliis pedunculatis obscure nervosis margine scabris, inferiorinus ellipticis, superioribus lanceolatis: ochreis nervosis abbreviatis apice membranaceo-laceris: floribus axillaribus fasciculatis pedunculatis · perigonii sub-5-partiti laciniis obtusiusculis: nucibus pyramidato-trigonis tandem nigro-nitidis perigonio tectis.

P. Bellardi. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 143. *v.* 467. - P. aviculare *β* Bellardi *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 379.

In incultis areis hortorum frequens. *Villa Borghese, Medici* etc.

Ann. Flor. Augusto. Flores purpuraescentes.

839. FLAGELLARE *Spreng. Syst. Veg. t.* 2. *p.* 225. Caule suffruticoso prostrato, ramis elongatis flagelliformibus: foliis lanceolato-linearibus acuminatis patentibus brevissime petiolatis recto-nervosis: ochreis basi tubulatis distincte nervosis, apice membranaceo longe fimbriato-lceeris: floribus inaequaliter

pedicellatis in fasciculis axillaribus 2-5-floris: perigonii 5-fidi subventricosi laciniis obtusis: nucibus trigonis castaneis minute scabris perigonio absconditis.

P. flagellare *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 142. *n.* 465. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 382. - P. majus Romanum longius radicatum, foliis Roris marini, longissimis flagellis donatum. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 66. et P. majus, longissimis flagellis donatum, Romanum *l. c. t.* 58 - P. angustifolium minus, et majus *Barrel. Ic.* 145 *et* 146.

In arvis, viis, ageribus, et in montibus Latii non infrequens.

Perenn. Flor. Julio-Octobri. Flores pulchre rosei, aliquando rubri.

840. CONTROVERSUM. *Guss. Fl. Sic. Prod. p.* 471. Caule suffruticoso prostrato remote nodoso, ramis elongatis: foliis oblongo-lanceolatis striatis brevissime petiolatis recto-nervosis, margine laeviter undulato-crispis: ocheris albo-membranaceis insignibus nervosis apice fimbriato-laceris, laciniis valde acuminatis: floribus fasciculatis inaequaliter pedicellatis in racemo terminali elongato: perigonii 5-fidi laciniis ovatis: nucibus exiguis trigonis castaneis, angulis obtusis laevibus, faciebus canaliculatis angulatis.

P. controversum *Bert. Fl. It. t.* 2 *p.* 383.

In ambulacris, et viis suburbanis infrequens.

Perenn. Flor. Aestate-Antumno. Flores albo-rosei.

841. MARITIMUM. *L. Sp. Pl. p.* 579. Caule suffruticoso prostrato parce ramoso, ramis elongatis inferne nudis: foliis coriaceis elliptico-lanceolatis margine revolutis superius aveniis: ochreis inferius ferrugineis multinervosis, superius albo-membranaceis 2-lobis tandem fimbriato-laceris: floribus axillaribus subsessilibus in fasciculis subquaternis: perigonii majusculi 5-partiti laciniis obtusissimis: nucibus trigonis laevibus nitidis perigonio sublongioribus.

P. maritimum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 142 *p.* 464 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 385 - *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 59 - P. maritimum majus incanum *Barrel. Ic.* 560. *f.* 2.

In maritimis nostris cummune.

Perenn. Flor. aestate. Flores dilute purpurei.

*** *Helxine.* Caule volubili.

842. CONVOLVOLUS. *L. Sp. Pl. p.* 522. Caule herbaceo volubili angulato: foliis triangulari-sagittatis: ochreis brevissimis truncatis integris: floribus in ra-

cemis axillaribus solitariis pedunculatis: perigonii laciniis obtuse carinatis apteris: nucibus triquetris granulatis, perigonio fere adnato, occultatis.

P. Convolvolus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 65. *n.* 189 - *Sang. Cent. tres. p.* 58. *n.* 127 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 388.

In sepibus et arvis frequens.

Annuum. Flor. Junio. Flores sordide carnei.

843. *DUMETORUM. L. Sp. Pl. p.* 522. Caule volubili striato: foliis triangulari-sagittatis: ochreis brevissimis truncatis integris: floribus in racemis axillaribus longe pedunculatis: perigonii laciniis alatis: nucibus triquetris vix granulatis perigonio triplo majoribus.

P. dumetorum. *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 143. *n.* 468 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 389.

Ad sepes, in umbrosis montium, et circa urbem.

Ann. Flor. Aestate. Flores spurco-albidi.

OCTANDRIA TETRAGYNIA.

ADOXA.

844. *MOSCATELLINA. L. Sp. Pl. p.* 527. Foliis radicalibus petiolatis 2-3-natis, caulinis subsessilibus 3-natis, foliolis omnibus 3-fidis.

A. Moscatellina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 143 *n.* 469 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 393.

In montium umbrosis. *Sulla cima del Monte Cavi, Monte la ventosa in Umbria*, etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores subvirides.

PARIS.

845. *QUADRIFOLIA. L. Sp. Pl. p.* 526. Caule unifloro: foliis quaternis in verticillo unico: petalis lineari-subulatis.

P. quadrifolia *Maur. Cent.* 13 *p.* 19 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 391.

In nemoribus montium. *Serra S. Antonio, Castelluccio di Norcia* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores virides.

Usus. Planta venenata, olim ad promovendum vomitum adhibita.

CLASSIS IX. ENNANDRIA.

ORDO I. MONOGYNIA.

Laurineae Bartl.

172. LAURUS L. Perigonium petaloideum liberum 4-6-fidum : stamina 9 quandoque 6–12 duplici serie, externa fertilia, interna sterilia alternantia cum fertilibus basi 2-glandulosis vel 2-appendiculatis : antherae adnatae 2-loculares in serie externa introrsae, in serie interna extrorsae, valvula a basi ad apicem revoluta nec decidua, dehiscentes: stylus simplex: stigma obtusum: drupa ovoidea, putamine membranaceo 1-spermo.

Ordo II. 2-3-ginia.

Euphorbiaceae DC.

173. MERCURIALIS L. Flores dioici quandoque hermaphroditis mixti. Perigonium sepaloideum 3-partitum , partibus ovatis concavis : flores masculi glomerati in spicis interruptis: stamina novem plura: filamenta capillaria erecta: anthereae didymae: flores foeminei axillares solitarii vel gemini : setae duo nectariferae oppositae ab basim ovarii: styli duo divaricati hirto-glandulosi: capsula 2-3-cocca, coccis monospermis.

Ordo III. Hexagynia.

Butomeae Bartl.

174. BUTOMUS L. Perigonium liliaceum liberum patens marcescens, sepalis externis minoribus acutis : stamina perigonio breviora duplici serie 6-externa 3-interna: antherae adnatae oblongae 2-loculares, loculis 2–valvibus, defloratae contractae: ovaria basi connata: styli crassi rostrati: stigmata obtusa recurva : capsulae oblongae uniloculares introrsum dehiscentes : semina minutissima oblonga sulcata, parietibus adfixa.

Hydrocaridaceae Rich.

175. HYDROCHARIS L. Flores dioici. *Mas.* Spatha 3-phylla subtriflora, *Foem.* solitari nudi. Perigonii duplicis calyx 3-partius, partibus, ovatis concavis: corolla 3-petala, calyce multo major: stamina triserialia: antherae liberae intus adnatae, filamentis prominentibus: ovarium basi calycis adhaerens: styli sex: stigmata 2-partita : capsula coriacea subglobosa, 6-locularis , loculis polyspermis.

Hennandria Monogynia.

LAURUS.

844A. *nobilis* *L. Sp. Pl. p.* 529. Foliis coriaceis lanceolatis subundulatis venosis perennantibus: floribus dioicis.

L. nobilis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 144. *n.* 470. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 399.

In viridariis omnibus culta, et in arvis collibus ad fossas saepe sponte.

Arbor. Flor. sub hyeme, et primo vere. Flores albo-flavi.

Vulgo. *Lauro, Alloro.*

Usus. Arbor. ab antiquitus nota, Apollini sacra, honoris et triumphi signum, nec non ita superstitiose venerata, ut ictu fulminis tangere nequi putarent , qui Lauri ramum manibus gestassent. Folia aromate quo praestant in culinis, et in lixivii loturis desiderantur: lignum pluribus in operibus feliciter hadibetur: baccae a volatilibus summopere expetitae ; ex illis oleum viride ebullitione elicitur, ad Moscoviae corios emolliendos desideratissimum, et in usu medico uti resolvens, jam fraequentius usurpatum.

Ennandria 2–3-gynia.

MERCURIALIS.

845A. *perennis* *L. Sp. Pl. p.* 1465. Caule simplicissimo: foliis oblongolanceolatis scabris parvidentatis superioribus elongatis: floribus foemineis longe pedunculatis: capsulis testiculatis hispidis.

M. perennis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 238. *n.* 1194- *Bert. Fl. It. t.* 10 *p.* 468.

In nemoribus montanis. *Monte Albano, Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores herbacei.

846. *annua* *L. Sp. Pl. p.* 1463. Caule brachiato: foliis ovatis lanceolatisve dentatis ramote ciliatis: floribus foeminis axillaribus subsolitariis inaequaliter pedunculatis: capsulis, tuberculis remotis, hispidis.

M. annua. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 59. *n.* 159 – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 338. *n.* 1195 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 370.

In ruderatis, viis communis.

Ann. Flor. Vere, et autumno. Flores herbacei.

Vulgo. *Mercorella, Erba strega'*

Usus. Olim uti emolliens in clysteribus utebatur, nunc rite oblita, nam ejus vis lassativa ebullitione dissipatur.

847. *ambigua L. Sp. Pl. p.* 1465. Androgyna. Caule ascendente erectove, ramis patulis: foliis ovatis lanceolatisve dentatis crebre longiuscule ciliatis: floribus fasciculatis axillaribus, singulis brevissime pedunculatis, externis masculis, foemineo interno unico. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 372.

In incultis, et viridaris non infrequens. *a Testaccio, nella Villa Patrizi.*

Ann. Flor. Aestate. Flores herbacei.

Ennandria Hexagynia.

BUTOMUS.

umbellatus L. Sp. Pl. p. 532. Culmo nudo: foliis triquetris: serto terminali.

B. umbellatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 144. *n.* 417 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 402.

In paludosis maritimis et montanis. *Ostia*, *Tivoli* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

HYDROCARIS.

848. *Morsus ranae L. Sp. Pl. p.* 1466. Foliis reniformi-orbiculatis glaberrimis nervosis.

H. Morsus-ranae *Fior. Gior. arcad. t.* 18 *p.* 168 - *Bert. Fl. It. t.* 10 *p.* 374.

Ad fossas, et in paludibus. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. aestate. Flores albi, petalis basi luteis.

CLASSIS X DECANDRIA

ORDO I. MONOGYNIA.

STYRACINEAE SCHULTZ.

176. STYRAX L. Calyx 1-sepalus liberus campanulatus integer vel breviter 5-dentatus: corolla infundiliformis calyce subquadroplo longior, tubo, brevi, limbo 4-7-partito, laciniis lanceolatis: stamina quandoque 16, filamentis subulatis: antherae lineares adnatae: stylus filiformis: stigma indivisum: drupa globosa, carne coriacea, putamine corneo, 1-sperma, quandoque 2-sperma.

HERICINEAE R. BROWN.

177. ARBUTUS L. Calyx minimus 1-sepalus liberus persistens 5-partitus: corolla urceolata, limbo 5-dentato, dentibus reflexis: staminum filamenta basi incrassata: antherae 2-cornes, loculis apice poro gemino dehiscentes: stylus cylindricus: stigma indivisum: bacca globosa 5-locularis, loculis ut plurimum polyspesmis.

178. PYROLA L. Calyx 1-sepalus liberus persistens brevis patens 2-fidus: corolla 1-petala, petalis rontundatis: staminum filamenta subulata, antheris 2-cornibus pendulis, loculis apice poro gemino dehiscentibus: stylus filiformis staminibus longior: stigma integrum aut orbiculato-5-lobum: capsula subrotunda lobata 5-egona 5-locularis 4-valvis, dissepimentis contrariis, polysperma.

ERICINEAE SCHULZ

179. MONOTROPA *L.* Calyx 4-5-sepalus, sepalis obovatis deciduis basi saccata nectariferis: corolla 4-5-petala, petalis calyce minoribus ungue angusto: stamina 2-10 erecta, filamentis filiformibus, antheris reniformibus 2-locularibus: stylus brevis: stigma peltatum: capsula ovata sulcata 4-5-locularis 4-5-valvis: semina mumerosissima arillata.

RUTACEAE JUSS.

180. RUTA L. Calyx liberus persistens breviter 5-partitus: corolla 5-pe-

tala, petalis unguiculatis concavis patentibus: staminum filamenta subulata, antheris oblongis erectis: ovarium puntis 10 nectariferis basi notatum et tecaphoro brevi impositum: stylus erectus: stigma simplex: capsula 4-5-loba 4-5-locularis, loculis superne et intus dehiscentibus: semina reniformia scabra. Partes perigonii quandoque quatuor, stamina et puncta nectarifera octo.

Diosmeae Bartl.

181. DICTAMUS. L. Calyx 5-sepalus marcescens, sepalis lanceolatis: corolla 5-petala, petalis unquiculatis erectis, unico deflexo: stamina inaequalia declinata: filamenta subulata glandulosa: antherae rutundae 4-angulae: ovarium tecaphoro brevi impositum: stylus incurvus: stigma acutum: capsula 5-locularis, loculis basi connexis apice liberis rostellatis, latere interno dehiscentibus: semina 2 perfecta in unoquoque loculo, nonullis abbortivis saepe accendentibus.

Zygophylleae R. Brown.

182. TRIBULUS. L. Calix liberus 5-phyllus patens, foliolis lanceolatis deciduis: corolla 5-petala, petalis obtusis patentibus: staminum filamenta brevissima: antherae cordato-oblongae: stylus nullus: stigma capitatum: nuces 5, in specie unica 10, durae trigonae, angulo interno axi adnatae inseparabiles, facie externa, spinis alis aut tuberculis donatae, intus transverse ut plurimum multiloculares, loculis 1-spermis: semina horizontalia.

Leguminosae Juss.

183. ANAGYRIS L. Calyx liberus campanulatus sub-2-labiatus, labio superiore 2-lobo, inferiore 3-dentato: corolla papilionacea, vessillo abbreviato recto, carina 2-petala elongata, alis carina brevioribus: stamina libera filamentis filiformibus, antheris cordato-oblongis erectis: stigma obtusum, legumen turgidiusculnm torulosum, stylo persistente coronatum: semina reniformia.

184 CERCIS L. Calyx liberus campanulatus sub-2-labiatus 5-dentatus basi gibbus: corolla papilionacea, petalis unguiculatis, vexillo abbreviato: alis erecto-conniventibus elongatis, carina 2-petala, alis breviore, vexillo longiore: stamina libera declinata, filamentis inaequalibus, antheris oblongis assurgen-

tibus: stigma obtusum: legumen oblongum tenue compressum, stylo obliquo persistente, coronatum, sutura superiore anguste alatnm: semina obovata.

Ordo II. digynia.

Saxifrageae DC.

185 SAXIFRAGA L. Calyx 1-sepalus persistens inferne adhaerens, nunc totus liberus, limbo 5-fido: corolla caryophyllea, petalis integris aequalibus, vel inaequalibus quintuplinerviis : stamina perygyna , filamentis persistentibus, antheris deciduis: styli recurvi tandem rostrati, stigmata obtusa canaliculata : capsula inter rostra dehiscens, dissepimento incompleto, 1-locularis polysperma.

186. CHRYSOSPLENIUM L. Perigonium simplex petaloideum, tubo adhaerente limbo 4-5-fido, laciniis inaequalibus: stamina quandoque octo, filamentis subulatis, antheris subrotundis: styli persistentes: stigmata simplicia: capsula 1-locularis 2-valvis polysperma.

Sileneae Bartl.

187 GYPSOPHYLA L. Calyx 1-sepalus tubuloso-5-gonus liberus persistens 5-sectus: corolla caryophyllea, petalis integris nudis, ungue brevissimo: stamina inaequalia, filamentis subulatis, antheris ovatis: styli filiformes: stigmata simplicia: capsula ovata 1-locularis, dentibus dehiscens, polysperma.

188 SAPONARIA L. Calyx 1-sepalus tubulosus liberus persistens , 5-dentatus: corolla caryophyllea, petalorum ungue angusta longitudine calycis, squamis duabus faucem coronantibus: stamina longitudine calycis, filamentis subulatis, antheris oblongis: styli tandem elongati: stigmata simplicia pilosa superius pubescentia: capsula oblonga 1-locularis polysperma.

189 DIANTHUS L. Calyx 1-sepalus tubulosus liberus persistens 5-dentatus, squamis numero et magnitudine variis, calyculatus: corolla caryophyllea, petalorum ungue angusto longitudine calycis, lamina plana apice dilatata integra vel varimode divisa, corona nulla: stamina inaequalia, filamentis subulatis, antheris oblongis: styli filiformes: stigmata recurva superius pubescentia: capsula cylindracea 1-locularis polysperma dentibus dehiscens.

190 VELEZIA L. Calyx 1-sepalus tubulosus sulcatus liberus persistens apice breviter 5-fidus: corolla caryophyllea, petalorum ungue longissima calycem superante, lamina angustata apice dentata, barba coronata : stamina quandoque 5 corolla breviora, filamentis capillaribus inaequalibus, antheris cordatis: styli filiformes: stigmata simplicia: capsula tereti-subquadrangula 1-locularis polysperma, apice dentibus majusculis dehiscens.

Paronichiaceae Schultz.

191 SCHLERANRHUS L. Perigonium petaloideum tubulosum apice 5-fidum intus coloratum liberum persistens, tubo sulcato apice constricto, laciniis marginatis: stamina tubo perigonii inserta, quandoque 5 filamentis brevibus subulatis, antheris subrotundis: styli filiformes: stigmata pubescentia: nux 1-locularis 2-spermia, quandoque 1-spermia, perigonio indurato abscondita.

Ordo III. Trigynia.

Alsineae Bartl.

192 STELLARIA L. Calyx 1-sepalus liberus persistens in anthesi patens: corolla caryophyllea marcescens, petalorum ungue brevi, lamina 3-loba aut 2-fida, corona nulla: stamina corolla breviora alterne inaequalia, abortu 8-3, filamentis filiformibus basi glandulosis, antheris subovatis: styli capillares patuli 4-5: stigmata obtusa: capsula ovoidea 1-locularis polysperma, valvis sex incompletis plus minusque profundis apice dehiscens.

193 ARENARIA L. Calyx 5-sepalus liberus persistens: corolla caryophyllea, petalorum ungue brevi, lamina integra aut leviter emarginata, corona nulla: stamina 10-2, filamentis subulatis saepe basi glanduliferis, antheris subrotundis: styli recurvi: stigmata puberula: capsula ovoidea 3-locularis polysperma, valvis 2-6, dehiscens.

Sileneae Bartl.

194 CUCUBALUS L. Calyx 1-sepalus liberus campanulatus 5-fidus, laciniis aequalibus: corolla caryophyllea, petalorum ungue stricta elongata, lamina cuneata 2-fida, laciniis integris vel dentatis, corona squamosa brevis-

sima 2-4-fida: stamina corolla breviora, filamentis exilibus, antheris oblongis: styli staminibus longiores: stigmata glabra: bacca subglobosa 1-locularis polysperma, thecaphoro crasso brevissimo, imposita.

195 SILENE L. Calyx 1-sepalus liberus persistens tubulosus vel campanulatus nervosus, in fructu saepe clavatus, ore 5-dentatus, vel 5-fidus: corolla caryophyllea, raro calyce brevior aut nulla, petalorum ungue elongato stricto, lamina varimode secta vel integra, corona nulla, aut squamis vel ciliis coronata: stamina alterna inaequalia, filamentis filiformibus, antheris oblongis: styli tenues latere interno pubescentes: stigmata simplicia: capsula ovata basi 2-locularis, dissepimento incompleto, apice 1-locularis, polysperma, valvis 6 incompletis apice dehiscens, thecaphoro crassiusculo, imposita.

Ordo VI. Pentagynia.

Alsineae Bartl.

196 CERASTIUM L. Calyx 5 raro 4-sepalus in anthesi patens, in fructu connivens, foliolis plerumque apice membranaceis: corolla caryophyllea, petalorum ungue brevissimo, lamina calycem superante 2-fida 2-loba 2-dentata rarius integra, corona nulla: stamina quandoque 5 rarissime 4, filamentis subulatis, antheris subrotundis: styli tenues stigmata obtusa: capsula cylindrica aut subglobosa 1-locularis polysperma, ore 10-crenato, vel 10-dentato, dehiscens.

Sileneae Bartl.

197 AGROSTEMMA L. Calyx 1-sepalus persistens liberus tubulosus 10-costatus, ore 5-secto: corolla caryophyllea saepius coronata, petalorum ungue stricto erecto longitudine calyicis, lamina suborizontali obcordata vel rotundata: stamina alterna ex unguibus horta, 5 breviora, filamentis subulatis antheris oblongis: styli erecti: stigmata puberula: capsula oblonga, dissepimentis 5 incompletis, 1-locularis 5-valvis polysperma.

198 LYCHNIS L. Calyx 1-sepalus liberus persistens tubulosus vel campanulatus 10-nervis ore 5-dentatus: corolla caryophyllea nuda, vel squamis 2-fidis aut geminatis coronata, petalorum ungue stricto erecto, lamina plerumque exerta horizontalis emarginata vel 2-4-secta: stamina receptaculo,

inserta, 5 breviora alterna, filamentis subulatis, antheris oblongis: styli ascendentes quandoque 3-6: stigmata puberula: capsula 1-5-locularis 5-valvis, valvis quandoque 2-fidis, polysperma. Flores aliquando dioici.

Paronichiae Bartl.

199. SPERGULA L. Calyx 5-sepalus persistens, sepalis ovatis concavis, in fructu conniventibus: corolla 5-petala: ungue brevissimo, lamina obovata integerrima: stamina corolla breviosa quandoque 5, filamentis subulatis, antheris subrotundis: styli tandem recurvi: stigmata simplicia: capsula 1-locularis 5-valvis polysperma.

Geraniaceae Richard

200. OXALIS L. Calyx liberus persistens 4-sepalus basi quandoque cohalitus, et tunc 6-partitus: corolla 5-petala contorta, unguibus basi cohalitis: stamina inferius monadelpha, quandoque libera, filamentis 5 alterne brevioribus: styli staminibus breviores, vel longiores: stigmata obtusa pinnicillata: capsula 5-gona 5-locularis 5-valvis polysperma, longitudinaliter dehiscens: semina arillo completo elastico donata.

Crassulaceae DC.

201. SEDUM. L. Flores quandoque dioci. Calyx 1-sepalus liberus persistens 4-7 at saepius 5-partitus: petala, calycis partibus, numero aequalia et alterna: stamina ludentia, quam saepissime tot quot petala, filamentis subulatis, antheris subrotundis: ovaria ut plurimum numero petalorum, singula squama nectarifera aucta: styli totidem, stigmata obtusa: capsula rostratae 1-loculares polyspermae latere interno dehiscentes.

202. COTYLEDON L. Calyx 1-sepalus liberus persistens 5-partitus: corolla tubulosa aut campanulata calyce longior marcescens, limbo 5-fido, laciniis rectis acutis: staminum filamenta subulata, antherae subrotundae: ovaria 5, singula basi, squama nectarifera concava, suffulta: styli filiformes inclusi: stigmata simplicia: capsulae 5-2-loculares polyspermae acuminatae, latere interno dehiscentes.

ORDO V. DECAGYNIA.

PHYTOLACCEAE ENDL.

203. PHYTOLACCA L. Perigonium sepaloidem vel petaloidem, margine membranaceum liberum 5-partitum, laciniis aequalibus reflexis: stamina 5-25, filamentis subulatis, antheris ellypticis: ovaria 6-12 striatia, styli breves distincti: stigmata in superficie interna styli: bacca 6-12-locularis, loculis 1-spermis.

DECANDRIA MONOGYNIA.

STYRAX.

849. *OFFICINALE L. Sp. Pl.* 635. Caule arborescente, vel fruticoso coespitoso, ramis sparsis: foliis ovatis subtus tomentosis: racemis terminalibus simplicibus.

S. officinale *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 147. *n.* 476. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 445.

In agro Tiburtino copiose, et non procul ad Urbe. *Da Villa Andriana sino a Palombara. Fuori porta Portese a Pozzo Pantaleo.*

Frutex. Arbor. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

Vulgo. *Mellagine.*

Usus. Ex arbore in Cilicia resina exudat in officinis nota ab antiquitus sub nomine *Storace*, cui virtus anodyna, diuretica balsamica, tributa fuit, tam in morbis externis quam internis. Nunc in materia medica vix enumeratur.

ARBUTUS.

850. *UNEDO L. Sp. p.* 566. Caule erbaceo: fofiis sempervirentibus obovatis obtuse serratis lucidis: racemis pendulis: baccis globosis muricatis, loculis polyspermis.

A. Unedo. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 147. *n.* 475 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 432.

β bacca acuta. *Bert. l. c. p.* 433.

Arbutus oblongo et acutu fructo. *Barrel. Ic.* 673.

In sylvaticis montium, et in maritimis communis. β secus *Monte Mario.* in Vinea excelsae domus *Barberini.*

Arbor. Frutex. Flor. Novembri. Flores albi.

Vulgo. *Corbezzolo, Ceraso Marino.*

Usus. Lignum praestans in operibus praesertim tornatis ob duritiem, et colorem rubrum. Rami tenues ad cystas et caveas efformandas apti. Folia ad corios parandos optima. Fructus edules grati dulces, fermentatione et distillactione alcoolem praestantem obtinemus in aeconomiae usus.

851. *Uva ursi* *L. Sp. Pl. p.* 566. Caule fructicoso decumbente ramosissimo: foliis coriaceis perennantibus obovatis integerrimis: racemo terminali cernuo: baccis globosis depresis, loculis 1-spermis.

A. Uva ursi. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 436.

In rupestris alpinis Umbriae. *Vettore alla Banditella dei Cavalli.*

Vulgo. *Uva ursina. Uva d'Orso.*

Usus. Inter lytontrica a medicis enumerata, nonc raro usurpatur. Folia ad tannandos corios adhibita.

PYROLA.

852. *minor* *L. Sp. Pl. p.* 567. Caule decumbente brevissimo: foliis elliptico-subrotundis obsolete serratis: racemo multifloro aequali: staminibus ovario sublongioribus: stigmate radiato sopra nudo.

P. minor *Sang. Cent.* 3. *p.* 58. *n.* 128. – *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 442.

In nemorosis montanis Umbriae loco dicto. *Bosco del Cavaliere.*

Perenn Flor. Julio. Flores albo-rubelli.

853. *secunda* *L. Sp. Pl. p.* 567. Caule fruticuloso: foliis ovatis serratis: racemo unilaterali: staminibus ovario longioribus: stigmate peltato 6-lobo supra nudo.

P. secunda. *Sang. Cent.* 3. *pag.* 59. *num.* 129. -- *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 442.

In apenninis ad oras nemorum. *Monti della Sibilla.*

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

MONOTROPA.

854. *Hypopitis* *L. Sp. Pl. p.* 555. Scapo squamoso: floribus spicatis cernuis in fructu erectis.

M. Hypopitis. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 424.

In rupestribus nursinis. *Monte Bernardo* super radices Fagi sylvaticae.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores pallide flavi uti tota planta, sicci luride fusci, Vanillam redolentes.

RUTA.

855. *chalepensis* *L. Mont.* 1. *p.* 69. Caule suffruticoso leviter angulato ramis patulis: foliis decompositis, foliolis 2-3-partitis, laciniis oblongis, im-

pari majore: floribus corymbosis terminalibus bracteatis : petalis fimbriatis : capsula acute-lobata.

R. chalepensis. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 69 *n.* 200. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 147. *n.* 474. - *Bert. Fl. It.t.* 4. *p.* 414.

Ad muros frequens.

Suffrut. Flor. Majo-Junio. Flores luteo-subvirides.

Vulgo. *Ruta.*

Usus. Species affinis R. graveolenti L , apud nos et praesertim apud villicos indiscriminatim pro illa usurpata uti antelmintica resolvens antiperiodica antiputrida etc. Olium volatile, quo abundat, summopere causticum cutem irritare imo esulcerare valet, unde caute propinanda.

DICTAMNUS.

856. ALBUS *L. Sp. Pl. p.* 548. Caule superne glanduloso-pubescenti: foliis inferioribus simplicibus, superioribus impari-pinnatis.

D. albus. *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 409.

In pratis alpinis Piceni.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores. rosei, vel albi venis roseis.

Vulgo. *Dittamo bianco.*

Usus. Antiepiletici, et antelmintici famam jam habuit, nunc in materia medica vix enumeratur.

TRIBULUS.

857. TERRESTRIS *L. Sp. Pl. p.* 354. Caule coespitoso prostrato villoso: foliis paripinnatis 6-8-jugatis, foliolis oblongis acutis: nucibus inaequaliter tuberculato-echinatis.

T. terrestris *Sebast. En Pl. Amph. Flavii p.* 74 *n.* 226 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 146. *n.* 473 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 422. - T. terrestris minor incanus hispanicus *Barrel. Ic.* 558.

Ad vias campestres et urbanas vulgaris.

Ann. Flor. Junio-Octobri. Flores lutei.

ANAGYRIS.

858. FOETIDA *L. Sp. Pl. p.* 534. Caule arborescente: foliis ternatis, foliolis oblongo-lanceolatis: legumine crasso curvo rostrato: seminibus remotis.

A. foetida *Fior. Giorn. Arcad. t.* 18. *p.* 165. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 404.

In mar:timis haud infrequens. *Presso Terracina.*

Arbuscul. Flor. hyeme, et primo vere. Flores flavi vexillo flavo-nigrigaate.

Vulgo. *Fava lupina.*

CERCIS.

859 *siliquastrum L. Sp. Pl. p.* 534. Caule arboreo: foliis cordato-orbiculatis glabris, legumine compresso breviter rostrato.

C. siliquastrum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 146. *n.* 472 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 407.

In sylvaticis ad sepes passim.

Arbor. Flor. Martio–Aprili. Flores intense rosei.

Vulgo. *Albero di Giuda.*

Usus. Lignum duritie, et laevitate insigne, in supellectilibus efformandis desideratum, eoquod teredinibus non afficiatur. Cortex et rami juniores in arte tinctoria valent ad colorem rubiaceum eliciendum;

Decandria dyginia.

SAXIFRAGA.

* Foliis inferioribus rosulatis.

860 *Aizoon Murr. Syst. Veg. ed.* 14 *p.* 411. Caule piloso glanduloso-viscido: foliis radicalibus rosulatis, margine cartilagineo-serratis, inferne ciliatis, caulinis minoribus alternis remotis: panicula subcorymbosa pauciflora: petalis ovatis calyce duplo longioribus.

S. Aizoon *Sang. Cent. tres p.* 60 *n.* 132 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 452 - Sedum montanum serratum, foliis subrotundis *Barrel Ic.* 1310, et S. montanum roseum serratum, flore guttato I. II 1300, 1311, et S. montaum roseum flore guttato III *Ic.* 1312.

In apenninis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi, aliquando rubro punctati.

Obs. Variat calycibus glabris vel glanduloso-hirtis: apud nos ut plurimum occurrit calycibus inferne glandulosis, petalis punctatis.

861 *lingulata Bell. App. ad Fl. Ped. in Accad. Taur. t.* 5. *p.* 226. - Caule anguloso glabro: foliis radicalibus rosulatis lineari-subspathulatis, margine incrustatis, basi ciliatis, caulinis subdenticulatis acutis: panicula ramosa multiflora: petalis obovatis obtusis basi nigro-punctatis, calyce glabro, triplo-longioribus.

S. lingulata *Sang. Cent. tres p.* 59 *n.* 131 - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 456.

Ad rupes alpinas Umbriae. *Monte della Sibilla, Forche di Presto* ec.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

862. POROPHYLLA *Bert. in Desv. Jurnal de bat. t. 4. p. 76.* Caule denso glanduloso-villoso: foliis radicalibus rosulatis spathulatis integerrimis poris submarginatis, caulinis alternis remotiusculis sphathulatis apice nudis inferius villosis: racemo simplici bracteato: corollis calyce brevioribus.

S. porophylla *Bert. Fl. It. t. 3. p. 460.*

In alpestribus apenninorum Umbriae. *Monte Bernardo, Monte Priore* etc.

Suffrutic. Flor. Majo-Junio. Flores albo-subcarnei.

** Foliis inferioribus imbricatis.

863 CAESIA *L. Sp. Pl. p. 371.* Dense coespitosa. Caule tenui piloso-glandulifero: foliis radicalibus perennantibus carinato-triquetris lineari-spathulatis, apice recurvis, poris submarginalibus sparsisque caesis, caulinis alternis remotis parvis lineari-obtusis apice nudis: floribus corymbosis bracteatis, petalis obovatis obtusis, calyce duplo longioribus.

S. caesia. *Bert. Fl. It. t. 4. p. 462.*

In alpinis rupestribus. In cacumine Montis. *Vettore.*

Suffrutic. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

*** Foliis omnibus carnosis linearibus.

864 AIZOIDES *L. Sp. Pl. p. 576.* Caule perennante decumbente, ramis annotinis adscendentibus: foliis linearibus sparsis remote serrato-dentatis: floribus terminalibus corymbosis: bracteis foliis conformibus: petalis linearibus obtusis, calyce parum longioribus.

S. aizoides. *Bert. Fl. It. t. 4. p. 473.*

In apennino Umbriae. *Falde del Vettore.*

Suffrutic. Flor. Julio-Septembri. Flores flavi, quandoque crocei.

**** Foliis omnibus reniformibus.

865 ROTUNDIFOLIA *L. Sp. Pl. p. 576.* Caule subangulato erecto pubescenti-villoso: foliis omnibus petiolatis rotundato-reniformibus dentatis: floribus numerosis in panicula ramosa patenti: bracteis foliaceis successive mi-

noribus dentatis: petalis lanceolatis obtusis, calyce basi adherente, vix duplo longioribus.

S. rotundifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 147 *n.* 477 - *Bert. Fl It. t.* 4. *p.* 482.

In montium Latii umbrosis. *Monte Gennaro, Guadagnolo* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi punctis sanguineis notati.

866 GRANULATA *L. Sp. Pl. p.* 576. Pilis glandulosis viscidis hirsuta. Radice granulata: caule erecto fistuloso alterne ramoso: foliis rotundato-reniformibus lobatis, petiolatis ascendendo abbreviatis: floribus in panicula subcorymbosa: bracteis linearibus: petalis oblongis insigniter unquiculatis, calyce subduplo longioribus.

S. granulata *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 147. *n.* 478. - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 486.

In sylvaticis montanis. *A rocca di Papa sul rapillo, a Guadagnolo* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

867 BULBIFERA *L. Sp. Pl. p.* 577. Pubescenti-viscida. Caule simplicissimo: foliis radicalibus reniformibus crenatis petiolatis, caulinis superioribus sessilibus ovatis cuspidatis, inferioribus incisis: bulbillis radicalibus in bulbum congestis, caulinis solitariis: floribus in corymbo terminali abbreviato: bracteis linearibus: petalis lanceolatis obtusis, cayce subduplo longioribus.

S. bulbifera. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 488. - S. veronicaefolia. *Maur. Cent.* 13. *p.* 20. - S. bulbosa altera bulbifera montana *Columu. Ecphr.* 1. *p.* 318. *fig. p.* 317.

In montibus Latii. *Monte Compatri, Guadagnolo, Albano* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi glandulosi.

***** Foliis omnibus palmatifidis.

868 TRIDACTYLITES *L. Sp. Pl. p.* 578. Pubescenti-viscida. Caule ramoso, ramis alternis: foliis crassiusculis cuneiformibus trifidis summis indivisis: floribus longe pedunculatis in panicula terminali nuda: petalis obverse lanceolatis, calyce duplo longioribus.

S. tridactylites. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 68. *n.* 203. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 148. *n.* 479. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 494. - S. verna annua humilior. *Hort. Rom. t.* 4. *p.* 82.

β alpina. Caule robustiore, foliis latioribus cuneato-flabellatis, apice dentatis.

S. tridactylites β *Bert. l. c. p.* 495.

In muris tectis glareosis communis. β in alpinis Umbriae.

Ann. Flor. ab Aprili in aestatem. Flores albi.

869 ANDROSACEA *L. Sp. Pl. p.* 571. Caule terete ascendente vel erecto: foliis radicalibus coespitosis cuneato-flabellatis, apice acute dentatis, lanceolatisve integerrimis : floribus ut plurimum solitariis nudis : petalis obovatis, calyce duplo longioribus.

S. androsacea *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 498. - Sedum alpinum III. *Columm. Ecphr. t.* 2. *p.* 66. *fig.* 67, et Sassifragia *Columm. l. c. p.* 67.

In summitate montis *Vettore* in Umbria.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

870. MOSCHATA *Murr. Syst. Veg. p.* 414. Piloso glandulosa. Caule nudiuscolo uni-paucifloro : foliis imis confertis cuneato-linearibus indivisis vel trifidis: petalis obovato-oblongis, calyce campanulato, longioribus.

S. moschata *Sang. Cent. tres. p.* 60. *n.* 133. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 505.

α foliis basi angustatis subtrifidis, laciniis linearibus.

β foliis lineari-oblongis apice obtuse subtrifidis vel integris, caule humiliore.

In verticibus montium Umbriae. *Monti della Sibilla* utraque varietas frequens.

Suffrutic. Flor. Junio-Julio. Corolla lutea, calyx rubens.

Obs. Planta mirum in modum varians foliorum forma, petalorum cum calyce proportione, et colore, caulis altitudine, et pubescentia, hinc plurimis nominibus ab auctoribus donata. Varietates adductea, formis conspicuis respondent, sed occurrunt etiam lusus intermedii.

****** Foliis omnibus oppositis.

871. OPPORIOIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 565. Coespitosa procumbens. Foliis inferioribus quadifariam imbricatis ovato-ciliatis, caulinis cruciatim oppositis obovatis, apice acutis unipunctatis: floribus solitariis sessilibus, petalis ovatis genitalia superantibus, calyce subtriphyllo longioribus.

S. oppositifolia. *Sang. Cent. tres p.* 59. *n.* 130. — *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 510.

In editioribus montium Umbriae. *Vettore.*

Suffrutic. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

CHRYSOPLENIUM.

872. ALTERNIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 569. Caule subtrigono apice 2-fido: foliis reniformi-subrotundis, caulinis alternis breviter peliolatis.

Ch. alternifolium. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 447.

In syluis uligionis montium Umbriae et Piceni. *Boschi del Cavaliere*, *Valle dell'inferno* etc.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Perigonium viride limbo aureo.

GYPSOPHYLA.

873. VACCARIA *Sibt. et Smith. Flor. Graec. prod. t.* 2 *p.* 279. Caule fistuloso ut plurimum erecto simplici superius dichotomo-ramoso: foliis oblongo lanceolatis amplexicaulibus: floribus paniculatis: calycibus pentagono-alatis basi nudis: petalis emarginatis.

G. Vaccaria. *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 519 - Saponaria Vaccaria. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 148. *n.* 482.

Inter segetes montium Latii. *Presso S. Polo Palombara* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores rosei.

774. SAXIFRAGA *L. Sp. Pl. p.* 584. Caule decumbente parce ramoso, articulato-nodoso: foliis linearibus oppositis margine scabris: floribus terminalibus solitariis: calycibus basi squamosis, squamis quatuor ovato-lanceolatis alterne oppositis, externis angustioribus: petalis emarginatis.

G. saxifraga *Sebast. En. Pl. Amph. Flavi. p.* 47 *n.* 112 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 148 *n.* 480 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 526. - Lychnis pumila caryophyllata flore rubello Italica Hemoroidalis Aldrovandi. *Barrel. Ic.* 998.

In rupestribus et ad muros vulgatissima.

Perenn. Flor. tota aestate. Flores rosei.

875. DIANTHOIDES *Sibt. Flor. Graec. t.* 4 *p.* 76 *tab.* 385. Caulibos ramosis ascendentibus: foliis linearibus margine scabris floribus aggregato-capitatis: calycibus basi squamosis, squamis quatuor ovato-lanceolatis acuminatis alterne oppositis, externis angustioribus: petalis obtusis integerrimis.

G. dianthoides *Sang. Cent. tres p.* 61 *n.* 134. - G. saxifraga *β Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 557.

Ad muros non infrequens; copiosa ad muros juxta portam. *S. Sebastiano.*

Perenn. Flor. aestate. Flores. carnei.

SAPONARIA.

876. *ocymoides* *L. Sp. Pl. p.* 585. Caule procumbente ramosissimo articulato-nodoso: foliis elliptico-oblongis petiolatis: floribus fastigiatis: calycibus villoso-glandulosis: laciniis obovatis.

S. ocymoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 148. *n.* 483 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 530.

Ad vias montium, et in apricis elatis. *Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores purpurascentes.

877. *officinalis* *L. Sp. Pl. p.* 584. Caule erecto vel ascendente articulato-nodoso, ramis oppositis fastigiatis: foliis ovato-lanceolatis nervosis: floribus fasciculatis in corymbo composito: calycibus scabridis, laciniis obovatis.

S. officinalis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 148 *n.* 451 - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 532 - Lychnis sylvestris quae Saponaria vulgo *Hort. Rom. t.* 6 *tab.* 33.

In sepibus communis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

DIANTHUS.

* Flores fasciculati.

878. *barbatus* *L. Sp. Pl. p.* 586. Caule ut plurimum erecto articulato-nodoso, superius ramoso, ramis oppositis vel alternis: foliis lanceolatis oppositis, basi brevi tractu connatis 3-5-nerviis: floribus dense fasciculatis, squamis calyculi ovato-oblongis longissime acuminato-cuspidatis, calycem aequantibus: laminis ovato-cuneatis dentatis imberbibus.

D. Barbatus. *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 149. *n.* 484 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 541.

In sylvaticis umbrosis montium. *Presso Albano*, *e sul monte Cavi in copia*.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei, vel purpurei.

Vulgo. *Garofani a mazzetto.*

879. *Carthusianorum* *L. Sp. Pl. p.* 586. Caule subsolitario erecto: articulato-nodoso superius parce ramoso: foliis linearibus enerviis, basi connata caulem vaginantibus: floribus fasciculatis: squamis calycinis lanceolatis longe acuminato-cuspidatis caulem superantibus: laminis ovato-cuneatis denticulatis pilosis.

D. Chartusianorum. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 542 - D. atrorubens. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 149. *n.* 485. - Caryophyllus montanus umbellatus floribus variis luteis ferrugineis. *Barrel. Ic.* 497.

In collibus arenosis sylvaticis. *Macchia Mattei lungo la strada.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpurei.

880. *Armeria L. Sp. Pl. p.* 586. Scabridus pubescens. Caule subsolitario erecto articulato-nodoso parce ramoso, ramis strictis: foliis linearibus oppositis basi brevi tractu connatis 3-5-nerviis: fasciculis paucifloris: squamis calyculi lanceolato-subulatis calycem subsuperantibus: laminis oblongis denticulatis pilosis.

D. Armeria. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 149. *n.* 486. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 547.

In arvis sterilibus communis.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores rubri.

881. *prolifer L. Sp. Pl. p.* 587. Glaber. Caule tereti tenui articulato-nodoso erecto simplici vel parce ramoso: foliis linearibus oppositis basi connatis margine ciliatis 3-nervis: floribus in fasciculo solitario terminali: calyculi universalis squamis scariosis late ovatis, calycem sessilem, superantibus, calyculi partialis squama unica angustiori, calyce, breviore: laminis obovatis erosis imberbibus.

D. prolifer. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 41. *n.* 85. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 149. *n.* 487. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 549.

In glareosis, sterilibus, arvis vulgaris.

Ann. Flor. Majo. Flores rosei effemeri.

882. *vellutinus Guss. Pl. Rar. p.* 166. *t.* 32. Caule terete tenui articulato-nodoso, internodis pubescenti-vellutinis, erecto parce ramoso : foliis linearibus oppositis basi connatis 3-nerviis, inferioribus margine ciliatis, superioribus nudis : floribus in fasciculo solitario terminali : calyculi universalis squamis scariosis late ovatis mucronatis, calycem pedicellatum, aequantibus, calyculi partialis squama unica angustiori, calyce, breviore: laminis obovatis, erosis imberbibus.

D. vellutinus. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 551.

In sterilibus maritimis et montanis non infrequens. *Roma, Albano, Ostia, Terracina.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores rosei.

** Caule ramisque subunifloris.

883 *Caryophyllus* *Smith. Engl. Flor. t.* 2. *p.* 287. Caule perennante coespitoso, annotino simplici ramosoque articulato-nodoso: foliis linearibus acutis carinato-nervosis supra canaliculatis, inferioribus congestis, superioribus oppositis basi connatis: floribus solitariis: calyculi squamis subromboideis obtusissimis medio mucronatis, calyce, subquintuplo brevioribus: laminis ovato-cuneatis imberbibus apice dentatis.

D. Caryophyllus. *Maur. Cent.* 13. *p.* 21. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 552.

In marino litore frequens. *Fra Torre S. Lorenzo, e Torre del Vajanico* etc.

Suffrutic. Flor. Junio. Flores rubelli, vel rosei.

Obs. Typus innumerarum varietatum, apud horticultores, colore, forma, et numero petalorum luxuriantium, sub nomine *Garofani,* a vulgo cognitarum.

884. *ciliatus* *Guss. Pl. Rar. p.* 168. *n.* 33. Caule perennante coespitoso, annotino simplici ramosoqne erecto articulato-nodoso inferne scabro: foliis linearibus acuminatis 3-nerviis margine ciliatis, nervo mediano ad carinam scabro, inferioribus coespitosis, superioribus oppositis basi connatis: floribus subsolitariis: calyculi squamis ovatis acuminatis calyce, triplo brevioribus: laminis oblongis subintegerrimis imberbibus.

D. ciliatus. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 556.

In viis campestribus Piceni.

Suffrutic. Flor. Junio-Augusto. Flores rubelli vel rosei.

885. *monspessulanus* *L. Sp. Pl. p.* 588. Caule perennante stolonifero, annotino erecto simplici vel ramoso articulato-nodoso: foliis linearibus elongatis, apice attenuatis margine serrulatis basi connatis, carinato-nervosis: floribus solitariis vel paniculatis: calyculi squamis ovato-lanceolatis subulato-acuminatis, calyce dimidio brevioribus: laminis obovato-cuneatis pilosis apice palmato-multifidis.

D. monspessulanus. *Sang. Cent. tres p.* 62 *n.* 136 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 559.

In ericetis montium Umbriae et Piceni. *Monte de' Fiori*, *Monte Vettore*. etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores incarnati.

886. *DELTHOIDES* *L. Sp. Pl.. p.* 588. Caulibus inferne decumbentis caespitoso-ramosis superne simplicibus tenuibus erectis articulato-nodosis: foliis puberulis linearibus 3-nerviis, radicalibus caespitosis, caulinis oppositis basi connatis, inferioribus abbreviatis obtusiusculis: floribus paniculatis: calyculi squamis geminis ovato-lanceolatis acuminatis, calyce multo brevioribus: laminis romboideo-cuneatis pilosis apice argute dentatis.

D. Delthoides *Sang. Cent. tres. p.* 61 *n.* 135 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 364.

In pascuis nemorosis. *Vettore.*

VELEZIA.

887. *RIGIDA* *L. Sp. Pl. p.* 474. Caule erecto articnlato-nodoso, articulis flexuosis: foliis ad nodos oppositis lineari-filiformibus: calycibus cylindricis elongatis.

V. rigida. *Maur. Cent.* 13 *p.* 14 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 539. - Lychnis corniculata minor seu angustifolia *Barrel. Ic.* 1018. - L. corniculata minor sive angustifolia saxatilis. *Bocc. Mus. p.* 50 *tab.* 43.

In sterilibus. *Valle dell'Inferno.*

Annua Flor. Julio. Flores purpurei.

SCHLERANTHUS.

888. *ANNUUS* *L. Sp. Pl. p.* 580. Caule caespitoso dichotomo-ramoso: foliis oppositis mucronulatis: laciniis, perigonii mucronulati apice involutis, in fructu patentibus.

S. annuus. *Maur. Cent.* 13 *p.* 20 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 515 - Vermiculata montana nova *Columm. Ecphr. t.* 1 *p.* 295, et V. nova planta montana *p.* 294. *fig.*

In aridis et ad vias circa Romam, in Ciminis etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Perigonium viridi-glaucescens uti tota planta.

Vulgo. *Centograni.*

DECANDRIA TRIGYNIA.

STELLARIA.

889. *NEMORUM* *L. Sp. Pl. p.* 603. Caule tereti fistuloso gracili decumbente vel assurgente subsimplici: foliis ovato-acuminatis basi cordatis, inferioribus longe pedunculatis, superioribus sub sessilibus: panicula terminali dichotoma: corolla, calyce duplo lungiore, laminis oblongo-cuneatis 2-partitis.

S. nemorum *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 153 *num.* 501 - *Bert Fl. It. t.* 4. *p.* 643 - Alsine montana hederacea maxima *Columm. Echpr. t.* 4. *p.* 285 *et A.* hederacea montana maxima *l. c. p.* 290 *fig.*

In sylvaticis montium. *Monte Gennaro, Albano* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

890 *media Smith. Engl. Flor. t.* 2. *p.* 301. Caule coespitoso debili decumbente, valde ramoso, internodiis linea alterna villosis: foliis ovatis adscendendo minoribus, superioribus sessilibus, inferiorum petiolis oppositis basi connatis: panicula terminali dichotoma contracta: corolla, calyce, breviore, laminis oblongis 2-fidis.

S. media *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 153 *t.* 502 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 645 - Alsine media *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 23 *n.* 3.

In hortis, ruderatis, muris ubique.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

Vulgo. *Centocchio.*

891. *Holostea L. Sp. Pl.* p. 603. Caule erecto stricto quadragulo, angulis scabris, superius parce ramoso: foliis sessilibus elongatis anguste lanceolatis margine et interdum nervo mediano ciliatis: panicula terminati dichotoma: corolla in anthesi stellato-patente, calyce duplo majore, laminis obcordatis vel leviter 2-fidis.

S. Holostea *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 153. *n.* 503. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 647. - Alsinastrum Gratiolae folio *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 74.

In umbrosis ad sepes frequens. *Villa Borghese Medici* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores albi.

892. *saxifraga Bert. Rar. It. Pl. Dec. p.* 35. Pubescens. Caule dense caespitoso decumbente, ramis diffusis: foliis sessilibus ovatis acutis: panicula dichotoma: corolla, calyce, duplo longiore, laminis oblongis cuneatis 3-fidis.

S. saxifraga. *Sang. Cent. tres. p.* 64 *n.* 143 - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 653.

In glareosis apennini. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

ARENARIA.

* Foliis exstipulatis.

893. *trinervia L. Sp. Pl. p.* 605. Puberula. Caule decumbente ramoso-dichotomo: foliis ovatis acutis 3-5-nerviis, inferioribus petiolatis, superiori-

bus sessilibus: floribus solitariis longe pedunculatis axillaribus terminalibusque tandem reflexis: corolla, calyce, breviori: capsula 6-valvi: seminibus reniformibus laevibus dorso carinatis.

A. trinervia *Maur. Cent.* 13 *p.* 21 - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 658.

In umbrosis sylvaticis. *Alla Riccia, a Suriano* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

894. SERPILLIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 606. Pilis glandulosis viscida. Caule caespitoso prostrato vel suberecto valde ramoso, ramis alternis diffusis: foliis ovatis acutis 3-nerviis, nervis lateralibus obsoletis, inferioribus tantum petiolatis: floribus terminalibus axillaribusque, pedunculis jamdudum erectis: corolla calyce breviore: capsula 6-valvi: seminibus reniformibus minutis granulatis.

A. serpillifolia *Sebast. En. Pl. Amph. Flavi. p.* 27 *n.* 20 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 153 *n.* 504 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 659.

In glareosis ad muros obvia.

Ann. Flor. Majo. Flores albi.

895. ARDUINI *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 666. Incano-pubescens. Caule perennante basi ramoso dense folioso, annotino subsimplici remote foliato: foliis rigidis lanceolato-linearibus acuminatis 3-multinerviis: floribus solitariis in panicula terminali depauperata: corolla calyce longiore: capsula 3-valvi: seminibus reniformibus dorso cristato-granulatis.

β foliis cauleque inferiore glabris. *Bert. l. c.*

In alpestribus alpinis Umbriae. *Vettore.* β in Piceno. *Sasso Borghese.*

Suffrutic. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

896. AUSTRIACA *Murr. Syst. Veg. ed.* 14 *p.* 425. Viridi-glauca. Caule decumbente vel adscendente parce ramoso, ramis quamplurimis abortivis simpliciter foliosis: foliis lineari-filiformibus 3-nerviis: floribus terminalibus, ut plurimum geminis elongatis, altero nudo, altero 3-foliato, quandoque solitariis ternisque: corolla calyce longiore: capsula 3-valvi: seminibus reniformi-rotundatis minime granulatis.

A. austriaca *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 668.

In alpestribus apenninis Umbriae. *Monte Priore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

897. GRANDIFLORA *L. Sp. Pl. p.* 608. Glauca Caule subcoespitoso adscendente, ramis brevibus numerosis: foliis lanceolato-linearibus 3-nerviis basi ciliatis: floribus 2-3 pedicellis longissimis: corolla, calyce, duplo longiore: capsula 6-valvi: seminibus reniformi-compressis granulatis.

A. glandiflora. *Sang. Cent. tres p.* 64 *n.* 142 - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 669.

In elatis apenninis. *Monte Vettore*.

Suffrutic. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

898. VERNA *L. Mant.* 1 *p.* 72. Puberula. Caulibus coespitosis ascendentibus superius ramosis, ramis erectis: foliis linearibus obtusiusculis 3-nerviis, inferioribus approximatis, superioribus remotis: floribus paniculato-corymbosis: corolla calycem subaequante: capsula 3-valvi: seminibus parvis reniformi-rotundatis tenuiter granulatis.

A. verna *Maur. Cent.* 13 *p.* 22 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 670.

In elatioribus montibus Latii, et Umbriae. *Serra S. Antonio*, *Vettore*, *Monte Priore*.

Perenn. Flor. Majo in Augustum. Flores albi.

899. TENUIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 607. Pilis glandulosis viscidis pubescens. Caule tenui erecto ramosissimo, ramis dichotomis: foliis filiformibus subulatis 3-nerviis: floribus paniculatis: corolla calyce multo breviori: capsula 3-valvi: seminibus minutissimis, reniformi-rotundatis granulatis.

A. tenuifolia. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 27. *n.* 21. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 153. *n.* 505. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 674 - Anthyllis Lychnitis annua, seu minor angustifolia flore albo. *Barrel. Ic.* 580.

In glareosis ad muros vulgaris.

Ann. Flor. Majo. Flores albi.

** Foliis stipulatis.

900. RUBRA *L. Sp. Pl. p.* 606. Prostrata rubicunda. Caule coespitoso nodoso-ramoso, ramis alternis: foliis filiformibus mucronulatis crassiusculis enerviis: stipulis vaginantibus ovato-lanceolatis: panicula terminali: corolla calyce snbbreviore: capsula 3-valvi: seminibus lunulatis compressis angulatis tenuiter granulatis.

A. rubra. *Maur. Cent.* 13 *p.* 22 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 682.

In maritimis frequens et in viis Urbis inter saxa. *Sulla piazza di S. Pietro, ad Ostia, Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores dilute coeruleo-purpurascentes.

901. MARINA *Smith. Engl. Flor. t.* 2 *p.* 311. Pubescenti-glandulosa mox glabrata: canle coespitoso procumbente, ramis alternis: foliis semiteretibus carnosis enerviis: stipulis ovato-lanceolatis amplexicaulibus: panicula abbre–

viata: corolla calycem subaequante: capsula 6-valvi: seminibus conduplicatis pyriformibus alatis apterisque.

A. marina. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 153. *n.* 506 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 685 - A maritima Neapolitana, et terrestris altera πριχοφγλλον *Columm. Ecphr. alt. p.* 70 *fig. p.* 71.

β capsulis calyce longioribus.

A. marina *β Bert. l. c.*

In arenosis maritimis frequens species et varietas.

Perenn. Flor. Augusto. Flores dilute carnei.

CUCUBALUS.

902 *BACCIFERUS L. Sp. Pl. p.* 591. Caule ramosissimo, ramis brachiatis: floribus solitariis breviter pedunculatis: calycibus in fructu inflatis: bacca matura nigrescente.

C. bacciferus. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 569 - C. baccifer. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 149. - C. Plinii. *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 34.

In umbrosis ad sepes. *Valle dell'inferno, Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

SILENE.

* Floribus racemosis alternis.

903 *GALLICA L. Sp. Pl. p.* 595. Albo-villosa, villis in flore confervoideis. Caule erecto alterne-ramoso: foliis inferioribus obtusis apiculatis, radicalibus spathulatis, caulinis obverse-lanceolatis, superioribus lanceolato-linearibus acutis: floribus solitariis erectis secundis in racemis simplicibus terminalibus: calyce tubuloso 10-nervi in fructu ovoideo, dentibus lineari-subulatis: corolla squamis 2-partitis coronata, unguibus calycem aequantibus, laminis exertis indivisis obliquis: capsula ovoidea, dentibus recurvatis, dehiscente.

S. gallica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 151. *n.* 497. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 571 - Lynhnis sylvestris villosa minor purpurascens latifolia. *Barrel. Ic.* 1028. *fig.* 3 et L. sylvestris villosa purpurea minima angustifolia *fig.* 4.

In arvis sterilibus vulgaris.

Ann. Flor. Majo. Flores carnei.

904 *HISPIDA Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 348. Hirta. Caule erecto, ramis elongatis dichotomis: foliis inferioribus spathulatis, superioribus linearibus, omnibus apice acutis: floribus secundis erectis approximatis in racemis termina-

libus: calyce 10–nervi tubuloso, in fructu clavato, dentibus lanceolatis: corolla squamis 2-fidis coronata, unguibus calicem aequantibus, laminis exertis 2-fidis: capsula ovoidea dentibus subincurcis dehiscente.

S. hispida. *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 574. S. vespertina *Fl. Rom. Prod. p.* 151 *n.* 499.

In viis campestribus, in oris nemorum ad urbis occidente frequens. *Nel Foro Romano, a villa Panfili, nella via di Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

905. NOCTURNA *L. Sp. Pl. p.* 595. Pubescens, pilis brevibus albis quandoque glandulosis. Caule coespitoso erecto, ramis paucis strictis: foliis inferioribus ovato-spatulatis, superioribus lanceotato–linearibns, omnibus acutis: floribus alternis secundis, inferioribus remotioribus longius peduculatis in racemis terminalibus: calyce tubuloso 10-nervoso, ore constricto, in fructu tubuloso–ovato, dentibus lanceolatis margine membranaceis: corolla squamis brevissimis coronata, unquibus calycem superante, laminis erectis 2-partitis: capsula ovato-oblonga, dentibus erectis, dehiscente.

S. nocturna. *Bert. Flor. It. t.* 4 *p.* 575. - Lychnis sylvestris hirsuta elatior spicata Lini colore *Barrel. Ic.* 1027 *fig.* 1.

In maritimis, ad margines viarum, et in muris. *Civitavecchia.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores albo rubentes.

906. NEGLECTA *Ten. Flor. Nap. t.* 4 *p.* 216. Piliis brevibus subhirsuta. Caule ereto, ramis divaricatis elongatis: foliis radicalibus spathulatis, caulinis ovato-spathulatis, superioribus lineari–lanceolatis, omnibus acuminatis: floribus alternis longe pedunculatis in racemis laxis: calyce cylindraceo 10–nervi in fructn ovato-tubuloso, dentibus acuminatis: corolla sqnamis brevibus coronata, unguibus calycem subaequante, laminiis erectis emarginato-2-fidis: capsula ovata, dentibus obtusis revolutis, dehiscente.

S. neglecta. *Sang. Cent. tres p.* 63 *n.* 139 – S. nocturna *β Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 576.

In marginibus viarum circa *Civitavecchia.*

Ann. Flor. Majo. Flores carnei.

907. GRAEFFERI *Guss. Pl. rar. p.* 170 *tab.* 34. Albo-pubescens. Caule erecto subsimplici: foliis inferioribus lanceolatis, superioribus linearihus successive abbreviatis: floribus subssesilibus secundis nutantibus tandem erectis in racemo brevi simplici: calyce tnbuloso insiguiter 10-nervi, in fructu campanulato-tubuloso, dentibus obtusis margine membranaceis: corolla squamis

2-lobis coronata, unguibus calycem superantibus, laminis 2-fidis, laciniis obtusis: capsula oblongo-ovata, dentibus irregularibus, dehiscente.

S. Graefferi *Sang. Cent. tres p.* 64. *n.* 141 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 578.

In apenninis pascuis frequens. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi subtus ochroleuci a vespere ad mane expansi.

908. TRINERVIA. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 152. *tab.* 2. Pubescenti-scabra. Caule saepius erecto ramoso-dichotomo ramis patulis: foliis 3-nerviis inferioribus obverse-lanceolatis, superioribus linearibus: floribus erectis secundis in racemis terminalibus: calyce clavato 10-costato strigoso, strigis sursum versis, dentibus lanceolatis erectis, margine lacero-membranaceis: corolla squamis 2-fidis coronata, unquibus calycem aequantibus, laminis obovatis patentibus profunde 2-fidis: capsula ovato-oblonga, dentibus erectis, dehiscente.

S. trinervia *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 579.

In arvis circa urbem, et ad radices montium. *Caffarella, colli della Farnesina, presso Palombara* etc.

Ann. Flor. Julio. Flores rosei.

909. SERICEA *Spreng. Syst. Vegt. t.* 2. *p.* 407. Pubescenti-sericea. Caule saepius decumbente a basi alterne ramoso, ramis patulis : foliis inferioribus spathulatis, superioribus lanceolatis sucessive abbreviatis: floribus disticis longe pedunculatis in racemis laxis: calyce tubuloso 10-nervi, dentibus ovatis margine membranaceo-ciliatis, in fructu clavato-ventricoso: corolla squamis 2-fidis obtusis coronata, ungue calycem superante, lamina 2-partita, laciniis divaricatis obtusis: capsula ovato-abbreviata, dentibus recurvis, dehiscente.

S. sericea. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 151. *n.* 498 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 580.

In arenosis maritimis frequens. *Ostia, Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores rosei.

910. PENDULA *L. Sp. Pl. p.* 599. Pubescens. Caule decumbente coespitoso alterne ramoso: foliis inferioribus ovato-spathulatis, superioribus lanceolatis, omnibus apice acuminatis: floribns secundis erectis in fructu pendulis in racemo solitario laxo: calyce subcylindrico basi truncato 10-angulato, angulis glanduloso-pilosis, in fructu ventricoso-clavato, dentibus brevibus obtusis ciliatis: corolla, squamis obtusis 2-fidis, coronata, unguibus calyce longioribus: laminis obcordatis 2-fidis: capsula ovoidea acuminata, dentibus erectis acutis, dehiscente.

S. pendula *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 151. *n.* 495 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 580.

In arvis haud infrequens. *Colli di Prata-lata, ad Albano, a Tivoli presso S. Polo*, etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores saturate rosei.

** Floribus racemoso-verticillatis.

911. Otites *Smith. Engl. Fl. t.* 2. *p.* 298. Viscosa. Caule solitario erecto simplici : foliis inferioribus subspathulatis , superioribus remotis lineari-acuminatis : floribus dioicis parvis in racemulis interruptis : calyce tubuloso obscure nervoso, dentibus obtusis, in fructu inflato : corolla nuda, unguibus calycem aequantibus , laminis obtusis integris brevibus : capsula ellypsoidea calyce breviore, dentibus exiguis acutis, dehiscente.

S. Otites. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 150. *n.* 493 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 583.

β multiflora. Floribus masculis verticillato-spicatis.

In saxosis montanis. *Terni, Monte Lucretile* etc. β in Umbriae montibus *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albo-virentes.

912. staminea *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 585. Subpilosa. Caule solitario erecto simplici : foliis inferioribus spathulatis, superioribus linearibus remotis : floribus hermaphroditis inaequaliter petiolatis in racemo terminali basi subinterrupto : calyce campanulato-cylindrico 10-nervi, inter nervos membranaceo-diaphano, dentibus ciliatis: corolla nuda, unguibus ciliatis longitudine calycis, laminis erectis 2-fidis: staminibus longe exertis: capsula oblonga calyce angustiore, dentibus erectis, dehiscente.

In alpestribus apenninorum Piceni. *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Corolla pallide flava.

*** Floribus paniculatis.

913. Armeria *L. Sp. Pl. p.* 601. Glabra. Caule erecto ramoso , ramis alternis : foliis radicalibus oblongo-spathulatis , inferioribus ovato-oblongis , superioribus ovato-acutatis: floribus fastigiatis in panicula corymbosa: calyce clavato-elongato insigniter 10-nervi, dentibus obtusis margine membranaceis:

corolla squamis 2-partitis acutis coronata, unguibus calycis longitudine, laminis exertis oblongo-cuneatis emarginatis: capsula ovato-oblonga, valvis recurvis dehiscente.

S. Armeria. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 150 *n.* 492 - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 590.

In arvis sylvaticis freqnens circa urbem.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores purpurei.

914. NUTANS *L. Sp. Pl. p.* 596. Pubescens viscosa. Caule simplici erecto ascendenteve: foliis radicalibus oblongo-spathulatis in petiolum productis, caulinis linearibus successive minoribus, omnibus apice acutis: floribus secundis tandem nutantibus, in panicula terminali laxa: calyce tubuloso 10-nervi, dentibus lanceolatis membranaceis, in fructu dilatato-ventricoso inter nervos membranaceo: corolla squamis acute 2-fidis coronata, unguibus calyce sublongioribus, laminis erectis 2-fidis laciniis linearibus: capsula ovoidea apice cuneato, dentibus erectis, dehiscente.

S. nutans. *Bert. Flor. It. t.* 4 *p.* 593.

In apenninis Umbriae et Piceni. *Norcia al Castelluccio. M. Priore* etc.

Peren. Flo. Julio-Augusto. Flores albi.

915. VIRIDIFLORA *L. Sp. Pl. p.* 597. Pubescens, viscida. Caule simplici, parce ramoso, ramis superioribus alternis: foliis ovatis, radicalibus spathulatis, caulinis inferioribus in petiolum productis, omnibus apice acutis: floribus nutantibus brachiatis in panicula depauperata laxa: calyce cilindrico insigniter 10-nervi, dentihus lineari-acuminatis margine membranaceis, in fructu subventricoso: corolla squamis parvis acutis coronata: unguibus linearibus subexertis, laminis semi-2-fidis laciniis linearibus: capsula cuneata basi late ovata, dentibus subincurvis, dehiscente.

S. viridiflora. *Fior. Giorn. di Pisa t.* 17 *p.* 119. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 595.

In sylbis montanis Latii, et praesertim abbunde in *Monte Albano.*

Perenn. Flor. Junio. Flores albo-virentes.

916. CATHOLICA *Ait. Hort. Kew. ed.* 2 *t.* 3. *p.* 85. Pubescens viscida. Caule erecto ramoso, ramis alternis: foliis ovato-lanceolatis acuminatis, inferioribus in petiolum productis: floribus nutantibus brevissime pedicellatis in panicula terminali laxa: calyce tubuloso 10-nervi, dentibus obtusiusculis margine membranaceis, in fructu clavato: corolla parva, fauce nuda calycis longitudine, laminis 2-partitis, laciniis obtusis: sataminibus longissimis: capsula ellypsoidea calyce sublongiore, dentibus recurvatis, dehiscente.

S. Catholica. *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.* 17 *p.* 119 - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 596.

In montibus albanensibus et tiburtinis copiosa.

Perenn. Flor. Augusto in Septembrim. Flores parvi candidi.

917. ITALICA *Sibt. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 2 *p.* 298. Pubescenti-scabra. Caule solitario vel coespitoso, ramis alternis: foliis basi ciliatis radicalibus ovato-spathulatis in petiolum productis lanceolatis acutis adsendendo angustioribus: floribus erectis in panicula terminali brachiata dichotoma: calyce tubuloso-elongato 10-nervi, dentibus obtusis margine membranaceis, in fructu insigniter clavato: corolla fauce nuda, unquibus exertis, laminis 2-fidis, laciniis obtusis dilatatis: capsula ovato-oblonga, dentibus revolutis late dehiscente.

S. italica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 150. *n.* 494 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 599 - Cucubalus italicus. *Sebast. En. Plan. Amph. Flavii p.* 40. *n.* 80.

In umbrosis ad sepes collium, et montium praesertim vulgatissima, et in amphiteatro Flavio.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

918. PARADOXA *L. Sp. Pl. p.* 1673. Caule erecto alterne ramoso, inferius tenuiter pubescente, superius nudo viscosissimo: foliis inferioribus obverse lanceolatis, superioribus linearibus, omnibus acutis margine dense ciliatis: floribus breviter pedicellatis in panicula terminali laxa: calyce tubuloso elongato 10-nervi, dentibus ovato-lanceolatis acutis, margine membranaceo-ciliatis: corolla squamis 2-fidis elongatis coronata, unguibus linearibus exertis, laminis profunde 2-fidis apice latioribus: capsula ovato-oblonga rostrata, dentibus erectis, dehiscente.

S. paradoxa. *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 128 - *Bert. Fl. It t.* 4 *p.* 602.

In montium apricis. *Monti Tiburtini, S. Pellegrino* in Umbria etc.

Perenn. Flo. Junio. Flores albi.

919. CONICA *L. Sp. Pl. p.* 598. Nolliter pubescens. Caule solitario vel coespitoso simplici ramosove: foliis inferioribus obverse-lanceolatis, superioribus lanceolato-linearibus, omnibus acutis: floribus inaequaliter petiolatis in panicula dichotoma: calyce tubuloso 30-nervi profunde 5-fido, laciniis linearibus longe subulatis, margine membranaceo-ciliatis, in fructu conico: corolla squamis 2-partitis coronata, unguibus calyce subbrevioribus, laminis abbrevia-

tis 2-lobis capsula ovata calyce multo breviori, dentibus brevibus erectis, dehiscente.

S. conica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 151 *n.* 495 - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 607 - Lychnis sylvestris II Clusii angustifolia. *Barrel. Ic.* 1027 *f.* 2.

In aridis et incultis. *Solfatara di Tivoli* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rosei odorati.

920. BRACHIPETALA *DC. Fl. Franc. t.* 5 *p.* 607. Hirta cinerea. Caule solitario erecto dichotomo-ramoso: foliis obovato-spathulatis, radicalibus obtusis, caulinis lanceolatis basi longe-ciliatis: floribus secundis erectis in panicula dichotoma pauciflora: calyce tubuloso-campanulato 10-nervi, dentibus lanceolatis acutis, margine albo-membranaceo-ciliatis, in fructu ovato-oblongo: corolla nuda, unguibus abbreviatis, laminis 2-fidis, calyce omnino inclusa: capsula ovato-oblonga, dentibus apice recurvis, dehiscente.

S. brachypetala. *Sang. Cent. tres p.* 63 *n.* 138 – *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 608.

Romae ad margines viarum prope *Porta Pia*.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

921. CRETICA *L. Sp. Pl. p.* 601. Glabra. Caule solitario erecto, foliis radicalibus et caulinis inferioribus obverse lanceolato--linearibus, reliquis lanceolato-linearibus acutis: floribus solitariis longe pedunculatis in panicula laxa: calyce tubuloso-campanulato insigniter 10-nervi, dentibus lanceolatis acutis margine membranaceis, in fructu turgido: corolla squamis 2-partitis coronata, laciniis lineari-acutis, unguibus longitudine calycis, laminis erectis 2-fidis: capsula subglobosa, dentibus recurvis, dehiscente.

S. cretica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 150. *n.* 490. - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p* 612.

In montium viis umbrosis. *Albano*, *Castel Candolfo*, *Monte Gennaro*, *Artemisio* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores purpurei.

922. INAPERTA *L. Sp. Pl p.* 600. Glabra. Caule coespitoso, ramis filiformibus alternis assurgentibus: foliis lineari-lanceolatis mucronatis ascendendo minoribus, ultra medium tenuiter ciliatis: floribus terminalibus solitariis, nunc in panicula pauciflora dichotoma vel 2--fida: calyce tubuloso basi angustato 10-nervi, in fructo clavato, dentibus ovatis vel lanceolatis margine membranaceis: corolla squamis 2-partitis acutis coronata, unguibus calycem superan-

tibus, laminis 2-partitis, laciniis angustis apice dilatatis: capsula ovata apice constricta, dentibus recurvis, dehiscente.

S. inaperta. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 614 - S. saxifraga. *Sang. Cent. tres. p.* 63- *n.* 140.

In montibus elatioribus Umbriae inter saxa. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi extus subrubei.

923. *QUADRIFIDA. L. Sp. Pl. p.* 602. Glabra superius viscosa. Caule erecto vel ascendente parce ramoso : foliis inferioribus obverse lanceolato-linearibus, superioribus linearibus: floribus longe pedunculatis erectis modo solitariis modo in panicula terminali dichotoma : calyce tubuloso-campanulato tenuiter 10-nervi in fructu turbinato: dentibus ovatis margine membranaceis: corolla squamis minimis 2--fidis coronata , unguibus calyeem superantibus , laminis patenti-erectis 4-lobis lobis mediis latioribus : capsula subrotunda , dentibus apice recurvis, late dehiscente.

S. quadrifida. *Bert. Fl It. t. 4. p.* 621.

In humeutibus apenninorum Umbriae. *Alla Sibilla.*

Perenn. Flor. Junio-Angusto. Flores albi.

924. *NICAEENSIS Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 498. Hirsuta et pilis glanduliferis superius viscida. Canle ut plurimum coespitoso crassiusculo alterne ramoso, ramis elongatis: foliis carnosis canaliculatis obtusis, inferioribus lanceolatis successive abbreviatis: floribus suberectis breviter pedunculatis in panicula dichotoma contracta: calyce tubuloso 10-nerbi, dentibns ovato-lanceolatis margine membranaceo-ciliatis, in fructu ventricoso, inter nervos albo-membranaceo: corolla squamis 2-fidis emarginatis coronata , unguibus calycem superantibus, laminis sub-2-partitis laciniis obtusis: capsula ovoidea, dentibus recurvatis, dehiscente.

S. nicaeensis *Fior. Gior. Arch. t.* 18 *p.* 165 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 624 - Lychnis maritima supina hirsuto crasso folio. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 170, et L. hirsuto crasso folio *l. c. tab.* 118.

Iu arenis marini litus. *Ostia, Fiumicino, Terracina* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Corola alba subtus sordide purpurea.

925. *BEHEN L. Sp. Pl. p.* 599. Glaucescens. Caule solitario simplici , quandoque alterne ramoso: foliis lanceolatis acutis successive angustatis, radicalibus spathulatis: floribus majusculis in panicula laxa dichotoma: calyce campaulato 10-nervi, ore constricto, inter nervos reticulato-venoso, dentibus acutis subciliatis: corolla parva squamis 2-cuspidatis coronata, unguibus in-

clusis, laminis exertis 2-lobis: capsula oblonga minuscula, dentibus erectis, dehiscente.

S. Behen. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 628.

In alpestribus Nursis. *Al Castelluccio.*

Ann. Flor. Aprili–Majo. Flores rosei.

926. INFLATA *Sibth. et Smith. Flor. Graec. Prod. t.* 2. *p.* 293. Glauca. Caule erecto perennante alterne ramoso: foliis ovato-lanceolatis acutis serrato-ciliatis, superioribus lanceolatis: floribus inaequaliter pedunculatis cernuis in panicula terminali sub-corymbosa dichotoma: calyce campanulato 10-nervi inter nervos reticulato-venoso, dentibus triangulo-acutis, in fructu aucto: corolla fauce nuda, unguibus calyci subaequalibus apice 1-callosis, laminis 2-partitis, laciniis obverse lanceolatis: antheris stylisque exertis declinatis: capsula ovoidea calyce multo minori, dentibus lanceolatis acutis, dehiscente.

S. inflata. *Sang. Cent. tres p.* 62. *n.* 137 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 629 - Lychnis sylvestris, quae Behen album vulgo. *Hort. Rom. t.* 6. *tab.* 29.

β angustifolia. Foliis lanceolatis linearibus acuminatis. *Bert. l. c. p.* 630. S. inflata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 149. *n.* 489.

In montibus apricis et ad vias Umbriae. β circa Romam.

Perenn. Flor. Majo–Junio. Flores albi.

**** Floribus subsolitariis.

927. UNIFLORA *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 632. Glabra subglauca. Caule brevi coespitoso decumbente: foliis crassiusculis margine cartilagineis, inferioribus lanceolato-spathulatis, reliquis lanceolatis successive angustatis: floribus terminalibus subsolitariis: calyce campanulato-inflato 10-nervi, inter nervos reticulato-venoso, dentibus triangulo-acutis, in fructu aucto: corolla grandi, squamis 2-partitis acutis coronata, unguibus calycem subsuperantibus, laminis amplis 2-fidis, laciniis subintegris: capsula ovoidea calyce minori, dentibus lanceolatis erectis, dehiscente.

β crassifolia. Foliis oblongis vel oblongo-obovatis breviter mucronulatis. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 633.

In montauis elatis Piceni *Vettore.*

Perenn. Flor. aestate. Flores albi.

928 ACAULIS *L. Sp. Pl. p.* 603. Caule humillimo coespitoso decumbente, quandoque ramoso: foliis linearibus acutis basi dilatatis recurvis: floribus so-

litariis sessilibus pedunculatisve: calyce campanulato-tubuloso 10-nervi, dentibus obtusis ciliatis: corolla coronata squamis parvis emarginatis, unguibus exertis, laminis 2-lobis, laciniis obtusis: capsula oblonga calyce exerta, dentibus recurvis, dehiscente.

S. acaulis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 150. *n.* 491 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 640 - Lychnis ocymoides muscosa strictiore folio. *Barrel. Ic.* 379. et L. ocymoides muscosa latifolio. *Ic.* 380.

In editissimis jugis montium. *Sul Monte Calvo presso Subiaco*, *Vettore* Umbriae etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpurei.

Ordo IV Pentagynia.

CERASTIUM.

929. *vulgatum L. Sp. Pl. p.* 627. Hirsutum et pilis glanduliferis saepe viscidum. Caule coespitoso quandoque solitario, ramis dichotomis: foliis obtusis ovatis, inferioribus spathulatis in petiolum productis: floribus acutiusculis, terminalibus glomeratis in panicula, pedicellis brevissimis in fructu elongatis, laxata: foliis calycinis lanceolatis anguste membranaceo-marginatis: corolla calyce subaequali, laminis 2-fidis: capsula subcylindrica calyce longiore maturitate incurva, dentibus 10 lanceolato-linearibus, dehiscente.

C. vulgatum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 157. *n.* 522 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 746.

β pentandrum. Minor omnibus in partibus: stamina quinque.

C. vulgatum β *Bert. l. c. p.* 747.

In arvis, ageribus, muris vulgare. β in montibus Umbriae. *Vettore.*

Ann. Flor. Februario ad Majum. Flores albi.

930. *viscosum L. Sp. Pl. p.* 627. Hirsutum laete virens, quandoque glabrum. Caule e basi ramoso, ramis erectis: foliis acutiusculis, radicalibus spathulatis, caulinis oblongis, floralibus abbreviatis margine membranaceis: floribus terminalibus alaribusque, pedicellis praesertim alaribus saepe elongatis, in panicula dichotoma tandem laxa: foliolis calycinis ovatis longe acuminatis lato margine membranaceis: corolla calyce subaequali, laminis 2-fidis: capsula cylindrica calyce longiore, dentibus, dehiscente.

C. viscosum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 153. *n.* 523 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 749.

β semidecandrum. Macrius. Foliis parvis oblongis, foliis floralibus et calycinis latius marginatis.

C. viscosum β *Bert. l. c.* C. semidecandrum *Sebast. En. Pl .Amph. Flavii p.* 35. *n.* 55 – C. vulgatum β minus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 157. *n.* 522.

In arvis, aggeribus, muris vulgare etiam varietas.

Ann. Flor. Februario-Majo. Flores albi.

931 BRACHYPETALUM *Pers. Syn. Pl. t.* 1. *p.* 522. Hirsutum, squalide virens. Caule gracili, ramis elongato-dichotomis: foliis oblongis, inferioribus in petiolum contractis, floralibus lanceolatis: floribus terminalibus alaribusque cernuis, pedicellis elongatis et magis alaribus, in panicula laxissima inaequaliter dichotoma: foliolis calycinis lanceolatis anguste membranaceo-marginatis: corolla calyce breviore, petalis 2-fidis: capsula cylindrica calyce subaequali, dentibus 5-10 obtusissimis dehiscente.

C. brachypetalum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 753.

In montibus Latii, in martimis, et in arenosis circa urbem. *Albano*, *Ostia*, *Terracina*, *Macchia*, *Mattei*, etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

932. ILLYRICUM *Arduin. Spec. Alt. p.* 26. *t.* 11. Squalide virens, incano-villosum, villis patentibus. Caule erecto ramoso, ramis divaricatis: foliis, caulinis ovalibus acutis, inferioribus in petiolum productis, floralibus lanceolatis: floribus terminalibus alaribusque in fructu declinatis, pedicellis inaequalibus, alaribus elongatis, in panicula dichotoma laxiuscula: foliolis calycinis lanceolatis acutis, margine tenui albo-membranaceo: corolla calyce breviore, laminis obcordatis: capsula matura calyce sublongiore, dentibus 10 obtusis dehiscente.

C. illyricum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 754.

In maritimis Piceni. *A Cavaceppo presso Ascoli.*

Ann. Flor. Majo. Flores. albi.

933. CAMPANULATUM *Spr. Syst. Vegt. t.* 2. *p.* 418. Hirsutum, pilis saepius glanduoloso-viscosis. Caule ascendente e basi ramoso, ramis elongatis: foliis radicalibus spathulatis, caulinis ovalibus, floralibus lanceolatis: floribus terminalibus alaribusque cernuis inaequaliter pedicellatis in panicula tandem divaricato-laxa: foliolis calycinis oblongo-lanceolatis, margine albo-membranaceo: corolla calyce duplo saltem longiore, laminis obcordatis 2-fidis: capsula cylindrica, calyci subaequali, dentibus 10-tandem dehiscente.

C. campanulatum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 34. *n.* 54 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 158. *n.* 524 *tab.* 3 *f.* 1 – *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 755,

In arvis praesertim sterilibus vulgare.

Ann. Flor Martio-Majo. Flores albi.

934. REPENS *L. Sp. Pl. p.* 628. Pubescens. Caule decumbente, inferius ad nodos radicante, alterne ramoso: foliis ovato-oblongis acuminatis, inferioribus abbreviatis in petiolum productis, floralibus lanceolatis, margine albo-membranaceis: floribus cernuis refractis alaribus terminalibusque, pedicellis inaequalibus elongatis, in panicula laxiuscula dichotoma, foliolis calycinis lanceolatis acutis, margine albo-membranaceo angusto: corolla calyce duplo longiore: laminis 2-fidis: capsula matura cylindrica, calycem duplo superante, dentibus 10-dehiscente.

C. repens *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 757 – C. arvense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 158. *n.* 525 - C. sylvaticum *Sang. Cent. tres. p.* 66. *n.* 157.

In montibus subapenninis. *Riofreddo.*

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

935. AQUATICUM *L. Sp. Pl. p.* 629. Intense virens. Radice repente: caule decumbente alterne ramoso inferius glabro superius pubescenti-viscido: foliis majusculis, inferioribus petiolatis cordatis, superioribus sessilibus ovato-acuminatis, floralibus minoribus ex ovato-lanceolatis: floribus terminalibus alaribusque, pedicellis inaequalibus elongatis, in panicula divaricato-dichotoma laxissima: foliolis calycinis ovatis acutis, margine albo-membranaceo angusto: corolla calyci subaequali, laminis obtusis 2-partitis: capsula late-ovata calycem subsuperante, laciniis 5 2-dentatis, dehiscente.

C. aquaticum *Sang. Cent. tres. p.* 66. *n.* 157 - *Bert Fl. It. t.* 758.

In marginibus rivulorum prope Interamnam.

Perenn. Flor. Majo. Petala alba.

936. TOMENTOSUM *L. Sp. Pl. p.* 928. Albo-floccoso-tomentosum. Caule florifero erecto alterne ramoso, sterili simplici procumbente et ad nodos radicante: foliis linearibus acutis, quandoque lanceolato-acuminatis, floralibus minoribus lato margine membranaceo: floribus terminalibus breviter, alaribus longiuscule pedicellatis simplicibus vel in panicula contracta erecta: corolla calyce duplo longiore, laminis obcordatis 2-fidis: capsula cylindrica, dentibus 10 lanceolatis erectis, dehiscente.

C. tomentosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 159. *n.* 528 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 760. - Ocymoides Lychnitis reptans radice. *Columm. Phyt. ed. Neap. in calce p.* 19. *fig.* 20.

In jugis subapenninis Latii et in apenninis Umbriae. *Monte Calvo presso Subiaco, Guadagnolo, Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

937. ALPINUM *L. Sp. Pl. p.* 628. Varimode-villosum. Caule coespitoso ascendente, vel prostrato radicante alterne ramoso: foliis radicalibus spathulatis, caulinis ovatis oblongisque, floralibus ex oblongo-lanceolatis margine albo-membranaceo : floribus terminalibus alaribusque plerumque solitariis, pedicellis inaequalibus, in panicula laxiuscula: foliis calycinis oblongo-lanceolatis albo-marginatis : corolla calyce duplo etiam longiore, laminis cuneatis 2-fidis: capsula cylindrica basi ventricosa 10-costata, dentibus erectis obtusis, dehiscente.

C. alpinum. *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 763.

β angustifolium. Foliis lanceolato-linearibus.

C. alpinum β *Bert l. c.* - C. lineare *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 158 *n.* 526, et C. repens *l. c. n.* 527.

ϰ heterophyllum. Foliis inferioribus oblongis, superioribus anguste-linearibus.

C. repens ϰ *Bert. l. c. p.* 763.

In montibus Latii. *Albano*, *Quadagnolo* etc. β in rupestribus subapenninorum et apenninorum. *Monte Lucretile*, *Monte Vettore* etc. ϰ in Sabinae montibus. *Monte Leone.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

938. MANTICUM *L. Sp. Pl. p.* 629. Glabrum. Caule tenui erecto, ramis alternis saepe abortivis : foliis lanceolato-linearibus, radicalibus in petiolum productis, floralibus ovato-lanceolatis lato margine membranaceis : floribus terminalibus axillaribusque refractis, pedicellis elongatis exilibus, alaribus longissimis, in panicula terminali erecta stricta : foliis calycinis oblongo-lanceolatis, late membranaceo-marginatis corollis calyce duplo longioribus, laminis patentibus emarginatis, quandoque integris : capsula globosa calyci subaequale, dentibus 10 conniventibus, dehiscente.

C. manticum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 159. *n.* 529 – *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 769.

In pratis et pascuis, etiam montium elatiorum. *Ad Ostia*, *Anguillara Terracina*, et secus Nursiam *al lago del Castelluccio.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

939. TETRANDRUM *Smith. Engl. Flor. t.* 2. *p.* 322. Hirsuto-viscidum. Caule decumbente vel erecto a basi ramoso, ramis alternis: foliis ovatis vel ob-

longis inferioribus obtusis, superioribus acutiusculis, floralibus acuminatis non marginatis: floribus erectis, et magis alaribus elongatis, in panicula dichotoma lata tandem refracta: calycibus ut plurimum tetraphyllis, foliolis lanceolatis, exterioribus latius marginatis: corolla 3-petala calyce subreviori, laminis obcordatis: capsula calyce longiore, dentibus 8-10 erectis, dehiscente.

C. tetrandrum *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 752.

In montibus Latii. *Albano, la Riccia* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores albi.

AGROSTEMMA.

940. *Githago L. Sp. Pl. p.* 624. Villosa. Caule solitario superne ramoso: foliis lineari-elongatis, superioribus connato-vaginantibus: floribus solitariis longe pedunculatis: calyce tubuloso 10-costato, laciniis elongatis lineari-acuminatis, corollam superantibus: fauce corollae nuda, laminis obovatis: capsula, tubo calycis, subaequali.

A. Githago *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 731 - Lychnis Githago *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 157. *n.* 521.

In segetibus solo macriori frequens.

Ann. Flor. Junio. Flores rubro-violacei.

Vulgo. *Gettone, Gitone Gioglio nero.*

Observ. Semina ingesta capitis vertigines et ebrietatem inducunt, et seminibus *L. temulenti* noxiora sunt, ideo planta sedulo a frumento eliminanda.

941. *Coelirosa L. Sp. Pl. p.* 624. Glabra. Caule erecto solitario superne dichotomo: foliis lanceolato-linearibus, superioribus basi connatis: floribus solitariis longe pedunculatis: calyce clavato 10-striato, laciniis lanceolatis corolla brevioribus: fauce coronata laminis obcordatis: capsula, calycis tubum aequante.

A. Coeli-rosa. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 732 - Lychnis Coelirosa *Fior. Giorn. de' lett. di Pisa t.* 17. *p.* 11.

In apricis *Albano, presso il Circeo* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores rosei.

942. *coronaria L. Sp. Pl. p.* 625. Tomentoso-lanata. Caule erecto simplici superne dichotome ramoso: foliis ovato-oblongis basi subconnatis: floribus solitariis longe pedunculatis: calycibus tubuloso-campanulatis inaequaliter acute 10-costatis, laciniis linearibus acutis, corolla multo-brevioribus: fauce corollae, squamis 2-partitis rigidis, coronata, laminis obcordatis majusculis: capsula oblonga calycem aequante.

A. coronaria *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 734 - Lychnis coronaria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 256. *n.* 520. - L. coronaria alba umbilico carneo *Barrel. Icon.* 1006.

In sylvaticis, collinis, et montosis non infrequens.

Perenn. Flor. Junio. Flores purpurei.

943. *Flos-Jovis L. Sp. Pl. p.* 625. Lanata. Caule simplici erecto: foliis ovato-lanceolatis basi subconnatis ascendendo ovato-acutis: floribus fasciculato-corymbosis: calyce subclavato corolla multo breviore crasse 10-costato, dentibus acutis: fauce corollae squamis 2-fidis coronata, laminis obcordatis: capsula oblonga calyce duplo longiore.

A. Flos-Jovis. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 735.

In apricis appenninorum Piceni. *Castagne scoperte.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

LYCHNIS.

944. *Flos cuculi L. Sp. Pl. p.* 625. Pilis retrosis remotis hispida. Caule subsimplici erecto angulato: foliis radicalibus obverse-lanceolatis, caulinis lanceolatis inferioribus in petiolum productis, floralibus abbreviatis: floribus alaribus terminalibusque in panicula dichotoma: calyce campanulato 10-nervi 5-dentato: corolla calyce duplo longiore, unguibus angustis, squamis 2-fidis laciniis setaceis, coronatis laminis profunde 4-fido-2-fidis.

L. Flos cuculi *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 53. *n.* 142 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 156 *n.* 518. - *Bert. Fl. It. t.* 4 *p.* 737.

In pratis herbosis, collibus communis.

Perenn. Flor. Majo. Flores rosei.

Vulgo. *Margheritine rosse, Fiore di Cucco.*

945. *dioica. L. Sp. Pl. p.* 626. Hirsuta. Caule erecto superne dichotomo-ramoso: foliis ovatis, inferioribus in petiolum productis, floralibus lanceolatis abbreviatis: floribus dioicis alaribus, terminalibusque in corymbo dichotomo: calyce tubuloso 10-nervi 5-dentato, in fructu ovoideo-inflato: corolla calyce duplo longiore, unguibus angustis, calyci aequalibus, squamis 2-fidis laciniis obtusis, coronatis, laminis obtusis 2-fidis.

L. dioica *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 740.

β alba. Floribus albis.

L. dioica alba *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 156. *n.* 519.

γ rosea. Floribus roseis.

L. dioica γ *Bert. l. c.* - L. dioica *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 53 *n.* 143 - L. dioica β *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. l. c.*

Ad sepes in montanis Umbriae. *Valle Canetra*, β, γ apud nos promiscue satis frequens in pratis, ad sepes etc.

Perenn. Flor. tota aestate. Flores albo-rosei, in γ intensius rosei.

Vulgo. *Viola salvatica, Erba Nocca.*

946. LAETA *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. *t.* 3. *p.* 134. Glabra, laete virens. Caule erecto striato ramoso: foliis inferioribus oblongo-spathulatis, superioribus lanceolato-linearibus, floralibus linearibus, omnibus ciliatis: floribus paniculatis alaribus solitariis, in alaribus pedicellis elongatis: calyce tubuloso insigniter 10-nervi 5-fido, laciniis brevibus acuminatis, in fructu turbinato 10-gono: corolla calyce vix duplo longiore, unguibus longitudine calycis, squamis geminis acutis, coronatis, laminis angustis breviter 2-fidis.

L. laeta *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 744.

In maritimis Piceni inter segetes. *Al Porto di Fermo.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores rosei.

SPERGULA.

947. ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 630. Pubescens et pilis glanduliferis subviscida. Caule decumbente coespitoso, ramis dichotomis: foliis verticillatis linearibus inaequalibus: floribus in panicula trichotoma, pedicellis, in fructu refractis: foliolis calycinis ovatis acutis margine albo-membranaceo: petalis ovatis calyce sublongioribus: capsula calyce longiore: seminibus lenticularibus granulatis angustissime marginatis.

S. arvensis *Maur. Cent.* 13. *p.* 23 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 772. - Alsine tenuifolio altera, sive Alsine nomine Saginae Spergula Lob. et Pon. ab aliis Polygonum foemina: *Columm. Ecphr. t.* 2. *p.* 70.

An agris arenosis. *Ardea, Maccarese* etc.

Ann. Flor. aestata. Flores albi.

949. PILIFERA *DC. Prod. Syst. Nat. t.* 1. *p.* 394. Glabra, rarius pilis glanduliferis viscida. Caule coespitoso prostrato ramosissimo: folii oppositis linearibus subulato-aristatis, basi in membranam tenuem albo-membranaceam expansis, extipulatis: floribus terminalibus solitariis longe pedunculatis erectis: foliolis calycinis ovatis obtusis, margine albo-membranaceo: petalis obovatis obtusis, calyce longioribus: capsula calyci subaequali: seminibus laevibus ferrugineis subovoideis.

S. pilifera *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 176.

In herbosis alpinis. *M. Bernardo nel Vettore.*

Suffrutic. Flor. Junio-Julio. Flores. albi.

949. GLABRA *Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p. I. p.* 821. Caule coespitoso flagelli-

formi repente, ramis exilibus elongatis: foliis filiformibus subulatis breviter aristatis, basi in membranam albo-membranaceam expansis, extipulatis: floribus terminalibus axillaribusque solitariis longe pedunculatis cernuis: foliis calycinis oblongis obtusis albo-membranaceo-marginatis: petalis obovatis calyce duplo longioribus: capsula calycem subsuperante: seminibus minutissimis reniformibus dorso canaliculatis.

S. glabra *Bert. Fl. It t.* 4. *p.* 777.

In pratis alpinis Nursiae,' *Monte la Ventosa.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

OXALIS.

950. ACETOSELLA *L. Sp. Pl. p.* 620. Pilosiuscula. Radice repente squammosa, squamis ovatis: foliis digitato-3-foliatis, foliolis obcordatis: scapis radicalibus 1-floris: foliolis calycinis oblongo-lanceolatis: corolla campaniformi calyce duplo longiore, laminis obovato-cuneatis: capsula ovoideo-pentagona calycem aequante.

O. Acetosella *Bert Fl. It. t.* 4. *p.* 726.

In umbrosis humidis Umbriae. *Vettore Macchie del Cavaliere.*

Perenn. Flor. Junio. Flores rosei venis saturatioribus.

Vulgo. *Acetosella, Alleluja.*

Usus. Uti refrigerans in rebus medicis habita, licet nunc parum in usu.

951. CORNICULATA *L. Sp. Pl. p.* 623. Subcinereo-virens, pilosa. Radice fibrosa: caule decumbente ramoso: foliis stipulatis digitato-3-foliatis, foliolis obcordatis: pedunculis axillaribus solitariis, folio subaequalibus, serto paucifloro, terminatis: calyce 5-partito laciniis oblongis: corolla campanulata, calyce duplo longiore, laminis obcordato-cuneatis: capsula pentagona pyramidata, calyce subtriplo longiore.

O. corniculata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 61. *n.* 196 – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 156. *n.* 517 - O. lutea *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 32.

Ad margines viarum, juxta sepes, muros vulgaris.

Perenn. Flor. Majo-Autumno. Flores flavi.

Vulgo. *Acetosa, Alleluja.*

SEDUM.

952. LATIFOLIUM *Bert. Amoen. It. p.* 366. Glabrum. Caule ascendente erecto folioso: foliis oppositis latis elliptico-ovatis amplexicaulibus serratis: floribus corymbosis, corymbo terminali composito, lateralibus longe pedunculatis fastigiatis: laciniis calycinis ovato-lanceolatis, petalis ovato-oblongis, etiam

triplo brevioribus: staminibus corolla sublongioribus: capsulis ovato-oblongis corollam superantibus.

S. latifolium *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 694 - S. Telephium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 54. *n.* 508 - Colyledon alterum Dioscoridis Cymbalaria verior *Columu. Ecphr. t.* 1. *p.* 305. *fig. p.* 307 - Telephium majus subrotundo folio floribus albis *Barrel. Ic.* 838.

In saxosis montium. *Albano, Tuscolo* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores dilute purpurei nervo carinali petalorum conspicuo.

Vulgo. *Fava grassa, Erba da calli.*

953. STELLATIUM *L. Sp. Pl. p.* 607. Glabrum, laete virens. Caule solitario inferne parce ramoso: foliis obovato-spathulatis obtusis angulato-dentatis, inferioribus in petiolum longiorem productis: floribus solitariis subsessilibus in racemo foliato plerumque 2-fido: laciniis calycinis lanceolato-ovatis acutis, petalis lanceolato-ovatis, subquadruplo brevioribus: staminibus, capsulisque cylindricis, apice acuminato, stellatim patentibus, corolla subrevioribus.

S. stellatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 154. *n.* 509 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 696. - Sempervivum tertium. *Columu. Phyt. ed. Neap. p.* 40. *fig. p.* 42.

In sterilissimis saxosis frequens. *Albano, isola Farnese* etc.

Ann. Flor. Junio. Flores albo-rubidi, nervo carinali petalorum viride.

954. GALLIOIDES *All. Fl. Ped. t.* 2. *p.* 120. Rubens. Caule ascendente erectove saepe ramoso: foliis spathulatis obtusis sparsis vel verticillato-quaternis: floribus in racemo composito elongato, racemulis axillaribus: laciniis calycinis lanceolatis acutis, petalis anguste lanceolatis acuminato-aristatis quintuplo brevioribus: staminibus capsulisque ovato-oblongis erectis, apice acuminato-aristato, corolla brevioribus.

S. galioides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 154. *n.* 510. *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 700.

In umbrosis sylvaticis ad muros vulgare.

Ann. Flor. Junio. Flores albo-carnei, petalorum nervo carinali rubicundo.

955. MAGELLENSE *Ten. Fl. Neap. t.* 4. *p.* 246. Glabrum. Caule ascendente: foliis ovato-oblongis sessilibus inferioribus imbricatis: floribus breviter pedunculatis ante anthesim nutantibus, in racemo stricto elongato: laciniis calycinis ovatis, petalis lanceolatis acuminatis quadruplo etiam brevioribus: staminibus corollam aequantibus: capsulis turgidis coadunatis cuspidatis, petalis longioribus.

S. magellense. *Sang. Cent. tres p.* 66. *n.* 146 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 703.

Ad rupes in apenninis *Vettore.*

Annuum. Flor. Julio. Flores supurco-albidi, nervo carinali petalorum virenti.

956. ALTISSIMUM *Guss. Fl. Sic. Prod. t.* 2. *p.* 520. Glaucum. Caule erecto tereti, quandoque basi ramoso: foliis crassis tereti-depressis cuspidatis basi solutis: floribus subsessilibus in cyma ramosa 4-fida: laciniis calycinis ovatis, petalis 5-8 lanceolatis obtusiusculis, triplo minoribus: staminibus corolla brevioribus: capsulis rostratis petala vix superantibus.

S. altissimum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 703 - S. anopetalum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 155. *n.* 516.

In veteribus muris, tectis, hortorum parietibus Romae vulgare.

Suffrut. Flor. aestate. Flores albo-luteoli, nervo carinali petalorum castaneo-virenti.

957. REFLEXUM *L. Sp. Pl. p.* 628. Glabrum, virens. Caulibus teretibus, sterilibus procumbentibus, floriferis assurgentibus: foliis tereti-subulatis sparsis basi solutis: floribus breviter pedunculatis in cyma ramosa erecta, ramis in fructu declinatis: laciniis calycinis oblongis obtusis, petalis lanceolatis, duplo brevioribus: staminibus capsulisque oblongis, apice acuminato-rostrato tandem recurvo, corolla subaequalibus.

S. reflexum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 69. *n.* 208 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 155. *n.* 515 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 704.

In montium saxosis umbrosis. *Albano, Rocca di Papa, Monte della Croce di Tivoli* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores aurei, nervo carinali petalorum concolore.

958. ALBESCENS *DC. Prod. Syst. Nat. t.* 3. *p.* 407. Intense glaucum. Caulibus sterilibus procumbentibus, fertilibus erectis: foliis teretibus attenuato-subulatis strictis: floribus breviter pedunculatis in cyma erecta ramosa, ramis lateralibus in fructo declinatis: laciniis calycinis ovatis acutis, petalis lanceolatis, duplo brevioribus: staminibus corollam aequantibus: capsulis oblongis, acumine elongato, petala superantibus.

S. albescens *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 705.

In collibus aridis apenninorum et ad muros Umbriae et Piceni. *Terni, Vettore* etc.

Perenn. Flor. Junio-Agusto. Flores citrini, nervo carinali petalorum saturatiore.

959. *album* *L. Sp. Pl. p.* 619. Glabrun senio rubescens. Caulibus sterilibus decumbentibus tortuosis, floriferis erectis: foliis cylindraceis obtusis basi solutis tandem remotis patulis: floribus inaequaliter pedicellatis in corymbo ramoso terminali fastigiato: lacinis calycinis brevibus obtusis, petalis oblongis acutis obtusisve sub-4-druplo brevioribus: staminibus corolla brevioribus: capsulis ovato-acutis, stylo persistenti rostratis, petalorum longitudine.

S. album *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 703. excluso syn. *Fl. Rom. Prod.*

In muris campestribus Umbriae Picenii et Latii: *Terni*, *Norcia*, *Ascoli*, *Tivoli.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi, nervo carinali petalorum ut plurimum viride.

960. *dasiphyllum* *L. Sp. Pl. p.* 618. Glaucescens. Caule-coespitoso decumbente basi ramoso apice pubescente, pilis glanduliferis diaphanis: foliis carnosis semiovatis obtusi: floribus pedicellatis nutantibus tandem erectis in panicula subcorymosa: laciniis calycinis ellipticis obtusis, petalis oblongis lanceolatisve, triplo etiam brevioribus: staminibus corolla brevioribus: capsulis conicis, stylo brevi acutatis, petala aequantibus.

S. dasyphyllum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii. p.* 6. *n.* 207 – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 115. *n.* 512 – *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 710.

In montium petrosis, *A Tivoli sul monte della Croce*, et in monte *Vettore* Umbriae.

961. *hispanicum* *L. Sp. Pl. p.* 618. Glaucum tandem rubescens. Caule coespitoso assurgente e basi ramoso: foliis sparsis teretiusculis oblongis: floribus brevissime pedicellatis in cyma racemosa, ramis patulis: laciniis calycinis brevibus lanceolatis, petalis 5-6 lanceolatis acuminato-aristatis, quintuplo brevioribus: staminibus, capsulisque conicis acutis stylo rostratis, corolla brevioribus.

S. hispanicum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 713. - S. album *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 155. *n.* 511.

In tectis muris saxosis obvium.

Bienn. Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albo carnei, nervo corinali petalorum rubicundo.

962. *rubens* *L. Sp. Pl. p.* 619. Superne pubescens. Caule simpliciusculo tereti superne ramoso: foliis teretibus crassis sparsis basi solutis: floribus

sessilibus aproximatis in cyma conferta ramis spicatis: laciniis calycinis lanceolatis acutiusculis, petalis lanceolatis acuminato-aristatis, quadruplo brevioribus : staminibus, capsulisque ovatis scabris breviter rostratis, corolla brevioribus.

S. rubens *Fior. Gior. de lett. di Pisa t.* 17. *p.* 119 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 715.

In rupestribus. *A Tivoli presso S. Antonio.*

Ann. Flor. Junio. Flores albi, vel rubelli, nervo carinali petalorum saturatiori vel viride.

963. ATRATUM *L. Sp. Pl. p.* 1673. Glabrum virens tandem rubro-sanguineum. Caule ascendente simplici vel basi ramoso: foliis obtusis sparsis teretibus glabris: floribus crasse pedicellatis in corymbo fastigiato simplici: laciniis calyciniis ovato-lanceolatis, petalis ovatis acutiusculis, sublongioribus : staminibus corolla dimidio brevioribus: capsulis semiovatis stellatim patentibus, stilo brevi spiculatis, petala subaequantibus.

S. atratum *Sang. Cent. tres. p.* 65. *n.* 145 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 718.

In summis apenninis inter saxa. *Vettore.*

Ann. Flor. Julio. Flores albi, nervo carinali petalorum purpureo.

964. ACRE *L. Pl. Sp. p.* 619. Glabrum. Caulibus coespitosis basi ramosis, sterilibus decumbentibus, floriferis assurgentibus: foliis semiovatis obtusis sparsis basi solutis, in caule sterili imbricatis, in fructifero remotis: floribus pedicellatis in cyma racemosa vel corymbosa quandoque solitariis, laciniis calycinis oblongis obtusis, petalis lanceolato-acuminatis quadruplo brevioribus: capsulis subconicis stellatim patentibus, stilo longe rostrato, petalis longioribus.

S. acre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 155. *n.* 513 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 721.

In muris, sterilissimis, montium saxosis. *Monte Gennaro,* et circa Romam *Monte Mario.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores luteo-aurei , nervo petalorum carinali vix conspicuo.

Obs. Sapor herbae acidus.

Usus. Planta acris diuretica emetica, in scorbuto et hydrope olim adhibita, mox oblivioni tradita, nunc vero meliori omine reviviscens dum in medendos epilepsiae accessus feliciter usurpatur.

965. *sexangulare* *L. Sp. Pl.. p.* 620. Glabrum saturate virens. Caulibus coespitosis ramosis, sterilibus prostratis radicantibus, floriferis ascendentibus: foliis cylindricis basi solutis, in caulibus sterilibus verticillato-ternis sexfariam imbricatis, in floriferis laxatis sparsis: floribus parvis sessilibus in cyma spicata 3-fida, laciniis calycinis oblongis, obtusis, petalis lanceolato-acuminatis, triplo brevioribus: capsulis semiconicis erecto-patulis, stilo longe rostrato, petala subaequantibus.

S. saxangulare. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 155. *n.* 514. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 723.

In petrosis montium. *A Tivoli sul monte della Croce* etc.

Flor. Junio-Julio. Flores luteo-albi, nervo carinali petalorum subobsoleto.

Obs. Herba inspida.

COTYLEDON.

966. *Umbilicus* *L. Sp. Pl. p.* 757. Radice tuberosa: caule subsimplici erecto: foliis radicalibus peltatis reniformi-subrotundis crenatis, caulinis minoribus, ultimis cuneatis: pedunculis, bracteis lanceolato-linearibus sublongioribus: corollis tubulosis pendulis, laciniis acutis.

C. Umbilicus. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 37. *n.* 68. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 154. *n.* 507. - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 691 - C. majus *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 35.

In muris umbrosis communis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores rubro-glaucescentes.

Vulgo. *Ombrellini, Umbilico di Venere.*

967. *horizontalis* *Guss. Fl. Sic. Prod. t.* 1. *tab.* 517. Radice tuberosa: caule subsimplici: foliis radicalibus peltatis orbiculato-crenatis cucullatis, superioribus lanceolatis: pedunculis, bractea lineari subulata, duplo brevioribus: corollis ovoideis erectis demum horizontalibus, laciniis acuminatis.

C. horizontalis *Sang. Cent. tres. p.* 65. *n.* 144 - *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 692.

Ad muros in sylvaticis communis.

Perenn. Flor. Majo. Flores violacei aut sordide carnei.

Decandria Decagynia.

PHYTOLACCA.

968. *decandra* *L. Sp. Pl. p.* 631. Foliis ovato-lanceolatis acutis: racemis longe pedunculatis: floribus decandris decagynis.

Ph. decandra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 159 *n.* 530 - Ph. americana majori fructu *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 51.

In ruderatis circa vineas, ad sepes Romae communis.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albidi.

Vulgo. *Uvetta di Spagna.*

Usus. Succo atro sanguineo baccarum, colore rubro, vinum tingunt.

CLASSIS XI DODECANDRIA

Ordo I. Monogynia.

Lythrariae Schultz.

204. LYTHRUM L. Calyx 1-sepalus liberus tubulosus vel campanulatus 6-12-dentatus, dentibus alternis saepe longioribus: corolla 6-petala raro 4-5, petalis tubo calycis insertis, et dentibus calycinis longioribus: stamina 6-12 filamentis filiformibus, antheris subrotundis: stilus filiformis: stigma capitatum: capsula oblonga vel cylindrica 2-locularis dehiscens arcte calyce cinta.

Portulaceae Juss.

205. PORTULACA L. Calyx adherens, limbo 2-partito persistente: corolla 5-petala, petalis aliquando ima basi connatis: stamina 12 aliquando 5-16, filamentis subulatis, antheris didymis: stilus brevissimus: stigmata 6-filiformia: capsula ovata apice conoidea 1-locularis circumscissa, operculo deciduo, limbo calycis persistentis cinta: placenta basilaris.

Asarineae Bartl.

206. ASARUM L. Perigonium sepaloideum tubulosum coriaceum inferne adherens, superne liberum 2-fidum: stamina 12: antherae 2-loculares loculis connectivo sejunctis, medio filamenti subulati adfixae: stilus staminibus brevior: stygma peltatum lobatum vel 6-partitum: capsula 6-locularis limbo perigonii coronata: semina arillata.

Ordo II. Digynia

Sanguisorbeae Schultz.

207. AGRIMONIA L. Calyx 1-sepalus liberus, bracteis duabus calyculatus, tubo campanulato sulcato, setis glochidiatis superius cinto, limbo 5-fido

segmentis patulis in fructu conniventibus: corolla rosacea laminis obovatis, limbo calycino longioribus: stamina 12–14 corolla breviora, filamentis filiformibus, antheris didymis: ovaria stilique duo: stigmata obtusa, nuculae membranaceae 2 monospermae, calyce indurato inclusae.

208. AREMONIA L. Calyx duplex persistens uterque 1-sepalus liberus, externus 9-12-fidus, laciniis lanceolatis inaequalibus, interior tubulosus tubo oblongo, limbo 5-fido laciniis linearibus: corolla rosacea, petalis obovatis, limbo calycis interni longioribus: stamina 5-10 corolla breviora, filamentis filiformibus, antheris subrotundis: ovaria 2: stili 2 staminibus breviores: stigmata orbiculato-depressa: nuculae 3 membranaceae monospermiae, calyce indurato inclusae, altera obortiva.

Ordo III. Trigynia.

Resedaceae Rich.

209. RESDA L. Calyx 4-sepalus liberus persistens 4–6-partitus, laciniis angustis patentibus: corolla irregularis 4-6-petala, petalo supremo majore, reliquis successive minoribus, unguibus coriaceis carinatis, laminis superiorum 3-multifidis, inferiorum 2-fidis vel integris: squama crassa semilunaris nectarifera in parte superiore receptaculi: stamina 10–20, inter ovarium et nectarium inserta, filamentis subulatis, antheris oblongis: stili subnulli: stigmata papillosa: capsula angulata apice 4-cornis, cornuum latere interno dehiscens polysperma: semina reniformia.

Ordo IV. Pentagynia.

Mesembrinae Schultz.

210. GLINUS L. Perigonium liberum 5-partitum intus coloratum persistens: stamina 12–20 perigonio breviora, filamentis subulatis, antheris cordato-oblongis: setae nectariferae 2-4-fidae, perigonio breviores, numero variae staminibus interpositae: stili breves basi connati: stigmata simplicia: capsula membranacea pentagona 5-locularis 5-valvis, dissepimentis medianis: semina funiculo setiformi elongato, basi in arillum extenso, placentae columnari adfixa.

ORDO V. DECAGYNIA.

CRASSULACEAE BARTL.

211. SEMPERVIVUM L. Calyx 1-sepalus liberus 6-12-partitus laciniis lanceolatis: petala patentia laciniis calycinis numero aequalia: stamina petalorum numero dupla, filamentis subulatis, antheris subrotundis: ovaria 10-12 in orbem disposita, nectariis squamiformibus, ut plurimum cinta: stili erecto-patuli: stigmata capitata: capsulae oblongae compressae, sutura interna dehiscentes: semina margine utrinque adfixa.

DODECANDRIA MONOGYNIA.

LYTHRUM.

969. *SALICARIA L. Sp. Pl. p.* 640. Caule erecto tetragono: foliis oppositis ovato-lanceolatis obtusis: floribus 12-andris in racemo terminali spicato: bracteis ovato-lanceolatis, floribus brevioribus: calycis cylindrici 12-dentati, dentibus alterne longioribus: corollae ut plurimum hexapetalae, petalis oblongo-lanceolatis obtusis, calyce longioribus.

L. Salicaria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 161. *n.* 532 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 10 – Lysimachia trifolia spicata purpurea *Bocc. Mus. di Piant. p.* 167. *tab.* 120 - Salicaria vulgaris *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 59.

Ad ripas Tyberis et in aquosis communis.

Perenn. Flor. Julio Agusto. Flores purpurei.

Vulgo. *Salicaria.*

970. *GRAEFFERI Ten. Fl. Nap. t.* 4. *p.* 255. Caule acute tetragono inferne repente alterne ramoso: foliis inferioribus oblongo-ellipticis, superioribus lineari-lanceolatis: floribus 12-andris solitariis axillaribus: bracteis duabus lineari-subulatis in medio pedunculi: calycis tubuloso-conoidei 12-dentati, dentibus lanceolatis acutis alterne longioribus: corollae hexapetalae petalis ovato-oblongis margine undulatis longitudine calycis.

L. Graefferi *Fior. Gior. de lett. di Pisa. t.* 17. *p.* 12 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 12 - L. Hyssopifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 161. *n.* 533 – Polygonum aquaticum majus *Barrel. Ic.* 773. *fig.* 1.

Ad ripas fluminum, et in arenosis humidis.

Perenn. Flor. Majo. Flores roseo-violacei.

971. *HISSOPIFOLIA L. Sp. Pl. p.* 642. Caule tetragono ascendente vel erecto: foliis linearibus alternis: floribus hexandris solitariis axillaribus breviter pedunculatis: bracteis duabus linearibus in apice pedunculi: calycis cy-

lindrici attenuati 12-dentati, dentibus lanceolatis acutis alterne longioribus: corollae hexapetalae petalis ovato-oblongis margine undulatis longitudine calycis.

L. Hyssopifolia *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 14.

In pascuis humentibus circa Urbem. *Tor di Quinto.*

Ann. Flor. Junio. Flores purpurei.

PORTULACA.

972. OLERACEA *L. Sp. Pl. p.* 638. Caule ramoso prostrato vel decumbente: foliis cuneiformibus sessilibus: floribus sessilibus: terminalibus confertis.

P. oleracea *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 160. *n.* 531. - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 8. - P. latifolia *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 59.

In locis arenosis, ambulacris hortum communis.

Ann. Flor. Julio. Flores aurei.

Vulgo. *Porcacchia, Porcellana.*

Usus. Herba suibus gratissima unde nomen vulgare. In acetariis communiter appetitur. Linnaeus in sua materia medica Partulacae herba semina enumerat utpote quae apud medicos uti refrigerans invaluit, mox obsolevit.

ASARUM.

973. EUROPAEUM *L. Sp. Pl. p.* 633. Foliis geminatis reniformibus obtusis: perigoniis erectis extus villosis.

A. europaeum *Sang. Cent. tres. p.* 67. *n.* 149 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 3.

In montium elatiorum Latii, et Umbriae. *Monte Gennaro*, *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Majo. Flores atro-purpurei.

Vulgo, et in officinis *Asaro*, *Baccara.*

Usus. Radix purgans est, vi vomitoria, et errhina gaudet, in malancholia et flemmis pluries laudabiliter usurpata, nunc parum in usu.

DODECANDRIA DIGYNIA.

AGRIMONIA.

974. EUPATORIA *L. Sp. Pl. p.* 643. Hirsuta. Caule erecto parce ramoso: foliis interupte pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis profunde dentato-serratis impari petiolutata: floribus in racemo spicato fructifero interupto, bracteis lanceolatis: tubo calycis campanulato, setis patulis, petalis calyce duplo longioribus.

A. Eupatoria *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 18 - A. Eupatorium *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 161. *n.* 213 - A. odorata *Sang. Cent. tres. p.* 67. *n.* 150 - A. officinarum *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 57 - Eupatorium Dioscoridis *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 138 - Agrimonium odoratum *Barrel. Ic.* 611.

Ad margines viarum in apricis et in nemorosis.

Perenn. Flor. Junio-Octobri. Flores lutei.

Vulgo. *Agrimonia.*

Usus. Adstringentis et diureticae famam habuit, nunc vix commemoratur.

AREMONIA.

975 *Agrimonioides* DC. *Prod. t.* 2. *p.* 588. Villis patulis hirsuta. Caule decumbente: foliis interrupte pinnatis, inferioribus longe, superioribus successive brevius pretiolatis, foliolis obovato-cuneatis: corymbo terminali paucifloro: tubo calycis turbinato: petalis, calyce, duplo longioribus.

A. Agrimonioides *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 22 - Agrimonioides *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 145.

In alpinis Umbriae. *Monte de' Fiori.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores flavi.

Dodecandria Trigynia

RESEDA.

976 *Luteola* L. *Sp. Pl. p.* 643. Caule erecto fistuloso saepius ramoso, ramis alternis: foliis lanceolato-linearibus integris, dente longiusculo subulato utrinque ad basim: floribus in racemo terminali spicato: calyce 4-fido, laciniis oblongis margine membranaceis: corolla 3-5-petala, petalo superiore majore flabellato-laciniato, lateralibus duobus minoribus 3-fidis: capsula uniloculari ovoidea, apice tricorni, cornibus crassis erectis.

R. Luteola *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 161. *n.* 535 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 24.

Ad vias campastres et in muris vetustis.

Ann. Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores albo-virides.

Vulgo. *Quaderella.*

Usus. Tota planta lanas, luteo colore, inficit, ideo quamplurimis in locis late colitur.

977 *lutea* *L. Sp. Pl. p.* 645. Caule decumbente, adscendente simplici vel alterne ramoso: foliis inferioribus simplicibus obovato-lanceolatis, superioribus decurrentibus trifido-subpinnatifidis: racemo terminali spicaeformi tandem laxo: calyce 6-partito, laciniis linearibus: corolla hexapetala, petalis tribus superioribus, calyce sublongioribus 3-fidis, duobus calyce brevioribus 2-fidis, sexto lineari indiviso: capsula 1-loculari oblonga apice breviter tricorni.

R. lutea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 161. *n.* 536 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 26.

In ruderatis, arenosis, et ad ripas Tyberis frequens. *Cortile di S. Marco Nemi, Viterbo* etc.

Perenn. Flor. Aprili in Augustum. Flores luteoli parvi.

978 *suffruticosa* *L. Sp. Pl. p.* 645. Caule erecto angulato striato: foliis planis undulatis pinnatifidis, pinna ultima ut plurimum elongata, dente parvo utrinqne ad basim: racemo terminali spicato tandem laxo: floribus tetragynis: calyce 5-partito, laciniis lanceolato-linearibus margine membranaceis: corolla 5-petala, petalis trifidis: capsula 1-loculari tetragona saepe elongata, apice ut plurimum quadricorni, cornibus brevibus.

R. suffruticosa *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 29 – R. alba *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 162. *n.* 537 – R. undata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 66. *n.* 194 – R. minor incisis foliis *Barrel. Ic.* 587 – R. crispa gallica. *Bocc. Pl. Sic p.* 77. *f. p.* 76. *tab.* 41. *fig. III.*

In muris antiquis, et locis saxosis communis. *Colosseo, Palazzuola* etc.

Perenn. Flor. Martio-Junio. Flores albi.

979 *Phyteuma* *L. Sp. Pl. p.* 645. Caule caespitoso decumbente ramoso, quandoque simplici: foliis ut plurimum trìfidis, superioribus sessilibus, inferioribus in petiolum decurrentibus: floribus in racemo terminali laxo: calyce 6-partito, laciniis inequalibus lanceolato-spathulatis in fructu maximis: corolla hexapetala, petalis quatuor superioribus multifidis, duobus inferioribus angustissimis simplicibus: capsula subovoidea majuscula 6-angulari 1-loculari, cornibus brevissimis, intus dehiscente.

R. Phyteuma *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 162 *n.* 538 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 33 - Erucago apula trifida, et quinquefida *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 266. *p.* 267.

Ad vias in incultis vulgatissima.

Ann. Flor. Aprili ad Augustum. Flores albi leviter odori.

Dodecandria Pentaginia.

GLINUS.

980 lotoides *L. Sp. Pl. p* 663. Tomentosus. Caule herbaceo: foliis fasciculatis inaequalibus longe petiolatis oblongis: floribus fasciculatis breviter pedunculatis.

G. lotoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 166. *n.* 556 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 104 - Alsine Lotoides sicula. *Bocc. Pl. Sic. p.* 21. *t.* 11 - Portulaca Boetica luteo flore spuria aquatica *Barrel. Ic.* 336.

In inundatis mare versus. *Paludi Pontine.*

Ann. Flor. Septembri-Octobri. Flores lutei.

Dodecandria Decagynia.

SEMPERVIVUM.

981 montanum *L. Sp. Pl. p.* 665. Pilis glanduliferis pubescenti-viscidum. Foliis lanceolatis mucronulatis: propaginum foliis externis patentibus, internis conniventibus: floribus in cyma terminali: petalis 10-14 patentibus, calyce triplo longioribus: staminibus sub-20: laminis nectariferis parvis erectis subquadratis: capsulis ovato-oblongis hinc compressis, stylo in rostro producto, coronatis.

S. montanum *Bert. Fl. Il. t.* 5. *p.* 109 - Sedum montanum umbilicatum incanum minus, floribus saturate purpureis. *Barrel. Ic.* 374. et S. majus non reticulatum flore purpureo, montanum angustifolium 391 *fig.* 2.

In rupestribus apenninorum Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores purpurei vel rosei, nervo purpureo.

982 arachnoideum *L. Sp. Pl. p.* 665. Foliis lanceolatis piloso-ciliatis, pilis orachnoideo-lanatis intetextis: propaginibus globosis: floribus in cyma terminali, et in racemis axillaribus: petalis 6-9 patulis, calyce subtriplo longioribus: staminibus sub-20: squamis nectariferis truncato-emarginatis: capsulis ovato oblongis incurvis, stylo recurvato, rostratis.

S. arachnoideum *Sang. Cent. tres p.* 68. *n.* 152 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 111. S. rubrum montanum gnaphalodes *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 292. *fig.* 291 - Sedum montanum roseum reticulatum. *Barrel. Ic.* 391 *et* 393.

In summis apenninis ad rupes.

Perenn. Flor. Augusto. Flores rosei.

CLASSIS XII ICOSANDRIA

Ord I. Monogynia

Amygdaleae Bartl.

212 AMYGDALUS L. Calyx liberus 1-sepalus, tubo campanulato, limbo 5-fido patente: corolla rosacea, laminis obovatis patentibus: stamina inaequalia, corolla breviora, filamentis subulatis, antheris subrotundis: ovarium liberum villosum: stylus filiformis crassiusculus, stamina longiora, subaequans: stigma depressum capitatum: drupa oblonga aut subrotunda hinc sulcata, carne crassa vel coriacea, putamine foraminibus pertuso vel reticulato-sulcato.

213 PRUNUS L. Calyx liberus marcescens, tubo subcampanulato, limbo 5-fido, laciniis demum reflexis: corolla rosacea, laminis subrotundis calycem superantibus: stamina subaequalia, filamentis subulatis, antheris subrotundo-didymis: ovarium liberum laeve: stylus filiformis longitudine staminum: dirupa oblonga vel globosa in latus laeviter sulcata 1–2-sperma, carne succosa, putamne laevi.

Myrtaceae Schultz.

214 MYRTUS L. Calycis tubus turbinatus adhaerens, limbus liberus sub-5-partitus: corolla rosacea, laminis ut plurimum subrotundis: staminum filamenta subulata, antheris ovatis: stylus filiformis: stigma obtusum: bacca subrotunda, limbo calycis coronata, 2-3-locularis, loculis 1-∞-spermis.

Granateae Don.

215 PUNICA L. Calycis tubus turbinatus coriaceus adhaerens, limbus liberus 5-7-fidus: corolla rosacea, laminis 5-7 obovatis, laciniis calycinis, longioribus et alternis: stamina plurima, corolla, breviora, filamentis exilibus, antheris 2-locularibus lateraliter dehiscentibus: stylus crassus, stamina aequans: stigma clavatum: balaustium, tubo calycis 5-fidi, parte superiore coarctato, coronatum, intus septis placentariis horizontalibus irregularibus incompletis, multiloculare: semina numerosa quadrata, arillo aquoso diaphano colorato, circumdata.

Cacteae DC.

216 CACTUS L. Calycis tubus ovatus adhaerens, limbus liberus 5-partitus deciduus: corolla rosacea multipetala, petalis patentibus: stamina numerosa, filamentis filiformibus, antheris ovatis oscillatoriis: stylus tubulosus: stigma multifidum: bacca umbilicata minime coronata polysperma: semina in pulpa nidulantia.

ORD. II. DI-PENTAGYNIA

Spireaceae Bartl.

217 SPIRAEA L. Calyx 1-sepalus liberus persistens, tubo brevi campanulato, limbo 5 quandoqne 6–8-partito: corolla rosacea 5-6-8-petala, laciniis subrotundis, partibus calycinis alternis: stamina seriata, filamentis subulatis, antheris subrotundis: styli erecti vel incurvi: stigmata capitata: capsulae 2-∞, circa axem floris dispositae, oblongae compressae, raro basi coalitae, 1-loculares, stylo rostratae 1-olygospermae, apice et latere interno dehiscentes.

Rosaceae Juss.

218 SORBUS L. Calyx adhaerens, tubo campanulato vel urceolato, limbo libero 5-dentato tandem marcescente: corolla rosacea 5-petala, petalis parvis subrotundis concavis patentibus: staminum filamenta subulata, antherae subrotundae: styli 3-4-5 filiformes: stigmata obtusa tandem dilatata: pomum globosum vel turbinatum pulposum, parietibus loculorum coriaceis 2-spermis, semine altero abortivo.

219 PYRUS L. Calyx adhaerens, tubo subrotundo vel turbinato, limbo libero 5-fido marcescente corolla rosacea 5-petala, petalis obovatis concavis patentibus: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris oblongis: styli crassiusculi lati connati: stigmata capitata: pomum turbinatum vel subrotundum carnosum 3-loculare, loculis coriaceis 1–2-spermis, seminibus nudis.

220 CYDONIA PERS. Calyx lanuginosus adhaerens, tubo subrotundo, limbo libero 5-fido:corolla rosacea 5-petala, petalis suborbiculatis majusculis

patentibus: stamina erecta, corolla multo breviora , filamentis subulatis, antheris subrotundis: styli basi connati, inferne villosi: stigmata capitata: pomum subrotundum, carne solida, 5-loculare, loculis cartilagineis polyspermis: seminibus mucillagine obductis.

221 MESPILUS L. Calyx adhaerens , tubo subgloboso , limbo libero 5-partito diu persistente et virente: corolla rosacea 5-petala , laminis obovatis vel oblongis patentibus vel erectis: staminum filamenta subulata: antherae ovatae: styli 2-5: stigmata obtusa: pomum turbinatum vel subrotundum umbilicatum 1-5-loculare, carne tandem molle, putamine osseo vel coriaceo, loculis 1-spermis, nonullis quandoque abortivis.

222 CRATAEGUS L. Calyx adhaerens, tubo subgloboso, limbo 5-fido patente vel erecto tandem marcescente: corolla rosacea 5-petala, laminis subrotundis concavis: staminum filamenta subulata: antherae oblongae: styli 1-5 filiformes: stigmata capitata: pomum globosum vel ellipsoideum umbilicatum 1-5-loculare, carne jamdudum solida, putamine coriaceo vel osseo , loculis 2-spermis, abortu quandoque 1-spermis.

Mesembrinae Schultz

223 MESEMBRYANTHEMUM L. Calyx carnosus adhaerens, tubo turbinato , limbo 5-partito persistente: petala staminaque numerosa multiseriata: petalorum laminae lineares basi inter se et cum filamentis capillaribus coalitae, quandoque liberae: antherae oblongae: styli subulati 4-5-12-20: stigmata acuta: capsula connata subpentagona, apice prominulo radiatim dehiscens, multilocularis: semina numerosa.

ORD. III DECA-POLYGYNIA

Rosaceae Juss.

224 DRYAS L. Calyx 1-sepalus liberus patens persistens 8-fidus , laciniis aequalibus: corolla rosacea 8-petala, petalis oblongis, laciniis calycinis, alternis, et longioribus: stamina, corolla, breviora, filamentis subulatis antheris didymis: styli laterales plumosi: stigmata simplicia: receptaculum depressum villosum foveolatum: nuculae sericeae ovato-compressae, latere externo convexae, interno rectae, et apice in caudam plumosam productae.

225 RUBUS L. Calyx 1-sepalus liberus persistens 5-partitus: corolla rosacea 5-petala, petalis obovatis, laciniis calycinis alterna: stamina petalis breviora, filamentis subulatis, antheris ovatis: receptaculum convexum: ovaria numerosa: styli filiformes sublaterales: stigmata obtusa: syncarpium subglobosum, drupeolis basi confluentibus, et stylo persistenti apiculatis, conflatum.

226 FRAGARIA L. Calyx 1-sepalus 10-partitus patens persistens, partibus 2-seriatis, externis minoribus: corolla rosacea 5-petala, petalis subrotundis patentibus, laciniis calycinis internis, alternis: stamina corolla breviora, filamentis dilatatis apice subulatis, antheris subrotundis: receptaculum convexum: ovaria plurima: styli laterales breves: stigmata obtusa: syncarpium subglobosum, vel ovoidem, ex drupeolis basi confluentibus, et stylo facile deciduo coronatis, conflatum.

227 POTENTILLA L. Calyx 1-sepalus liberus persistens, in fructu erecto-connivens, tubo brevi concavo, limbo 10-partito, partibus 2-seriatis alternis, externis plerumque minoribus: corolla rosacea 5-petala, petalis obovatis vel oblongis: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris ovatis: styli laterales persistentes: stigmata obtusa: receptaculum parvum convexum pilosum: syncarpium e nuculis reniformibus subtumidis 1-spermis.

228 TORMENTILLA L. Calyx 1-sepalus liberus persistens in fructu erectus, tubo brevi, limbo 8-partito, partibus 2-seriatis, externis minoribus alternis: corolla rosacea 4-petala, petalis obcordatis: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris subrotundis: styli laterales longiusculi: stigmata obtusa: receptaculum subconvexum villosum: syncarpium e nuculis remiformibus 1-spermis.

229 GEUM L. Calyx 1-sepalus liberus persistens, tubo brevissimo dilatato, limbo 10-fido in fructu reflexo, partibus 2-seriatis alternis, externis minoribus: corolla rosacea 5-petala, laminis ovato-subrotundis: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris ovatis: ovaria numerosa: styli leterales vel terminales uncinati: stigmata crassiuscula: receptaculum subcylindricum pilosum: syncarpium globosum e nuculis compressis oblongis hirsutis, stylo persistente elongato, coronatis.

230 ROSA L. Calyx 1-sepalus adhaerens, tubo urceolato, limbo libero 5-partito, ut plurimum persistente, laciniis integris vel pinnatifidis: corolla rosacea 5-petala, laminis obcordatis patentibus, unquibus dilatatis: stamina plurima, parieti interna urceoli, adfixa, filamentis capillaribus inaequalibus, antheris ovatis: ovaria inclusa: styli liberi vel coaliti jamdudum in colum-

nam approximati et plus minus exerti villosi vel glabori: stigmata capitata: cynarodium maturitate pulposum, nuces osseas 1-permas, includens.

Icosandria Monogynia

AMYGDALUS.

983 *communis L. Sp. Pl. p.* 677. Foliis lanceolatis serrulatis: floribus solitariis: caylcibns campanulatis globosis: dirupa coriacea ovoidea tormentosa.

A. communis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 125.

In sepibus montium. *A. S. Polo, a Terracina* etc.

Arbor. Flor. Martio. Flores albi.

Vulgo. *Mandorlo.*

Usus. Arbor ab antiquitus nata, et late culta. Semina nutrientia sunt: oleum ex ipsis eductum plurimis in aeconomicae usibus praestat, at praesertim in medicina ob vium laxativam. Fructus immaturos, primo vere colligimus et in mensis apponimus, sub vulgari nomine *Caterinone.*

PRUNUS.

984 *mahaleb. L. Sp. Pl. p.* 678. Ramis patulis sparsis senio spinescentibus: foliis late-ovatis acutis crenatis: floribus breviter pedunculatis in corymbo depauperato: laciniis calycinis lanceolatis tandem recurvatis: petalis obovatis: drupa ovato-subrotunda maturitate carnosa.

P. Mahalab *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 129.

In saepibus montium elatiorum Umbriae.

Arbor mediocris. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

Vulgo. *Ceraso selvatico. Albero di S. Lucia.*

Usus. Lignum duritie praestat, et ob colorem fusco-rubrum a tornatoribus expetitur.

985 *Cerasus L. Sp. Pl. p.* 679. Ramis patulis sparsis: foliis longe petiolatis ovatis oblongisque biserratis: floribus fasciculatis: laciniis calycinis ovatis concavis tandem retroflexìs: petalis obovatis integris emarginatisve: drupa globosa maturitate succosa rubra.

P. Cerasus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 131.

β avium. Drupa rubro-nigra.

P. Cerasus *β Bert. l. c. p.* 132 - Cerasus avium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 168. *n.* 559.

In sepibus montium Umbriae Picaeni, et Latii.

Arbor. Flor. Aprili. Flores albi.

Vulgo. *Ceraso salvatico. Cerasa nera.*

Usus. Arbor utilissima ob ligno, et fructibus late culta. Lignum durum flavum in supellectilibus domesticis et in operibus tornatis utilissimum desideratissimum. Fructuum edulium innumerae varietates in mensis apponimus. Succo fermentationis ope alcool educimus ad domesticos, et aeconomicos usus. Varietas β aquam aromaticam, syrupum, Rohob etc. suppeditat, in rebus medicis jam frequentius usurpata.

986 DOMESTICA *L. Sp. Pl. p.* 680. Ramis alternis patulis, paucis abortivis spinosis: foliis petiolatis ovato-lanceolatis, basi angustatis viridibus subtus albido-pubescentibus crenatis, crenis saepe glanduliferis, primis minoribus: floribus petiolatis subsolitariis: petalis subrotundis, laciniis calycinis oblongis obtusis ciliatis, triplo majoribus: drupa globosa maturitate purpureo-violacea glaucescente.

P. dometica *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 133.

In saepibus, et sylvis montium. *Alla Fajola, presso S. Polo* etc.

Arbor. Flor. Martio. Flores albi odori.

Vulgo. *Brugnolo, Brugno salvatico.*

Usus. Prunorum fructus, forma magnitudine colore dulcedine pulpae, innumerae varietates in hortis cultae, ex hac specie ut plurimum prodierunt. Pulpa inter laxativa, et purgantia a medicis enumeratur, et ad Tamarindum imitandum a speculatoribus expetita. Lignum tornatoribus et topiariis utile.

987 INSITITIA *L. Sp. Pl. p.* 680. Ramis confertis patulis, ramulis spinescentibus brevibus: foliis longiuscule petiolatis ovato-oblongis hirsutiusculis, subtus venosis utrinque angustatis, primis minoribus subovatis: floribus petiolatis subgeminatis: petalis ellipticis, laciniis calycinis minoribus brevibus obtusis, duplo majoribus: drupa subglobosa maturitate purpureo-violacea.

P. insititia *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 135.

In sylvis montium proximiorum. *Da Albano per andare a M. Cavi.*

Arbor mediocris. Flor. Martio-Aprili. Floses albi.

Vulgo. *Brugno salvatico.*

Usus. Linnaeus insititiam dixit: apud nos ad hoc raro usupatur. Ligni praestantia praecedentis speciei.

988 SPINOSA *L. Sp. Pl. p.* 681. Ramis patulis robustis valide spino-

sis: foliis basi attenuata ellipticis breviter petiolatis serrulatis subtus pubescentibus: floribus solitariis breviter petiolatis: petalis obovatis patentibus, laciniis calycinis duplo majoribus: drupa globosa nigro-caesia.

P. spinosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 168 *n.* 558 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 136.

In sylvis et sepibus vulgaris.

Frutex. Flor. Martio. Flores albi.

Vulgo. *Brugno salvatico. Spino nero.*

Usus. In materia medica Linnaei cortex Pruni spinosae, sub Acaciae nostratis nomine recensitur. Cortex flores fructus sub forma syrupi ad diarrhaeas compescendas adhibebantur, nunc oblivioni traditi. Planta mirifice praestat ad sepes texendas, lignum durissimum ad opus topiarium, et tornatorum, et ad scipiones conficiendos optimum.

MYRTUS

989 *communis* L. *Sp. Pl. p.* 673. Foliis ovatis acuminatis distantibus: pedunculis solitariis unifloris: calycibus acutis basi 2-bracteatis: baccis ovoideis. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 117.

M. communis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 169. n. 557.

In collibus sterilibus, et sepibus maritimis vulgaris.

Frutex. Flor. Junio. Flores albi suaveolantes elegantissimi.

Vulgo. *Mirto. Mortella.*

Usus. Planta ab antiquitus nota, Veneri sacra: vinum, et oleum Romani Myrto condiebant, et pro Pipere usurpabant. Medici uti adstringens variis in morbis utebantur, licet nunc obsoleta. Ars cosmetica aquam angelicam conficit. Folia ad tannandos corios cummuniter, et laudabiliter adhibita.

PUNICA.

990 *Granatum* L. *Sp. Pl. p.* 676. Caule ramoso, ramis oppositis: foliis lanceolatis, subsessilibus: floribus terminalibus subsolitariis.

P. Granatum *Maur. Cent.* 13 *p.* 24. - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 122.

In sepibus et in arvis nunc sponte, ex Africa olim adducta.

Arbor. Flor. Junio. Flores rubri.

Vulgo. *Granato. Melogranato.*

Usus. Planta, inter anthelminticos etiam ab antiquitate, recensita, nam Cato docet ad hoc contundere et vino fructus infundere. Recentiores decatio–

nem corticis radicis, infusione fructuum antehabeunt ad vermes et praesertim Taeniam fugandam.

Obs. Latini *Balausti* nomen floribus, *Malicorii* fructibus, *Granati* seminibus dederunt; quamobrem sub his variis nominibus planta jam indicata.

CACTUS.

991 *Opuntia L. Sp. Pl. p.* 669. Prostrata reptans: caule articulato, articulis ovatis compressis: aculeis uniformibus fasciculatis setaceis: floribus sessilibus: fructibus ovatis.

C. Opuntia *Maur. Cent.* 13. *p.* 23 – Opuntia vulgaris herbariorum *Hort. Rom. t.* 4. *p.* 68.

Ex America orta, sponte nunc in ruderatis et praesertim in Palatino monte.

Perenn. Flor. Junio. Flore flavi.

Vulgo. *Fico d' India.*

SPIRAEA.

992 *flabellata Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 179. Radice repente: caule fruticoso erecto, ramis crebris virgatis alternis: foliis inferioribus obovato-flabellatis apice incisis, superioribus obverse lanceolatis 3-dentatis: cymis lateralibus alternis subsessilibus bracteatis: bracteis lanceolatis: tubo calycis minimo turbinato, laciniis triangularibus patentibus: corolla, calyce duplo longiore, petalis obovatis integris.

Oxyacantha angustifolia non spinosa Hypericum fructicans Canadense Robini. *Barrel. Ic.* 564.

In apricis ad sepes.

Non procul a Spoleto extra Portam romanam ipse reperi et Professori Mauri communicavi.

Frutex. Flor. Junio. Flore albi.

993 *Filipendula L. Sp. Pl. p.* 702. Radice fasciculata, fibris elongatis apice tuberosis: caule herbaceo erecto striato, ramis alternis distantibus: foliis inferioribus caespitosis, caulinis alternis, omnibus sessilibus interrupte pinnatis, foliolis pinnatifido-serratis, impari 3-fido: cyma terminali nuda: tubo calycis campanulato brevissimo, laciniis patentibus: petalis obverse lanceolatis, calyce 3-plo longioribus.

S. Filipendula *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 170. *n.* 568 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 181. – Filipendula vulgaris *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 39.

In pratis humidis frequens.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Trina di Fiandra. Filipendola.*

Usus. Uti adstringens jam praedicata, sed nunc vix enumeratur in materia medica.

994 *Ulmaria L. Sp. Pl. p.* 702. Radice simplici fibrillosa: caule herbaceo erecto angulato, ramis alternis distantibus: foliis radicalibus caespitosis petiolatis, caulinis alternis sessilibus, omnibus interrupte pinnatis subtus tomentosis, pinnis duplicato-serratis, impari maxima palmata: cyma terminali nuda: tubo calycis campanulato, laciniis reflexis: petalis calyce longioribus ungue angusta.

β Foliis denudatis.

S. Ulmaria β *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 183.

In pratis Umbriae non infrequens.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi foetidi.

Vulgo. *Regina de' prati. Olmaria.*

Usus. Sudorifera, et adstringens, a veteribus, herba et radix praedicabatur.

SORBUS.

995 *aucuparia. L. Sp. Pl. p.* 683. Foliis pinnatis petiolisque nudis, foliolis oblongis serratis, impari subaequali: corymbo composito ramosissimo: pomo globoso.

S. aucuparia *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 151. - Pyrus aucuparia *Sang. Cent. tres p.* 69.

In montium nemoribus. *Alla Tolfa, a Valle Canetra* in Umbria etc.

Arbor. Flor. Junio. Flores albi parvi luteo miniati.

Vulgo. *Sorbo salvatico.*

Usus. Planta utilissima aucuparia dicta, nam aves pomos avide appetunt, et ideo ad aucupia optima. Poma admodum adstringentia sunt, quocirca in arte medica jam desiderata. Lignum in omni solido opere expetitum, et praesertim ad vites torcularium.

Obs. Specimina mea Umbriae prorsus aequalia speciminibus apud *Tolfa* lectis.

996 *domestica L. Sp. Pl. p.* 684. Foliis pinnatis petiolisque tomentosis, foliolis ovato-oblongis serratis, impari ovato: corymbo composito: pomo turbinato.

S. domestica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 169 *n.* 564 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 152 *exb. syn. Sang.*

In montium sylvaticis communis.

Arbor. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Sorbo, Sorbo gentile.*

Usus. In hortis colitur ad fructus praestantiores obtinendos, qui tamen jamdudum subasperi. Lignum soliditate sua iisdem usibus praecedentis speciei praestat.

PYRUS.

997 COMMUNIS *L. Sp. Pl. p.* 686. α Foliis longe petiolatis ovatis subrotundisve serrulatis supra nudis subtus pubescentibus tandem glabratis: corymbis terminalibus sessilibus, pedicellis albo-tomentosis in fructu incrassatis: calycis tubo turbinato, laciniis ovato-acuminatis villosis: petalis integris subrotundis: pomis turbinatis.

P. communis α Pyraster *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 170. *n.* 566 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 165.

In dumetis et sepibus frequens.

Arbor. Flor. Aprili. Flores albi.

Vulgo. *Perazzo.*

Usus. Arbor notissima in usu medico et aeconomico praesertim ob fructum innumerae varietates.

998 AMYGDALIFORMIS *DC. Fl. Fr. t.* 5. *p.* 531. Foliis breviter petiolatis oblongis subintegerrimis basi angustatis, adultis supra viridibus subtus tomentoso-floccosis: corymbis terminalibus subsessilibus, pedicellis albo-tomentosis in fructu quandoque glabratis: calycis tubo turbinato, laciniis lanceolatis: petalis oblongo-ovatis obtusis: pomis turbinatis minusculis.

P. amygdaliformis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 167. *exl. Syn. Sang.*

In dumetis et viis campestribus frequens.

Arbor. Flor. Aprili. Flores parvi albi.

999 CUNEIFOLIA *Guss. Pl. Rar. p.* 223. *tab.* 39. Foliis longiuscule petiolatis oblongo-ovalibus lanceolatisve crenulatis basi cuneatis, junioribus subtus floccoso-pubescentibus, adultis glabratis: corymbis sessilibus paucifloris, pedicellis basi tomentosis apice incrassatis: calycis tubo oblongo, dentibus lanceolatis revolutis albo-lanatis: petalis subrotundis: pomis parvis globosis utrinqne depressis.

P. cuneifolia *Sang. Cent. tres p.* 69 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 168.

In sylvaticis et dumetis mare versus; specimina prope Hostiam Tyberis.

Arbor. Flor. Aprili-Majo. Flores albi duplo majores praecedentis speciei.

Obs. Hae duo Pyri species a Botanicis ante Clarissimum Gussonium insimul confusae, apud nos a vulgo indiscriminatim *Perazzo gentile* apellantur. In Cent. tribus Prod. Fl. Rom. addendis P. cuneifoliam certe descripsi ex speciminibus iterum examinatis; sed loci natalis differentiam non feci, cum duplicem speciem, in unico nomine vulgari, nondum agnovissem.

1000 *Malus Smith. Engl. Fl. t.* 2. *p.* 362. Foliis longe petiolatis ovatis ellipticisve duplicato-dentatis apice acutis aut acuminatis supra glabris vividibus, subtus tomentosis vel glabratis: floribus umbellatis: calycis tubo campanulato, laciniis lanceolatis patentibus tandem marcescentibus: petalis subrotundis concavis: pomis subrotundis majusculis utrinque depressis.

P. Malus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 169 - Malus communis α sylvetris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 170. *n.* 567.

In nemoribus communis.

Arbor. Flor. Majo. Flores albo-rosei.

Vulgo. *Melo salvatico.*

Usus. Malorum fructus omnibus bene noti, et varietates immensae cultae, dilicies mensarum, ab hac specie sylvestri prodierunt. In rebus medicis succus Malorum ab antiquitus notus: syrupus, tinctura, pulpa in usu haduc sunt. Vinum Acetum Sydrum e succo Malorum, dum opus sit, expetitur.

CYDONIA.

1001 *vulgaris Pers. Ech. t.* 2. *p.* 40. Foliis breviter petiolatis ovatis integerrimis subtus tomentosis: floribus solitariis terminalibus: calyce urceolato tomentoso laciniis ovato-lanceolatis reflexis: petalis subrotundis: pomis turbinatis tomentosis tandem glabratis.

Pyrus Cydonia *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 171.

In apricis ad margines viarum. Non procul a Ponte Numentano in agro quodam vulgo *Tufelle.*

Frutex. Flor. Majo. Flores rosei.

Vulgo. *Cotogno. Melo cotogno.*

Usus. Extractum fit ex pomis, veteribus etiam notum, quod Saccharo, et aromatibus conditum, vulgo *Cotognata* audit, vi corroboranti et adstringenti guaudet. Mucillago seminum in collyris et ad convalidadas puerperarum mammas mirifice valet.

MESPILUS.

1002 GERMANICA *L. Sp. Pl. p.* 684. Spinosa. Foliis sparsis oblongis subsessilibus subserrulatis subtus tomentosis: floribus subsessilibus solitariis terminalibus: calycis villosi laciniis lanceolatis elongatis: petalis elongatis longe unguiculatis: pomis turbinatis maturitate castaneis.

M. germanica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 170. *n.* 565 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 155.

In sylvis montanis et maritimis. *Fajola*, *Ostia*, *Corneto*, etc.

Arbusc. Flor. Majo. Flores albi majusculi.

Vulgo. *Nespolo.*

Usus. Vis adstringens in pulpa pomorum communiter agnoscitur, ideo in ventris profluviis a vulgo adhiberi solet. Lignum durissimum, ad solidiores machinarum partes sistendas, inservit.

1003 PYRACANTHA *L. Sp. Pl. p.* 685. Valide spinosa sempervirens. Foliis coriaceis breviter petiolatis ovato-lanceolatis crenatis: corymbis compositis: calycis turbinati pubescentis laciniis triangularibus: petalis obovatis concavis: pomis globulosis maturitate coccineis.

M. Pyracantha *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 157 - Crataegus Pyracantha *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 168. *n.* 560 - Pyracontha sempervivens *Barrel. Ic.* 874.

In montium sepibus, et sylvaticis maritimis frequens. *A Palombara*, *Castel Fusano*, *Monte Gennaro* etc.

Frutex. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Mortella nera.*

Usus. Folia ad tannandos corios aptissima, ideo cum foliis Myrti, Pistaciae Lentisci etc. ad hoc opus colliguntur. Lignum duritie praestat in nonnullis operibus tornatis.

1004 AMELANCHIER *L. Sp. Pl. p.* 685. Inermis. Foliis longe petiolatis ellipticis oblongisve serrulatis obtusis: floribus in racemis simplicibus terminalibus, peduneulis inferioribus elongatis: calycis campanulati laciniis lanceolatis patentibus tandem erectis: petalis obverse lanceolatis: pomis ovoideis maturitate coeruleo-nigris, laciniis calycinis coronatis.

M. Amelanchier *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 158 - Amelanchier Galloprovinciae *Barrel. Ic.* 527.

In rupertribus montium Umbriae, et Picaeni non infrequens.

Arbusc. Flor. Aprili–Majo. Flores albi.

Vulgo. *Pero Corvino.*

1005 *Cotoneaster L. Sp. Pl. p.* 686. Inermis. Foliis subsessilibus ovato-ellipticis integerrimis supra glabris subtus albo-tomentosis: racemis paucifloris terminalibus nutantibus: tubo calycis turbinato, laciniis brevibus obtusis: petalis subrotundis patentibus: pomis turbinato-globosis maturis nigris.

M. Cotoneaster *Bert. Fl. It. t.* 5. *p*, 162.

In saxosis elatiorum montium Umbriae. *Vettoretto.*

Frutex. Flor. Aprili. Flores albo-rubelli.

Vulgo. *Cotognastro.*

CRATAEGUS.

1006 *Aria L. Sp. Pl.* 681. Foliis breviter petiolatis ovato-oblongis vel ovatis duplicato-serratis parallele venosis, supra viridibus nitidis, subtus albo-tomentosis: floribus digynis in corymbo composito: tubo calycis turbinato, laciniis lanceolatis tandem deflexis: petalis obovatis, basi interna villosis: pomis parvis subglobosis maturitate coccineis.

C. Aria *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 139 - Sorbus Aria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 169. *n.* 563.

In montanis sylvaticis frequens. *Sul Monte Gennaro.*

Arbusc. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Sorbo montano.*

Usus. Arboris praestantia in ligno est: ob duritiem ad torcularium vites, axes carrorum, dentes rotarum, clavos, opera tornata conficienda summopere expetitur: carbo ex hoc ligno praestantissimus.

1007 *torminalis L. Sp. Pl. p.* 681. Foliis longe petiolatis late ovatis subcordatis incisis glabris subtus pallidioribus nervosis, segmentis acuminatis crebre serrulatis: floribus subdigynis in corymbo composito: calycis tomentosi tubo turbinato, dentibus triangularibus: petalis obovatis, calyce multo majoribus: pomis grandiusculis ellipsoideis maturitate fuscis.

Crataegus torminalis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 143 - Sorbus torminalis *Maur. Cent.* 13. *p.* 24.

In montium sylvis. *Monte Soriano.*

Arbor. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Pollandrello.*

Usus. Lignum praestat uti species praecedens.

1008. *Oxyacantha L. Sp. Pl. p.* 683. Ramis spinosis: foliis longiuscule petiolatis coriaceis glabris 3-5-lobis, lobis obtusis inciso-dentatis, inferioribus divaricatis, impari iterum sub-3-lobo: floribus monogynis in corymbo composito: tubo calycis turbinato , dentibus triangularibus: petalis ovato-subrotundis concavis patentibus: pomis parvis ellipsoideis , maturitate rubro-corallinis.

C. Oxyacantha *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 145 - C. monogynia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 169 *n.* 362 - Oxyacantha spinosa minore folio *Barrel. Ic.* 563.

In sepibus communis.

Arbusc. Flor. Aprili. Flores albi odori.

Vulgo. *Spino bianco.*

Usus. Arbuscnla antiquitus nota; nam ab Ovidio discimus, a Romanis ad fuganda maleficia, foribus apposita. Lignum duritie praestantissimum in operibus topiariis et tornatis desideratissimum.

1009 *oxyacanthoides Thuill. Paris, ed.* 2. *t.* 1. *p.* 245. Ramis spinosis: foliis petiolatis obovatis obtusis supra viridibus subtus glaucis 3-5-lobis, lobis rotundatis serrulatis: floribus subdigynis in corymbis paucifloris: tubo calycis turbinato , dentibus lata basi triangularibus: petalis ovatis concavis: pomis ellipsoideis maturitate rubris.

C. Oxyacanthoides *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 148. - C. Oxyacantha *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 169. *n.* 561-

In montium sepibus. *Sui monti Tusculani.*

Arbusc. Flor. Aprili. Flores albi.

Vulgo. *Spino.*

Usus. Praecedentis speciei.

1010 *laciniata. Ab Ucr. in Opus. di Ant. sicil. t.* 6. *p.* 251. *n.* 12. Ramis spinosis: foliis petiolatis ad nervos et marginem laxe pilosis cuneato-flabellatis pinnatifidis, laciniis planis divaricatis apice inciso-serratis: floribus 1-5-gynis in corymbis compositis: tubo calycis villosi conico, dentibus acutis: petalis subrotundis concavis: pomis ellipsoideis maturite rubris.

C. laciniata *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 149.

In sylvis montanis. *Alle Allumiere della Tolfa.*

Arbusc. Flor. Aprili. Flores albi.

MESEMBRYANTHEMUM.

1011 NODIFLORUM *L. Sp. Pl. p.* 687. Caule subdiffuso: foliis papulosis oppositis basi ciliatis: floribus axillaribus subsessilibus: calycis lobis 4-5 valde inaequalibus, petala, superantibus.

M. nodiflorum *Sang. Cent. tres p.* 70. *n.* 155 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 174. Kali floridum repens Aizoidum Neapolitanum. *Columm. Ecphr. p.* 72. *Ic. p.* 73 - *Bocc. Rech. et observ. nat. p.* 202.

In rupibus littoreis. *A Nettuno.*

Ann. Flor. Junio. Flores albi parvi.

ICOSANDRIA DECA-POLYGINIA.

DRYAS

1012 OCTOPETALA *L. Sp. Pl. p.* 722. Foliis cordato-oblongis inciso-crenatis subtus tomentosis.

D. octopetala *Sang. Cent. tres p.* 74. *n.* 165 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 296.

In apenninis ad rupes.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

RUBUS.

1013 FRUTICOSUS *L. Sp. Pl. p.* 707. Caule pentagono elongato prostrato vel erecto-dependente, aculeis rectis vel incurvis, ramis implexis: foliis digitato-quinatis ternatisve, supra glabris subtus dense et breviter albo-tomentosis, foliolis ovatis acutis argute serratis: floribus in racemo composito cylindraceo: calycis inermi laciniis acutis in fructu retroflexis: petalis obovatis: syncarpii globosi maturite nigri, drupeolis numerosis.

R. fruticosus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 171. *n.* 573 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 217.

In sepibus, dumetis, sylvis communis.

Frut. Flor. Junio-Augusto. Flores albo-rosei.

Vulgo. *Rogo. Rovo*, et fructus *More nere.*

Usus. Licet infestus spinis, tamen in rebus agrigolis utilissimus, nam, caules ad vincendum aptissimi, apud nos ad sepes ligandas communiter adhi-

biti. Fructus admodum grati, et eorum succus fermentationi traditus, alcoolem praestantem suppeditat. In rebus medicis, fructus uti refrigerantes valent, et syrupus Diamoron omnibus notus ; item turionum decoctio refrigerantis famam obtinuit.

1014 TOMENTOSUS *Wild. Sp. Pl. t.* 2. *par.* 2. *p.* 1083. Incano-tomentosus. Caule angulato erecto quandoque elongato dependente parce ramoso, aculeis rectis aduncisve: foliis digitato-ternatis quinatisve, foliolis ovatis oblongisve inequaliter serratis, apice acuminatis: floribus in racemo composito elongato: calycis inermi, laciniis acutis cito retroflexis: petalis ovatis oblongis: syncarpii globosi maturitate nigri, drupeolis numerosis.

R. tomentosus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 172. *n.* 575 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 221.

β denudatus. Foliis supra plus minus denudatis. *Bert. l. c.*

In dumentis, rupibus, montium sylvis. *A Tivoli*, *a Tor di Quinto sulla rupe*, *β* in Umbria et Picaeno.

Frut. Flor. Junio. Flores albi.

Obs. Nomen vulgare et usus praecedentis speciei.

1015 GLANDULOSUS *Wild. En. t.* 1. *p.* 548. Caule breviter aculeato, et setis glandulosis hirto caespitoso erecto vel dependente, ramis alternis breviusculis angulato-sulcatis: foliis pinnato-trifoliatis pilosis, foliolis late ovatis cuspidatis inequaliter serratis: floribus in racemo terminali sub composito abreviato: calycis aculeati laciniis ovatis acuminato-subulatis maturitate saepius retroflexis: petalis oblongis: syncarpii subrotundi maturitate nigri, drupeolis numerosis.

R. glandulosus *Sang. Cent. tres p.* 71. *n.* 159 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 224.

In sylvis et sepibus Umbriae.

Frut. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Obs. Usus et nomen vulgare praecedentis.

1016 CAESIUS *L. Sp. Pl. p.* 706. Caule subtereti erecto-dependente vel prostrato, aculeis acicularibus recurvis: foliis pinnato-trifoliatis, foliolis ovato-oblongis ovatisve inequaliter serratis subtus pubescentibus: racemo paucifloro: calycis, ut plurimum piloso-glandulosi, laciniis acuminato-caudatis tandem adpressis: syncarpii subrotundi maturitate nigro-coerulei caesio-pruinosi, drupeolis paucis majusculis.

R. caesius *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 228 - R. corylifolius *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 171. *n.* 574.

In sepibus circa Urbem frequens.

Frut. Flor. Junio-Augusto. Flores albo-carnei.

1017 *Idaeus L. Sp. Pl. p.* 706. Caule subangulato erecto tenuiter aculeato, ramis patulis nutantibus: foliis pinnato-trifoliatis, foliolis ovato-oblongis ovatisve acutis serrato-serratis subtus tomentosis: racemo paucifloro, floribus nutantibus: calycis laciniis lanceolatis longe acuminatis jamdudum patentibus: petalis oblongis obtusis: syncarpio subrotundo maturitate rubro-kermesino.

R. Idaeus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 171. *n.* 572 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 233.

In montium elatiorum umbrosis. *Monte Lucretile.*

Frut. Flor. Junio. Flores albo-rosei.

Vulgo. *Lampone. Framboes.*

Usus. Fructibus Fragrariae vescae succedaneus est, et illorum ad instar saccharo et vino conditus utimur in secundis mensis et in gelidis sorbitionibus: item syrupus fit ad sitim, praesertim in aestiva tempestate, extinquendam. Nonnulli ad hoc opus decoctione foliorum utuntur.

FRAGRARIA.

1018 *vesca L. Sp. Pl. p.* 708. Stolonibus radicalibus elongatis: caule ascendente folia subaequante: foliis ternatis pilosis, foliolis ovatis grosse dentatis, dente extimo minore, supra viridibus subtus glaucescentibus: villis petiolorum et caulium patentibus, pedunculorum adpressis: calycibus in frucu reflexis: syncarpio rubro.

F. vesca *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 236. - F. vesca ex parte *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 172. *n.* 576 - F. collina *Sang. Cent. tres p.* 71 *n.* 160 - F. vulgaris *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 44.

In nemorosis et umbrosis passim circa Urbem et in montibus.

Perenn. Flor. Aprili. Flores albidi.

Vulgo. *Fravole.*

Usus. Fragrariae fructus cultura et usu omnibus noti, delicies mensarum. Syrupus ex fructu, et decoctio ex planta fit, quae diuretici et diaforetici famam adhibuit: a Podagra, Linnaeus pluribus annuis se liberasse testatur, usu Fragrorum.

1019 *collina Ehr. Beitz. t.* 7. *p.* 26. Stolonibus radicalibus abbreviatis nullisve: caule erecto folia subsuperante: foliis ternatis, foliolis ovatis grosse dentatis supra pilosis subtus sericeo-argentinis: villis petiolorum et caulium patentissimis, pedunculorum erecto-patulis: calycibus in fructu adpressis: syncarpio coccineo.

F. collina *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 239 - F. vesca ex parte *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 172. *n.* 576.

In nemorosis et non procul ab Urbe. *Villa Pamfili, Rocca di Papa* etc.

Usus. Fructus F. collinae, fructibus F. vescae, fragrantia, et sapore vix cedunt: e montanis afferuntur in mensibus aestivis.

POTENTILLA.

1020 *recta L. Sp. Pl. p.* 711. Subirsuta. Caule erecto: foliis digitatis, inferioribus septem, superioribus quinque-foliatis, foliolis obverse lanceolatis grosse profundeque dentatis: stipulae bifidae laciniis integris incisisve: floribus in corymbo terminali composito subdicotomo: petalis obcordatis, laciniis calyciniis lanceolatis, duplo longioribus: nuculis reticulato-rugosis.

P. recta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 172. *n.* 577 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 247. - Quinquefolium rectum luteum *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 49.

In collibus et montibus etiam elatioribus, aeque ac in demissis siccis. *Monte Mario, Albano, Solfatara di Tivoli, Valle Canetra* in Umbria etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores pallide lutei.

Vulgo. *Cinquefolio.*

1021 *hirta L. Sp. Pl. p.* 712. Hirsuta. Caule ascendente: foliis digitatis, inferioribus septem, superioribus quinatis, foliolis cuneato-oblongis grosse serratis basi integris: stipulae bifidae laciniis lanceolatis integris: floribus in corymbo terminali composito: petalis obcordatis, laciniis calycinis lanceolatis, subduplo longioribus: nuculis reticulato-arcuatis.

P. hirta *Maur. Cent.* 13. *p.* 24 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 249.

In apricis passim. *Caffarella, Monte Gennaro, Civitavecchia*, etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores aurei.

1022 *canescens Nestl. Pot. p.* 47. *n.* 31. Tomentosa, cinerea. Caule prostrato superius ascendente: foliis digitatis ut plurimum quinatis, foliolis obverse ovatis grosse dentatis, basi cuneata integris, superius viridibus: stipulae bifidae laciniis integris ovatis in acumine obtuso productis: floribus in panicula terminali dicotoma: petalis obovatis subemarginatis, laciniis calycinis internis linearibus, externis ovatis, sublongioribus: nuculis rugosis vel laevibus.

P. canescens *Bert. Fl. Il. t.* 5. *p.* 251.

In pratis montanis. *Valle Canetra* secus Nursiam.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores intense lutei.

1023 *ARGENTEA L. Sp. Pl. p.* 712. Albo-cinerea. Caule ascendente tomentoso: foliis digitato-quinatis: foliolis oblongis basi cuneatis subtus tomentoso-canis supra plerumque glabris indivisis vel pinnatifidis: stipulae bifidae laciniis integris dentatisve: floribus in corymbo ramoso : petalis obovatis laeviter marginatis, laciniis calycinis lanceolatis cano-tomentosis, subaequalibus: nuculis rugulosis.

P. argentea *Sang. Cent. tres p.* 73 *n.* 162 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 253.

In siccis montanis Umbriae et Picaeni. *Monte di capo d' acqua* , *Monte Acuto.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei parvi.

1024 *DE TOMMASI Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 285. *t.* 44. Caule ascendente villoso: foliis digitato-quinatis mollissime hirsutis pallide viridibus subtus canescentibus: foliolis obovato-spathulatis grosse serratis: stipulae bipartitae laciniis acuminatis: floribus in panicula terminali dichotomo-corymbosa: petalis obcordatis, laciniis calycinis ovatis acuminatis, multo longioribus: nuculis vix rugulosis.

P. de Tommasi *Sang. Cent. tres p.* 75. *n.* 164. α et β - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 255.

In subappenninis saxosis , et in montibus Latii frequens. *Albano* , *Monte Lucretile* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores aurei.

1025 *CAULESCENS L. Sp. Pl. p.* 713. Caule caespitoso decumbente: foliis digitato-quinatis, ternatisve : foliolis obovato-cuneatis margine sericeis apice argute serratis: stipulae bifidae inferioris laciniis lanceolatis , superioris ovatis, acuminatis omnibus: floribus in corymbo terminali composito, petalis oblongis sub integris, laciniis calycinis lanceolato-acuminatis, subaequalibus: nuculis piloso-barbatis.

P. caulescens *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 257.

In rupetribus subalpinis montis *Vettore* et *Corona.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

1026 *APENNINA Ten. Fl. Neap. p.* 181. (*excl. syn. Bocc. Mus. t.* 9). Argenteo-sericea splendens. Caule basi caespitoso-lignoso, cauliculis annotinis monophylis filiformibus 1-3-floris foliis: digitato-ternatis, foliolis radicalibus

oblongo-obovatis apice integris vel 2-3-dentatis, caulinis linearibus integris: stipulae bifidae laciniis linearibus integerrimis: petalis spathulatis longe unquiculatis, laciniis calycinis externis linearibus, internis ovatis, duplo longieribus: nuculis rugulosis apice barbatis.

P. apennina *Sang. Cent. tres p.* 72. *n.* 161 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 263 – Heptaphyllum trifoliatum argenteum montanum italicum longius radicatum, crassioribus et rotundioribus foliis. *Bocc. Mus. di Piant. t.* 20, et Heptaphyllum trifoliatum argenteum italicum *l. c. t.* 20.

In apenninis Umbriae ad rupes.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi, quandoque rubei.

1027 FRAGARIASTUM *Ehr. Herb. p.* 146. Villosa. Caulibus filiformibus decumbentibus subsolitariis, foliis, multo brevioribus: foliis digitato-ternalis, foliolis ovalibus obtusis serratis subtus sericeis: stipulae bifidae laciniis ovatis acuminatis: petalis obcordatis integris, laciniis calycinis lanceolatis acutis, subaequalibus: nuculis latere interno barbatis.

F. Fragariastrum *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 269 – P. Fragarioides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 173. *n.* 580.

In sylvaticis montium frequens. *Copiosamente intorno Rocca di Papa.*

Perenn. Flor. Aprili. Flores albi.

Vulgo. *Fravola bastarda.*

1028 REPTANS *L. Sp. Pl. p.* 714. Pilosa. Caule prostrato stolonifero late-repente: foliis digitato-quinatis longissime petiolatis, foliolis ovato-oblongis grosse dentatis: stipulae profunde bipartitae laciniis semilanceolatis subintegris: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis: petalis obcordatis, laciniis calycinis ovato-lanceolatis, longioribns: nuculis scabris.

P. reptans *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii n.* 180 – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 172. *n.* 579 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 271 – Quinquefolium majus repens. *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 45.

In subhumidis, ad vias, secus rivulos vulgatissima.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores flavi.

Vulgo. *Cinquefolio.*

Usus. Radix, herba in vulnerariis et adstringentibus jam enumerata.

1029 ALPESTRIS *Hall. Fil. in Mus. Helv. t.* 1. *p.* 53. Hirsuta. Caulibus caespitosis ascendentibus raro erectis: foliis digitatis inferioribus quinatis superioribus ternatis, foliolis obovatis retusis grosse dentatis: stipulae bifidae segmentis late ovatis acutis subintegris: floribus in corymbo terminali de-

pauperato quandoque solitariis: petalis late-obcordatis, laciniis calycinis externis linearibus, internis ovato-oblongis, duplo longioribus: nuculis laevibus:

P. alpestris *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 275.

In alpestribus Umbriae et Picaeni. *Monte Vettore, Sasso borghese.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores saturate lutei vel crocei.

1030 AUREA *L. Sp. Pl. p.* 712. Caule suberecto: foliis digitatis infesioribus quinatis, superioribus ternatis, foliolis oblongis apice dentatis margine sericeo-argenteis: stipulae bifidae laciniis semiovatis acutis: floribus in corymbo terminali depauperato, quandoque solitariis: petalis late obcordatis, laciniis calycinis externis lanceolatis, internis ovato-lanceolatis, duplo longioribus: nuculis arcuato-rugulosis, quandoque laevibus.

P. aurea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 172. *n.* 578 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 276.

In elatioribus subappenninis jugis. *Monte Calvo presso Subiaco.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores aurei.

1031 VERNA *L. Sp. Pl. p.* 712. Rubicunda, pubescens. Caulibus caespitosis decumbentibus, cauliculis floriferis assurgentibus: foliis digitatis inferioribus quinatis, septennatis, superioribus ternatis, foliolis cuneato-obovatis retusis dentatis margine pilosis: stipulae bifidae laciniis lanceolatis acutis subintegris: floribus in corymbo dichotomo depauperato: petalis obovato-cuneatis emarginatis, laciniis calycinis acutis lanceolatis aut ovato-lanceolatis, sublongioribus: nuculis arcuato-rugosis.

P. verna *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 278.

In apennino Picaeno. *Al cordone di Arcuata.*

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

TORMENTILLA.

1032 ERECTA *L. Sp. Pl. p.* 716. Multiformis, pilosa. Caule ascendente dichotomo: foliis digitato-ternatis, foliolis obovato-cuneiformibus irregulariter dentatis: stipulis nullis vel 3-dentatis: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis: bracteis palmato-incisis: calyce 4-5-fido, laciniis lanceolato-linearibus, corollam 4-5-petalam, aequantibus: nuculis rugosis.

T. erecta *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 283 – Potentilla tormentilla *Sang. Cent. tres p.* 73. *n.* 163.

In pratis montanis subappenninis et siccis graminosis. *Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Julio. Flores lutei.

Vulgo. *Tormentilla.*

Usus. Radix et herba Tormentillae vi adstringenti gaudent, et in Electuario Diascordii adhuc ingreditur. Planta injura aliis adstringentibus nunc posthabita.

GEUM

1033 *urbanum* *L. Sp. Pl. p.* 716. Caule terete erecto superius bifido: foliis radicalibus pinnato-lyratis, impari maximo trilobo, caulinis successive brevius petiolatis ternatis inciso-dentatis, omnibus pubescentibus : stipulis majusculis subrotundis inciso-dentatis: floribus solitariis longe pedunculatis tandem erectis: petalis obovatis, laciniis calycinis pilosis externis lanceolato-linearibus internis ovato-lanceolatis, subaequantibus: nucularum caudis recurvis nudis.

G. urbanum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 173. *n.* 581 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 288 - Caryophyllata vulgaris *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 43.

In umbrosis ad vias passim.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

Vulgo. *Cariofillata*, *Erba benedetta.*

Usus. Radix Caryophyllum olet, et in aromaticis a Medicis recensita, adstringentis, et diaphoretici famam quoque habuit; sed modo obsolevit.

1034 *montanum* *L. Sp. Pl. p.* 717. Caule erecto: foliis radicalibus pinnato-lyratis, foliolis obtuse dentatis impari maximo subrotundo, caulinis sessilibus parvis ternatis, ultimis simplicibus, omnibus trifidis inciso-dentatis: stipulis ovato-acutis: floribus solitariis nutantibus: petalis obcordatis, laciniis calycinis lanceolatis externis minoribus, subduplo longioribus: caudis nucularum rectis plumosis.

G. montanum *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 292 - Caryophyllata alpina minima flore aureo. *Barrel. Ic.* 399.

In appennino Umbro vulgo *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores aurei.

ROSA.

1035 *spinosissima* *L. Sp. Pl. p.* 705. Caule erecto, aculeis inaequalibus acicularibus: foliis impari-pinnatis 3-jugis, foliolis parvis ovatis obtusis incurve serratis: stipulis adnatis integris: floribus subsolitariis: calycis tubo globoso, laciniis simplicibus: petalis obcordatis: stylis liberis vix exertis: cynarhodio subgloboso.

R. spinosissima *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 187.

In pratis alpinis Umbriae. *Valle Canetra.*

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores albi grate olentes.

1036 POMIFERA *Smith. Engl. Fl. t. 2. p.* 328. Caule erecto, aculeis mediocribus horizontalibus basi dilatatis: foliis impari-pinnatis 2-4-jugis, foliolis ellipticis tomentosis duplicato-serratis: stipulae adnatae integrae apicibus brevibus divergentibus: floribus solitariis vel corymbosis: calycis tubo globoso aculeato, laciniis simplicibus lanceolatis longe caudato-acuminatis: petalis obovatis: stylis liberis fere inclusis: cynarhodio globoso.

R. pomifera *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 190.

Ad sepes Umbriae in alpinis. *Valle Canetra.*

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores saturate rosei. Folia grate olentia.

1037 GLUTINOSA *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. p.* 348. Caule erecto, aculeis solitariis compresso-dilatatis: foliis impari-pinnatis sub 3-jugis, foliolis parvis subrotundis ovatisve duplicato-serratis subvillosis subtus crebre glandulosis: stipulae adnatae apicibus divergenti-dilatatis: floribus solitariis: calycis tubo ellipsoideo, laciniis pinnatifidis: petalis cuneatis emarginatis: stylis liberis subexertis: cynarhodio subgloboso.

R. glutinosa. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 193.

Ad sepes in nemorosis prope *Rieti.*

Frut. Flor. Majo-Junio. Flores pallide rosei. Herba viscida foetens.

1038 SERAPHINI *Viv. Fl. Cors. Diagn. p.* 8. Caule erecto, aculeis falcatis compresso-dilatatis: foliis impari-pinnatis 2-3-jugis, foliolis parvis subrotundis duplicato-serratis supra glabris subtus et serraturis glandulosis: stipulae adnatae apicibus ovatis divergentibus: floribus subsolitariis vel corymbosis: tubo calycis ellipsoideo parvo, laciniis pinnatifidis, pinna extima caudato-acuminata: petalis subrotundis emarginatis: stylis liberis tandem exertis: cynarhodio subgloboso.

R. Seraphini *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 194 - R. parvifolia *Sang. Cent. tres p.* 70.

In montosis apricis. *Monte Lucretile.*

Frut. Flor. Junio. Flores incarnati noctu grate olentes. Odor plantae nauseosus hircinus.

1039 RUBIGINOSA *L. Mant. Alt. p.* 564. Caule erecto, aculeis validis compresso-falcatis: foliis impari-pinnatis sub-3-jugis, foliolis suborbiculato-ovatis pubescentibus subtus serraturisque glandulosis: stipulae adnatae

tenuiter serratae apicibus divergentibus: floribus terminalibus solitariis quandoque corymbosis: pedunculis, tuboque calycis ellipsoideo, hispidis, limbi laciniis alterne pinnatifidis, petalis obcordatis: stylis subexertis: cynarhodio subgloboso.

R. rubiginosa *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 197 - R. rubiginosa var. pubera *Fior. in Gior. dei Lett. di Pisa* 1828. *t.* 17. *p.* 121 - R. dumetorum *Sang. Cent.* 13. *p.* 70.

β sepium. Pedunculis tuboque calycis glabro.

R. rubiginosa *β Bert. l. c.* - R. rubiginosa var. segium *Fior. l. c.* - R. systyla *Sang. Cent. tres p.* 71.

In montanis ad sepes utraque varietas. *Monti tiburtini, a Collescipuli*, secus Romam etc.

Frut. Flor. Majo. Flores carnei. Odor herbae terebinthinaceus.

1040 COLLINA *Wild. Sp. Pl. t.* 2. *p.* 2. *p.* 1078. Caule erecto, aculeis aduncis compresso-dilatatis: foliis impari-pinnatis sub-3-jugis, foliolis ovatis pubescentibus, serraturis eglandulosis: stipulae adnatae margine piloso-glandulosae laciniis acutis: floribus subsolitariis quandoque corymbosis: pedunculis tuboque calycis ovoideo, glabris, limbi laciniis alterne pinnatifidis: petalis obcordatis: stylis inclusis: cynarhodio ovoideo.

R. collina *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 200.

In sepibus ad vias campestres prope Tiburem.

Frut. Flor. Majo. Flores albo-carnei. Folia inodora.

1041 CANINA *L. Sp. Pl. p.* 704. Caule erecto, aculeis majusculis aduncis basi compresso-dilatatis: foliis impari-pinnatis 2-3-jugis, foliolis ovatis oblongisve saepe dnplicato-serratis subcoriaceis nitidis: stipulae adnatae laciniis latiusculis, apice acuto, divergentibus: floribus simplicibus corymbosisve: calycis tubo ovoideo, limbi laciniis latiusculis alterne pinnatifidis, pinnis angustis impari elongato: petalis obcordatis: stylis inclusis: cynarhodio ovoideo.

R. canina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 171. *n.* 571 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 201.

α glabra. Petialis vix puberulis, foliolis glabris, pedunculis calycibusque laevibus.

β nitens. Foliolis subconcolaribus glabris nitidis, pedunculis fructibusque laevibus.

γ glancescens. Aculeis minoribus, foliolis utraque pagina glabris glaucis.

δ dumetorum. Petiolis tomentosis, foliolis subtus puberulis supra glabriusculis, pedunculis fructibusque laevibus.

ε microcarpa. Foliolis subtus vellutinis, fructibus minoribus laevibus.

ξ bractescens. Foliolis ovato-acuminatis, bracteis majusculis lanceolato-acuminatis.

Ad sepes vulgatissima tam in demissis quam in montanis α communis; β secus Romam *alla Caffarella*, γ in Umbriae montibus *a Valle Canetra* in Nursinis, δ *Roma Tivoli* etc. ξ in alpinis *Fossa media*.

Frut. Flor. Majo. Flores pallide rosei.

Vulgo. *Rosa di fratta*, *Rosa canina*, *salvatica*; fructus *Cinobasti*, *Grattaculi*, *Ballerini*, *Paterlenghi*; excrescentia, quae in hac specie, in R. gallica, et in R. rubiginosa surgit ex punctura insecti *Cynips Rosae* seu nidus horum insectorum dicitur *Gatta della Rosa*, *Fungo della Rosa*, *Bedequar*.

Usus. Petala laxativa sunt, fructus refrigerantes, nidus insectorum adstringens, lignum in arte topiaria saepe desideratur.

1042 ARVENSIS *L. Mant. Alt. p.* 145. Caule procumbente flagelliforme, aculeis parvis aduncis: foliis impari-pinnatis 3-jugis, foliolis subrotundo-ovatis serratis subtus glaucescentibus: stipulae adnatae laciniis acutis erectis: floribus ut plurimum solitariis: tubo calycis oblongo, limbi laciniis ovatis acutis: petalis obovatis integris: stylis glabris longe exertis: cynarhodio ellipsoideo parvo.

R. arvensis *Fior. in Gior. de lett. di Pisa* 1828. *t.* 17. *p.* 121 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 205.

In montibus Latii. *Lucretile*.

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores albi suaveolentes.

1043 ALPINA *L. Sp. Pl. p.* 703. Caule erecto ramoso subinermi: foliis impari-pinnatis 3-4-jugis, foliolis ellipticis obtusis glabris argute duplicato-serratis: stipulae adnatae laciniis lanceolatis apice divergentibus: floribus solitariis caule ramisque terminalibus: tubo calycis oblongo, limbi laciniis ovato-lanceolatis simplicibus apice caudato-elongatis: petalis obcordatis: stylis inclusis: cynarhodio ovoideo.

R. alpina *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 207.

In rupestribus alpinis Umbriae. *Monte Vettore*, *Valle Canetra* etc.

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores intense rosei.

1044 *pumila* *L. Sup. p.* 262. Caule humili erecto, aculeis tenuibus subincurvis numerosis: foliis impari-pinnatis sub-3-jugis, foliolis ellipticis duplicato-serratis supra viridibus subtus glaucis, nervis pilosis quandoque glandulosis: stipulae adnatae laciniis angustis, apice acuto, divergentibus: floribus plerumque solitariis, caule ramisque terminalibus: pedunculis elongatis, tuboque calycis oblongo, hispidis: limbi laciniis lanceolatis elongatis alterne pinnulatis: petalis obcordatis: stylis subexertis: cynarhodio turbinato.

R. pumila *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 210 - R. gallica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 170. *n.* 569.

Ad oras nemorum circa Urbem frequens *Caffarella*, et in montibus Latii *Albano.*

Frut. Flor. Majo. Flores intense rosei quandoque albi grate leniter olentes.

Usus. Rosa gallica L. in hortis colitur pro usu medico, neque apud nos indigena. Herborari, sub nomine *Bottoni di Rose*, flores R. pumilae in Farmaciis inducunt sine ullo artis detrimento.

1045 *sempervirens* *L. Sp. Pl. p.* 704. Glabra. Caule prostrato elongato, aculeis validis recurvis basi dilatatis: foliis impari-pinnatis sub-3-jugis, foliolis coriaceis perennantibus ovato-lanceolatis serratis: stipulae adnatae laciniis angustis apice incurvis: floribus corymbosis terminalibus axillaribusque: pedunculis calycibusque hirto-glandulosis: tubo ovoideo, limbi laciniis ovatis acutis integris: stylis longe exertis: cynarhodio ovoideo.

R. sempervirens *Sebast. En. Amph. Flavii p.* 67. *n.* 197 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 171. *n.* 570 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 213.

Ad sepes in nemorosis frequens.

Frut. Flor. Majo. Flores albi admodum odori.

Vulgo. *Rosa salvatica, Rosa di fratta,* fructus *Grattaculi, Paterlenghi.*

Usus. Lignum ad opus topiarium aptissimum.

CLASSIS XIII POLYANDRIA

Ordo I. Monogynia.

Papaveraceae Juss.

231 PAPAVER L. Calyx liberus deciduus diphyllus, foliolis aequalibus concavis: corolla rosacea 4-petala cito decidua, petalis planis in aestivatione

corrugatis: staminum filamenta filiformia vel subulata, antherae oblongae 2-loculares: ovarium, stigmate persistente radiato, coronatum, radiis 4-20 margine integris vel partitis: capsula globosa ovato-oblonga sub corona foraminibus dehiscens, dissepimentis placentariis incompletis, unilocularis.

232 GLAUCIUM L. Calyx liberus deciduus diphyllus, foliolis aequalibus concavis: corolla rosacea 4-petala cito decidua, petalis planis in aestivatione corrugatis: staminum filamenta filiformia, antherae lineares 2-loculares: ovarium stigmate persistente 2-3-4-lobum coronatum: siliqua cylindracea longissima 2-valvis, dissepimento placentario completo, 2-locularis.

233 CHELIDONIUM L. Calyx liberus deciduus diphyllus, foliolis ovatis concavis: corolla rosacea 4-petala decidua, petalis in aestivatione corrugativa: staminum filamenta filiformia, antherae lineares 2-loculares: ovarium, stigmate persistente 1-lobo, coronatum: capsula subcylindrica elongata brevirostrata 1-locularis 2-valvis: semina subreniformia puntata ecristata.

234 ACTEA L. Calyx liberus deciduus 4-phyllus: corolla rosacea 4-petala calyci aequalis, petalis spathulatis deciduis: staminum filamenta filiformia apice incrassata, antherae ovatae 2-loculares: ovarium basi contractum apice arcuatum: stigma sessile papillosum fere obliquum: bacca ovoidea latere 1-sulcata 1-locularis polyspermia, stigmate coronata: semina semiorbiculata.

Capparideae Vent.

235 CAPPARIS L. Calyx liberus deciduus 4-phyllus, foliolis concavis: corolla rosacea 4-petala: staminum filamenta filiformia, antherae oblongae, 2-loculares versatiles: ovarium ovoideum thecaphoro filiformi impositum: stigma sessile acutum: bacca oblonga 1-locularis polysperma: semina parietibus adfixa.

Tiliaceae DC.

236 TILIA L. Calyx liberus 5-partitus deciduus coloratus: corolla rosacea 5-petala calyci aequalis, petalis obverse lanceolatis crenatis, unque nuda vel squamato-nectarifera: staminum filamenta subulata modo libera, modo basi coalita, antherae 2-loculares didymae: ovarium subrotundum tomentosum: stylus filiformis deciduus: stigma capitato-5-lobum: nux coriacea vel cartacea pentagona, vel subrotunda 5-locularis monosperma.

Cistineae DC.

237 CISTUS L. Calyx liberus persistens 5-phyllus, foliolis 2-seriatis, duabus externis: corolla rosacea 5-petala, lamina plana patente, unque brevi: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris ovatis 2-locularibus: ovarium sobrotundum: stylus brevissimus rectus: stigma capitatum: capsula sublignosa calyce tecta 5 raro 10-locularis, 5 raro 10-valvis, dissepimentis medianis dehiscens.

238 HELIANTHEMUM WILLD. Calyx liberus persistens 5-phyllus, foliolis 2-seriatis, duobus externis, quandoque simpliciter 3-phyllum: corolla rosacea 5-petala, unque brevi, lamina patente: stamina corolla breviora, filamentis filiformibus, externis saepe castratis, antheris ovatis 2-locularibus: ovarium subrotundum: stylus brevis: stigma capitatum: capsula ovoideo-trigona ut plurimum cartacea 3-valvis dehiscens, dissepimentis medianis incompletis 2-locularis, quandoque completis 3-locularis.

Nymphaeaceae Salisb.

239 NYMPHAEA L. Calyx coriaceus liberus persistens 4-phyllus: corolla polypetala, petalis multiseriatis, apice receptaculi, ovarium includentls, insertis: stamina petalis multo breviora, in seriebus petalis successivis, inserta: filamenta plana apice attenuata: antherae 2-loculares lineares , facie interna filamentis, adnatae: ovarium subglobosum: stigma sessile peltato-radiatum , centro umbilicatum, radiis acutis anterius liberis: bacca pulposa multilocularis , loculis polyspermis stigmatae persistente coronata semina arillo pulposo circumdata.

240 NUPHAR SIBTH ET SMITH. Calyx coriaceus liberus persistens coloratus 5-6-phyllus: corolla polypetala, petalis dorso glanduliferis multiseriatis, apice receptaculi, basim ovarii cingentis, inserta: stamina petala aequantia in seriebus petalis successivis inserta: filamenta crassa compressa in latus recurva: antherae lineares facie interna filamenti adnatae , loculis discretis: ovarium obscure pyriforme: stigma sessile peltato-radiatum, radiis anterius integris raro sublobatis: bacca pulposa stigmate persistente coronata 1-locularis , loculis polyspermis: semina arillo septiformi ad invicem distinta.

POLYANDRIA TRIGYNIA

PAEONIACEAE BARTL.

241 PAEONIA L. Calyx liberus persistens 3–4-6-phyllus , foliolis tribus internis margine membranaceis, reliquis omnibus externis, quandoque in foliis veris mutatis: corolla rosacea grandis 5-polypetala, petalis concavis patentibus obovatis ut plurimum integris: staminum filamenta filiformia , antherae terminales 2-loculares : discus carnosus ovaria cingens: ovaria 2-6 erecta: stigmata crassa sessilia 2–lamelata cristata, crista nunc brevi nunc elongata et apice recurva: follicoli 2-6 coriacei maturitate divergentes latere interno dehiscentes.

RANUNCULACEAE JUSS.

242 DELPHINIUM L. Calyx coloratus liberus deciduus 5-6-sepalus , sepalum supremum basi in cornu conico-subulato intus cavo productum, dum 6 sepalus duo interna unquiculata: corolla 1-4-petala calcarata , calcare in cornu calycis immisum: staminum filamenta inferne dilatata: antherae ovatae erectae: ovaria 1-3-5: styli persistentes: stigmata simplicia reflexa: folliculi oblongi subrotundi, latere interno, dehiscentes.

243 ACONITUM L. Calyx coloratus liberus saepius deciduus 5-sepalus , sepalum supremum majus cassideforme antice rostratum , duo lateralia suborbiculata conniventia, duo inferiora minora dependentia: corolla 2-petala longe unquiculata in sepalo majore recondita, unumquodque petalum superius in calcar tubulosum recurvum, inferius in laminam planam saepe incurvam, productum: stamina inter sepala lateralia, filamentis basi dilatatis, antheris subrotundis: ovaria 3-5, stylis filiformibus, stigmatibus simplicibus: foliculi cartacei stylo, coronati, latere interno dehiscentes.

POLYANDRIA-PENTAGYNIA

244 AQUILEGIA L. Calyx coloratus deciduus 5–sepalus: corolla 5-petala, petalis cum sepalis alternantibus, inferius in cornu apice calloso, productis, superius hiantibus 2-labiatis, labio externo amplo plano, interno minimo: stamina seriata, interna longiora castrata , externa filamentis subulatis an-

theris cordatis: ovaria 5, stylis subulatis, stigmatibus simplicibus: folliculi erecti cylindrici, stylo coronati, latere interno, dehiscentes.

245 NIGELLA L. Calyx coloratus liberus deciduus 5-sepalus: corolla polypetala patens, petalis parvis 2-labiatis circa stamina in seriebus dispositis, labio superiore indiviso, inferiore 2-fido, ungue foveolato nectarifero: staminum filamenta subulata: antherae oblongae, connectivo saepe ultra apicem producto, mucronatae: ovaria 5–10 plus minus distinta vel coalita: stigmata, stylis 3-5-10 elongatis, longitudinaliter adnata: capsulae totidem, stylis persistentibus coronatae, latere interno dehiscentes.

Polyandria-polygynia

246 ADONIS L. Calyx liberus deciduus pentasepalus, sepalis patentibus concavis: corolla rosacea 5-∞-petala, petalis ut plurimum calyce longioribus, unque nudo: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris subovatis incurvis: stylus brevissimus: stigma simplex: nuculae numerosae ovatae reticulato-rugosae 1-spermae in spicam aut capitulum super riceptaculum auctum saepe elongatum, dispositae.

247 FICARIA DILL. Calyx liberus deciduus 3-sepalus, sepalis concavis patentibus: corolla rosacea polypetala, calyce duplo longior, petalis oblongis planis, ungue nectarifero foveolato: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris oblongis: stylus brevissimus dilatatus: stigma obtusum: nuculae laeves compressae obtusae 1-spermae in capitolum dispositae.

248 RANUNCULUS L. Calyx liberus 5- sepalus deciduus, sepalis concavis patentibus vel retroflexis: corolla rosacea 5 raro 10-petala, petalis obtusis, ungue, fovea nectarifera quandoque squamula aucta, donato: stamina corolla breviora, filamentis subulatis, antheris oblongis: stylus brevis vel elongatus lateralis: stigma puberulum: nuculae ovatae subcompressae 1-spermae laeves vel echinatae tuberculatae striatae, stylo quandoque elongato, coronatae, in capitulum vel spicam super riceptaculum auctum dispositae.

249 CERATOCEPHALUS DC. Calyx liberus tandem deciduus 5-sepalus, sepalis oblongis patentibus: corolla rosacea 5-petala, calyce subduplo longior, petalis oblongis integris: stamina corolla breviora, filamentis subulatis antheris, oblongis: stylus elongatus incurvus: stigma puberulum: nuculae lanuginosae 1-spermae basi 2-lobae apice in rostrum superius falcatum productae, in spicam cylindricam, dispositae.

250 TROLLIUS L. Calyx liberus deciduus 5-∞-sepalus, sepalis coloratis: petala 5 plura basi tubulosa apice 1-labiata: staminum filamenta subulata erecta: antherae elongatae: stigma sessile acutum: capsulae cylindraceae subincurvae transversim rugosae 1-loculares polyspermae intus dehiscentes apice rostellatatae, thecaphoro, impositae.

251 ISOPYRUM L. Calyx liberus deciduus coloratus 5-sepalus, sepalis ovatis concavis: corolla 5-petala, petalis tubulosis ore bilabiatis, labio externo 2-lobo brevi, interno integro: staminum filamenta filiformia elongata: antherae erectae ovatae 1-loculares: ovaria erecta oblonga 2-∞: stigmata obtusa sublateralia in apice styli elongati: capsulae membranaceae oblongo-compressae, latere externo carinato, carina in rostrum producta, interno ab apice dehiscente, 1-loculares olygospermae.

252 HELLEBORUS L. Calyx liberus 5-sepalus persistens quandoque coloratus, sepalis subrotundis grandibus: corolla polypetala, petalis parvis tubulosis, basi compressa, nectariferis, apice truncatis: stamina calyci ut plurimum aequalia: filamenta subulata: antherae oblongae, loculis oppositis: ovaria 2-16 erecta, stylis subulatis, stigmatibus obtusis puberulis: capsulae membranaceae cylindraceo-compressae utrinque fere carinatae, carina externa recta in rostrum longe producta, interna incurva ab apice dehiscente, 1-loculares polyspermae.

253 CALTHA L. Calyx liberus patens deciduus aliquando persistens 5-∞-sepalus, sepalis subrotundis coloratis: corolla nulla: stamina calyci breviora, filamentis subulatis, antheris oblongis, loculis oppositis: ovaria erecta, stylo brevi conico, stigmate obtuso, capsulae membranaceae cylindrico-compressae subcarinatae, carina externa recta in rostrum breve producta, interna-curva ab apice dehiscente, 1-loculares polyspermae.

254 ANEMONE L. Flores involucrati, involocrum triphyllum incisum vel partitum a flore remotum: calyx liberus deciduus 6-∞-sepalus, sepalis coloratis obtusis conniventibus: corolla nulla: stamina calyci breviora: antherae apice filamentorum filiformium adfixae: styli jamdudum persistens saepius post nutias aucti: stigmata simplicia: nuculae 1-spermae in capitulum coadunatae, mucrone vel cauda plumosa, coronatae.

255 HEPATICA DILL. Flores involucrati, involucrum triphyllum integrum, flori approximatum. Calyx liberus deciduus 6-9-sepalus, sepalis inseriebus dispositis: corolla nulla: stamina calyci breviora: antherae apici fila-

mentorum irregularium adfixae: styli persistentes brevissimi: stigmata obtusa: nuculae 1-spermae breviter rostratae in capitulum coadunatae.

256 CLEMATIS L. Calyx liberus patens deciduus 4-8-sepalus , sepalis coloratis: corolla nulla: staminum filamenta medio dilatata: antherae elongatae erectae, connettivo subulato, adnatae: styli subulati: stigmata simplicia: nuculae 1-spermae in capitolum coadunatae , cauda plumosa vel nuda coronatae.

257 THALICTRUM L. Calyx minimus liberus cito deciduus 3-5-sepalus, sepalis concavis coloratis: corolla nulla: stamina patentia vel erecta, filamentis filiformibus saepe apice dilatatis , antheris elongatis oppositis: ovaria numero varia: stigmata ut plurimum sessilia pubescentia: nuculae 1-spermae modo sessiles modo pedicellatae triquetrae, angulis alatis, sulcatae aut inflatae:

Alysmaceae Bartl.

258 SAGITTARIA L. Flores monico-dyclini superiores masculi, inferiores foeminei: stamina sub 24, filamentis subulatis, antheris basi cordatis extrorsis: ovaria plurima, stylo brevissimo, stigmate simplici: in utroque flore calyx 3-phyllus, foliolis ovatis concavis persistentibus: corolla rosacea calyce longior ipsoque alterna 3-petala, petalis subrotundis obtusis: nuculae membranaceae compressae 1-loculares 1-spermae breviter rostratae in capitolum densum coadunatae.

Polyandria-Monogynia

PAPAVER.

1046 *hybridum L. Sp. Pl. p.* 725. Caule erecto ramoso: foliis pinnatifidis, pinnis incisis margine breviter setosis: floribus solitariis longe pedunculatis, pedunculis adpresse setosis: capsulis subglobosis setoso-hispidis, stigmate sub 5-radiato, coronatis.

P. hybridum *Maur. Centr* 13. *p.* 25 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 316.

In incultis. *Sul Monte Mario nella villa Mellini.*

Ann. Flor. Aprili. Flores punicei antheris cyaneis.

1047 *dubium L. Sp. Pl. p.* 726. Caule erecto ramoso, pilis adpressis: foliis 2-pinnatifidis, inferiorum laciniis latiusculis integris aut 3-dentatis, su-

periorum linearibus acutis: floribus solitariis longissime peduculatis, pilis pedunculorum patentibus: capsulis oblongis subangulatis glabris, stigmate multiradiato, coronatis.

P. dubium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 176. *n.* 586 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 322.

α Rubiaci. Foliis superioribus bipinnatifidis, capsula abbreviata.

P. dubium *x Bert. l. c.*

In incultis, vineis etc. frequens. α *Villa Borghese.*

Ann. Flor. Aprili. Flores punicei.

Vulgo. *Rosolaccio, Papavero salvatico.*

1048 *Rhoeas L. Sp. Pl. p.* 726. Hirsutum pilis patentibus. Caule erecto ramoso: foliis pinnatifidis, laciniis serratis incisisve: floribus solitariis longissime pedunculatis: capsulis subrotundis glabris, stigmate multiradiato, coronatis.

P. Rhoeas. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 176. *n.* 585 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 324.

In cultis, incultis, vineis etc. communis.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores punicei.

Vulgo. *Rosalaccio. Papavero salvatico.*

Usus. In materia medica flores, et herba Rhoeadis enumerantur utpote sudorifera calmans somnifera. Apud nos flores communiter usurpantur ad tussim compescendam; sed indiscriminatim flores P. Rhoeadis et dubii ad hoc colliguntur: herba cruda, et magis cocta utriusque speciei sub hyeme a villicis appetitur.

1049 *somniferum L. Sp. Pl. p.* 726. Glaucum. Caule erecto simplici ramosque: foliis amplexicaulibus oblongis incisis dentatisve, dentibus subrotundis: floribus solitariis, pedunculis solitariis aggregatisve: capsulis oblongis vel subglobosis, stigmate multiradiato, coronatis.

β nigrum. Capsula globosa, semine nigro.

P. somniferum *Maur. Cent.* 13. *p.* 25.

In incultis nunc sponte erraticum ex hortis aufugum.

Ann. Flor. Majo. Flores triste rosei.

Vulgo. et in officinis. *Papavero.*

Usus. Succo lactiginoso, qui ab hac specie in Oriente sponte provenit, Oppium fit, magnatibus illius regionis reservatum: decoctione plantae, et prae-

sertim capsularum extractum siccum educunt, quod Oppium in aeconomia haudit, cujus vis et usus in medicina sat noti. Apud nos speciem quoque colitur, sed, vi ejus admodum depauperata, ad syrupos et tisanas calmantes conficendas inservit.

GLAUCIUM.

1050 LUTEUM *Scop. Fl. Carn. ed. 2. t. 1. p.* 569. Intese glaucum. Caule ut plurimum caespitoso, ramis alterne dichotomis: foliis undulatis inferioribus pinnatifidis angulato-dentatis, supremis simpliciter dentatis: siliquis incurvis ut plurimum tuberculato-scabris: semina majuscula reniformia.

G. luteum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 176. *n.* 584 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 312 - G. flore luteo. *Hort. Rom. t.* 4. *p.* 87.

In arenosis maritimis. *Ostia*, *Fiumicino*, *Nettuno*, etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

Vulgo. *Papavero cornuto.*

CHELIDONIUM.

1051 MAJUS *L. Sp. Pl. p.* 723. Caule articulato, articulis tumidis: foliis impari-pinnatis, pinnis lobatis crenatis: pedunculis umbellatis axillaribus vel oppositifoliis.

Ch. majus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 175. *n.* 583 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 309 - *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 46.

In umbrosis ad sepes ubique.

Perenn. Flor. Majo-Jnnio. Flores lutei.

Vulgo. *Celidonia*, *Erba nocca.*

Usus. Plinius refert succum Chelidonii majoris, melle coctum, remedium praestare in caligine oculorum. Successivis temporibus inter suspecta remedia enumeratus, nam succus procul dubio causticus evadit. Coctus an acritatem admictit, ut de aliarum plantarum succo evenit? res periclitanda. Succus in carie dentium, et in hydrope, aedemate etc. uti diureticus, apud nonnullos etiam invaluit, at nunc vix commemoratur.

ACTAEA.

1052 SPICATA *L. Sp. Pl. p.* 722. Foliis petiolatis ternato-supradecompositis glabris, foliolis cordato-ovatis inciso-serratis, terminali trilobo: racemo ovato: petalis staminum longitudine: pericarpio baccato.

A. spicata *Sang. Cent. tres p.* 74. *n.* 166 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 306.

In nemorosis apenninis. *Monti della Sibilla.*

Perenn. Flor. Junio-Julio Flores albi. Fructus nigri venenati.

CAPPARIS.

1053 RUPESTRIS *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t. 1. p.* 355. Caule caespitoso: foliis breviter petiolatis subrotundis obtusis: aculeis tenuibus brevissimis rectis cito deciduis ad basim petiolorum: pedunculis solitariis elongatis 1-floris: baccis cylindraceis.

C. rupestris *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 302 – C. spinosa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 175. *n.* 582 - *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 33. *n.* 47 – C. non spinosa fructu majore. *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 8.

Ad muros antiquos vulgaris.

Suffrut. Flor. ab aestate in autumnum. Flores albi centro subviolacei.

Vulgo. *Cappari.*

Usus. Flores inapertos et quandoque fructus immaturos aceto infundimus ad obsonia condienda.

TILIA.

1054 EUROPAEA *L. Sp. Pl. p.* 733. Ramis patulis glabris, cortice laevi senescente rimoso: foliis serratis cordatis glabris subtus in venarum axillis parvi-spongiosis: florum pedunculis axillaribus solitariis umbellatis, umbella quandoque composita jamdudum pauci-radiata: bractea oblongo-ligulata: nuce coriacea ovata laeviter costata.

T. europaea *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 334.

In sylvaticis montium non rara.

Arbor. Flor. Junio-Julio. Flores luteoli gratissime olentes.

Vulgo. *Tiglio.*

1055 GRANDIFOLIA *Smith. Engl. Fl. t.* 4. *p.* 18. Ramis patulis saepe pubescentibus, cortice laevi, senescenti rimoso: foliis pubescentibus serratis aequaliter obliqueve cordatis subtus in axillis venarum parvispongiosis: florum pedunculis axillaribus solitariis umbellatis, umbellis parvi-radiatis, radiis abbreviatis sub 3-floris: bractea obverse lanceolata elongata: nuce lignosa crassa turbinato-ovata exquisitae costata.

T. grandifolia *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 335 - T. platyphyllos *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 176. *n.* 587.

In sylvaticis montium. *Nel monte Albano, a Castel Candolfo.*

Arbor. Flor. Junio. Flores albi odori.

Vulgo. *Tiglio.*

1056 *parvifolia* *Smith. Engl. Fl. t.* 3. *p.* 20. Ramis patulis glabris laevibus, senescentibus subrimosis: foliis subcoriaceis glabris argute serratis basi cordatis quandoque truncatis subtus albo-glaucis, axillis foliorum ferrugineo-spongiosis: pedunculis axillaribus solitariis umbellatis: umbella composita multiflora: bractea ovato-oblonga: nuce cartacea subrotunda pubescente obscure costata.

T. parvifolia. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 336.

In sylvaticis montium Latii. *Alla Fajola.*

Arbor. Flor. Junio. Flores luteoli odorosissimi.

Vulgo. *Tiglio.*

Usus. Tiliae, ligno et floribus, ab antiquitus natae. Lignum laeve ad opera caelata vel torno polienda summopere aptum, et plurimis in operibos usurpatum, item combustione carbo obtinetur ad pulverem sulphuream conficendam praestantissimum. Apes, flores, jamdudum grate olentes, avide appetunt, qui flores, ad mel optimum obtinendum, admodum apti. Item flores in arte medica, uti sudoriferi et excitantes, valent.

CISTUS.

1057 *monspeliensis* *L. Sp. Pl. p.* 737. Viscidus pilosus. Caule erecto, ramis brachiatis: foliis lineari-lanceolatis margine revolutis 3-nerviis rugosis: floribus axillaribus terminalibusque racemosis: calycis foliolis ovatis acuminatis, petalis obovatis integris, duplo brevioribus: capsula ovoideo-pentagona glabra calyce, breviore.

C. monspeliensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 176. *n.* 589 - *Bert. Fl It. t.* 5. *p.* 339 - C. affinis *Sang. Cent. tres p.* 75. *n.* 167.

In maritimis frequens. *A Malafede, Ostia, Maccarese* etc.

Frutex. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Cisto.*

Obs. Planta succo resinoso viscido repleta Rosmarinum grave redolens.

1058 *incanus* *L. Sp. Pl. p.* 737. Incano-villosus. Caule erecto ramoso, ramis oppositis, altero abortiente, quandoque alternis: foliis obovato-spathulatis rugosis 1-nerviis, petiolo alato 3-nervi basi dilatato: floribus terminalibus axillaribusque breviter petiolatis ut plurimum solitariis: calycis dense sericei foliolis ovatis longe acuminatis, petalis obovatis, etiam duplo brevioribus: capsula ovoideo-pentagona, calyce villoso, subbreviore.

C. incanus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 177. *n.* 591 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 341.

β villosus. Viridior, pilis brevioribus.

C. villosus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 176. *n.* 588 – C. incanus β *Bert. l. c.*

In collibus circa Urbem, et in ericetis mare versus. *Pigneto Sacchetti*, *Ostia*, *Terracina*, *Civitavecchia* etc.

Vulgo. *Cisto.*

Obs. Planta prosus inodora.

1059 *SALVIFOLIUS L. Sp. Pl. p.* 738. Hirtus, basi tandem glabratus. Caule erecto vel decumbente, ramis brachiatis: foliis petiolatis ovatis 1-nerviis supra saturate viridibus: floribus axillaribus terminalibusque longe pedunculatis, pedunculis articulatis nubilibus nutantibus: calycis foliolis aequalibus, externis latioribus, petalis cuneatis, brevioribus: capsula subrotundo-pentagona villosa, calyce, breviore.

C. salvifolius *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 177. *n.* 590 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 346.

In collibus et ericetis circa Urbem vulgaris. *Monte Mario*, *Valle dell'Inferno* etc.

Frut. Flor. Aprili. Flores albi.

Vutgo. *Cisto.*

HELIANTHEMUM.

1060 *HALIMIFOLIUM Wild. En. Hort. Berol. t.* 1. *p.* 569. Cinereo-leprosum. Caule ramosissimo, ramis erectis: foliis obverse lanceolatis subtrinerviis: floribus racemoso-paniculatis, racemis alternis: calycis foliolis externis linearibus, internis ovato-lanceolatis, subduplo brevioribus: petalis obovatis calyce subquadruplo majoribus: stylo brevi recto: capsula coriacea obscure trigona longitudine calycis: seminibus minutis angulato-scabris.

H. Halimifolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 177. *n.* 592 - *Bert. Fl. It. t.* 5.*p.* 352 - Cistus Halymi fol. flore luteo maj. Italicus. *Barrel. Ic.* 291.

In maritimis non infrequens. *Ostia*, *Castelfusano*, *Fiumicino* etc.

Frut. Flor. Majo-Junio. Flores lutei, macula atra ad basim.

1061 *LAEVIPES Wild. En. Hort. Berol. t.* 1. *p.* 570. Glabrum. Caule ramosissimo erecto vel adscendente, ramis inordinatis: foliis sessilibus setaceis alternis subimbricatis: floribus in racemis laxifloris paucifloris: calycis foliolis externis linearibus, internis lato-ovatis subtriplo brevioribus: petalis obovato-cuneatis, calyce duplo longioribus: stylo longitudine staminum, capsula obtusa, longitudine calycis: seminibus minutis triquetris foveolatis.

H. laevipes *Fior. in Gior. Arc. t.* 18. *p.* 165 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 353.

In maritimis. *Sulle rupi di Terracina.*

Suffr. palmaris. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

1062 *Fumana W. En. Hort. Berol. t.* 1. *p.* 570. Glaucum. Caule procumbente vel erecto ramoso, ramis tortuosis: foliis semiteretibus alternis rigidis ciliatis: floribus solitariis pedunculatis cernuis: calycis foliolis externis linearibus, internis late ovatis, subtriplo brevioribus: petalis obovatis integris, calyce, subduplo longioribus: stylo ut plurimum erecto longitudine staminum: capsula obtusa, calyce parum breviore: seminibus grandiusculis obscure triquetris laevibus.

H. Fumana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 177. *n.* 593 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 355 - Cistus minor brevi vermiculato folio hisp. *Barrel. Ic.* 286 - Chamaecistus luteus vermiculato folio maj. *Ic.* 445 - et Ch. brevi vermiculato folio minor hisp. *Ic.* 446.

In aridis montium, et in arenosis maritimis. *a S. Palo, Monte Gennaro, Ostia, Terracina* etc.

Suffr. subpedalis. Flor. Majo-Septemb. Flores lutei.

1063 *alpestre Coll. Herb. Ped. t.* 2. *p.* 248. Pilosum. Caule caespitoso valde ramoso prostrato vel ascendente, ramis patentibus: foliis oppositis oblongis inferioribus ovatis: floribus terminalibus in racemo paucifloro: calycis foliolis externis obverse lanceolatis, internis ovato-oblongis subtriplo brevioribus: petalis cuneatis, calyce duplo longioribus: stylo inclinato, staminibus breviore: capsula ovoideo-oblonga calycis longitudine: seminibus parvis ovoideo-subtrigonis scabris.

H. alpestre *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 358 - H. italicum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 177. *n.* 594 - Cistus Serpilli folio villoso. flor. pallido Italic. *Barrel. Ic.* 366.

In elatis montium. *Presso Terni, al Vettore* etc.

Suffr. subspithameus. Flor. Junio. Flores albi.

1064 *marifolium Coll. Herb. Pedem. t.* 1. *p.* 248. Albo-tomentosum. Caule decumbente ascendenteve ramoso, ramis patentibus: foliis oppositis petiolatis ovato-oblongis acutiusculis ciliatis: floribus in racemo terminali laxo longe pedunculato: calycis foliolis externis lineari-lanceolatis, internis ovato-lanceolatis, duplo brevioribus: petalis obovatis, calyce duplo majoribus:

stylo apice implexo: capsula subrotunda calyci aequali: seminibus subtriquetris laevibus.

H. marifolium α et β *Sang. Cent. tres p.* 76. *n.* 169 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 360 - Cistus Oleae folio villos. flore aur. Italicus *Barrel. Ic.* 365.

In herbidis apenninis Umbriae frequens.

Suffr. spithameus. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

1065 GUTTATUM *Hook Brit. Flor. ed.* 2. *p.* 258. Pilosum. Caule subsimplici erecto: foliis sessilibus oppositis ovato-lanceolatis trineviis, superioribus lanceolato-linearibus alternis: floribus in racemo terminali laxo, pedunculis cernuis: calycis foliolis externis lanceolatis, internis ovato-lanceolatis acutis jamdudum brevioribus: petalis cuneatis integris serratisve, calyce longioribus: stylo brevissimo capsula obtusa, calyce breviore: seminibus exiguis trigonis minutissime granulatis.

H. guttatum α, β, γ *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 178. *n.* 595 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 366 - Heliantemon flore maculoso. *Columm. Ecphr.* 2. *p.* 78 *fig. p.* 77.

In oris sylvarum, collibus sterilibus circa Urbem frequens. *Alla valle dell' Inferno* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei, macula atro-purpurea in basi petalorum.

** Foliis stipulatis

1066 SALICIFOLIUM *Pers. Syn. t.* 2. *p.* 78. Cinereo-pubescens. Caule erecto-ramoso, ramis patulis: foliis oppositis petiolatis, inferioribus obovatis, superioribus oblongis: stipulis lineari-oblongis, foliis dimidio brevioribus: floribus in racemo terminali simplici, pedicellis fructiferis patenti-ascendentibus: calycis foliolis externis linearibus, internis ovatis, dimidio brevioribus: petalis obovatis integris, calyce subaequalibus: stylo recto, stamina, aequante: capsula obtusa, calyci aequali: seminibus exiguis ovoideis minutissime granulatis.

H. salicifolium *Sang. Cent. tres. p.* 75. *n.* 168 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 370.

In collibus tiburtinis vulgare, et circa lacum vulgo *dei Tartari.*

Ann. Flor. Februario-Martio. Flores citrini.

1067 THYMIFOLIUM *DC. Prod. t.* 1. *p.* 276. Pulverulento-pubescens, quandoque glutinosum. Caule caespitoso-decumbente vel erecto, ramis numerosis

utplurimum erectis: foliis sessilibus linearibus obtusiusculis margine revolutis, inferioribus oppositis, superioribus alternis: stipulis linearibus folio brevioribus, setula munitis: floribus in racemo terminali simplici, pedunculis erectis tandem patentibus: foliolis calycinis externis linearibus internis ovatis, subtriplo brevioribus: petalis obovatis emarginatis, calyce, paulo longioribus: stylo declinato, staminibus, sublongiore: capsula obtusa calyci aequale: seminibus grandiusculis triquetris albo-reticulatis.

H. thymifolium *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 375 - H. Barrelieri *Fior. in Gior. de'lett. di Pis. ann.* 1827. *tom.* 17. *p.* 121 et H. viride *Fior. l. c. p.* 14 - Chamaecistus angusto Thymifolio hisp. *Barrel. Ic.* 416 et Ch. luteus Thymifolio polyanthos seu major *Ic.* 443, et Ch. luteus Thymifolio ὀλιγανθής seu minor *Ic.* 444.

In maritimis non infrequens. *Ostia*, *Terracina* etc.

Suffr. spithameus. Flor. Majo. Flores lutei.

1068 Savi *Bert. Amoen. It. p.* 78. *n.* 5. Pubescenti-viscidum. Caule ascendente vel erecto, ramis sparsis: foliis breviter petiolatis lanceolatis acutis planis alternis: stipulis lanceolatis semicordatis, folio quadruplo brevioribus: floribus in racemo terminali paucifloro laxo: calycis acuminati foliolis externis lanceolatis, internis ovatis, dimidio brevioribus: petalis obovatis integris, calyce parum longioribus: stylo intorto: capsula calyci aequale: seminibus grandiusculis triquetris glaucis.

H. Savi *Sang. Cent. tres p.* 76. *n.* 170 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 378.

Ad radices montis *Circaei.*

Suffr. dodrontalis. Flor. Majo. Flores lutei.

1069 vulgare *Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 79. *n.* 69. Pilosum. Caule caespitoso procumbente, ramis simplicibus ascendentibus: foliis oppositis petiolatis subtus tomentosis, inferioribus ovatis, superioribus oblongis: stipulis lineari-lanceolatis, foliis, multo-minoribus: floribus secundis in racemis terminalibus tandem laxatis: calycis foliolis externis lanceolatis, internis lateovatis acuminatis, subtriplo brevioribus: petalis ovatis calyce triplo majoribus: stylo, stamina, aequante: capsula obtusa, calyce subbreviore: seminibus ovoideis grandiusculis minute granulatis.

β foliis pilosis utrinque viridibus.

H. vulgare *β Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 178. *n.* 596 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 380 - H. vulgare flore luteo *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 78.

In collibus montanis aeque ac in apricis. *Monti del Lazio*, *Caffarella*, *Villa Pamfili*, etc.

Suffr. palmaris vel pedalis. Flor. Junio. Flores lutei.

1070 *polifolium* *Hook Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 259. Incano-tomentosum, tomento stellato. Caule caespitoso decumbente, ramis erectis: foliis lanceolatis oppositis margine revolutis: stipulis linearibus folio subquadruplo minoribus: floribus in racemo terminali simplici tandem laxo: calycis foliolis externis linearibus, internis late-ovatis obtusis, triplo minoribus: petalis obovatis calyce triplo majoribus: stylo, stamina, aequante: capsula calyci subaequale: seminibus angulatis minutissime granulatis.

H. polifolium. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 387 - H. pulverulentum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 178. *n.* 597, et H. apenninum *l. c. n.* 598.

In montibus apenninis, et in siccis mare vesus. *Monte de' Fiori*, *Corneto* etc.

Suffrut. palmaris, pedalis. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

NYMPHAEA.

1071 *alba* *L. Sp. Pl. p.* 719. Foliis cordato-subrotundis integerrimis laevibus natantibus, sinu augusto, auriculis obtusis subparallelis: floribus emersis, sepalis oblongis, petalis ovato-lanceolatis, brevioribus: stigmate 16-radiato, radiis incurvis.

N. alba *Maur. Cent.* 13. *p.* 26 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 329 - *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 100.

In stagnis paludosis et lacubus. *Alle Paludi Pontine*, *al lago di Colfiorito in copia* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores candidi.

Vulgo. *Nufaro.*

Usus. Radix et flores jam in uso medico, nunc prorsus obsoleti.

NUPHAR.

1072 *lutea* *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 1. *p.* 361. Foliis cordato-ovalibus integerrimis laevibus tandem natantibus, sinu augusto, auriculis obtusis subdivergentibus: floribus emersis: sepalis subrotundo-ovatis, petalis acute marginatis, multo majoribus: stigmate integerrimo.

N. lutea *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 331 - Nymphaea lutea *Maur. Cent.* 13. *p.* 26 - *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 99.

In stagnis. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei.

Vulgo. *Nufaro giallo.*

Polyandria–Trigynia

PAEONIA.

1073 *officinalis* *L. Sp. Pl. p.* 747 α. Radice nodoso-filipendula, tuberibus oblongis: caule simplici erecto flexuoso pallide virenti: foliis ternato-sectis, segmento supremo trifido, lateralibus simplicibus vel bifidis, laciniis omnibus lanceolato-acuminatis subtus glaucis: flore solitario terminali: follicolis dense tomentosis maturitate divergentibus.

P. officinalis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 392.

In apenninis Umbriae. *Monte Priore*, *Valle Canetra* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Junio. Flores rosei vel Kermesini.

Vulgo. *Peonia femmina.*

1074 *corallina* *Retz Obs. fasc.* 3. *p.* 34. Radice nodoso-filipendula, tuberibus oblongis: caule simplici erecto flexuoso rubicundo: foliis biternato-sectis, segmentis simplicibus ovatis breviter acutatis glabris: flore subsolitario terminali: folliculis maturis recurvato-retroflexis tomentosis.

P. corallina *Sang. Cent. tres p.* 77. *n.* 171 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 395.

In sylvis Tusculanis *alla Molara*, et in montibus tiburtinis non procul *a S. Polo.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores punicei.

Vulgo. *Peonia maschia.*

Usus. Radix, flores, semina utriusque speciei in usu medico jam invaluerunt utpote anodyni; nunc aqua, e radicibus, distillata apud nos tantum in usu est, ad vermes fugandos.

DELPHINIUM.

1075 *Consolida* *L. Sp. Pl. p.* 748. Caule ramoso dichotomo, ramis divaricato-ascendentibus: foliis ternato-multifidis, laciniis linearibus elongatis: racemis paucifloris laxis, pedicellis, bracteis multo longioribus: corolla monopetala: folliculis solitariis pubescentibus: seminibus rugosis obsolete squamulosis.

D. Consolida *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 179. *n.* 599 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 398.

β divaricatum. Floribus terminalibus solitariis: seminibus imbricate squamulosis *Bert. l. c.*

Frequens inter segetes, et ad montium radices. *β* in Umbria.

Ann. Flor. Junio. Flores saturate coerulei.

Vulgo. *Fiore cappuccio. Consolida reggia.*

Usus. Flores ad infusiones sudoriferas et antirheumaticas olim adhibiti, nunc oblivioni traditi.

1076 *Ajacis L. Sp. Pl. p.* 748. Caule recto ultra medium ramoso, ramis patulis: foliis palmato-multifidis, laciniis linearibus: floribus approximatis in racemo spicaeformi elongato, pedicellis bracteae longitudine: corolla monopetala: capsulis solitariis pubescentibus: seminibus circulariter rugosis.

D. Ajacis *Sang. Cent. tres p.* 77. *n.* 172 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 400.

Sponte in ruderatis et hortorum ambulacris. *A Palazuola, a Palombara* etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei albi vel carnei.

Obs. In hortis ad ornatum colitur, et *Sperone di Cavaliere* vulgo audit.

1077 *Halteratum Sibt. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 1. *p.* 371. Pubescens. Caule erecto ramis patulis: foliis superioribus simpliciter tripinnatifidis, inferioribus multifido-partitis, laciniis omnibus lanceolato-linearibus: racemo spicaeformi superius denso, pedicellis inferioribus, bractea, brevioribus: corolla 2-petala, petalis superioribus marginatis, inferioribus cordato-orbiculatis, multo longioribus: folliculis subternis pilosis: seminibus subrotundis majusculis, squamis minutissimis, circulariter obductis.

D. Halteratum *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 403 - D. peregrinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 179. *n.* 600.

In sterilibus ad ripas passim.

Ann. Flor. aestate. Flores saturate coerulei.

1078 *vellutinum Bert. Exc. de re herb. p.* 12. *n.* 10. Molliter villosum. Caule erecto alterne ramoso: foliis palmato-partitis, segmentis multifido-linearibus, petiolis dilatatis basi vaginantibus: floribus in racemo spicaeformi ut plurimum denso: bracteis pedicello subaequalibus, inferioribus elongatis: corolla 4-petala, petalis duobus superioribus glabris obtusis, inferioribus unguiculatis subexertis apice 2-fidis, laciniis oblongis: folliculis tribus erectis tomentosis: seminibus turbinatis, squamis membranaceis sublaceris, circulariter obductis.

D. vellutinum *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 407.

In pratis alpinis Picaeni. *Monte la Ventosa.*

Perenn. Flor. Majo ad Junium. Flores coeruleo-violacei.

Vulgo. *Aconito falso.*

Obs. Saepe folia D. vellutini, pro foliis Aconiti Napelli, fraudolenter Farmacopolis venduntur. Virtus harum duarum plantarum longe diversa, nam flores et folia Delphinii nostri innocua, Aconiti Napelli admodum noxia.

1079 *Staphisagria* *Wild. Sp. Pl. t. 2. p.* 1231. Pubescenti-villosum. Caule striato, ramis erectis: foliis palmatis multilobis incisis vel integris: floribus longe pedunculatis in racemo laxo: bracteis linearibus oppositis, pedicellis multo brevioribus: corolla 4-petala, petalis binis superioribus brevissime calcaratis, inferioribus obovatis unguiculatis integris vel breviter 2-fidis: folliculis subtribus demum villosis: seminibus angulosis rugosis.

D. Staphisagria *Sang. Cent. tres p.* 78. *n.* 173 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 412.

In ruderatis. *Castel Gandolfo* secus *l' Emissario.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores coeruleo-lividi.

Vulgo, et in officinis *Stafissagria.*

Usus. Semina contrita Pediculos enecant, et huic tantum usui in officinis reservantur. Lasaigne, et Fenuelle, ex his seminibus, Delphininam eduxerunt, venenum irritans potentissimum in medicina nondum periclitatum.

ACONITUM.

1080 *Lycoctonum* *L. Sp. Pl. p.* 750. Caule erecto parce ramoso: foliis pubescentibus palmatis, lobis latis cuneatis inciso-dentatis: cuculli calcare spirali, galea conica elongata: folliculis ternis: seminibus pilis sinuosis, obsitis.

A. Lycoctonum *Maur. Cent.* 13. *p.* 27 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 417. Aconitum reticulata radice, flore sulphureo albicante latifolium, et angustifolium *Barrel. Ic.* 599.

In nemoribus montanis Latii. *Serra s. Antonio.*

Perenn. Flor. Julio. Flores pallide flavi.

Vulgo. *Strozza Lupo.*

Polyandria-Pentagynia

AQUILEGIA.

1081 *vulgaris* *L. Sp. Pl. p.* 752. Caule erecto, ramis alternis: foliis caulinis paucis remotis breviter petiolatis ternatis, caulinis longe petiolatis biternatis, foliolis tripartitis lobatis, lobis rotundatis: floribus paniculato-corymbosis nutantibus: cornubus longitudine petalorum incurvis: folliculis venosis longe rostratis.

A. vulgaris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 179. *n.* 601- *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 428 - Isopyrum Dioscoridis *Columm. Phytob. ed. Neap. p.* 1. *tab.* 1.

In montium sylvis. *Monte Gennaro, Monte Artemisio* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores coerulei.

Vulgo. *Aquilina, Fior cappuccio.*

Usus. Planta ornatu nunc tantum reservata, olim a medicis in exanthematibus et ictero adhibita.

1082 PYRENAICA *DC. Syst. Nat. t.* 1. *p.* 337. Caule simplici subnudo parce ramoso: foliis caulinis paucis integris vel trifidis, radicalibus longe pedunculatis biternatis, foliolis subtrifidis, segmentis obtuse lobatis: floribus solitariis, cornubus sepalis longioribus: folliculis hirsutis rostratis.

A. pyrenaica *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 431.

In montanis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio–Augusto. Flores laete coerulei.

NIGELLA.

1083 DAMASCENA *L. Sp. Pl. p.* 753. Caule erecto e basi alterne ramoso: foliis radicalibus caespitosis, caulinis alternis, omnibus multipartitis, laciniis linearibus canaliculatis: floribus solitariis terminalibus, involucro pentaphyllo multifido-lineari, cintis: sepalis ovato-lanceolatis acuminatis, ungue elongata: capsulis ovoideis, loculis totis connatis: stylis coronatis incurvis.

N. damascena *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 179. *n.* 602 - *Bert. Fl. t.* 5. *p.* 434.

In marginibus ad sepes vulgaris.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei.

Vulgo. *Scapigliata, Melanzio salvatico.*

1084 ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 753. Caule erecto, ramis alternis erecto-patulis: foliis multipartitis, laciniis capillaribus: floribus terminalibus solitariis nudis: sepalis subcordato-ovatis mucronatis, ungue tenui elongata: capsulis turbinatis, loculis superne liberis, stylis persistentibus intortis, coronatis.

N. arvensis *Fior. in Giorn. de' lett. di Pisa* 1828. *t.* 17. *p.* 122 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 436.

In litore marino, et locis paludosis secus Anxurem.

Ann. Flor. Julio. Flores albo–subcoerulei.

Vulgo. *Scapigliata.*

Usus. Oleum, et farina seminum utriusque speciei, et praesertim Damascenae in Callopistria invaluit.

ADONIS.

1085 AESTIVALIS *L. Sp. Pl. p.* 771. Glabra. Caule sulcato saepius ramoso: foliis inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus bipinnatifidis, laciniis anguste linearibus: petalis obverse lanceolatis, basi ungue nitido ut plurimum notatis: nuculis reticulato-rugosis in spicam cylindricam coadunatis.

A. aestivalis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 492 - A. annua α, β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 182. *n.* 616.

In arvis et segetibus frequens. *A Pratalata, sui monti di Lante, Ostia* etc.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flores miniati, quandoque luteoli.

1086 *DISTORTA Ten. Fl. Nap. t.* 4. *p.* 337. *tab.* 149. *f.* 1. Puberula. Caule flexuoso ut plurimum simplici: foliis inferioribus caespitosis petiolatis, petiolis basi dilatatis amplexicaulibus, superioribus sessilibus, omnibus 2-3-pinnatifidis, lacinulis linearibus abbreviatis lanceolatis acutis: petalis numerosis obverse lanceolato-spathulatis: nuculis reticulato-rugosis in capitolum coadunatis.

A. distorta *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 495.

In elatis apenninorum Picaeni. *M. Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores pallide flavi.

FICARIA.

1087 *RANUNCULOIDES DC. Fl. Fr. t.* 4. *p.* 2. *p.* 886. Glabra. Radice grumosa, tuberibus fasciculatis: caule decumbente vel ascendente parce ramoso: foliis longe petiolatis integris cordato-ovatis repando-angulatis: floribus solitariis terminalibus: petalis numerosis, calyci longioribus: nuculis subrotundis in capitolum globosum coadunatis.

F. ranunculoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 182. *n.* 617 - Ranunculus Ficaria *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 508 - R. vernus rotundifolius major *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 37.

In umbrosis, et pratis argillosis non infrequens.

Perenn. Flor. Februario-Martio. Flores flavi.

Vulgo. *Celidonia minore.*

Usus. Radices Chelidonii minoris inter remedia olim recensitae ad scorbotum sanandum, nunc vix commemorantur.

RANUNCULUS.

1088 *FLAMMULA L. Sp. Pl. p.* 772. Glaber. Radice repente articulata, ad articulos verticillatim fibrosa: caule declinato alterne ramoso: foliis petiolatis integris serratisve, inferioribus lanceolatis ascendendo attenuatis, supremis linearibus: floribus terminalibus paniculatis, petalis obovatis, ungue minute poroso, calyce duplo longioribus: nuculis ovatis tumidiusculis laevibus, in capitulo globoso, stylo brevi apiculato, coronatis.

R. Flammula *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 183. *n.* 618 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 497.

In paludosis *ad Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores flavi.

1089 OPHIOGLOSSIFOLIUS *Vill. Dauph. t.* 3. *p.* 731. *tab.* 49. Glaber. Radice articulata, fibris verticillatis longis: caule fistuloso striato erecto vel ascendente ramoso: foliis inferioribus subcordato-ovatis, superioribus oblongis, omnibus petiolatis, petiolis successive abbreviatis: floribus paniculatis: petalis obovatis, ungue brevi poroso, calyce piloso, longioribus: nuculis ovatis granulato-scabris, in capitolo globoso, stylo brevissimo compresso, coronatis.

R. ophioglossifolius *Fior. Gior. de lett. di Pisa* 1828. *t.* 17. *p.* 123 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 499.

In uliginosis, fossis, et paludibus. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores flavi.

1090 GRAMINEUS *L. Sp. Pl. p.* 773. Glaucescens. Radice fibroso-fasciculata: caule erecto tenui vix ramoso, basi bulboso, bulbo fibris petiolorum aetate tunicato: foliis lanceolato-linearibus integris multinerviis: floribus solitariis terminalibus: petalis obovatis, ungue brevissimo foveolato-squamoso, calyce, subduplo longioribus: nuculis ovatis reticulato-rugosis , in capitulo globoso, stylo brevissimo rostrato, coronatis.

R. gramineus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p* 503 - R. leptomacrophyllon bulbosus *Columm. Ecphr. p.* 314, et R. bulbosus graminens mont. *l. c. p.* 313. *fig.*

In pratis alpinis uliginosis Picaeni. *Al piano grande del Castelluccio.*

Perenn. Flor. Majo-Julio. Flores lutei.

1091 BREVIFOLIUS *Ten. Fl. Nap. Prod. sup.* 2. *p.* 68. Glaber. Radice fibrosa crassa: caule unifloro incurvo: foliis coriaceis glaucescentibus, radicalibus petiolatis reniformibus apice flabellato 3-5-fidis, lobo intermedio profundius fisso, caulinis unico binis sessilibus cuneiformibus 3-partitis: petalis obovatis venosis, ungue foveolato, calyce, sublongioribus: nuculis globosis venoso-glabris, in capitulo globoso, stylo circinato-uncinato, coronatis.

R. brevifolius *Sang. Cent. tres p.* 79. *n.* 176 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 512.

In excelsis apenninis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores lutei.

1092 ALPESTRIS *L. Sp. Pl. p.* 779. Glaber. Radice brevi crassa, fibris numerosis longis: caule subsolitario ut plurimum simplici nudo 1-floro: foliis longe petiolatis cordato-subrotundis trifidis, segmentis lobulatis: petalis

obcordatis ungue foveolato, calyce, duplo longioribus: nuculis semiovatis laevibus, tumidiusculis in capitulo globoso, stylo subadunco elongato, coronatis.

R. alpestris *Bert. Fl. It t.* 5. *p.* 515.

In cacumine montis *Vettore* Umbriae ad margines nivarum.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

1093 *aconitifolius L. Sp. Pl. p.* 517. Glaber. Radice fibrosa, fibris densis crassis longis: caule terete fistuloso ut plurimum ramoso: foliis 3-partitis, parte media 3-fida, lateralibus 2-fidis, omnibus acute et irregulariter serratis laciniatisve: fioribus in panicula terminali saepe depauperata: petalis ovato-cuneatis, foliolis calycinis ovatis obtusis cito deciduis, unguis squama majuscula libera, plus duplo longioribus: nuculis semirotundis tumidiusculis rugulosis, in capitolo depresso, stylo tenui recurvo, coronatis.

R. aconitifolius *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 517 - R. albus apenninus maj. folio *Barrel. Ic.* 88.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

1094 *Seguieri Vill. Dauph. t.* 3. *p.* 753. *tab.* 49. Pilosus. Radice fibrosa, fibris longis crassis: caule decumbente tortuoso parce ramoso subunifloro: foliis 3-partitis lobis multifido-laciniatis, laciniis acutis: petalis suborbiculatis venosis, ungue foveolato-squamoso, foliolis calycinis ovatis patentibus, calyce, subtriplo longioribus: nuculis semiovatis integris, in capitulo depauperato, stylo recurvo, coronatis.

R. Seguieri *Sang. Cent. tres p.* 79. *n.* 177 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 522 - R. minor rutaefolio, flore simplici, grumosa radice italicus *Barrel. Ic.* 1153.

In verticibus elatiorum montium Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albi.

1095 *chaerophyllos L. Sp. Pl. p.* 780. *excl. Syn. Columm.* Villosus. Tuberibus radicalibus fusiformibus parvis fasciculatis: caule erecto subsimplici paucifloro: foliis ternatis, foliolis 2-3-fidis laciniis 2-3-dentatis, primordialibus semirotundatis: floribus solitariis longe pedunculatis: petalis obovatis majusculis venoso-ramosis, calyce patente, subtriplo longioribus: nuculis ellipticis scabris subpilosisve in capitulo denso, stylo recto apice subincurvo, coronatis.

β flabellatus. Major, foliis radicalibus flabellatis.

R. chaerophyllos β *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 525 - R. flabellatus *Sang. Cent. tres p.* 81. *n.* 181 - R. saxatilis apiifolio minor, radice tuberosa, reticula obducto *Bocc. Mus. di piant. p.* 162 et R. radice tuberosa reticulata *l. c.* t. 124.

In nemoribus montium Latii. *Rocca di Papa, Palazzuola* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores lutei.

1096 MILLEFOLIATUS *Vahl. Sym.* 2. *p.* 63. Villosus. Radice fasciculato-tuberosa, collo nudo, tuberibus fusiformibus, fibris simplicibus interpositis: caule subsimplici, foliis 2-3-pinnatifidis, partibus multifido-laciniatis, lacinulis lanceolato-linearibus: floribus solitariis: petalis obovatis integris venosis, ungue foveolato, foliolis calycinis ovatis patentibus, subtriplo longioribus: nuculis suborbiculatis minute punctatis, in capitulo oblongo denso, stylo brevi revoluto-coronatis.

R. millefoliatus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 528 - R. chaerophyllos *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 184. *n.* 624 – R. mont. leptophyllon Asphodeli radice *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 132. *fig. p.* 311 - R. min. ruthae fol. simpl. grumosa rad. *Barrel. Ic.* 1153.

In montium arvis frequens. *A Frascati nella villa Mondragone*, *ad Albano* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores flavi, petalis basi spurco-luteis.

1097 ILLYRICUS *L. Sp. Pl. p.* 776. Lanuginoso-sericeus. Radice grumosa, fibris tenuibus elongatis interpositis: caule erecto parce ramoso, ramis unifloris: foliis primordialibus integris lineari-lanceolatis, caeteris ternatifidis partibus 2-fidis, laciniis linearibus lanceolatis integerrimis: petalis obovatis obtusis venosis, unguis squama obovata, foliolis calycinis lanceolatis tandem reflexis, subtriplo longioribns: nuculis subrotundis marginatis minutissime punctatis, in capitulo oblongo, stylo recto brevi, coronatis.

R. illyricus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 530.

β tridentatus. Foliorum lacinulis 2-3-dentatis vel subtrifidis.

R. illyricus β *l. c. p.* 531 – R. illyricus *Sang. Cent. tres p.* 80. *n.* 178.

In montanis Picaeni. *Vettore.* β In montibus Latii. *Quadagnolo.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores aurei speciosi.

1098 SCELLERATUS *L. Sp. Pl. p.* 776. Glabro-nitens. Radice fibrosa, fibris numerosis verticillatis: caule fistuloso valde ramoso: foliis inferioribus 3-partitis, segmentis lobato-crenatis lateralibus 2-fidis, floralibus digitatis, lacyniis lanceolatis integris serratisve, petiolis longis ascendendo abbreviatis ultimis subnullis: floribus terminalibus paniculatis: petalis obovatis integris, ungue foveolato, foliolis calycinis oblongis reflexis, sublongioribus: nuculis minutissimis rugulosis in capitolo elongato, stylo tenui brevi, coronatis.

R. scelleratus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 183. *n.* 619 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 533.

In pratis depressis aquosis frequens. *Alla Caffarella, sulla via Ostiense* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Vuglo. *Erba Sardonia.*

1099 *MONTANUS Willd. Sp. t.* 2. *par.* 2. *p.* 1321. Pilosus. Radice fibrosa: foliis radicalibus orbiculatis 3-5-fidis inciso-dentatis: caulinis sessilibus digitatis, segmentis lanceolato-linearibus integerrimis: caule unifloro: petalis obovatis obtusis, ungue squamuloso, foliolis calycinis oblongis, plus duplo longioribus: nuculis semiorbiculatis laevibus, in capitulo globoso, stylo brevi recurvo, coronatis.

R. montanus *Sang. Cent. tres p.* 83. *n.* 179 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 539.

In pratis apenninis exelsis. *Monti della Sibilla.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

1100 *LANUGINOSUS L. Sp. Pl. p.* 779. Scabro-hirsutus. Radice fibrosa, fibris elongatis parce ramosis: caule erecto ramoso multifloro apice subnudo, basi hirsutie elongata deflexa: foliis majusculis cordatis 3-partitis, inferiorum segmentis latis inciso-dentatis, superiorum lanceolatis linearibusve integris dentatisve: floribus solitariis: pedunculis teretibus: petalis obverse cuneatis, foliolis calycinis concavis patentibus, ungue squamoso, subtriplo majoribus: nuculis laevibus, in capitulo globoso, stylo elongato revoluto, coronatis.

R. lanuginosus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 544 - R. lanuginosus ex parte *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 183. *n.* 623.

In apricis, et in marginibus fossarum passim.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores aurei.

1101 *VELUTINUS Ten. Fl. Nap. t.* 4. *p.* 350. *t.* 147. Molliter villosus. Radice fibrosa, fibris fasciculatis subsimplicibus elongatis: caule erecto superius paniculato ramoso multifloro: foliis radicalibus caespitosis longe petiolatis 3-fidis, segmentis subrotundis inaequalibus inciso-dentatis, medio 3-lato, lateralibus 2-fidis, caulinis paucis conformibus breviter petiolatis, floralibus palmato-3-partitis, laciniis lanceolatis: floribus solitariis: pedunculis tenuibus: petalis obverse-cuneatis, ungue squamoso, foliolis calycinis patentibus, subtriplo majoribus: nuculis laevibus, in capitulo globoso, stylo brevi recto acuminato, coronatis.

R. velutinus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 546 - R. lanuginosus ex parte *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 183. *n.* 623.

In apricis et sylvaticis haud infrequens.

Perenn. Flor. Aprili-Junio. Flores aurei.

1102 CONSTANTINOPOLITANUS *d' Urville En. Pl. Arch. p.* 746. Radice fibrosa, fibris elongatis subsimplicibus: caule erecto, petiolisque dense et patentissime pilosis: foliis adpresse olosericeis, ultra medium trifidis, lobis latis deorsum cuneiformibus inciso-dentatis: pedunculis teretibus: petalis obcordatis, ungue squamoso, foliolis calycinis retroflexis, duplo majoribus: nuculis laevibus planis in capitulo denso, stylo brevissimo obliquo minime revoluto, coronatis.

R. constantinopolitanus *Sang. Cent. tres p.* 80. *n.* 180.

Frequens in pratis uliginosis, nec non in umbrosis circa Urbem, et in agro Pontino.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores flavi.

Obs. Affinis *R. lanuginoso*, at distintus statura minore, foliorum lobis lobulisque obtusioribus, hirsutie densiore, carpellis maturis nullimode uncinatis.

1103 REPENS *L. Sp. Pl. p.* 779. Radice fibrosa, stolonifera: caule decumbente quandoque erecto parce ramoso: foliis 3-natis, foliolis 2-3-sectis, segmentis inciso-dentatis: floribus solitariis terminalibus: petalis obovatis integris, ungue squamoso, foliolis calycinis concavis tandem reflexis, subduplo majoribus: nuculis laevibus, in capitulo globoso, stylo brevi recto vel adunco, coronatis.

R. repens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 183. *n.* 620 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 551.

In pascuis humidis, et ad fossas vulgatissimus.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores aurei.

Obs. Cultura flores duplices evadunt, et tunc planta in hortis sub nomine *Bottone d' oro* agnoscitur.

1104 BULBOSUS *L. Sp. Pl. p.* 778. Hirsutus, quandoque glaber. Radice tuberoso-fibrosa: caule erecto vel ascendente ramoso, ramis saepe dichotomis, basi bulboso: foliis ternatis simplicibusque 3-partitis, foliolis partibusque 2-3-partitis inciso-dentatis: floribus terminalibus solitariis: petalis cuneatis integris, ungue squamoso, foliolis calycinis ovatis retroflexis, subduplo majoribus: nuculis laevibus, stylo brevissimo subadunco, coronatis.

R. bulbosus *Sebast. En. Plan. Amph. Flavii p.* 66. *n.* 192 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 183. *n.* 621 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 553.

In pratis, pascuis, viis vulgatissimum.

Perenn. Flor. Martio-Junio. Flores aurei.

Vulgo. *Ranuncolo salvatico.*

1105 NEAPOLITANUS *Ten. app.* 5. *p.* 15. Adpresse hirsutus. Radice tuberoso-fibrosa, tuberibus fasciculatis elongatis: caule erecto ramoso-dichotomo basi bulboso: foliis radicalibus longe, caulinis breviter petiolatis, omnibus trifidis acute inciso-dentatis, superioribus palmatis, lacyniis linearibus subintegris: petalis cuneatis, ungue squamoso, foliolis calycinis concavis tandem retoflexis, subduplo majoribus: nuculis laevibus, stylo brevissimo recto, coronatis.

R. neapolitanus *Bert. Ft. It. t.* 5. *p.* 556.

In pratis humidis.

Perenn. Flor. Majo-Jnnio. Flores aurei.

1106 PHILONOTIS *Retz. obs.* 6. *p.* 31. Pilis patentibus hirsutus. Radice fibrosa, fibris brevibus crassiusculis: caule tereti striato alterne ramoso: foliis 3-partitis, partibus dentatis incisis lobatisve, radicalibus longe petiolatis, floralibus subsessilibus anguste-lobatis: pedunculis soliiariis 1-floris: petalis obovatis, ungue squamuloso, foliolis calycinis acuminatis retroflexis duplo majoribus: nuculis suborbiculatis verruculosis, stylo brevissimo quandoque adunco, coronatis.

R. Philonotis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 183. *n.* 622 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 560.

β diffusus. Caule diffuso : foliis inferioribus subrotundis obtuse-lobatis: nuculis utrinque tota superficie verrucosis.

R. Phylonotis β *Bert. l. c. p.* 561 - R. alpinus Tribuli aquatici foliis. *Bocc. Mus. di piant. tab.* 162 - et R. Tribuli aquatici foliis *tab.* 124.

In pascuis praesertim argillosis humidis frequens. β in via Hostiensi.

Ann. Flor. Aprili ad Junium. Flores flavi.

1107 ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 730. Laete virens. Radice fasciculato-fibrosa: caule erecto dichotomo ramoso multifloro: foliis radicalibus flabelliformibus apice breviter 3-fidis vel 3-5-dentatis, caulinis ternato-sectis, segmentis lanceolatis ut plurimum apice 3-fidis: pedunculis solitariis terminalibus alaribusque: petalis obovatis, squama unguis brevi lataque, calycis foliolis

ovato-lanceolatis concavis patentibus, paulo majoribus: nuculis majusculis planis glochidiato-echinatis, echinis marginalibus majoribus, stylo recto subulato, coronatis.

R. arvensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 184. *n.* 625 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 564.

In segetibus, et montium arvis, pratis passim. *Ad acqua bollicante presso Civitavecchia, intorno Tivoli* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio Flores lutei.

Obs. Pecoribus, et equis admodum noxius. Veneficium aceto curatur.

1108 MURICATUS *L. Sp. Pl. p.* 780. Saturate virens. Radice fibrosa, fibris tenuibus ramosis: caule decumbente erectove divaricato-ramoso: foliis subrotundis basi cordatis, inferioribus longe petiolatis lobato-crenatis, superioribus acute dentatis: floribus solitariis axillaribus terminalibusque: petalis obovato-oblongis, squama unguis subrotunda crenulata, foliolis calycinis ovato-lanceolatis tandem reflexis, paulo majoribus: nuculis majusculus compressis echinato-muricatis, stylo longo recto apice uncato, coronatis.

R. muricatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 184. *n.* 626 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 566.

In aquosis, ad rivulos circa Urbem non infrequens.

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1109 AQUATILIS *L. Sp. Pl. p.* 781 *α*. Caule fluitante saepe elongato-ramoso, articulis inferioribus radicante: foliis emersis reniformibus 3-fidis 3-partitisve, segmentis cuneiformibus obtuse crenatis, petiolis elongatis, basi vaginante brevi lateque auriculata, immersis multipartitis, laciniis capillaribus elongatis divergentibus 2-3-chotomis, petiolis abbreviatis basi late ovata vaginante: pedunculis axillaribus vel oppositifoliis unifloris: petalis obovatis, poro unguis tubuloso, foliolis calycinis patentibus marginatis, duplo et triplo majoribus: nuculis transverse rugosis glabris hispidisque: stylo brevissimo deciduo.

R. aquatilis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 571 - R. aquatilis *α Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 184. *n.* 667 - R. aquat. albus lato et foeniculi fol. Ital. *Barrel. Ic.* 565.

In aquis stagnantibus circa Urbem, et in maritimis frequens.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

1110 *PANTOTHRIX* *DC. Ssyt. Nat. t.* 1. *p.* 235. Caule aquatili fluitante ad nodos radicante, radice fibrillosa, terrestri caespitoso ascendenti: foliis petiolatis basi vaginantibus multifidis, laciniis capillaribus erectis 2-3-chotomis, petiolis ascendendo abbreviatis, vaginis stipularibus majusculis oblongis superioribus attenuatis: pedunculis oppositifoliis: petalis anguste obovatis, poro unguis cyatiformi, folliolis calycinis ovatis cito deciduis, duplo majoribus: nuculis transversim rugosis glabris hispidisque: stylo brevissimo deciduo.

R. pantothrix *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 575. – R. aquatilis *β Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 184. *n.* 627 – R. trichophyllon aquaticus medio luteus *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 315, et R. alter aquaticus foeniculi folio τριχοφυλλου *p.* 176 *fig.* macrior. – R. aquatilis albus foeniculi folio *Barrel. Ic.* 566.

In fossis, stagnis, paludibus etiam circa Romam.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi, petalorum basi luteola.

1111 *FLUVIATILIS* *Wild. Sp. t.* 2. *p.* 1333. Caule elongato fistuloso fluitante, inferius radicante: foliis basi vaginatibus breviter petiolatis sessilibusque multifidis, laciniis parallelis 3-chotomis, vagina, in inferioribus elongatis, nulla, in mediis brevi exauriculata, in superioribus rotundato-auriculata: floribus solitariis pedunculatis oppositifoliis, pedunculis folio subaequalibus: petalis obovatis integris, poro unquis tubuloso, foliolis calycinis ovato-acuminatis cito revolutis, plusduplo majoribus: nuculis transversim rugosis glabris hispidisque: stylo brevi deciduo.

R. fluviatilis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 578 – R. aquatilis *γ Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 184. *n.* 627 – R. peucedanifolius *Sang. Cent. tres p* 81. *n.* 182.

In aquis fluentibus non infrequens.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi petalorum basi lutea.

CERATOCEPHALUS.

1112 *FALCATUS* *Pers. Ench. t.* 1. *p.* 341. Molliter tomentosus, tomento deciduo. Radice simplici perpendiculari longe infra collum verticillatim in radiculas divisa: scapo 1-floro: foliis omnibus radicalibus partitis, lacinulis linearibus: nucularum cornubus sulcatis subascendentibus.

C. falcatus *Sang. Cent. tres p.* 78. – Ranunculus falcatus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 569.- Crateogonum pumilum luteum absinthifolium hisp. *Barrel. Ic.* 376, et C. hisp. *Ic.* 376 *fig. II.* – Ranunculus alopecuroides Ajugae foliis *Bocc. Pl. Sic. p.* 28. *tab.* 14. *fig. III, IV, O.*

In arvis prope *Trevi.*

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

TROLLIUS.

1113 EUROPAEUS *L. Sp. Pl. p.* 782. Caule ut plurimum simplici uni-paucifloro glabro: foliis palmatis, laciniis alternis sessilibus, superioribus 3-lobis: petalis 13 in globum conniventibus: nectariis stamina aequantibus.

T. europaeus *Sang. Cent. tres p.* 82. *n.* 183 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 580.

In pascuis apenninis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

ISOPYRUM.

1114 THALICTROIDES *L. Sp. Pl. p.* 783. Radice repente: foliis 2-3-ternatis: stipulis ovatis: petalis obtusis: capsulis olygospermis.

I. thalictroides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 185. *n.* 628 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 582. – Thalictrum Batrachoides minus flore albo ital. *Barrel. Ic.* 490 - *Bocc. Mus. di Piant. p.* 84. *tab.* 79. *fig. I.*[a]

In sylvaticis montanis. *Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

HELLEBORUS.

1115 VIRIDIS *L. Sp. Pl. p.* 784. Radice horizontali ramosa, fibris crassis numerosis descendentibus: caule erecto squamoso dichotomo vel 2-fido: folio radicali pedato, caulinis digitatis, omnibus argute, et saepe dupplicato-serratis, segmentis indivisis dissectisve: floribus solitariis terminalibus ebracteatis: sepalis ovatis obtusis patentibus: petalis numerosis: capsulis quinque dilatatis longe rostratis.

H. viridis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 185. *n.* 629. - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 589. - H. niger sanguineo folio *Bocc. Mus. di Piant. p.* 26. *tab.* 11, et H. niger foliis dissectis *l. c.*

In montium sylvaticis communis. *Presso Albano* etc.

Perenn. Flor. Januario-Februario. Flores virides leviter odori. Herba foetens.

Vulgo. *Elleboro nero. Erba nocca, Cavolo di lupo.*

1116 FOFTIDUS *L. Sp. Pl. p.* 784. Radice horizontali ramosa, fibris crassis numerosis descendentibus: caule simplici ramosoque: foliis radicalibus paucis, caulinis numerosis, omnibus pedatis, segmentis lanceolatis serratis: floribus paniculatis bracteatis, bracteis ovato-oblongis: sepalis concavis conniventibus: petalis 5-7: capsulis 2-4 dilatatis longe rostratis.

H. foetidus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 185. *n.* 630 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 592.

In montium sylvis vulgaris.

Perenn. Flor. Febrario-Martio. Flores herbacei margine purpurascentes.

Vulgo. *Elleboro nero, Erba nocca bastarda.*

Obs. Tota planta foetens.

Usus. Utriusque Hellebori species, uti H. niger incola elatiorum Europae montium, admodum noxiae: in uso medico indiscriminatim usurpantur. A veteribus radices in mania, melancholia, chlorosi, a recentioribus in hydrope, febribus intermittentibus, morbis cutaneis periclitae sunt. Planta a pharmacis eliminanda, ejus enim veneficiis medicina rarissime feliciter porata fuit.

CALTHA.

1117 PALUSTRIS *L. Sp. Pl. p.* 784. Caule ascendente erectove: foliis cordato-subrotundis obtusis crenatis. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 596.

C. palustris *Fior. Gior. Arch. tom.* 18. *p.* 165.

In rivulis et in innudatis. *Paludi pontine.*

ANEMONE.

* Anemones verae

1118 NEMOROSA *L. Sp. Pl. p.* 762. Laxe hirsuta. Rhizomate cylindrico horizontali, fibrillis paucis: folio radicali solitario, foliisque involucri ternatis quinatisve breviter petiolatis, foliolis oblongis acutis inciso-serratis, medio 3-fido, lateralibus 2-fidis: scapis 1-floris: sepalis subsenis oblongis: nuculis subcompressis, stylo mucronato, coronatis.

A. nemorosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Psod. p.* 181. *n.* 610 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 447.

Copiosa in nemoribus montium. *Fajola, Monte Albano,* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores albi extus rosei.

Vulgo. *Ranuncolo bianco.*

Usus. In materia medica Linnaei flores Ranunculi albi enumeratur ad caephalagiam sanandam, medicamentum oblivioni omnino traditum.

1119 APENNINA *L. Sp. Pl. p.* 762. Laxe pilosa. Rhizamate crasso tortuoso fibrilloso: foliis radicalibus paucis 2-ternatis, involucri ternatis longe petiolatis, foliolis omnibus ovatis pinnatifidis, pinnis inciso-serratis: scapis 1-floris: sepalis numerosis oblongis: nuculis compressis, stylo mucronato crasso, coronatis.

A. apennina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 81. *n.* 609 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 449.

In nemorosis, collibus circa Urbem, et in montanis. *Villa Borghese*, *Villa Pamfili*, *Monte Mario* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores albi vel coerulei.

1120 ranunculoides *L. Sp. Pl. p.* 762. Rhizomate tenui horizontali cylindrico: foliis radicalibus paucis 2-ternatis, involucri 3-ternatis subsessilibus, foliolis ovatis oblongisve, omnibus pinnatifido-serratis: scapis 1-floris: sepalis numerosis oblongo-linearibus: nuculis minutis paucis, stylo mucronato recurvo, coronatis.

A. ranunculoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 181. *n.* 611 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 450.

In sylvis montium vulgaris. *Albano*, *Rocca di Papa*, etc.

Perenn. Flor. Aprili. Flores aurei.

1121 narcissiflora *L. Sp. Pl. p.* 763. Villis longis patentibus hirta. Rhizomate crasso perpendiculari fibrilloso tunicato, inferius fasciculato-fibroso: foliis radicalibus numerosis longe petiolatis ternatis, involucri 1-2 sessilibus, foliolis cuneato-flabellatis multifidis, laciniis omnibus linearibus: scapo elongato solitario 1-5 floro: sepalis sex ovalibus concavis: nuculis majusculis orbiculatis marginatis, stylo rostrato, coronatis.

A. narcissiflora *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 452 – Pulsatilla trianthos sulphurea semine non papposo *Barrel. Ic.* 494.

In apennino Umbro. *Monte de' Fiori alle pianelle.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi extus rosei.

1122 coronaria *L. Sp. Pl. p.* 761. Rhizomate brevi crasso irregulari, fibris simplicibus ramosisque: foliis radicalibus 2-ternatis, foliolis pinnatifidis: involucri sessilis 3-phylli, foliolis palmatifidis, omnium pinnis inciso-serratis: scapis 1-floris: sepalis sex majusculis late-ovatis: nuculis numerosis dense villosis, stylo elongato suberecto, coronatis.

A. coronaria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 180. *n.* 607 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 455.

In pratis apricis. *Villa Pamfili*, *Ludovisi*, *Borghese* etc.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores variant albi, coerulei, violacei, sanguinei coccinei, carnei.

Vulgo. *Anemoni.*

Obs. Nuculae saepe abortiunt.

Usus. Cultura flores duplices vel pleni facile evadunt; innumerae varietates Anemonorum in hortis late exposae, industria cultorum ab hac specie prodierunt.

1123 *HORTENSIS* *L. Sp. Pl. p.* 761. Rhizomate brevi crasso irregulari: foliis radicalibus plurimis tripartitis, primordialium partibus dilatatis apice inciso-serratis, reliquorum anguste laciniatis: involucro sessili remoto triphyllo, foliolis lanceolatis acutis integris vel 3-partitis: scapo 1-floro: sepalis plurimis lanceolatis: nuculis villosis in capitulo denso, stylo longiusculo recto, coronatis.

A. hortensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 181. *n.* 608 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 457 - A. latifolia Saniculae folio *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 35.

β pavonina. Perigonio coccineo fulgenti, petalis acutis vel acuminatis saepe multiplicatis.

A. β *Bert. l. c. p.* 458,

Ubique in viis arvis nemorosis. β in viridariis suburbanis.

Perenn. Flor. Januario-Aprili. Flores rubri vel carnei, in β coccinei.

Vulgo. *Anemoni. Fiore stella.*

** Pulsatillae

1124 *ALPINA* *L. Sp. Pl. p.* 760. Rhizomate crasso longe descendente, collo fibris tunicato: folio radicali ut plurimum unico longe petiolato, foliis involucri breviter petiolatis 3-partitis, foliolis omnibus oblongis acute pinnatifido-serratis, basi cuneata, terminali majore: scapo 1-floro: sepalis senis majusculis oblongis patentibus: nuculis plurimis lanceolatis lanatis, stylo in caudam plumosam longissime producto, coronatis.

β millefoliata. Foliis 3-partitis, foliolis numerosissimis conformibus pennatifido-incisis, laciniis lanceolatis.

A. alpina β *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 466.

In sylvaticis Picaeni, et Umbriae. *Monte Vettore. Sasso Borghese* etc.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores albi.

HEPATICA.

1125 *TRILOBA* *DC. Fl. Fr. t.* 4. *p.* 885. Foliis cordatis trilobis, lobis integerrimis ovatis acutiusculis: petiolis scapisque subpilosis.

He. triloba *Sang. Cent. tres* p. 78. *n.* 174 - Anemone hepatica *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 443.

In montium sylvis. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Martio. Flores coerulei albi aut rosei.

Vulgo. *Erba Trinatà, Erba Trinitas.*

Usus. Planta adstringens ad viscera corroboranda jam valuit, nunc oblita.

CLEMATIS.

1126 *Vitalba L. Sp. Pl. p.* 766. Fusco-virens. Caule sarmentoso angulato, ramis oppositis: foliis caulinis pinnatis, foliolis ovato-acuminatis subcordatis integris 3-nerviis, floralibus ovato-acuminatis: floribus in panicula composita brachiata: calyce 4-sepalo: nuculis ovatis, stylo in caudam elongatam plumosam mutato, coronatis.

C. Vitalba *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 36. *n.* 64 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 181. *n.* 612 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 474 - C. sylvestris latifolia *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 40.

In sepibus omnibus.

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores albidi grate olentes.

Vulgo. *Vitalbio, Viorna.*

Usus. Licet planta suspecta sit, turiones sine ullo detrimento edimus.

1127 *Flammula L. Sp. Pl. p.* 766. Pallide-virens. Caule sarmentoso prostrato vel scandente striato, ramis oppositis: foliis caulinis pinnatis, foliolis simplicibus ternatisve, omnibus ovatis vel oblongo-lanceolatis ut plurimum integerrimis, floralibus simplicibus ovatis acutis: floribus in paniculis solitariis brachiatis, calyce 4-sepalo: nuculis subrotundis, stylo in caudam plumosam flexuosam elongatam mutato, coronatis.

C. Flammula *Sebast. En. Plant. Amph. Flavii p.* 37. *n.* 65 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 182. *n.* 613 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 475 - C. Flammula scandens tenuifolia. *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 41.

In Amphiteatro Flavio, et in marginibus nemorum praesertim mare versus.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi grate olentes.

Vulgo. *Fiammula.*

Obs. Tota planta, turionibus non exceptis, venenata.

1128 *recta L. Sp. Pl. p.* 767. Saturate virens. Caule tereti striato erecto subsimplici: foliis caulinis inferioribus simplicibus ovatis, caulinis floralibus lanceolato-linearibus, superioribus pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis, omnibus integerrimis: floribus in panicula terminali corymbosa: calyce 4-sepalo: nuculis subovatis, stylo in caudam plumosam elongatam mutato, coronatis.

C. recta *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 478.

In apenninis Umbriae, et Picaeni.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Obs. Plantae succus acris.

THALICTRUM.

1129 *minus* *L. Sp. Pl. p.* 769. Viridi-glaucum. Caule erecto angulato striato, superius alterne ramoso: foliis supradecompositis, foliolis subrotundis cuneatisve lobato-dentatis, lobis inferiorum obtusis, superiorum acutis: panicula patente laxa, floribus cernuis: calyce 4-sepalo, sepalis ovato-lanceolatis acutis: nuculis oblongis sulcatis sessilibus erectis utrinque angustatis.

Th. minus *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 482.

Ad oras sylvarum Umbriae. *Monte la Ventosa,*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albidi.

1130 *flavum* *L. Sp. Pl. p.* 770. Flavo-virens. Caule terete striato simplici ramosoque: foliis supradecompositis, foliolis subtrifidis integrisque, inferioribus ovatis, superioribus angustis: panicula corymbosa densiflora, floribus erectis: calyce 4-sepalo, sepalis ovatis concavis: nuculis ovatis profunde sulcatis sessilibus erectis.

Th. flavum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 182. *n.* 614 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 485.

β angustifolium. Foliis anguste lanceolatis vel linearibus.

Th. flavum *β Bert. l. c. p.* 486.

In pratis humidis et ad fossas communis, *β* minus frequens.

Perenn. Flor. Majo-Juuio. Flores luteoli.

Vulgo. *Erba pina.*

1131 *aquilegifolium* *L. Sp. Pl. p.* 770. Laete-virens. Caule terete fistuloso parce ramoso: foliis radicalibus tripinnatis, caulinis bipinnatis, foliolis omnibus ovatis inciso-dentatis: panicula corymbosa densiflora terminali: floribus erectis: calyce 4-sepalo, sepalis ovatis majusculis: nuculis pedicellatis pendulis triquetris, angulis alatis.

Th. aquilegifolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 182. *n.* 615 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 489 - Th. alpinum majus aquilegiae foliis *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 24.

In marginibus agrorum, et ad fossas frequens.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

SAGITTARIA.

1132 *sagittifolia* *L. Sp. Pl. p.* 1410. Radice tuberoso-stolonifera: scapo

simplici erecto: foliis primordialibus immersis lanceolatis, successivis sagittatis: floribus spicatim verticillato-ternis oppositisve: petalis deciduis.

S. sagittifolia *Fior. Gior. Arad. t.* 18. *p.* 167 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 202.

In canalibus et lacubus. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi, basi purpurei.

Vulgo. *Erba saetta.*

CLASSIS XIV DIDYNAMIA

Ordo I. Gymnospermia

Labiatae Juss.

259 PRUNELLA L. Calycis 2-labiati tubus campanulatus, faux nuda, labium superius 3-dentatum, inferius 2-fidum: corollae 2-labiatae tubus calyce longior, faux nuda subconstricta, labium superius integrum galeatum dorso carinatum apice subemarginatum, inferius 3-fidum dependens, lobo medio concavo crenulato, lateralibus oblongis integris: staminum filamenta apice 2-furca, furca altera subulata incurva, altera antherifera, antheris 2-locularibus, loculis distinctis divaricatis: stigma 2-fidum, lacinulis subulatis: gynobasii colliculi aequales oblongi laeves erecti.

260 MELISSA L. Calycis 2-labiati tubus costatus: faux subnuda, labium superius planum 3-dentatum, inferius 2-fidum, laciniis subulatis: corollae 2-labiatae tubus longitudine calycis, faux nuda, labium superius integrum convexum, inferius 3-fidum, laciniis subaequalibus media latiuscula: staminum filamenta subulata, antherae didymae, loculis divaricatis: stigma 2-fidum lacinulis subulato-acutis: gynobasii colliculi aequales: oblongi erecti.

261 PRASIUM L. Calycis 2-labiati, tubus campanulatus nervosus, faux nuda, labium superius 3-fidum, inferius 2-partitum, laciniis superioribus breviusculis, omnibus ovato-acuminatis aristatis tandem auctis: corollae 2-labiatae tubus inclusus, faux dilatata nuda, labium superius integrum galeatum, inferius 3-fidum, lacinia media majori obovata, lateralibus oblongis, omnibus obtusis integris: staminum filamenta subulata, antherarum loculi ovati divaricati: stygma breviter 2-fidum, lacinulis subulatis recurvis: gynobasii collicoli ovoideo-trigoni laeves erecti.

262. THYMUS L. Calycis 2-labiati tubus subcampanulatus basi antice saccatus nervosus, faux barbata, labium superius planum 3-dentatum, inferius saepius 2-fidum, laciniis longiusculis subulatis ciliatis: corollae 2-labiatae tubus calycem subaequans, faux dilatata nuda, labium superius integrum planum rectum, inferiore 3-fido, laciniis obtusis, media longiore, brevius: staminum filamenta subulata, antherae 2-loculares, loculis subovatis parallelis tandem divaricatis: stigma inequaliter 2-fidum, lacinulis subulatis acutis: gymnobasi colliculi subrotundi trigoni laeves erecti.

263. SATUREJA L. Calycis tubus cylindricus vel campanulatus 10-∞-nervis basi constrictus, faux barbata vel nuda, limbus 5-dentatus vel obscure 2-labiatus, dentibus jamdudum acutis: corollae 2-labiatae tubus cylindricus calycem subaequans, faux nuda, labium superius planum integrum vel emarginatum, inferius 3-fidum patens, laciniis subaequalibus: staminum filamenta adscendentia, antherae didymae, loculis oblongis: stylus filiformis: stigma 2-fidum, laciniuula altera recta, altera longiore incurva: gymnobasi colliculi laeves erecti.

264. CLINOPODIUM L. Calycis 2-labiati, tubus 13-nervis recervulus, faux pilosa, labium superius planum 3-fidum, inferius 2-fidum, laciniis omnibus aequalibus subulatis: corollae 2-labiatae tubus angulato-sulcatus, calyce longior, faux dilatata, labium superius erectum planum, labium inferius patens 3-fidum laciniis aequilongioribus, media latiore barbata: staminum filamenta adscendentia: antherarum loculi oblongi divaricati incurvi: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lacinulis ineequalibus subnlatis: gymnobasi colliculi subrotundo-trigoni apice truncati.

265. MELITTIS L. Calycis 2-labiati tubus turbinatus late campanulatus, faux nuda, labium superius integrum, inferius 2-lobum, partibns omnibus integris rotundatis vel 2-dentatis: corollae 2-labiatae tubus amplus calyce longior, faux nuda, labium superius orbiculatum subintegrum, labium inferius longior 3-fidum, lacinia media latiore: staminum filamenta piloso-glandulosa: antherae conniventes, loculis divaricatis: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lacinulis brevibus acutis aequalibus: gymnobasi colliculi subrotundo-trigoni hirsuti.

266. SCUTELLARIA L. Calycis brevis 2-labiati in fructu acti et clausi tubus campanulatus, faux nuda, labia late rotundata, supremum deinde in squamam subrotundam concavam tendem deciduam productum: corollae 2-labiatae tubus exerctus elongatus adscendens, faux dilatata, labium superius galeatum

ut plurimum integrum, labium inferius 3-fidum, laciniis rotundatis, media latiore, lateralibus quandoque cum labio inferiore, saepius cum superiore coalitis : staminum filamenta subulata , antherarum loculi subrotundi margine barbati: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lacinulis inaequalibus, inferiore latiore recurvo: gymnobasi colliculi subrotundo-trigoni granulati, granuli pube stellata saepe ornati.

267. AJUGA L. Calycis sub-2-labiati tubus campanulatus, faux nuda ; labium superius 3-fidum inferius 2-fidum, laciniis vel dentibus omnibus subaequalibus: corollae 2-labiatae tubus inclusus vel exertus, fundo anulo pilorum instructus, faux nuda, labium superius brevissimum 2-fidum, inferius elongatum 3-fidum , lacinia media majori emarginata : stamina saepius exerta , antherarum loculi divergentes: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lobis subulatis subaequalibus: gymnobasi colliculi ovati erecti laeves vel reticulati.

268. TEUCRIUM. L. Calycis tubus cylindricus vel campanulatus , basi antice gibbus, faux nuda, limbus 5-fidus, lacinia suprema quandoque majori: corollae 2-labiatae tubus superne incurvus, faux nuda, labium superius medio truncatum, in latus 2-partitum, laciniis divaricatis labioque inferiori approximatis , labium inferius 3-fidum, lacinia media maxima patente plana ant concava; stamina ex fissura labii superioris exerta, filamentis subulatatis apice incurvis : antheris didymis , loculis confluentibus : stylus filiformis : stigma 2-fidum, lacinulis subaequalibus: gymnobasi colliculi ovato-depressi reticulato-rugosi, quandoque laeves.

269. SIDERITIS L. Calycis 2-labiati tubus 5-10-nervis, faux barbata, labiorum laciniae erectae plerumque apice spinesecutes: corollae 2-labiatae tubus brevis inclusus, faux nuda, labium superius erectum integrum vel emarginatum integrum vel 2-fidum, inferius 3-fidum, lobo medio majore: stamina inclusa, duo superiora brevissima, antheris didymis, loculis divaricatis, duo inferiora longiora, antheris dimidiatis, loculo altero abbortivo: stylus inclusus: stigma 2-fidum, lacinula suprema obtusa, ab inferiori basi dilatata, amplexa: gymnobasi colliculi oblongo-trigoni laeves.

270. ORIGONUM L. Calycis 2-labiati tubus cylindricus, labium superius 3-dentatum, inferius 2-dentatum , vel 1-labiati tubus campanulatus, labium magnum integrum superum : corollae 2-labiatae tubus cylindricus inclusus vel exrrtus apice dilatatus, faux nuda, labium superius integrum erectum, inferius elongatum 3-fidum, laciniis subaequalibus integris: stamina erecta exerta,

filamentis subulatis, antheris didymis, loculis basi connatis: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lacinulis inaequalibus recurvis: gymnobasi colliculi ovales parvi laevissimi.

271. GALEOPSIS L. Calycis 2-labiati tubus turbinato-campanulatus 10-nervis, faux nuda, labium superius 3-dentatum, inferius 2-dentatum, dentibus omnibus subaequalibus in mucronem spinosum productis: corollae 2-labiatae tubus exertus, faux dilatata nuda, labium superius integrum galeatum saepius apice crenatum, inferius 3-fidum patens, laciniis late ovalibus subrotundis, media majore emarginata, protuberantiis duabus inferius cavis prope sinus labiorum: staminum filamenta subulata glabra exerta , antherarum loculi subglobosi , divaricati 2-valvatim dehiscentes , valva superiore minore barbata: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lobis subaequalibus: gymnobasi colliculi subrotundi granulati.

272. MENTHA L. Calycis 2-labiati tubus cylindricus vel campanulatus, faux nuda vel villosa, labium superius 3-fidum, inferius 2-fidum, laciniis vel omnibus aequalibus, vel inferioribus angustioribus : corollae 2-labiatae tubus inclusus, faux nuda, labia plana, superius majus integrum vel emarginatum, inferius 3-fidum, laciniis aequalibus : staminum filamenta subulata, antherae 2-loculares, subrotundae, loculis parallelis: stylus filiformis: stigma 2-fidum, laciniis subaequalibus: gymnobasi colliculi parvi subtrigoni laeves, vel scabridi.

273. LAMIUM L. Calycis 2-labiati tubus cylindricus, vel turbinato-campanulatus multinervis, faux nuda aequalis vel obliqua, labium superius 3-fidum inferius 2-fidum , laciniis basi dilatatis apice acuminato-subulatis : corollae 2-labiatae tubus erectus vel adscendens, intus ad basim mellifero nudo vel anulato-piloso , faux nuda saepius dilatata: labium superius erectum fornicatum vel galeatum raro 2-fidum, inferius 3-fidum, lacinia media majori obcordata basi constricta, lateralibus ad marginem faucis fere truncati, mutici, vel in appendiculam filiformem productis: staminum filamenta apice incurva, quandoque pilosa: antherae per paria approximatae, loculis oblongis divaricatis saepius dorso barbatis: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lacinulis subulatis subaequalibus: gymnobasi colliculi acute trigoni apice truncati laeves aut granulati.

274. GLECHOMA L. Calycis 2-labiati tubus elongatus subincurvus multinervis, faux nuda, labium superius 3-fidum, inferiore 2-fido, longior, laciniis omnibus lanceolatis acuminato-aristatis: corollae 2-labiatae tubus gracilis inclusus, faux nuda exerta dilatata, labium superius erectum exquisite emarginatum, inferiore plano patente 3-fido, lacinia media majore, brevior: sta—

minum filamenta subulata adscendentia, antherarum loculi subrotundi: connectivo in aristam saepe producto: stylus filiformis, staminibus longior: stigma 2-fidum, lacinulis elongatis aequalibus acutis: gymnobasi colliculi oblongi laeves.

275. NEPETA. L. Calycis 2-labiati tubus incurvus 15-nervis, faux nuda, labium superius 3-fidum, inferius 2-fidum, laciniis omnibus acuminatis, media superioris subelongata: corollae 2-labiatae tubus gracilis, faux dilatata, labium superius galeatum emarginatum vel elongatum 2-fidum, inferius patens 3-fidum elongatum, lacinia media maxima concavo-saccata integra vel 2-fida: staminum filamenta adscendentia, antherarum loculi paralleli oblongi: stylus incurvus: stigma 2-fidum, lacinulis acutis subaequalibus : gymnobasi colliculi oblongo-trigoni ut plurimum scabri.

276. STACHYS L. Calycis 2-labiati tubus cylindricus ant campanulatus 5 vel 10-nervis, faux nuda quandoque obliqua, labium superius 3-fidum, inferius 2-fidum, laciniis ut plusimum aequalibus mucronato-spinosis: corollae 2-labiatae tubus brevis incurvus, faux nuda exerta antice saccata, labium superius integrum erectum subfornicatum emarginatum, quandoque elongatum 2-fidum, inferius majus 3-fldum, lacinia media magna integra vel emarginata, lateralibus in latus deflexis: staminum filamenta filiformia: antherae externae citius defloratae et in latus dejectae, loculis oblongis parallelis vel divaricatis: stylus staminibus sublongior : stigma 2-fidum, lacinulis subulatis aequalibus: gymnobasi colliculi laeves vel granulati trigoni, lateribus internis planis, externo convexo.

277. LEONURUS L. Calycis sub-2-labiati tubus pentagonus 5-nervis, faux nuda dilatata, labium superius 3-fidum, inferius 2-fidum, laciniis subaequalibus subulato-spinosis, basi dilatata tandem patentibus : corollae 2-labiatae tubus inclusus, faux parum dilatata nuda, labium superius oblongum integrum fornicatum, nunc planum, basi angusta, labium inferius 3-fldum, laciniis lateralibus oblongis, media obcordata : staminum filamenta subulata, antherae didymae, loculis parallelis, granulis prominentibus nitidis, adspersis : stylus filiformis: stigma 2-fidum, lacinulis subaequalibus acutis: gymnobasi colliculi triquetri laeves glabri, apice truncato, pubescentes.

278. BALLOTA L. Calycis tubus turbinatus 10-nervis 10-sulcatus, faux nuda, limbus patens 5-10-dentatus, dentibus acutis spinulosis basi dilatatis vel ad invicem connatis, limbum orbiculatum subintegrum, sistentibus: corollae 2-labiatae tubus cylindricus inclusus, faux nuda, labium superius oblongum galeatum apice crenatum ant fixum, labium inferius 3-fidum patens, lacinia

media majore emarginata: staminum filamenta subulala: antherae exertae didymae, loculis oblongis tandem perallelis, valvis aequalibus, dehiscentibus: stylus filiformis: stigma 2-fidum, loculis subaequalibus acutis: gymnobasi colliculi oblongi trigoni obtusi, latere externo, convexi.

279. BETONICA L. Calycis 2-labiati, tubus tandem campanulatus 10-nervis, faux nuda, labium superius 3-fidum, inferius 2-fidum, laciniis omnibus aequalibus spinescentibus: corollae 2-labiatae tubus gracilis incurvus exertus, faux nuda raro dilatata, labium superius erectum subconvexum apice crenatum, vel 2-fidum, inferius 3-fidum patens, lacinia media majore subrotunda: staminum filamenta incurva post dehiscentiam erecta: antherae 2-loculares, loculis rotundis parallelis, valvis aequalibus dehiscentibus: stylus filiformis: stigma 2-fidum, lacinulis subaequalibus subulatis recurvis: gymnobasi colliculi oblongi, apice subtruncato, quandoque glandulosi.

280. MARRUBIUM L. Calycis tubus cylindricus 10-nervis, faux barbata, limbi dentes 5-10 subaequales erecti tandem saepe patentes, apice spinulosi: corollae 2-labiatae tubus subexertus, faux nuda, labium superius erectum 2-fidum ant emarginatum, inferius patens 3-fidum, lobo medio latiore: genitalia profunde inclusa: staminum filamenta subulata brevissima: antherae parvae 2-loculares, loculis oblongis divaricatissimis: stylus filiformis, stamina aequans: stigma 2-fidum lacinulis obtusis brevibus: gymnobasi colliculi oblongo-trigoni obtusi minute granulati, latere externo convexi.

281. PHLOMIS L. Calycis tubus pentagonus 5-10-nervis sulcatus apice fere truncatus, faux nuda, limbi dentes 5 brevissimi lati mutici vel subulato-spinosi: corollae 2-labiatae tubus inclusus vel vix exertus, faux nuda, labium superius galeatum, galea carinata antice lacinulata vel emarginata, labium inferius 3-fidum, lacinia media magna: staminum fllamenta subulata incurva, superioribus basi appendiculatis: antherae 2-loculares, loculis ovatis parallelis basi connatis: stylus filiformis, staminibus longior: stigma 2-fidum lacinulis valde inaequalibus: gymnobasi colliculi oblongo-trigoni quandoque truncati glabri, apice pubescentes.

Ordo II. Angyospermia.

Verbenaceae Juss.

282. VERBENA L. Calycis monosepali tubus cylindricus 5-costatus, faux nuda, limbus 5-dentatus, dentibus subaequalibus: corollae 2-labiatae tubus

gracilis exertus rectus vel incursus, in faucem barbatam dilatatus, labium superius erectum planum 2-lobum, inferius 3-fidum patens, laciniis obtusis: stamina inclusa, filamentis brevibus: antherae ovatae, loculis oppositis: stylus longitudine staminum: stigma 2-lobum, lobo altero rotundato, altero: acuto capsula oblonga 1-locularis 4-sperma.

283. VITEX L. Calycis monosepali tubus cylindricus vel campanulatus: faux nuda, limbus 5-dentatus vel 5-fidus, dentibus lacinibusve fere aequalibus: corollae 2-labiatae tubus tenuis, faux ut plurimum inflata, labium superius planum 2-lobum, inferius 3-fidum, lacinia media majore: stamina adscendentia saepius exerta, filamentis subulatis: antherae didymae, loculis divaricatis: stylus filiformis: stigma 2-fidum: drupa 4-locularis 4-sperma: semen unicum ut plurimum fecundum.

Primulaceae Schultz.

284. ERINUS L. Calycis tubus campanulatus, limbus 5-partitus: corollae sub-2-labiatae tubus cylindricus exertus, faux nuda, labium superius minus patens 2-partitum, inferius 3-partitum, laciniis obcordatis 2-fidis ant integris: stamina inclusa: filamenta subulala: antherae reniformes 1-loculares: stylus brevissimus: stigma breve csassum obtusum 2-lamellatum: capsula 1-locularis 2-valvis, dissepimento valvari placentario incompleto, valvis maturite 2-fidis.

Scrophularineae Schultu.

285. RHINANTHUS L. Calycis tubus subrotundus reticulato-venosus ventricosus ore contractus 2-labiatus, labia brevia 2-fida acuta: corollae 2-labiatae tubus inclusus, faux exerta sensim dilatata, labia approximata, superius galeato-carinatum, apice integrum vel emarginatum, sub apice lacina obtusa utrinque appendiculatum, inferius 3-fidum patens, segmentis ovatis, medio majore: staminum filamenta medio geniculata, supra geniculum flexuosa: antherae didymae 2-loculares, loculis oblongis margine barbatis: stylus filiformis: stigma capitatum: capsula suborbicularis compressa mucronulata 2-valvis, dissepimentis placentariis medianis, 2-locularis, loculis polyspermis.

286. BARTSIA L. Calycis tubus subcompressus in fructu turgens, limbus 2-labiatus, labiis 2-fidis (4-fidus aliorum): corollae 2-labiatae tubus inclusus vel exertus in faucem infundibuliformem protractus, labium superius

galeatum integrum ant emarginatum, inferius 3-fidum patens, laciniis subaequalibus, palato, prominentiis aut maculis duabus, notato: stamina incurva: filamenta filiformia, antherarum loculi oblongi ut plurimum apice barbati, basi mucronulati: stylus filiformis, staminibus longior: stigma clavatum: capsula ovata vel oblonga subcompressa 2-valvis, dissepimentis placentariis medianis, 2-locularis, loculis polyspermis.

287. EUPHRASIA L. Calycis tubus cylindricus vel campanulatus 4-nervis, limbi 4-fidi laciniae aequales: corollae 2-labiatae tubus, calycem subaequans, faux breviuscula subdilatata, limbum superius concavum galeatum antice 2-lobum, lobis ut plurimum latis patentibus quandoque conniventibus, labium inferius 3-fidum, laciniis subaequalibus obtusis emarginatis: stamina incurva: filamenta filiformia: antherae oblongae, loculis superius barbatis inferius auriculato-spinulosis: stylus filiformis tandem exertus: stigma capitatnm: capsula oblonga subcompressa 2-valvis: dissepimentis placentariis medianis, 2-locularis, loculis polyspermis.

288. SCROPHULARIA L. Calyx 5-partitus, partibus obtusis senio scarioso-marginatis: corollae 2-labiatae tubus inflatus subglobosus, calyce longior, faux nuda contracta, labium superius erectum 2-lobum, squama nectarifera quandoque interjecta, inferius 3-lobum, lacinia media reflexa, lateralibus erectis patentibus: staminum filamenta crassiuscula, quandoque piloso-glandulosa: antherae reniformes 1-loculares 2-valves: stylus subulatus: stigma capitatum: capsula 2-valvis, dissepimento marginali 2-partibili, 2-locularis, loculis polyspermis.

289. PEDICULARIS L. Calycis tubus cylindricus vel campanulatus nervosus, in fructu ventricoso-compressus: limbi quodamodo 2-labiati 1-5-fidi saepius 4-fidi, laciniis integris, dentatis, laciniato-dentatis: corollae 2-labiatae tubus angustus, faux nuda sub-2-labiata, labium superius galeatum, gala compressa obtusa integra, vel antice utriuque 1-dentata, vel rostrata, rostro truncato vel 2-dentato, inferius 3-lobum basi constrictum, tubis rotundatis, medio minore: staminum filamenta filiformia, antherae oblongae, loculis approximatis: stylus filiformis: stigma capitatum 2-lobum: capsula oblonga compressa apice rostrata 2-valvis, dissepimento valvari mediano, 2-locularis, loculis polyspermis.

290. MELAMPYRUM L. Calycis tubus compressus in fructu auctus, limbus 4-fidus, laciniis subaequalibus vel superioribus majoribus, omnibus longe acuminatis: corollae 2-labiatae tubus cylindicus superne dilatatus, faux nuda ut plurimum pervia, labium superius galeatum, galea fornicato-compressa

intus barbata, apice emarginata, margine utrinque replicato, et quandoque 2-dentato , labium inferius erectum apice 3-sectum, segmentis brevibus aequalibus, pectore 2-scrobiculatum: stamina sub galea, filamentis subulatis, antheris oblongis, loculis contiguis, apice divergentibus, ciliatis vel barbatis et saepe mucronatis; stylus filiformis: stigma obtusum: capsula compressa acuta vel rostrata utrinque sulcata 2-valvis, dissepimento valvari mediano, 2-locularis, loculis mono-olygospermis.

291. DIGITALIS L. Calyx 1-sepalus 5-partitus, lacinia superiore ut plurimum angustiore: corollae 2-labiatae tubus e basi angusta campanulatus deflexus , faux nuda, labium superius brevissimum integrum vel emarginatum, quandoque 2-fidum, labium inferius 3-lobum, lobo medio majore saepe elongato barbato vel nudo, lateralibus brevissimis : staminum filamenta subulata antherae 2-loculares, loculis oblongis divergentibus: stylus filiformis: stigma breviter 2-fidum, laciniis applanatis obtusis: capsula ovoideo-acuta ant acuminata 2-valvis, dissepimento valvari marginali 2-partibili, 2-locularis, loculis polyspermis.

Antirrhineae Chav.

292. ANTIRRHINUM L. Calyx 1-sepalus liber 5-partitus, partibus duabus inferiorioribus divergentibus: corollae personatae tubus dilatatus basi gibbus: labium superius emarginatum vel 2-fidum saepe reflexum, inferius 3-fidum, lobis planis patentibus vel reflexis, palato amplo faucem claudente: stamina inclusa, antheris 1-locularibus per paria approximatis, rudimento quinti saepius adjecto: stylus filiformis: stigma obtusum, saepe obscure 2-lobum, lobo altero minimo: capsula subrotunda 2-locularis apice poris 2-3 dehiscens.

293. LINARIA TOURN. Calyx 1-sepalus liber 5-partitus, partibus duabus inferioribus divergentibus: corollae personatae tubus basi calcaratus: labium superius emarginatum vel 2-fidum saepe reflexum, inferias 3-fidum , lobis planis patentibus vel reflexis, palato nnuc prominulo faucem claudente, nunc depresso, fauce pervia: stamina inclusa, antheris 2-locularibus per paria approximatis, rudimento quinti saepius adjecto: stylus filiformis: stigma obtusum saepe obscure 2-lobum, lobo altero minimo: capsula subrotunda 2-locularis, lacinulis 4-5, dehiscens.

Orobancheae Bartl.

294. OROBANCHE L. Calyx liber persistens 2-sepalus, sepalis oppositis integris dentatis 2-fidisve, quandoque 1-sepalus campanulatus, limbo 4-5-fido: corollae 2-labiatae tubus subcylindricus incurvus successive in faucem dilatatus, quandoque infra medium constrictus, labium superius erectum ut plurimum 2-fidum, labium inferius patens 3-lobum: stamina inclusa, filamentis subulatis basi dilatatis: antherarum loculi, basi divaricata, aristati, rima commissurali, barbati: glandula sub ovario: stylus simplex saepe piloso-glandulosus: stigma capitato-2-lobum: capsula oblonga 1-locularis superius incomplete 2-valvis polysperma: semina minutissima subglobosa.

295. LATHREA L. Calyx liber 1-sepalus tubuloso-campanulatus, limbo 4-fido, laciniis erectis subaequalibus: corollae 2-labiatae labium superius suberetum fornicatum, labium inferius minor breviter 3-fidum, laciniis subaequalibus: stamina incurva saepe exerta, filamentis subulatis, antheris oblongis, basi divaricata, barbatis: stylus staminibus longior incurvus: stigma capitatnm 2-lobum: capsula snbglobosa 1-locularis 2-valvis polysperma: semina subglobosa minutissima.

Didynamia Gymnospermia.

PRUNELLA.

1133. *vulgaris. L. Sp. Pl. p.* 837. Glabra mox hirsuta. Caule decumbente vel erecto e basi ramoso: foliis petiolatis ovato-oblongis inferius quan doque dentatis: fasciculis 3-floris, bracteis cordato-semiorbiculatis venosis margine ciliatis alternatim oppositis, insidentibus, in spica cylindrica compacta obtusa: dentibus calycinis labii superioris dilatatis mucronulatis: corollae calyce longioris, galea erecta.

P. vulgaris *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 65. *n.* 188. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 198. *n.* 680. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 250. - Brunella major folio non dissecto *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 32. - Prunella latifolia Italica flore carneo *Barrel. Ic.* 562.

In ageribus et sylvaticis vulgaris.

Perenn. Flor. Aprili-Junio. Flores violacei.

Vulgo. *Brunella.*

Usus. In veteri medicina Prunellae herba enumerabatur ad anginam sanandam.

1134. *laciniata. L. Sp. Pl. p.* 837. Hirsuta. Caule decumbente vel ad-

scencente e basi ramoso : foliis inferioribus longe petiolatis ovato-oblongis, superioribus sessilibus lanceolatis pinnatifidis: fasciculis 3-floris, bracteis venosis cordato-semiorbuculatis abbreviatis ciliatis alternatim oppositis, insidentibus, in spica cylindrica compacta obtusa: dentibus calycinis labii superioris dilatatis mucronulatis: corollae, calyce subduplo longioris, galea dilatata incurva.

P. laciniata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 199. *n.* 681. - *Bert. Flor. It. t.* 6. *p.* 254. - Brunella flore laciniato, flore albo. - *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 31.

In sylvaticis communis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

MELISSA.

1135. OFFICINALIS. *L. Sp. Pl. p.* 827. Pilosa vel hirsuta. Caule erecto, ramis brachiatis: foliis caulinis ovato-oblongis saepius cordatis, longe petiolatis grandidentatis, rameis multo minoribus breviter petiolatis dentatis: corymbis axillaribus breviter pedunculatis secundis, in spicis interruptis elongatis: pedicellorum bracteolis ovatis: corollis calyce longioribus.

M. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 198. *n.* 676. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 229. - M. cordifolia - *Seb. En. Pl. Amph. Flavii p.* 58. *n.* 158. - M. hortensis. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 61. - M. sylv. hirsuta maj. Italica. *Barrel. Ic.* 1222.

In sylvaticis, ad sepes, muros etc. ubique.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Vulgo. *Melissa, Cedronella.*

Usus. Infusum foliorum, florum et seminum, nec non aqua stillatitia in hysterismo jam valuit, et diaphoretici famam habuit. Alcoolatum Melisae in vulgari usu ab antiquitus usurpatur uti exilarans, anthelminticum, antiputridum, In callopistria quoque valet.

PRASIUM.

1136. MAJUS. *L. Sp. Pl. p.* 838. Caule erecto ramis numerosis decussatis: foliis ovato-oblongis basi truncatis serratis.

P. majus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 199. *n.* 682. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 258 - Galeopsis hispanica frutescens Teucrii folio. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 37. - Teucrium inodorum, fruticosum lucidum, flore albo, semine nigro carnoso vinosoque in maritimis. *Bocc. Rech. et Observ p.* 198. - T. fruticans incanum. Cretic. fl. purpur. *Barrel. Ic.* 896.

In muris vetustis et rupibus maritimis. *Sepolcro di Cecilia Metella, Colosseo, Porto Trajano* etc.

THYMUS.

1137. SERPILLUM. *L. Sp. Pl. p.* 825. Breviter pubescens. Caule decumbente radicante valde ramoso, ramis adscendentibus: foliis ovatis oblongisque nervosis punctato-glandulosis basi ciliatis: fasciculis oppositis 6-floris in capitulo elongato mox interrupto: foliis floralibus basi angustatis: bracteolis linearibus, pedicello multo brevioribus: calycibus piloso-ciliatis.

T. Serpillum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 197. *n.* 672. – *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 201. – Serpillum vulgare *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 69.

α montanus. Major erectus, capitulo elongato saepius non interrupto.

β gracilis. Minor, foliis sublinearibus, capitulo abbreviato non interrupto.

In apricis siccioribus, et ad oras nemorum. *Villa Medici, Pamfili, Borghese* etc. α in apricis elatis *Monte Gennaro.* β in Apenninorum elatis *Vettore.*

Fruticulus. Flor. Aprili-Majo. Flores purpurascentes.

Vulgo. *Serpollo.*

Usus. Stipticus adstringens tonicus, a medicis jam frequenter utebatur, nunc injuria obsoletus. Ad cibos campestres condiendos quandoque usurpatur. Apes plantam summopere diligunt.

1138. ZYGIS. *L. Sp. Pl. p.* 826. Piloso-pubescens. Caule postrato valde ramoso, ramis erecto-adscendentibus : foliis linearibus margine ciliatis parce punctato-glandulosis : fasciculis oppositis sub-3-floris in capitulo terminali raro interrupto : foliis floralibus rombeo-ovatis basi dilatatis: bracteolis linearibus brevissimis: calycibus hispido-ciliatis.

T. Zygis. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 206. – T. acicularis. *Sang. Cent. tres p.* 85. *n.* 192. - Thymum hircinum italicum. *Barrel. Ic.* 387. – Serpillum saxatile hirsutum Thymifolium nanum flore rubello. *Bocc. Mus. di piant. p.* 108. et T. saxatile nanum *tab.* 89.

Circa Tibur abbunde praesertim ad *Lago de' Tartari*, et *alla Caduta delle Marmore* secus Interamnam.

Suffrutex. Flor. Majo. Flores dilute rosei laciniis labii inferioris purpureo maculatis.

Vulgo. *Serpollo montano.*

1139. PANNONICUS. *Benth. Lab. p.* 345. Cano-hirsutus. Caule decumbente ramoso , ramis adscendentibus elongatis ; foliis ovatis oblongisque nervoso-venosis glanduloso-punctatis : fasciculis sub-6-floris oppositis in spica inter-

rupta: foliis floralibus, caulinis conformibus : bracteolis linearibus basi latiusculis: calycibus dense ciliatis.

T. pannonicus. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 209.

In rupestribus montanis Umbriae. *Vettore.*

Suffruticulus. Flor. aestate. Flores pallide rosei.

1140. VULGARIS. *L. Sp. Pl. p.* 825. Cano-pubescens. Caule erecto ramosissimo, ramis fastigiatis tandem spinescentibus: foliis ovato-lanceolatis linearibusque nervosis margine revolutis dense punctato-glandulosis: florum fasciculis oppositis in spica densa, quandoque elongata et inferius interrupta : foliis floralibus, caulinis conformibus: bracteolis linearibus brevissimis : calycibus basi ciliatis.

T. vulgaris. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 72 *n.* 223. - *Fior. Gior. de' letter. di Pisa* 1828. *tom.* 17. *p.* 295. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 210. – T. vulgaris folio latiore. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 68.

In collibus Anxuris et praesertim in Circaeo , nec non in Amphiteatro Flavio.

Frutex. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

Vulgo. *Timo*, *Erba Pepe.*

Usus. Planta insigniter aromatica, ad vires refucillandas, anteactis praesertim temporibus, adhibita: ab ipsa, oleum volatile, sub nomine *Essenza di Timo*, a chimicis educitur ; item plurimis in alcoolatis ingreditur. In culinis etiam expetitur. Pecori tandem summopere grata: lac et caseum facile thymo redolet, dum armenta, ipso pascuntur.

1141. ACINOS. *L. Sp. Pl. p.* 826. Pubescens. Caule adscendente erecto quandoque radicante, ramis elongatis erectis: foliis ovatis lanceolatisve ciliatis laxe nervosis eglandulosis: fasciculis oppositis 3-floris, in spica laxa elongata: foliis floralibus, caulinis conformibus, fasciculis longioribus: bracteolis brevissimis linearibus acutis: calycibus nervoso-ciliatis.

T. Acinos. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 179. *n.* 673. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 213.

In montium siccis arenosis saxosis *Monte Cavi* etc.

Annuus. Flor. Junio-Julio. Flores subviolacei.

1142. ALPINUS. *L. Sp. Pl. p.* 826. Villosus. Caule decumbente radicante ramoso , ramis adscendentibus : foliis late-ovatis apice acutis subserratis viridibus subtus pallidioribus: fasciculis sub-3-floris oppositis in spica laxa in-

terrupta: foliis floralibus caulinis conformibus: bracteolis lanceolatis minutissimis: calycibus ciliatis: corolla, calyce, multo longiore.

T. Alpinus *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 215 – Clinopodium perenne Pulegii odore, Majoranae folio Patavinum *Bocc. Mus. di piant. p.* 60. et C. perenne Pulegii odore *l. c. t.* 45. *fig. B. B. B.* et C. minus angustifolium Pulegii odore Romauum *l. c. p.* 50 et C. minus Pulegii odore Romanum *l. c. tab.* 45.

In rupestribus montium apeninorum. *Vettore.*

Suffruticulus. Flor. Majo-Julio. Flores purpurei quandoque albi.

1143. *Nepeta Smith. Engl. Flor. t.* 3. *p.* 110. Subhirsutus. Caule decumbente erectove ramoso, ramis patulis: foliis ovatis remote crenatis: corymbis axillaribus oppositis in spica elongata interrupta: foliis floralibus, caulinis conformibus, superioribus minoribus: braeteolis lanceolatis brevissimis: barba faucis calycinae exerta: corolla, calyce, triplo longiore.

T. Nepeta Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 197. *n.* 675 – *Bert. Flor. It. t.* 6. *p.* 220 – Calamintha Pulegii odore minor, Italis Mentuccio menore o Nepetella. *Barrel. Ic.* 1166 – C. montana prealta Pulegii odore, dentatis foliis, floribus dilute coeruleis ex longo ramoso et brachiato pediculo prodeuntibus. *Bocc. Mus. di piant. p.* 45 et C. praealta Pulegii odore *l. c. tab.* 40 et C. praealta Pulegii odore altera seu ex Sabaudia *l. c. tab.* 38.

In siccis et viis ubique

Perenn. Flor. aestate. Flores albo–subcarnei.

Vulgo. *Mentuccia*

Usus. Ob gratum odorem, Menthae Pelegii affinem, in culinis usurpatur, et praesertim ad condiendam Cynaram vulgarem, et fungos.

1144. *Calamintha Scop. Fl. Corn. ed* 2. *t.* 2. *p.* 425. Hirsutus. Caule prostrato radicante ramoso, ramis simplicibus erectis: foliis majusculis late ovatis serratis: corymbis paucifloris oppositis in spica elongata interrupta: foliis floralibus, caulinis conformibus, successive minoribus: bracteis linearibus brevibus: corollis, calyce, sub duplo longioribus.

T. Calamintha *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 197. *n.* 674 – *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 223 - Melissa Calamintha *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 58. *n.* 157 – Calamintha magno flore *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 63.

In montibus ad vias vulgaris, *Albano, Frascati, Tivoli* et in Amphiteatro Flavio.

Perenn. Flor. aestate. Flores purpureo – violacei. Odor gratus.

Vulgo. *Calamento, Calaminta.*

Usus. In materia medica Linnaei Calaminthae herba enumerabatur, et uti stomatica a plurimis medicis laudabatur Nunc injuria obsolevit.

1145. GRANDIFLORUS *Scop. Fl. Carn. ed* 2. *t.* 2. *p.* 424. Pubescens. Caule erecto subsimplici: foliis ovatis acutis grosse serratis: corymbis axillaribus paucifloris, inferioribus, folio brevioribus: bracteolis lanceolatis linearibus ciliatis: corollis, calycibus cylindricis, duplo longioribus.

T. grandiflorus. *Maur. Cent.* 13. *p.* 30. – *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 226. – Calamintha montana praestantior fl. purpureo. *Barrel. Ic.* 398. - *Bocc. Mus. di piant. p.* 45. *tab.* 40.

In sylvis montium. *Serra S. Antonio.*

Perenn. Flor. aestate Fl. purpurei.

Usus. Clarissimus Bertolonius remedium praestantissimum in planta nostra praebet ad menses ciendos.

SATUREJA.

1146. JULIANA. *L. Sp. Pl. p.* 793. Subhirsuta. Caule erecto ramoso, ramis strictis: foliis radicalibus ovatis, caulinis oblongo-lanceolatis margine revolutis: corymbis oppositis breviter pedunculatis multifloris fastigiatis, in spica elongata interrupta: bracteolis linearibus, calycibus subaequalibus: calycis 10-striati, dentibus erectis, fauce nuda.

S. juliana. *Sang. Cent. tres p.* 85. *n.* 191. – *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 43.

Ad rupes prope Anxurem.

Suffrutex. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

1147. GRAECA. *L. Sp. Pl. p.* 794. Subhirta. Caule decumbente vel adscendente ramoso, ramis erectis elongatis: foliis radicalibus ovatis, caulinis lanceolatis subtus venosis: corymbis oppositis pedunculatis 3-6-floris, in spica laxa elongata: bracteolis linearibus, calyce multo brevioribus: calycis 10-striati dentibus subulatis, fauce barbata.

S. graeca. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 190. *n.* 640. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 45. - Calamintha frutescens Saturejae folio, facie, et odore. - *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 64.

β tenuifolia. Foliis lineari-lanceolatis, corymbis multifloris.

S. tenuifolia. *Sang. Cent. tres p.* 85. *n.* 190. - Hyssopus angustifolia spiccato flore. *Bocc. Rech. et obs. p.* 201.

Supra Urbis moenia, et muros siccos vulgaris. *Cuppola di S. Pietro*, *Colosseo* etc. β circa Auxur, Tibur etc.

Suffrutex. Flor. Majo-Junio. Flores purpurescentes.

Vulgo. *Erba della cuppola.*

Usus. Apud nos lithontritici famam habet, et ad calculos urinarios ciendos propinatur.

1148. MONTANA. *L. Sp. Pl. p.* 794. Caule adsendente ramoso: foliis lanceolato-elongatis apice mucronatis basi ciliatis: corymbis peduncolatis oppositis sub-6-floris secundis, in spica densiuscula: bracteolis linearibus ciliatis: calycis 10-stiati, dentibus mucronatis, fauce pilosa.

S. montana. *Maur. Cent.* 13. *p.* 29. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 54. - Tymbra legitima. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 71.

In aridis et saxosis montium. *Terni, Filettino, Subiaco* etc.

Suffrutex. Fl. Junio-Julio. Flores albo-purpurescentes.

CHLINOPODIUM.

1149. VULGARE. *L. Sp. Pl. p.* 821. Villosum. Caule simplici: foliis ovato-lanceolatis subdentatis: corymbis ramosissimis subsessilibus multifloris oppositis axillaribus terminalibusque.

C. vulgare. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 196. *n.* 170. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 192 - C. Origono simile, elatine, majori folio, flore rubente. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 93.

In viis sylvaticis et ad aras nemorum vulgare.

Perenn. Flor. tota aestate. Flores intense rosei.

Vulgo. *Clinopodio.*

MELITTIS.

1150. MELISSOPHYLLUM. *L. Sp. Pl. p.* 832. Pilosa. Caule simplici ramosove: foliis cordatis ovatis oblongisve grosse dentatis: floribus 1-3-axillaribus secundis: limbo calycis trilobo, lobo superiore majore integro vel 2-dentato.

M. Melissophyllum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 198. *n.* 677. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 237. - Melissa humilis latifolia, maximo flore ex albo purpureo. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 62.

In umbrosis montium abbunde. *Albano, Rocca di Papa* etc.

Perenn. Fl. Majo-Junio. Flores albi, carnei sanguineis maculis notati.

Vulgo. *Bocca d'Orso.*

Usus. Planta apibus grata, idcirco circa apiaria seritur.

SCUTELLARIA.

1151. HASTIFOLIA. *L. Sp. Pl. p.* 835. Caule subsimplici adscendente erectove: foliis subintegerrimis ovato-lanceolatis hastatis, floralibus conformibus

graduatim minoribus: floribus axillaribus solitariis oppositis secundis, in spica laxiuscula foliata: bracteolis setaceis: corollae elongatae fauce dilatata.

S. hastifolia. *Bert. Fl. It. t.* 6. 242. - S. minor. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 198. *n.* 678.

Ad Tyberis ripas. *Da Ponte molle ad acqua acetosa.*

Perenn. Flor. Junio. Flores rubicundi.

1152. COLUMNAE. *Benth. Lab. p.* 430. Pubescens, pube incurva sepius glandulosa. Caule erecto inferius ramoso: foliis inferioribus cordato-ovatis, superioribus ovato-dentatis: floribus axillaribus solitariis secundis in spica elongata: bracteis integerrimis ovatis acutis, calyce brevioribus: corollae elongatae tubo cylindrico, fauce dilatata.

S. Columnae. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 198. *n.* 179. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 246. - Cassida *Colum. Ecphr. t.* 1. *p.* 187. *fig. p.* 189.

In sylvaticis umbrosis montium communis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coeruleo-violacei.

AJUGA.

1153. GENEVENSIS. *L. Sp. Pl. p.* 785. Villoso-lanata. Caule solitario adscendente simplici, stolonibus nullis: foliis superioribus oblongis, inferioribus minoribus spathulatis, omnibus crenatis: fasciculis oppositis sub-4-floris in spica inferius late interrupta dispositis: corollae tubo longe exerto.

A. genevensis. *Bert. Ft. It. t.* 6. *p.* 6.

In pratis alpinis. *Monte di Fiori* in Piceno, et apud Viterbium.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores coerulei.

1154. ACAULIS. *Brocc. osserv. sulli Abruz. p.* 20. *n.* 70. Pumila. Caule brevissimo stolonibus nullis: foliis oblongis obtusisve subrepandis in petiolum angnstatis: fasciculis oppositis paucifloris approximatis in spica abbreviata: bracteolis lanceolatis: corollae tubo, calyce, triplo longiore.

A. acaulis. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 8.

Ad oras sylvarum in apenninis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Majo-Julio. Flores coerulei.

1155. REPTANS. *L. Sp. Pl. p.* 785. Glabriuscula. Caule erecto basi stalonifero, stolonibus reptantibus: foliis ovatis crenatis integrisve, basi cuneata in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus: fasciculis oppositis paucifloris superius approximatis inferne laxis, in spica dispositis: corollae tnbo, calyce duplo longiore.

A. reptans. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 188. *n.* 631. - *Bert. Fl. It.*

t. 6. *p.* 9. – Bugula minima glabra flore azurreo *Barrel. Ic.* 337 et B. media flore coeruleo. *Ic.* 838. – Bugula. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 99.

In humidis nemorosis communis.

Perenn. Flor. Aprili. Flores azurrei, coerulei, carnei.

Vulgo. *Consolida media.*

Usus. Ad vulnera medenda olim inservit, unde nomen vulgare, nunc raro usurpatur.

1156. *Chamaepitys Benth. Lab. p.* 699. Pilosa. Caule basi diffuse ramoso, ramis approximatis erectis: foliis inferioribus lanceolatis parce dentatis, superioribus profunde trifidis, basi cuneata, in petiolum attenuatis, floralibus flores longe superantibus: floribus axillaribus subsolitariis in spica terminali tandem interrupta: corolla calyce multo longiore.

A. Chamaepitys. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 189. *n.* 632. – *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 11. – Chamaepitis vulgaris folio trifido, floribus luteis. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 96.

In sterilibus, arvis, saxosis communis.

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei.

Vulgo et in officinis. *Iva artetica* o *Iva artritica.*

Usus. Herbae contritae decoctio, jam plurimi habita in atritide, et rheumatismo, nunc injuria raro usurpata.

1157 *Iva Schreb. Unilab. p.* 25. Hirsuta, Caule decumbente ramoso, ramis oppositis: foliis lanceolato-linearibus sessilibus grosse dentatis subintegerrimisve margine vix revolutis, floralibus superioribus subintegerrimis, flores aequantibus: fasciculis axillaribus subgeminis oppositis paucifloris in spica densa: corolla calycem multo superante.

A Iva *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 189. *n.* 633. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 17 - Chamaepitys vulgaris, folio trifido, flore roseo. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 98. In aridis montium. *A Tivoli presso S. Antonio.*

Ann. Flor. Junio. Flores rubri.

TEUCRIUM.

1158. *Botrys. L. Sp. Pl. p.* 786. Villosum. Caule erecto ramoso, ramis decussatis adscendentibus: foliis pinnatifidis in petiolum elongatum productis, pinnis lanceolatis, simplicibus, trifidisve: fasciculis paucifloris axillaribus in caule ramisque spicatim dispositis: calycis inflati dentibus lanceolatis aequalibus.

T. Botrys *Sang. Cent. tres p.* 82. *n.* 184 - *Bert. Flor. It. t.* 6. *p.* 17.

In pascuis aridis montium Umbriae. *Monte Bove.*

Ann. Flor. Junio, Augusto. Flores purpurei.

1159. FRUTICANS *L. Sp. Pl. p.* 787. Niveo-tomentosum. Caule erecto, ramis decussatis adscendentibus: foliis ovato-lanceolatis breviter petiolatis supra atro-viridibus: floribus axillaribus solitariis: calycis campanulati dentibus aequalibus obtusis.

T. fruticans *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 189. *n.* 634. - *Bert. Fl. It t.* 6. *p.* 18 - T. Boeticum Clu. *Bocc. Rech. et obs. p.* 211 - T. caesio et amplo rosmar. flore Boeticum Clus. *Barrel. Ic.* 512. - T. Boeticum *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 91.

In rupibus maritimis. *Intorno Civitavecchia, sul Circello etc.*

Frut. Flor. Martio, Majo. Flores coerulei.

1160. SCORODONIA *L. Sp. Pl. p.* 789. Pubescens. Caule erecto subsimplici: foliis cordato-ovatis obtuse duplicato-serratis: floribus pedunculatis erectis secundis denuo pendulis, in racemo dentiusculo: calycis campanulati dentibus aristatis, supremo majusculo.

T. Scorodonia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 189. *n.* 635 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 22 - Scorodonia Salviae foliis parte interna candicantibus, floribus flavis in spica rariter dispositis ex uua et altera parte vegetantibus. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 92.

In sylvaticis montium *Sul Tuscolo, Genzano, Albano etc.*

Perenn. Flor. Junio, Julio. Flores ochroleuci, tubo rubicundo.

1161. PSEUDO SCORODONIA *Desf. Fl. Atl. t.* 3. *p.* 5. *tab.* 119. Villosum. Caule erecto sub-simplici, foliis ovato-oblongis basi subcordatis rugosis dentatis: floribus subsessilibus secundis erectis denuo orizontalibus, in racemo denso saepe ramoso: calycis campanulati dentibus aristatis, supremo majore.

In montanis maritimis. *Allumiere della Tolfa.*

Perenn. Flor. Junio. Flores rubro-fusci.

1162. SCORDIUM *L. Sp. Pl. p.* 790. Pubescens vel hirsutum. Caule adscendente, ramis numerosis decussatis: foliis sessilibus oblongis serratis: floribus axillaribus pedunculatis subternis in spicis terminalibus lateralibusque: calycis subcampanulati dentibus aequalibus.

T. Scordium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 189. *n.* 636. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 26.

In pratis depressis frequens.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores rubri quandoque coerulescentes.

Vnlgo. *Scordio.*

Usus. Uti tonicum et adstringens in veteri medicina invaluit, in Theriacae, et Diascordii formulis ingrediebatur, nunc injura oblitum.

1163. *Chamaedrys.* *L. Sp. Pl. p.* 790. Villosum. Caule erecto vel adscendente saepius ramoso: foliis cuneato-ovatis duplicato-serratis, superioribus sessilibus: floribus axillaribus oppositis subternis in spicis foliatis interruptis terminalibus: calycis tubuloso-campanulati dentibus subaequalibus.

T. Chamaedrys. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 189. *n.* 637. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 29. - Chamaedrys major et minor repens. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 88.

In aggeribus et pascuis commune.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores rubri.

Vulgo. *Camedrio, Cerquignola.*

Usus. In veteri medicina Chamaedrys herba plurimum voluit ad scrophulas praesertim, et clorosim sanandam: nunc ejus vis tonica praedicatur; quocirca decotio in febribus intermictentibus communiter usurpatur.

1164. *flavum.* *L. Sp. Pl. p.* 791. Molliter pubescens. Caule erecto, ramis brachiatis adscendentibus: foliis petiolatis, basi lata, ovatis crenatis: racemis axillaribus oppositis cernuis secundis in spica elongata inferius interrupta: calycis campanulati dentibus majusculis subaequalibus.

T. flavum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 190. *n.* 638. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 31. - T. vulgare fruticans. *Bocc. Rech. et obs. p.* 211. - Chamaedrys frutescens Teucrium vulgo. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 89.

In muris veteribus et in rupibus vulgare. *Sul Colosseo, Monte Mario. etc.*

Suffrut. Flor. Majo-Junio. Flores luteoli.

Vulgo. *Teucrio.*

Obs. Odor totius plantae aromaticus ingratus.

1165. *montanum* *L. Sp. Pl. p.* 791. Albo-tomentosum, tomento brevi. Caulibus coespitosis decumbentibus, ramis numerosis adscendentibus: foliis lanceolato-linearibus integris margine revolutis: fasciculis subsessilibns oppositis axillaribus sub-3-floris in spica capitata congesta: calycis tubulosi laciniis aequalibus subulato-acuminatis.

T. montanum. *Maur. Cent.* 13. *p.* 29. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 34.

In montanis aridis. *Al Piglio, Serra S. Antonio* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albo-luteoli.

1166. *pseudo-hyssopus.* *Schreb. Unil. p.* 45. Cano-tomentosum, tomento

floccoso. Caulibus caespitosis decumbentibus, ramis erectis: foliis linearibus aut lineari-lanceolatis crenatis obtusis : fasciculis sessilibus axillaribus oppositis in capitulis terminalibus congestis : calycis tubulosi dentibus parvis subrotundis.

T. pseudo-hyssopus. *Sang. Cent. tres p.* 82. *n.* 185. - T. Polium ex parte. *Bert. Fl. It. t.* 6. *pag.* 36. - Hyssopus apulus Dioscoridis et Serapionis. *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 59. *tab.* 67.

In collibus secus Interamnam.

Suffrut. Flor. Junio. Flores luteo-albi.

1167. *Polium. L. Sp. Pl. p.* 792. Cano-floccoso-tomentosum. Caule caespitoso prostrato, ramis numerosis erectis: foliis obverse lanceolato-linearibus obtusis crenatis: fasciculis axillaribus oppositis in capitulis globosis terminalibus axillaribusque racematim dispositis : calycis tubuloso-campanulati dentibus erectis obtusis acutisve.

T. Polium. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 190. *n.* 639. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 36. - Polium marinum dasif. gnaphal. flor. albo. *Barrel. Ic.* 1047, et P. montanum album serratum latif. supinum maj , et minus. *Ic.* 1074, *et* 1078, et P. mont. alb. serratum latif. erectum maj. *Ic.* 1079. - P. montanum candidum floribus ex albo flavescentibus. *Hort. Rom. t.* 3. *p.* *tab.* 93.

β flavescens. Planta major, temento luteo-sulphureo denso.

T. Polium β. *Bert. l. c.* - Polium montanum luteum dasyphyllum serratum. *Barrel. Ic.* 1073.

In siccis collibus prope Urbem, et in maritimis. *Maccarese*, *Terracina* etc.

Suffrut. Flor. Julio. Plores albi.

Vulgo. *Polio montano.*

Usus. Vis excitans in planta nostra medici agnoscunt : veteres ad podagram pellendam plurimi laudarunt.

SIDERITIS.

1168. *sicula. Ab Ucr. opusc. di Ant. sic. t.* 6. *p.* 253. - Albo-lanata. Caule adscendente parce ramoso, ramis erectis elongatis : foliis oblongo-spathulatis basi angustatis crenulatis, inferioribus abbreviatis: fasciculis oppositis axillaribus paucifloris in spica elongata interrupta : bracteis late subcordatis ovatis acutis integerrimis, inferioribus, floribus longioribus: calycis tubuloso-campanulati laciniis acutis conniventibus apice spinescentibus.

S. sicula. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 81. - S. Syriaca. *Seb. et Maur. Fl. Rom.*

Prod. p. 191. *n.* 648. Stachys lychnoides incana angustifolia fiore aureo italico. *Barrel. Ic.* 1187.

In montibus subapenninis frequens. *Riofreddo*: et in apennino umbro. *Monte de' Fiori.*

1169. MONTANA. *L. Sp. Pl. p.* 802. Villosa. Caule subsimplici erecto quandoque e basi ramoso: foliis oblongo-lanceolatis basi angustatis, floralibus apice aristatis: fasciculis sub-3-floris oppositis in spicis interruptis terminalibus: calycis tubulosi fauce dilatati, laciniis patentibus longe mucronato-aristatis.

S. montana. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 190. *n.* 642. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 83. - S. montana parvo flore nigropurp. *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 198. et S. montano parvo flore nigropurp. capite medio croceo *fig. p.* 196.

In subappeninis elatioribus.

Ann. Flor. Julio. Flores crocei, margine purpureo-ferruginei.

1170. ROMANA. *L. Sp. Pl. p.* 802. Hirsuta. Caulibus caespitosis decumbentibus quandoque adscendentibus simplicibus ramosisve: foliis ovato-oblongis serratis: fasciculis sub-3-floris oppositis in spicis foliatis interruptis terminalibus: calycis tubulosi laciniis patentibus lanceolatis spinescentibus, supremo majore late-ovato.

S. romana *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 70. *n.* 215 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 190. *n.* 641. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 84. - S. hirsuta procumbens . *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 58.

In siccioribus ad vias vulgaris.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

Vulgo. *Stregonia.*

ORIGANUM.

1171. VULGARE. *L. Sp. Pl. p.* 824. Hirsutum, pilis raris. Caule erecto superne ramoso: foliis ovatis subintegris glandulosis nervosis: spiculis globosis oblongisve jamdudum densis in panicula corymbosa: bracteis ovatis concavis glandulosis quadrifariam dispositis : calycis glandulosi fauce dense barbata , dentibus erectis subaequalibus.

O. vulgare. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 60. *n.* 167 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 196. *n.* 671. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 195. - O. sylvestre, Cunila bubula Plinii. *Hort. Rom. t.* 3. *p.* 75.

β creticum. Spiculis elongatis prismatico-tetragonis.

O. vulgare β *Bert. l. c. p.* 196.

δ virens. Planta minor, spicis glomeratis, bracteis viridibus.

O. vulgare δ *Bert. l. c. p.* 196.

In collibus, arvis siccis, sylvaticis communis species et var. δ; β in Piceno.

Perenn. Flor. Julio. Flores purpurascentes.

Vulgo. *Origano, Regamo.*

Usus. Vis excitans, tonica, diaphoretica, emenagoga in Origano veteres agnoverunt, et in horum generibns morborum frequentius usurparunt: nunc vix in uso. Apud italos in obsoniis praestat, et praesertim ad aleces condiendas.

GALEOPSIS.

1172. *Ladanum. L. Sp. Pl. p.* 810. Pubescens. Caule erecto, ramis patulis: foliis lanceolatis linearibusque grosse remoteque serratis: fasciculis oppositis axillaribus multifloris, in spica et magis inferius laxa: calycis tubulosi dentibus subulatis subaequalibus spinosis: corollae galea laeviter emarginata.

G. Ladanum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 193. *n.* 657. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 125.

β intermedia. Planta minor, foliis ovato-oblongis subsessilibus serratis

G. Ladanum β *Bert. l. c. p.* 126.

In montium messibus, et in Urbe ad Tyberim, β in sepibus apenninorum *Castelluccio.*

Ann. Fl. Julio-Augusto. Flores rosei.

1173. *Tetrahit. L. Sp. Pl. p.* 810. Caule erecto ramoso, retrosum hispido, ramis patulis adscendentibus, internodiis superne tumidis: foliis ovato-acuminatis serratis hirsutis, superioribus ovato-oblongis: fasciculis oppositis axillaribus paucis multifloris in spica apice congesta inferius laxa: calycis tubulosi tandem campanulati, dentibus aequalibus rigidis spinosis: corollae galea serrulata.

G. Tetrahit. *Sang. Cent. tres p.* 83. *n.* 286. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 128.

In montium arvis. *Caduta delle Marmore; in Monte Gennaro* copiosissima.

Ann. Flor. Julio. Flores rubelli, labio inferiore albo, variegati, vel toti albi.

MENTHA.

1174. *sylvestris L. Sp. Pl. p.* 804. Cano-tomentosa. Radice repente: caule erecto superius ramoso: foliis subsessilibus ovato-lanceolatis lanceolatisve argute serratis: fasciculis oppositis multifloris in spicis densis elongatis inferius interruptis terminalibus axillaribusque: bracteis lineari-lanceolatis: dentibus calycinis lineari-setaceis.

M. sylvestris *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 88.

β Major. Spicis crassiusculis elongatis subcontinuis: foliis molliter pubescenti-lanuginosis, inferioribus subcordatis.

M. sylvestris *β*. *Bert. l. c. p.* 89 - M. sylvestris. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 191. *n.* 644.

γ Minor. Spicis gracilibus: foliis brevioribus, ramis numerosis divaricatis.

M. sylvestris *γ* *Bert. l. c.*

Species in pratis elatiorum montium *Vettore*, varietates communes in pratis et depressis.

Perenn. Fl. Julio, Augusto. Flores dilute purpurei.

Vulgo. *Menta salvatica, Mentastro.*

1175. MACROSTACHYA *Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 30. *tab.* 56. Pubescens. Radice repente: caule erecto superne ramoso: foliis ellipticis rotundisve subsessilibus crenatis rugosissimis: fasciculis oppositis multifloris in spicis cylindricis densis quandoque basi interruptis, terminalibus lateralibusque: bracteis linearibus acuminatis: dentibus calycinis acuminato-subulatis.

M. macrostachya *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 91 - M. rotundifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 191. *n.* 645.

β elliptica. Foliis late ellipticis.

δ oblonga. Foliis minoribus elliptico-oblongis.

In pratis depressis, ad Tyberim, ad fossas communis tam species, quam varietates.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores albo-purpurascentes.

Vulgo. *Mentone.*

1176. VIRIDIS *L. Sp. Fl. p.* 804. Glabra. Radice repente: caule erecto adscendente valde ramoso: foliis sessilibus vel breviter petiolatis lanceolatis serratis: verticillis oppositis multifloris in spicis cylindricis basi interruptis terminalibus: bracteis superioribus lanceolatis, fasciculis, longioribus, superioribus lanceolato-linearibus, brevioribus: calycis glandulosi dentibus lanceolatis subulatis.

M. viridis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 191. *n.* 646 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 93.

In humidioribus secus vias non infrequens, et in hortis culta.

Perenn. Flor. Augusto. Flores purpurascentes.

Vulgo. *Menta romana.*

1177. HIRSUTA *L. Mant.* 1. *p.* 81. Pubescens vel hirsuta. Radice late repente: caule inferius decumbente et ad nodos radicante, superius adscen-

dente-ramoso: foliis petiolatis sessilibusque ovatis serratis quandoque cordatis: corymbis axillaribus oppositis in capitulis terminalibus, lateralibusque, terminalibus 2-3 superimpositis: bracteolis lanceolato-linearibus: laciniis calycinis lanceolato-acuminatis.

M. hirsuta *Fl. Rom. Prod. p.* 191 *n.* 647 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 95.

β pubescens. Foliis molliter pubescentibus, capitulis majoribus, bracteolis ovato-acuminatis.

In aquosis aud frequens. *Presso la sponda del Tevere* extra portam Flaminiam. β in alpinis. *Al fonte del castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores purpurascentes.

Vulgo. *Menta acquatica.*

Obs. Odor camphoratus suavis, sapor fervens.

1178. *Pulegium L. Sp. Fl. p.* 807. Pilosa, quandoque hirsuta. Radice repente: caule inferius decumbente et radicante, superius erecto valde ramoso: foliis ovatis obtusis breviter remoteque serratis, quandoque oblongis: fasciculis oppositis multifloris capitulos simulantibus in spicis numerosis interruptis: calycis tubulosi dentibus ovato-lanceolatis ciliatis.

M. Pulegium *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 192. *n.* 648 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 102 - Mentha aquatica seu Pulegium vulgare. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 49.

In humidis et ad ripas Thyberis frequens.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpurascentes.

Vulgo. *Pulegio.*

Usus. Omnes Mentharum species oleo volatili replentur, distillationis ope, commercio tradito, sub nomine olei M. Piperitae, eo quod prae aliis speciebus abbundet in M. Piperita L. anglicarum regionum indigena. Huic speciei valde affinis M. viridis nostra, et sub hoc nomine *Menta peperita* in Italiae hortis colitur ad oleum educendum, quo pastillos et belliaria condimus. Omnibus Mentharum speciebus vis tonica corroborans antisectica a Medicis tributa, qua de re earum aqua stillatitia in histeria, colica, vomitu frequentius hadibita; nunc parum in usu. Oleum istud insecta enecat, uti evenit de aliis oleis essentialibus, et M. Pulegium suum nomen obtinuit, eo quod ad Pulices destruendas jam a vulgo planta usurpabatur.

LAMIUM.

1179. LONGIFLORUM. *Ten. Fl. Nap. t. 5. p. 10. tab. 150.* Glabriusculum. Caule fistuloso adscendente subsimplici: foliis ovatis grosse obtuseque duplicato-serratis basi cordatis apice acuminatis, superioribus acuminato-elongatis: fasciculis axillaribus oppositis sub-5-floris in spica foliata laxa: laciniis calycinis lanceolatis: corollae tubo, calycem, multo superante: fauce insigniter dilatata: galea emarginata, labii inferioris laciniis lateralibus 2-dentatis: antheris dorso barbatis.

L. longiflorum *Bert. Fl. It. t. 6. p.* 111 - L. Orvala *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 192. *n.* 650.

In sylvis montaniis Latii Umbriae et Piceni. *Monte Gennaro, Sasso Borghese, Vettore* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores purpurei.

1180. MACULATUM *L. Sp. Pl. p.* 809. Laxe pilosum. Caule adscendente flexuoso parce ramoso: foliis ovatis grosse duplicato-serratis basi subcordatis apice in superioribus successive magis acuminato: fasciculis 5-floris axillaribus oppositis in spica foliata et magis inferius laxa: laciniis calycinis filiformibus: tubo corollae calycem superante: corollae galea 2-carinata serrulata, labii inferioris lacinis lateralibus ut plurimum 2-dentatis: antheris dorso barbatis.

L. maculatum *Bert. Fl. It. t.*6. *p.* 113 - L. maculatum, laevigatum, et album *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 192 *et* 193. *nn.* 652. 651. 653 - L. laevigatum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 51. *n.* 131. - L. Plinii Campoclarense, et montanum *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 190. et L. montanum Campoclarensium *l. c. p.* 192 *fig.* – L. subrotundo rugoso folio flore rubro. *Bocc. mus.* 2. *tab.* 23. – *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 34.

In umbrosis et ad sepes vulgatissimum.

Perenn. Flor. Martio ad Junium. Flores purpurei quandoque albidi.

Vulgo. *Succimele.*

Obs. Herba faetens. Folia macula alba lineari saepe notata.

1181. ALBUM *L. Sp. Pl. p.* 809. Pilosum. Caule adscendente, inferius quandoque radicante parce ramoso: foliis cordato-ovatis duplicato-serratis superioribus oblongis, apice successive magis acuminato-cuspidato: fasciculis oppositis axillaribus sub-10-floris, in spica laxissima: laciniis calycinis filiformibus: corollae tubo sub incluso, galea subintegra, labii inferioris laciniis lateralibus, dente longo lineari, donatis: antheris dorso barbatis.

L. album *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 116.

In umbrosis ad sepes in montibus Latii. *S. Polo.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

1182. BIFIDUM *Cyrill. Pl. rar. Regn. Neap. fasc.* 1. *p.* 22. *tab.* 7. Pilosum. Caule caespitoso decumbente e basi ramoso, ramis patulis: foliis ovatis basi cordatis inaequaliter inciso-dentatis, superioribus sub-3-fidis apice acuminatis : fasciculis axillaribus oppositis 5-8-floris in spica foliata densa terminali abbreviata: laciniis calycinis acuminato-subulatis: corollae tubo gracili calycem superante: fauce brevi: corollae galea 2-fida, laciniis divaricatis, labii inferioris lacinis lateralibus brevi-dentatis: antheris dorso barbatis.

L. bifidum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 193. *n.* 654. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 118. - L. aequiculorum *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 192. *fig.*

In umbrosis, herbidis, ad sepes frequens.

Ann. Flor. Martio. Flores albi.

1183. PURPUREUM *L. Sp. Pl. p.* 809. Villosum. Caule adscendente radicante , basi ramoso : foliis cordatis inaequaliter crenatis, inferioribus subrotundis, superioribus ovatis: fasciculis axillaribus oppositis 3-8-floris in spica pyramidata terminali densa foliata: floribus parvis: calycis laciniis subulato-acuminatis: corollae tubo calyce subduplo longiore, galea obtusa integra, labii inferioris, laciniis lateralibus 1-dentatis, dentibus appendiculatis: antheris dorso barbatis.

L. purpureum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 193. *n.* 655 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 121.

In umbrosis vulgare.

Ann. Flor. Martio-Aprili. Flores albido-purpurascentes.

Obs. Folia pallida, herba faetens.

1184. AMPLEXICAULE *L. Sp. Pl. p.* 809. Pilosum. Caule caespitoso decumbente e basi ramoso: foliis inciso-crenatis, inferioribus petiolatis sub rotundis basi cordatis, superioribus amplexicaulibus semiorbiculatis : fasciculis axillaribus oppositis 2-10-floris in spica laxa inferius laxissima : calycis laciniis subulato-acuminatis : corollae tubo angusto, calyce incluso vel exerto , galea obtusa, labii inferioris laciniis lateralibus breviter 1-dentatis : antheris dorso barbatis.

L. amplexicaule *Sebast. En. Fl. Amph. Flavii p.* 51. *n.* 130 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 193. *n.* 656 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 122.

In vineis cultis ruderatis commune.

Ann. Flor. Martio-Aprili. Flores purpurei pulchri.

Vulgo. *Erba rota.*

GLECOMA.

1185. *HEDERACEA L. Sp. Pl. p.* 807. Foliis petiolatis axillaribus secundis cordato-reniformibus: floribus solitariis vel corymbosis.

G. hederacea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 192. *n.* 649 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 106.

In umbrosis ad sepes circa urbem et in montanis. *A Villa Pamfili in copia, Albano* etc.

Vulgo. *Edera terrestre.*

Usus. In tussibus, uti expectorans, infusum totius plantae frequenter usurpatur.

NEPETA.

1186. *CATARIA. L. Sp. Pl. p.* 796. - Incano-pubescens. Caule erecto ramoso, ramis brachiatis: foliis petiolatis cordatis dentato-serratis: racemis axillaribus oppositìs secundis in spica superius densa: bracteolis linearibus acuminato-setaceis: calycis laciniis lanceolatis, suprema omnium longiore.

N. Cataria *Maur. Cent.* 13. *p.* 29 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 65. - Cataria major vulgaris. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 80.

In ruderatis circa pagos montium frequens. *S. Pellegrino presso Norcia* et circa Urbem. *Alla valle Egeria.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi, antheris violaceis.

Vulgo *Cataria, Gattaria, Menta dei Gatti.*

Obs. Herba nunc grate nunc ingrate redolens etiam in statu sylvestri, delicies Felium, unde nomen vulgare.

1187. *NUDA L. Sp. Pl. p.* 797. Nudiuscula. Caule erecto ramoso , ramis adscendentibus saepe elongatis: foliis sessilibus inferioribus petiolatis omnibus oblongis crenatis: corymbis axillaribus pedunculatis oppositis in racemo inferius interrupto: bracteolis setaceis brevissimis: calycis laciniis linearibus, omnibus subaequalibus.

N. Nuda *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 67 - N. mont. purpurea maj. sparsa spica *Barret. Ic.* 601.

In pratis alpinis. *Valle Canetra, Castelluccio di Norcia etc.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi, carnei, vel violacei.

Obs. Herba ingrati odoris.

1188. *Nepetella* L. Sp. Pl. p. 797. Cano-pubescens. Caule erecto superne [illegible] basi rotundatis cordatisve: corymbis axillaribus oppositis breviter pedunculatis, in racemo caulis ramisque terminali: bracteolis linearibus acuminatis: calycis villosi laciniis acuminato-subulatis superioribus longioribus.

N. Nepetella *Bert. Fl. It. t. 6. p. 69* – N. saxatilis minima *Barrel. Ic. 736* – *Bocc. Mus. di Piant. p. 45. tab. 38.*

In locis alpestribus saxosis apenninorum. *M. Tenore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi vel carnei.

STACHYS.

1189. *sylvatica* L. Sp. Pl. p. 811. Hirsuto-scabra. Caule erecto vel [illegible] remotis in spica elongata: bracteolis nullis: laciniis calycinis spinescentibus: corollae fauce exerta, galea integra.

S. Sylvatica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 194. n. 659* – *Bert. Fl. It. t. 6. p. 142* – Galeopsis procerior, foetida, spicata. *Bort. Rom. t. 3. tab. 38.*

In umbrosis sylvaticis ad sepes vulgaris circa Urbem.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores sanguinei.

Obs. Herba foetens.

1190. *palustris* L. Sp. Pl. p. 811. Pubescens. Caule erecto simplici ramosoque ad angulos aculeis rectis scabro: foliis sessilibus vel brevissime pedunculatis lanceolatis acutis serrulatis, floralibus lanceolatis deorsum adscendendo abbreviatis: fasciculis oppositis axillaribus sub-4-floris approximatis in [illegible] tibus: corollae galea integra.

S. palustris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 194. n. 660* – *Bert. Fl. It. t. 6. p. 144.*

Ad ripas Tyberis, et ad fossas circa Urbem frequens.

Perenn. Flor. Julio. Flores [illegible]

Obs. Odor herbae foetens.

1191. *germanica* L. Sp. Pl. p. 812. Lanata. Caule erecto superne ra- [illegible] infimis remotis in spica elongata: bracteolis linearibus longitudine calycis: la- [illegible]

S. germanica *Sang. Cent. tres p.* 89. *n.* 189 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 148 - S. alba latifolia minor *Barrel. Ic.* 280 et S. alba latifolia major. *Ic.* 297.

In aggeribus viarum ad oras nemorum frequens. *A Tor di Quinto, Ponte Salara* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpurei, galea villosissima.

1192. *italica Benth. Lab. p.* 536. Niveo-tomentosa, tomento brevi. Caule caespitoso erecto parce ramoso: foliis oblongis obtusis crenatis inferioribus petiolatis, floralibus ovatis oblongisve: fasciculis oppositis axillaribus multifloris superius approximatis inferius distantibus in spica admodum elongata: bracteolis lanceolato-linearibus calyci brevioribus: laciniis calycinis patulis ovato-acuminatis mucronato-spinosis: corollae galea emarginata.

S. italica *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 150 - Sideritis heraclea. *Colum. Ephr.* 1. *p.* 129 - S. alba angusto Salviae folio *Barrel. Ic.* 279 - Stachys minor italica. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 40.

Ad horas nemorum in elatis aeque ac in demissis. *S. Polo, Norcia, Machia Mattei, Ponte molle etc.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpureo-rosei.

1193. *heraclea All. Flor. Ped. t.* 1. *p.* 31. *n.* 112. *tab.* 84. *fig.* 1. Hirsuta. Caule simplici adscendente: foliis petiolatis oblongo-cordatis crenato-serratis superioribus sessilibns, floralibus integris late cordato-acuminatis: fasciculis axillaribus oppositis 5-floris approximatis in spica sub continua: bractealis ovato-lanceolatis: laciniis calycinis breviter mucronatis: corollae galea integra.

S. heraclea *Sang. Cert. tres. p.* 83. *n.* 187. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 152 - S. nigra *Barrel. Ic.* 298.

In pratis argillosis. *Civitavecchia.*

Perenn. Fl. Junio. Flores purpurei extus densissime pilosi.

1194. *hirta L. Sp. Pl. p.* 813. Hirsuta. Caule erecto ramoso, ramis elongatis: foliis ovatis crenatis basi truncatis cordatisve, inferioribus obtusis petiolatis, floralibus acuminatis apice spinescentibus: fasciculis sub-3-floris oppositis axillaribus subremotis in spica elongata inferius laxa: bracteolis lineari-setaceis: laciniis calycinis subaequalibus patentibus aristato-spinosis: corollae galea divaricato-2-fida.

S. hirta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 195. *n.* 663 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 156.

In sylvaticis collibus circa Urbem frequens. *Sul Monte Mario in copia.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi, labio inferiore luteo et purpureo variegato.

1195. *arvensis* *L. Sp. Pl. p.* 814. Subhirta, pilis patentibus. Caule debili adscendente inferne ramoso, ramis erectis : foliis ovatis inferioribus obtusis crenatis longe petiolatis, superioribus, flloralibusque sensim attenuatis cuneatis dentatis: fasciculis oppositis axillaribus sub-3-floris inferius distatibus in spica brevi: bracteolis setaceis tandem deciduis: laciniis calycinis aequalibus lanceolatis apice breviter spinulosis: galea integra.

S. arvensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 195. *n.* 665 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 157.

In arvis sterilibus. *A Bravetta nel Pigneto di Bighi.*

Ann, Flor. Aprili-Majo. Flores carnei.

1196. *annua* *L. Sp. Pl. p.* 813. Breviter pubescens. Caule erecto basi ramoso, ramis patulis: follis dentatis, inferioribus petiolatis ovatis, superioribus ovato-elongatis sessilibus, floralibus superioribus lineari-integerrimis : fasciculis 2-3-floris axillaribus in spica inferius interrupta : bracteolis linearibus deciduis: laciniis calycinis aequalibus acuminato-attenuatis: corollae galea emarginata.

S. annua *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 159.

In maritimis aridis. *Grotteamare.*

Ann. Flor. Autumno. Flores candidi labio inferiore lutealo.

1197. *maritima* *L. Mant.* 1. *p.* 82. Fulvo-villosa. Caulibus ut plurimum caespitosis inferne ramosis: foliis crenatis, inferioribus petiolatis obovatis, superioribus cuneatis, floralibus lanceolatis integris: fasciculis oppositis axillaribus sub-3-floris in spica continua inferius laxissima: bracteolis minimis linearibus: laciniis calycinis lanceolatis muticis: galea crenata.

S. maritima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 194. *n.* 662 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 161 - Sideritis Salviae folio Donati *Bocc. Mus. di Piant. p.* 164. *tab.* 127.

In arena maritima. *Civitavecchia, Terracina* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

1198. *recta* *L. Mant.* 1. *p.* 82. Hirto-scabra. Caule erecto ramoso, ramis divaricatis : foliis inferioribus ellipticis, superioribus oblongo-lanceolatis, floralibus lanceolatis mucronato-spinosis, omnibus serratis, serraturis adscendendo tenuioribus: fasciculis axillaribus oppositis sub-5-floris superioribus approximatis, inferioribus remotis: bracteolis linearibus brevissimis deciduis: laciniis calycinis ovatis mucronato-spinosis: corollae galea, labio inferiore, duplo breviore.

S. recta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 195. *n.* 664 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 163.

In sterilibus ad vias et in Amphitheatro Flavio.

Perenn. Flor. Julio-Septembri. Flores flavescentes rufo lineatis.

1199. LABIOSA *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 166. Hirsutiuscula. Caule decumbenti-adscendente, ramis patentibus: foliis inferioribus ellipticis obtusis, superioribus ovato-lanceolatis acuminatis, floralibus oblongo-lanceolatis mucronulatis, omnibus serratis, serraturis sensim attenuatis: fasciculis axillaribus oppositis 8-floris subapproximatis in spica brevi terminali: calycis laciniis lanceolatis tubo sublongioribus: corollae galea, labio inferiore, triplo breviore.

In aridis montium Latii *Palombara* et ad rimas rupium in apenninis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio in Augustum. Flores flavescentes, labio inferiore rubro punctato.

Obs. Speciem auctoritate clarissimi Bartolonii admissimus, licet dubitantes de firmitate characterum.

LEONURUS.

1200. CARDIACA *L. Sp. Pl. p.* 817. Caule erecto: foliis inferioribus palmatis inciso-dentatis, superioribus trifidis integrisve acuminatis: florum glomerulis axillaribus remotis in spica elongata: corollis calice duplo longioribus.

L. Cardiaca *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 182.

Ad sepes in montanis alpinis Umbriae. *Pietralta.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flores pnrpurei, vel rosei.

Vulgo. *Cardiaca.*

Usus. Vim tonicam corromborantem Medici in planta agnoverunt, et ad Cardialgiam sanandam praesertim usurparunt, unde nomen specificnm, et vnlgare. Nunc vix commemoratur.

BOLLOTA.

1201. NIGRA. *L. Sp. Pl. p.* 182. Caule erecto ramoso: foliis ovatis subcordatis regulariter dentatis: corymbulis axillaribus oppositis racematim dispositis: bracteolis filiformibus elongatis: calycis 5-dentati dentibus ovato-triangularibus aristatis.

B. nigra. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 29. *n.* 30 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 170 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 196. *n.* 668. et α Flore purpureo foliis subcordatis *l. c.* - Ballote Dioscoridis. *Hort. Rom. t.* 3. *p.* 35.

β. Flore albo: foliis subovatis: corymbis paucifloris.

B. nigra β *Fl. Rom. l. c.* - Ballote flore albo. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 36.

Ad sepes, viis umbrosis utraque varietas.

Perenn. Flor. aestate. Flores rosei violacei, in β albi.

Vulgo. *Cimiciotto.*

BETONICA.

1202. OFFICINALIS *L. Sp. Pl. p.* 810. Hirto-scabra. Caule erecto subsimplici: foliis radicalibus et caulinis inferioribus oblongis basi cordatis longe petiolatis, caulinis superioribus subsessilibus successive angustioribus, omnibus regulariter crenatis, floralibus superioribus integris: glomerulis multifloris oppositis superius approximatis inferius distantibus in spica dispositis: bracteolis ovato-lanceolatis longitudine calycis: corallae galea integra, labii inferioris lacinia media emarginata crenata.

B. officinalis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 194. *n.* 658. – *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 135 – B. vulgaris purpurea. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 83.

In sylvaticis prope Urbem, et in montosis communis.

Perenn. Flor. Julio. Flores rubelli.

Vulgo. *Betonica.*

Usus. Betonicae herba omnibus fere in morbis periclitata fuit, quoniam autem his in tentaminibus neque boni neque mali aeconomiae animali evenit, ideo a meteria medica ita espulsa, ut pharmacis nullius virtutis, herbae Betonicae nomen venit.

1203. HIRSUTA *L. Mant.* 1. *p.* 248. Hirsuto-scabra. Caule erecto subsimplici: foliis radicalibus et caulinis inferioribus ovato-oblongis petiolatis, caulinis superioribus subsessilibus successive minoribus, omnibus regulariter crenatis, floralibus superioribus linearibus subintegris: fasciculis axillaribus oppositis approximatis in spica crassa abbreviata: bracteolis lanceolatis longitudine calycis: corollae galea integra, labii inferioris lacinia media obsolete crenata.

B. hirsuta. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 138 – B. alpina incana purpurea *Barrel. Ic.* 340.

In sylvis alpinis Nursiae. *Fosso dell'inferno.*

Perenn. Flor. Julio, Augusto. Flores purpurei.

1204. ALOPECURUS *L. Sp. Pl. p.* 811. Pubescenti - pilosa. Caule solitario aut multiplo parce ramoso: foiiis radicalibus et caulinis inferioribus longe petiolatis ovatis lata basi cordatis grosse et regulariter dentatis, caulinis superioribus ovatis subsessilibus sessilibusque, floralibus superioribus ovato - lanceolatis integerrimis: fasciculis oppositis multifloris approximatis

duobus inferioribus distantibus in spica terminali crassa: bracteolis lanceolatis acuminato-spinulosis calyce subbrevioribus : corollae galea 2–fida, labii inferioris lacinia media integriurcula.

B. alopecuros *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 139 – B. montona lutea *Barrel. Ic.* 339. - B. montana lutea latifolia. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 82. *tab.* 72.

In herbidis alpinis Umbriae. *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Junio, Julio. Flores ochroleuci.

MARRUBIUM.

1205. *candidissimum L. Sp. Pl. p.* 816. Niveo-tomentosum. Caule adscendente ramoso, ramis patulis: foliis inferioribus subrotundis, superioribus ellipticis, omnibus reticulato-venosis dentatis petiolatis, floralibus sessilibus : fasciculis axillaribus oppositis multifloris distantibus in spica laxissima: bracteolis linearibus numerosis subulatis calyci brevioribus : calycis dentibus subulato-spinosis: corollae galea profunde 2–fida.

M. candidissimum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 177 - M. peregrinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 195. *n.* 666 - M. album folio subrotundo, caulibus et foliis albo tomento quasi xylino obsitis Mali Apii odore. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 60.

In montium siccioribus ad vias. *A S. Polo, sui Cimini* etc.

Perenn. Flor. Augusto. Flores albi.

Vulgo *Marrubio bianco.*

1206. *vulgare L. Sp. Pl. p.* 816. Albo-tomentosum. Caule adscendente e basi ramoso, ramis elongatis: foliis petiolatis subrotundis inaequaliter dentatis crispo-undulatis, floralibus subssilibus multifloris distantibus in spica laxa: bracteolis numerosis subulatis apice uncinatis calyce brevioribus: calycis dentibus decem inaequalibus spinoso-uncinatis, alternis minoribus: corollae galea 3-fida.

M. vulgare *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 195. *n.* 667 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 179 - M. album vulgare. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 59.

β lanatum. Foliis minoribus dense albo-lanatis.

In siccis praesertim montium, et ad vias frequens. *β a S. Agnese fuori le mura.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Vulgo *Marrubio.*

Usus. Decoctum plantae in intermittenctibus, et obstructionibus admodum valet, et communiter usurpatur. Apud nos M. candidissimi loco, M. vulgare in usu est, et non immerito, nam aromate robustiori gaudet.

59

PHLOMIS.

1207. *Herba venti* *L. Sp. Pl. p.* 819. Hirsuta. Caule erecto ramoso, ramis adscendentibus: foliis oblongo-lanceolatis crenato-serratis: fasciculis axillaribus oppositis multifloris distantibus: bracteolis dentibusque calycinis filiformibus elongatis ciliatis: labii inferioris lacinia media ovata, lateralibus lanceolato-linearibus.

Ph. Herba venti *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 188.

In marginibus agrorum Latii. *Magliano in Sabina.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpureo-violacei.

Ordo II. Angyospermia

Verbenaceae Juss.

VERBENA.

1208. *officinalis* *L. Sp. Pl. p.* 29. Caule erecto: foliis pinnatifidis integrisve inaequaliter serratis: spicis filiformibus paniculatis.

V. officinalis *Sebast. En. Plaut. Amph. Flavii p.* 79. *n.* 253 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 199. *n.* 683 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 260 - V. communis coeruleo flore. *Hort. Rom. t.* 3. *p.* 56.

In pascuis viis ubique.

Perenn. Flor. aetate. Flores purpureo-coerulei.

Vulgo. *Verbena, Erba di S. Giovanni.*

Usus. Adstringentis et vulnerariae olim famam habuit, nunc contusa sub forma cathaplasmatis, in splenis abstrutionibus, frequenter inservit.

VITEX.

1209. *Agnus castus.* *L. Sp. Pl. p.* 890. Pube brevissima albicans: ramis oppositis patentibus: foliis digitatis 7-natis 5-natisve, foliolis lanceolatis subintegerrimis: racemo terminali inferius interrupto, ex corymbulis oppositis: corolla, calyce campanulato, triplo longiore.

V. Agnus castus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 199. *n.* 684 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 455.

In paludosis maritimis. *Terracina, Civitavecchta, Ostia* etc.

Arbor. Flor. Julio. Flores purpurei, sub-coerulei, albi.

Vulgo. *Agnocasto, legno casto.*

Usus. A remota antiquitate, virtutem antiphrodisiacam, semina nostrae plantae gaudere, repetita fabula narrat.

Primulaceae Schultz

ERINUS.

1210. *alpinus L. Sp. Pl. p.* 878. Hirsutus. Caule adscendente erectove subsimplici: foliis inferioribus spathulatis, superioribus oblongis, omnibus superius dentatis : floribus longe pedunculatis erectis in racemo simplici: stylo brevissimo.

E. alpinus *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 412 - Ageratum minus saxatile flore albo. *Barrel. Ic.* 1192.

In montanis. *Sul Tuscolo.*

Perenn. Flor. Majo ad Julium. Flores purpurei suaveolentes.

Scrophularineae Schultz

RHINANTHUS.

1211. *Crista galli L. Sp. Pl. p.* 840. Glaberrimus: caule erecto subsimplici: foliis lanceolato-oblongis serratis: floribus spicatis: calycibus glaberrimis: seminibus late alatis.

R. Crista galli *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 201 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 282 - Pedicularis pratensis lutea vel Crista galli. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 6.

In pascuis montanis. *Monte Cavi, M. Gennaro, S. Polo etc.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei coeruleo maculati.

1212. *Alectorolophus Pollich. Palat. t.* 2. *p.* 177. Sub hirsutus. Caule erecto simplici: foliis lanceolatis serratis: floribus spicatis: calyce hirsuto: seminibus anguste alatis.

R. Alectorolophus *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 284 - R. hirsuta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 202. *n.* 694.

In Sabinae montibus. *Serra S. Antonio.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei coeruleo maculati.

BARTIA.

1213. *viscosa L. Sp. Pl. p.* 839. Glutinoso-pubescens. Foliis lanceolatis acuminatis serratis inferioribus oppositis, superioribus alternis, floralibus con-

formibus successive minoribus: floribus axillaribus solitariis in spica elongata: corollae labio inferiore 2-calliculoso: antheris barbatis.

B. viscosa *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 29. *n.* 31. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 269 – Euphrasia pratensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 199. *n.* 685 - Aelectorolophos Italica luteo pallida *Barrel. Ic. p.* 665.

In marittimis collibus pratisque aridis circa Urbem frequens. *V. Borghese, Pigneto Sacchetti, Ostia etc.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores flavi.

1214. TRIXAGO *L. Sp. Pl. ed* 1. *p.* 602 Plumbeo-virens. Caule erecto ut plurimum simplici: foliis scabris oblongo-lanceolatis oppositis grosse remateque serratis, floralibus snperioribus integris basi dilatatis: floribus axillaribus 4-fariis in spica densa elongata : corallae labio inferiore dilatato : antheris hirsutis.

B. trixago *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 67. *n.* 196 - *Sang. Cent. tres. p.* 86. *n.* 193 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 270 - B. versicolor, et B. maxima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 201. *n.* 691. 692 - Alectorolophos italica versicolor spicata *Barrel. Ic.* 666 et Trixogo altius serratis foliis *Ic.* 774. *f.* 2.

In collibus pratis arvis sterilibus. *Al Pincio , Pigneto Sacchetti , Ponte Galera, Porto di Trajano etc.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores versicolores, quandoque prorsus lutei.

Obs. Exiccatione planta nigrescit.

1215. ODONTITES *Smith. Fl. Brit. t.* 2. *p.* 648. Laxe pubescens , pube recurva. Caule erecto ramoso, ramis strictis: foliis lanceolatis serratis, floralibus conformibus successive minoribus, floribus longioribus: racemis secundis laxifloris: labii inferioris lacinia media latiore: antheris aristatis.

B. Odontites *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 272 - Euphrasia Odontites *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 200. *n.* 688.

In montium sylvaticis. *Intorno Castel Gandolfo , Castagneti di M. Compatri,* etc.

Ann. Flor. Majo ad Julium. Flores purpurascentes.

Obs. Exiccatione nigrescit.

1216. SEROTINA *Bert. Amaen. p.* 63. *n.* 2. Laxe pubescens. Caule diffuso e basi ramoso, ramis patulis: foliis lanceolatis serratis , floralibus conformibus successive minoribus, floribus brevioribus: racemis secundis densi-

floris: labii inferioris lacinia media angusta, lateralibus sublongiore: antheris sursum aristatis.

B. serotina *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 274 - Euphrasia serotina *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 200. *n.* 689. - E sylvetris major purpurea. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 202 - *Barrel. Ic.* 276.

In campis et arvis vulgaris.

Ann. Flor. Septembri. Flores purpurascentes.

1217. LATIFOLIA. *Sibth. et. Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 1. *p.* 428. Pubescenti - viscida. Caule erecto basi ramoso, ramis strictis: foliis sessilibus ovatis profunde dentatis margine revolutis, floralibus palmato-5-fidis 3-fidisve: floribus 4-fariis in spica densa inferius interrupta: labii inferioris laciniis obtusis 2-colliculosis: antheris deorsum aristatis.

B. latifolia *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 276. - Euphrasia latifolia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 200. *n.* 686 - E latifolia pratensis. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 202 - E. latifolia atro-purpurea *Barrel. Ic.* 276. *fig.* 3- Pedicularis purpurea, annua, minima, verna. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 7.

In pascuis pratis circa Urbem vulgatissima.

Ann. Flor. Martio. Flores purpurei, modo albi.

Obs. Odor plantae terebinthinaceus.

EUPHRASIA.

1218. OFFICINALIS. *L. Sp. Pl. p.* 841. Pubescens pube recurva. Caule tenui erecto simplici rarius ramoso: foliis inferioribus ovatis insigniter nervosis obtuse dentatis, superioribus acute et argute dentatis: floribus subsessilibus alternis in spica inferius laxa: corollae galea 2-loba, lobiis laciniisque labii inferioris retroflexis.

E officinalis. *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 200. *n.* 687. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 287. - E. lutea minima, Alpina, subrotundo folio nigrigante. *Bocc. Mus. di piant. p.* 64 et E. minima lutea *l. c. tab.* 60 - E. officinarum. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 9.

β pectinata. Foliis ovatis oblongisve, superioribus pectinatis, dentibus mucronato-setaceis *Bert. l. c. p.* 288.

ϰ tricuspidata. Foliis linearibus lanceolatisve, remote, argutissime dentato-setaceis *Bert. l. c.*

In montium pascuis. *Monte Gennaro. β* in alpinis Nursiae. *S. Pellegrino.* ϰ *M. Vettore.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

Vulgo. *Eufragia*, *Eufrasia*.

Usus. In ophthalmia Euphrasiae herba jam laudata, nunc prorsus dissueta.

1219. LUTEA. *L. Sp. Pl. p.* 842. Glabra. Caule erecto ramoso, ramis adscendentibus: foliis inferioribus linearibus remote serratis, caulinis superioribus floralibusque integerrimis: floribus secundis densiusculis in spica continua: corallae galea emarginata, laciniisque labii inferioris ciliatis.

E. lutea. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 201. *n.* 690 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 294 – Euphrasia lutea montana angustifolia major altera. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 204. et E. sylvestris major lutea angustifolia *l. c. p.* 203.

In aridis collinis circa Urbem, et in montanis. *Pigneto Sacchetti* etc.

Ann. Flor. Septembri. Flores lutei.

SCROPHULARIA.

1220. NODOSA *L. Sp. Pl. p.* 863. Glabra. Caule simplici ramosove acute tetragono: foliis ovatis basi cordatis apice acutis argute serratis: racemo terminali composito, racemulis pedunculatis subdichotomis: bracteis bracteolisque linearibus: laciniis calyciniis ovatis: squama nectarifera emarginata in labio suporiore corallae: capsula ovato-acuminata, calyce longiore.

S. nodosa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 204. *n.* 707 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 380.

In umbrosis, sylvaticis frequens. *Albano*, *Palazzuola etc.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores viridi-lateoli, labio superiore atro-purpureo.

Vulgo. *Scrofolaria maggiore.*

Obs. Radix tuberosa granulata.

Usus. Radix adstringit, ideo in haemorroidis, varicibus, aliisque hujus generis morbis valet.

1221. AQUATICA *L. Sp. Pl. p.* 864. Glabra. Caule exquisite tetragono alato parce ramoso: foliis cordato-oblongis saepe auriculatis, inferioribus obtusis crenatis, superioribus dentatis: racemo terminali composito, racemulis pedunculatis oppositis distantibus: laciniis calycinis subrotundis, bracteis bracteolisque margine scariosis: squama nectarifera cuneata retusa in labio superiore: capsula subglobosa calyce sublongiore.

S. aquatica. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 205. *n.* 708 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 382 - S. aquatica major. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 89.

In aquaticis ad fossas circa Urbem communis.

Perenn. Flor. Majo. Flores atro-purpurei.

Vulgo. *Scrofolaria acquatica.*

Usus. Jam ad scrophulas sanandas usurpata, nunc vix commemoratur.

1222. *Scopolii Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 160. Pubescens. Caule snbsimplici erecto tetrogono: foliis inferioribus ovatis, mediis oblongis, ultimis lanceolatis, omnibus argute serratis, basi trnncata vel cordata: racemo composito piloso-glanduloso, racemulis multifloris erectis: bracteis bracteolisque linearibus: laciniis calycinis subrotundis, margine scarioso irregulari: squama nectarifera emarginata sub labio superiore corallae: capsula acuminata calyce lon. giore.

S. Scopolii. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 386 - S. aqatica montana mollior. *Barrel. Ic.* 274:

In montanis apricis etiam alpinis. *Alla Menorella* , *Monte de Fiori* etc.

Bienn. Flor. Junio-Augusto. Flores luteo ferruginei, labio inferiore luteo-vivente.

1223. *vernalis. L. Sp. Pl. p.* 864. Villoso-glanduloso-viscida. Caule erecto ramoso fistuloso exquisite tetragono: foliis cordato-ovatis grosse duplicato-serratis: cymis in axillis foliorum longe pedunculatis: bracteis ovato-acuminatis basi tantum dentatis: laciniis calycinis oblongis: squama nectarifera nulla: capsula ovoidea acuminata calyce longiore.

S. vernalis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 205. *n.* 709 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 388 - S. montana maxima *Columu. Ecphr.* 1. *p.* 191 - S. montana maxima latif. flore luteo. *Barrel. Ic.* 273.

In sylvatis montanis Latii. *Monte Gennaro, Guadagnolo* etc.

Bienn. Flor. Aprili-Junio. Flores luteoli.

1224. *peregrina L. Sp. Pl. p.* 866. Glabra. Caule tetragono erecto subsimplici: foliis cordatis ovatis inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus, floralibus lanceolatis, omnibus grosse et irregulariter serratis: cymis axillaribus paucifloris spicatim dispositis : bracteolis filiformibus: laciniis calycinis ovato-acuminatis: squama nectarifera orbiculari in labio superiore corollae: capsula late ovoidea breviter acuminata, calyce plus duplo longiore.

S. peregrina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 205. *n.* 710 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 389.

Secus vias in subhumidis. *Intorno Roma, Frascati, Albano, Civitavecchia* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores purpurascentes.

1225. *canina L. Sp. Pl. p.* 865. Glabra, rigida. Caule simpliei vel caespitoso erecto obscure tetragono ramoso: foliis subcoriaceis inferioribus simpli-

cibus, superioribus pinnatifidis, laciniis lanceolatis remotis inaequaliter serratis incisisve: racemo terminali pyramidato ex racemulis numerosis alternis 2–fidis: bracteolis linearibus oppositis : laciniis calycinis subrotundis margine membranaceis: squama nectarifera magnitudine varia in labio superiore corollae : capsula ovato-subrotunda breviter acutata, calyce plus duplo longiore.

S. canina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 205. *p.* 712 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 393 - S. Ruta canina dicta. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 90.

β chrysanthemifolia. Foliis caulinis fere omnibus 2-pinnatifidis, laciniis lanceolatis, acute inaequaliter serratis. *Bert. l. c. p.* 394.

In aridis lapidosis montium. *Rocca di Papa*, *Monti Tiburtini* , *Lago de Tartari etc.* β *S. Polo.*

Bienn. Flor. Majo–Julio. Flores atro–purpurei.

Vulgo. *Ruta canina.*

1226. *Hoppii Kock Syn. ed.* 2. *p.* 594. Pubescenti-glandulosa , mollis. Caule adscendente erecto e basi parce ramoso: foliis sub-3-pinnatifidis , laciniis parvis inciso-serratis , in foliis radicalibus majoribus : racemo spicaeformi ex racemulis brevibus paucifloris : bracteolis linearibus ut plurimum solitariis: laciniis calycinis ellipticis late marginatis: squama nectarifera lineari subinde deficiente in labio superiore corollae: capsula late rotundata, acumine coronata, calyce plus duplo longiore.

S. Hoppii *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 397 - S. lucida *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 205. *n.* 711.

In apricis saxosis elatiorum montium. *Monte Vettore*, *Subiaco etc.*

Perenn. Flor. Julio. Flores pallide purpurascentes.

PEDICULARIS.

1227. VERTICILLATA *L. Sp. Pl. p.* 846. Glabra. Radice crassa, rhizomate brevi , fibris lateralibus elongatis: caule erecto: foliis radicalibus caespitosis humifusis , caulinis floralibusque verticillato-quaternis, omnibus pinnatifidis, pinnis oblongis dentatis: floribus verticillato-capitatis , pedicellis brevissimis: calycibus 5-dentatis: corollae galea erostri obtusa, labium inferius subaequante.

P. verticillata *Sang. Cent. tres. p.* 87. *n.* 196 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 320.

In alpinis circa Nursiam. *Monte Bernardo.*

Perenn. Flor. Julio. Flores rubri.

1228. FOLIOSA *L. Mont.* 1. *p.* 86. Pilosa. Radice crassa, rhizomate brevi, ramis elongatis descendentibus: caule simplici piloso, foliis majusculis radica-

libus longe, caulinis brevius pedicellatis, omnibus 2-pinnatifidis pinnis linearibus inciso-dentatis: spica foliosa: calycibus obliquis 5-dentatis, dente superiore maximo: galea erostri integerrima obtusa superius pubescente.

P. foliosa *Sang. Cent. tres p.* 87. *n.* 196 - *Bert. Fl. It.* 6 *p.* 320.

In jugis apenninis. *Valle Canetra Monte Bove etc.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores ochroleuci.

1229. COMOSA *L. Sp. Pl. p.* 847. Pubescens vel pilosa. Radice filipendula, tuberculis elongatis: caule simplici folioso: foliis inferioribus longe, superioribus brevius petiolatis, omnibus 2-pinnatifidis pinnis lanceolatis pinnulisque acuminatis argute serratis: floribus in spica terminali crassa longiuscula: dentibus calycinis brevibus, lata basi, triangularibus integris: galea corollae breviter rostrata, inferius acute 2-dentata.

P. comosa *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 324. - Alecterolophos montana fl. albo *Barrel. Ic.* 469. – A. montana flore albo luteo - *Bocc. Mus. di fis. p.* 315. *tab.* 8. *f.* 2.

In apennino Umbro. *Vettore.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores ochroleuci pallidi.

1230. FASCICULATA *Wild. Sp. Pl. t.* 3. *par.* 1. *p.* 218. Subunda. Radice fasciculata, fibris simplicibus ramosisve: caule humili caespitoso: foliis radicallbus fasciculatis longe petiolatìs, caulinis subsessilibus solitariis vel binis oppositis omnibus anguste 2-pinnatifidis, pinnulis distantibus dentatis: floribus subsessilibus in spica brevi densa: laciniis calycinis multifido-incisis: corollae galea brevi-rostrata, rostro eroso crenato.

P. fasciculata *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 327.

In pratis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores intense rosei.

1231. TUBEROSA *L. Sp. Pl. p.* 847. Glabriuscula. Radice brevi erosa praemorsa, fibris extremitate incrassatis: caule simplici: foliis radicalibns caespitosis longe petiolatis, caulinis alternis, petiolis successive abbreviatis, omnibus profunde 2-pinnatifidis pinnulis dentatis : floribus spicatis bracteatis : laciniis calycinis 3-fidis foliaceis : galea longe rostrata, rostro porrecto emarginato.

P. tuberosa *Sang. Cent. tres p.* 86. *n.* 194 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 333.

In summis apenninis. *Monte della Sibilla.*

Perenn. Flor. Julio. Flores flavi

MELAMPYRUM.

1232. *CRISTATUM* *L. Sp. Pl. p.* 842. Granulato-scabrum. Caule erecto ramis brachiatis: foliis sessilibus lanceolato-linearibus, margine tenuiter ciliato-scabro: floribus in spicis densis tetragonis: bracteis imbricatis pectinato-dentatis, basi late ovata, conduplicatis, apice cuspidato integro: calycis glabri laciniis acuminato-setaceis, superioribus duabus duplo longioribus: corollae fauce clausa: capsula semiovata rostrata.

M. cristatum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 300.

In sylvis Piceni. Apud. *Arcevia.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei, tubo albo. Bracteae virides.

1233. *ARVENSE* *L. Sp. Pl. p.* 842. Granulato-scabriusculum. Caule erecto ramoso: foliis brevissime pedunculatis lanceolato-linearibus margine scabris: floribus in racemo spicaeformi laxo: bracteis ovato-lanceolatis acuminatis pinnatifido-setaceis: calycis hirti laciniis acuminato-setaceis subaequalibus: fauce corollae clausa: capsula subrotunda vix acuminata.

M. arvense *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 202. *n.* 695 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 302 - M. purpurascente coma. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 8.

In montium messibus abbunde. *Tivoli, Macerata etc.*

Ann. Flor. Junio. Flores purpurei fauce flava. Bracteae purpureae.

1234. *BARBATUM* *Wild. Sp. Pl. t.* 3. *par.* 1. *p.* 198. Granulato-scabrum. Caule erecto, ramis erecto-palutis: foliis lanceolatis linearibusque margine scabris: floribus in spica elongata laxiuscula: bracteis ovatis apice cuspidatis margine pinnatifido-setaceis: calycis laciniis longe acuminato-setaceis aequalibus: corollae rictu hiante: capsula subrotunda breviter rostrata.

M. barbatum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 304.

In silvis montium Piceni. *Da Macerata ad Arcevia.*

Ann. Flor. Junio. Flores lutei. Bracteae ut plurimum virides.

1235. *NEMOROSUM* *L. Sp. Pl. p.* 843. Tenuissime granulatum. Caule valde ramoso, ramis patentibus: foliis ovatis lanceolatisve breviter petiolatis margine scabris: floribus solitariis remotis terminalibus secundis: bracteis cordatis basi laciniatis floribus longioribus: calycis laciniis lanceolatis elongatis subaequalibus: corollae rictu clauso: capsula ovata, rostro brevi, coronata.

M. nemorosum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 305 - M. luteum coma coerulea *Barrel. Ic.* 769. *fig.* 1.

In sylvaticis apennini Piceni. *Presso Macerata.*

Ann. Flor. Julio ad Septembrem. Flores lutei. Bracteae purpureo-coeruleae.

DIGITALIS.

1236. *lutea Lin. Sp. Pl. p.* 867. Glabra. Caule erecto simplici multifolioso: foliis sessilibus lanceolatis remote breviterque serratis quandoque integerrimis: floribus numerosis secundis in racemo spicaeformi : laciniis calycinis lanceolatis subaequalibus: corolla tubuloso-campanulata, lobis abbreviatis, labio inferiore superius barbato.

D. lutea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 206. *p.* 713 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 406. - D. major lutea vel pallida parvo flore. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 88.

In umbrosis ad sepes montium obvia: circa urbem non infrequens. *A Ponte Molle, Villa Madama, copiosamente attorno Albano, sul monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Junio–Julio. Flores lutei.

1237. *ferruginea L. Sp. Pl. p.* 867. Glabra. Caule simplici erecto angulato: foliis lanceolatis subintegris sessilibus crebris sparsis: floribus numerosis sparsis in racemo denso elongato: laciniis calycinis elliptico-oblongis obtusis albo–marginatis: corolla campanulata inflata brevi, labiis obtusis, inferiore late ovato supra dense barbato.

D. ferruginea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 206. *n.* 714 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 410 – D. latifolia flore ferrugineo. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 86.

In montium etiam elatiorum umbrosis. *Montagna di Viterbo, Monte Gennaro, Valle Canetra* Umbriae etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores luteo-ferruginei.

ANTIRRHINUM.

* Corolla basi calcarata - *Linaria.*

1238. *Cymbalaria L. Sp. Pl. p.* 850. Glabrum Caule caespitoso flagellari dependente: foliis longe petiolatis reniformibus grosse 5-7-lobatis: floribus axillaribus solitariis pedunculatis , pedunculis folio brevioribus in fructu recurvis: laciniis calycinis lineari-oblongis obtusis: calcare brevi obtuso dependente: capsula subrotunda calyce longiore: seminibus subrotundis rugoso-squamulosis.

A. Cymbalaria *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 26. *n.* 19 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 337 - Linaria Cymbalaria. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 202. *p.* 696.

α acutamgolum. Planta gracilior, foliis minoribus, lobis acuminatis.

In murorum fissuris ubique. *α* secus *Quadagnolo.*

Perenn. Flor. Aprili ad Junium. Flores albidi violaceo striati, palato luteo, quandoque prasus albi.

Vulgo. *Piattella, Erba piattella,* flores *Scarpette della Madonna.*

1239. PILOSUM *L. Mant. alt. p.* 249. Villosissimum. Caule prostrato vel dependente ramosissimo saepius elongato: foliis longe petiolatis reniformi-subrotundis orbiculatisve 5-11-lobis: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis in fructu incrassatis: calycis laciniis brevibus lanceolatis: calcare brevi dependente: capsula subglobosa calyce longiore: seminibus subrotundis squamuloso-rugosis.

A. pilosum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 340 - Linaria pilosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 202. *n.* 697.

α glabrum. Minor, denudatum.

Ad rupium fissuris in montanis. *M. Gennaro, Circello* etc. α secus *Tivoli.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albido-subviolacei.

1240. ELATINE. *L. Sp. Pl. p.* 851. Hirto-canum. Caule diffuso ramosissimo, ramis patentibus: foliis breviter petiolatis oblongo-spathulatis superioribus hastatis integris dentatisve : floribus axillaribus integris dentatisve : floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis : calycis laciniis lanceolato-linearibus acuminatis: calcare subulato arcuato: capsula subrotunda calyce subbreviore: seminibus minutis muricato-squamulosis.

A. Elatine *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 342 - Linaria Elatine *Seb. et Maur. Fl Rom. Prod. p.* 202. *n.* 698.

In agris commune.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei, galea violacea.

1241. SPURIUM *L. Sp. Pl. p.* 851. Hirsuto-viscidum. Caule procumbente ramoso: foliis brevissime petiolatis ovatis subrotundisve undulatis, inferioribus oppositis, superioribus alternis: floribus solitariis axillaribus: pedunculis folio longioribus: calycis laciniis cordato-ovatis: calcare subulato arcuato: capsula ovata calyci subaequali: seminibus muricato-squamulosis.

A. spurium *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 344 - Linaria spuria *Seb et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 202. *n.* 698.

In agris commune.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei, galea violacea.

1242. CIRRHOSUM *L. Mant. Alt. p.* 249. Pilosum. Caule elongato filiformi procumbente: foliis sparsis lineari-lanceolatis, inferioribus hastatis, superioribus sagittatis: floribus axillaribus solitariis: pedunculis capillaribus passim cirrho-

sis, folia superantibus: calycis laciniis acuminatis: calcare subulato recto: capsula minuscula subglobosa minutissime puntuata: semiuibus minutissime muricato-squamosis.

A. cirrhosum *Bert. Fl. It. t. 6. p.* 346 - Linaria cirrhosa *Sang. Cent. tres p.* 88. *n.* 198.

In arenosis marittimis circa Ostiam Tiberis. *Fiumicino, Castel Fusano etc.*

** Corolla basi saccata - *ANTIRRHINUM.*

1243. *MINUS L. Sp. Pl. p.* 832. Pubescenti-viscidum. Caule erecto flexuoso ramosissimo : foliis lanceolato-linearibus obtusis plerisque alternis: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis, pedunculis patentibus: calycis laciniis linearibus: calcare acuto brevi: capsula ovoidea calyci subaeqnali: seminibus oblongis sulcatis.

A. minus. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 348 - Linaria minor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 203. *n.* 702 - Orontium minus villosum angustifolium flore purpurascente *Barrel. Ic.* 758.

In agris arenosis montium, et circa Urbem secus Tiberim frequens. *A Ponte Molle, Acqua Acetosa etc.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albido-violacei.

1244. *PURPUREUM L. Sp. Pl. p.* 853. Glabrum. Caule erecto simplici vel superne ramoso: foliis lanceolato-linearibus acuminatis alternis , inferioribus verticillatis: floribus in racemo spicaeformi: calycis laciniis lanceolato-linearibus: calcare subulato dependenti-recurvo: capsula globosa, calyce longiore: seminibus trigonis rugosis.

A. purpureum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 359. - Linaria purpurea *Seb et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 203. *n.* 700 - L. arventis coerulea. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 8.

In arvis et praesertim viis montium frequens. *Tivoli* , *Albano* , *Frascati etc.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpureo-violacei.

1245. *ALPINUM L. Sp. Pl. p.* 856. Glaucum. Caule procumbente: foliis subcarnosis verticillato-quaternis oblongis obtusis , superioribus sparsis lanceolatis: floribus racemosis: calycis laciniis lineari-lanceolatis: calcare erectiusculo subulato: capsula globosa calyci aequali : seminibus reniformibus laevibus, ala marginatis.

A. alpinum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 363 - Linaria alpina *Sang. Cent. tres p.* 87. *n.* 197.

In summis apenninis inter saxa. *Monti della Sibilla.*

Bienn. Flor. Julio. Flores coerulei, rictu clauso, elegantissimi.

1246. PELLISERIANUM *L. Sp. Pl. p.* 855. Glabrum. Caule erecto basi surculoso, superius ramoso: foliis inferioribus verticillato-ternis ovatis, superioribus alternis linearibus: floribus in racemo simplici terminali: calycis laciniis lineari-acuminatis : calcare tenui recto : capsula globosa calyci subaequali: seminibus orbiculatis compressis, ala marginali dense ciliata.

A. pelliserianum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 364 - Linaria pelliseriana *Seb. et Maur. Ft. Rom. Prod. p.* 203. p. 701 - Chamaelinaria violacea Italica *Barrel. Ic.* 1162.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores. coeruleo-violacei.

1247. CHALEPENSE *L. Sp. Pl. p.* 859. Glabrum. Caule erecto simplici ramosoque, ramis strictis: foliis lanceolato-linearibus, inferioribus verticillatis, superioribus alternis : floribus in racemo terminali simplici : calycis laciniis lanceolatis , quinta minore: calcare subulato-elongato: capsula ovoidea profunde sulcata, calyce breviore: seminibus trigonis rugosis.

A. chalepense *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 366 - Linaria chalepensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 204. *n.* 704 - L. Annua angustifoiia flosculis albis longius caudatis *Triumf. Obs. p.* 87.

In marginibus circa Urbem et in montanis. *A. Guadagnolo, a Riofreddo, all'orti farnesiani.*

Ann. Flor. Junio. Flores albi.

1248. *Linaria L. Sp. Pl. p.* 858. Glaucescens. Caule erecto simplici ramosoque ramis strictis: foliis linearibus sparsis congestis: floribus in racemo terminali spicato: calycis laciniis lanceolatis acutis: calcare subulato elongato: antice recurvo: capsula elliptica calyce longiore : seminibus reniformi-compressis ala marginatis.

A. Linaria *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 367 - Linaria vulgoris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p* 203. *n.* 703.

In campis et incultis vulgatissimum.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores lutei palato flavo.

Vulgo. *Linaria. Urinaria.*

Usus. Olim in medicina valuit uti diureticum, et anodinum nunc prorsus innominatum.

1249. *majus β Lin. Sp. Pl. p.* 859. Superius pubescenti-glandulosum. Caule adscendente erectove: foliis lanceolatis linearibusque: floribus alternis in racemo terminali spicato laxo quandoque abbreviato : calycis campanulati laciniis obtusis quinta minore : calcare brevi obtusissimo: capsula ovoidea apice incurva calyce longiore: seminibus subrotundis, squamulis acutis, muricatis.

A. majus *β Bert Fl. It. t.* 6. *p.* 372 - A. majus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 204. *n.* 705 *ex parte* — *Sebast. En. Plant. Amph. Flavii p.* 20. *n.* 18.

Ad muros praesertim antiquos vulgare.

Perenn. Flor. Aprili ad aestatem. Flores intense rosei.

Vulgo. *Naso di vitello, Bocca di leone.*

1250. *tortuosum Ten. Fl. Nap. t.* 5. *p.* 41. Glabrum. Caule flexuoso ramoso: foliis acutis linearibus vel lanceolato-linearibus verticillato-ternis, alternisve: floribus subverticillatis in racemo interrupto: calycis laciniis obtusis quinta minore : calcare brevi obtusissimo: capsula ovoidea apice incurva, calyce longiore: seminibus subrotundis squamnloso-muricatis.

A. tortuosum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 374 - A. majus ex parte *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 204. *n.* 705 - A. majus augustifolium amplo flore purpureo Romanum. *Barrel. Ic.* 638 - A. majus angustifolinm Romanum. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 2.

Ad muros antiquos vulgaris et ad maenia civitatis.

Perenn. Flor. Martio ad Majum. Flores purpurei.

Vulgo. *Naso di Vitello.*

1251. *Orontium L. Sp. Pl. p.* 860. Superne. glanduloso-viscidum. Caule erecto simplici ramosove, ramis alternis: foliis inferioribus lanceolato-oblongis oppositis, superioribus linearibus alternis: floribus solitariis axillaribus brevissime pedunculatis: calycis laciniis liceari-elongatis quinta minore: calcare obtuso brevissimo: capsula ovoidea, lacinis calycinis, breviore: seminibus oblongis laevibus hinc costatis.

A. Orontium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 204. *n.* 706 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 376 - A minus flore carneo *Barrel. Ic.* 651 et A. minus flore carneo elatius *Ic.* 652 et A. minus albo amplo flore *Ic.* 656 - A. flore albo, oris rubentibus. *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 1.

In ruderatis vineis agris vnlgare.

Ann. Flor. Junio-Augusto. Flores subcarnei labiis rubro-pictis.

Usus. Planta venenata ex sententia Persooni. In materia medica Linnaei ecumeratur, sed nunc prorsus dissueta.

OROBANCHE.

* Calyce diphyllo.

1252. MINOR *Engl. Flor. t.* 3. *p.* 148. Hirta. Caule erecto simplici basi tumido, squamis remotis, inferioribus ovatis acutis, superioribus, bracteisque, lanceolatis acuminatis: floribus in spica terminali densa tandem laxa: foliolis calycinis nervosis, nervo mediano crassiusculo in acumine longo producto, nervo et acumine quandoque duplici: tubo corollae cylindrico, lobis labii obtusis crenulato-crispis: staminum filamentis e basi tubi recessis, inferne pilosis, superne styloque glaudulosis: stigmatis lobis obtusis divaricato-recurvis.

O. minor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 207. *n.* 720 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 420.

In sylvaticis ad vias umbrosas communis.

Perenn. Fl. Majo-Junio. Flores purpurascentes.

1253. CONCOLOR *Duby Bot. Gall. p.* 350. Hirsuta, stramineo-lutea. Caule erecto simplici, basi tumida evolutione evanida: squamis remotiusculis triangulo-acutis: floribus in spica terminali breviuscula: bracteis ovato-acuminatis: foliolis calycinis 1-3-nerviis basi ovatis apice subulato-acuminatis simplicibus 2-fidisque, corollae tubo, brevioribus: tubo corollae cylindrico campanulato-incurvo: labii lobis brevibus crenulatis: staminum filamentis secus basim corolla insertis: stigmatis lobis obtusis divaricato-planis.

In radicicibus Umbelliferarum secus Romam et Anxurem.

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei.

1254. LAURINA *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 424. Glabra ant vix pilosa. Caule gracili elato simplici remote squamoso: squamis bracteisque lanceolatis, inferioribus approximatis, superioribus remotis: floribus in spica laxa: foliolis calycinis dilatatis in acumine solitario vel duplici productis: corollae tubo superius subconstricto, limbi lobis subaequalibus crenulato-crispis: staminum filamentis paulum supra basim corollae insertis subrotundis divaricatis subdeflexis.

Ad radices Lauri nobilis in viridariis suburbanis.

Ann. Flor. Majo. Flores lutei striis rubellis.

1255. *Crithmi Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 424. Pilosa. Caule simplici elato inferius laxe squamoso, squamis majusculis ovato-lanceolatis: floribus laxe-spicatis: bracteis ovato-lanceolatis acuminatis flores superantibus: foliolis calycinis 2-fidis, laciniis acuminatis: corollae tubo recurvo medio subconstricto, oris crenulato-crispis, labio supériore integro inferiore trilobo: staminibus parum supra tubi basim ortis, filamentis hirsutis, antheris aristulatis: stigmatis lobis divaricato-planis.

Secus mare. *Alle Allumiere della Tolfa* in radicibus Oenanthis pimpinelloidis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores luteoli.

1256, *major L. Sp. Pl. p.* 882. Pubescenti-glandulosa. Caule crasso fistuloso-squamoso, squamis lata basi lanceolatis, superioribus distantibus inferioribus approximatis: floribus numerosis in spica elongata laxiuscula: bracteis lanceolato-acuminatis flores subaequantibus: foliolis calycinis multi-nervosis profunde 2-fidis, lobis inaequalibus elongatis: corollae tubo amplo, oris crenulato-crispis, labio superiore erecto emarginato inferiore trilobo, lobis acutis, medio longiore ovato lanceolato: staminibus secus basim tubi ortis, filamentis basi pilosis apice glabris: stigmatibus divaricatis.

O. major *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 206. *n.* 717. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 426.

Super radices leguminosarum in locis umbrosis. *Monte Cavi, presso Norcia* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores violacei exiccatione ferruginei inodori.

1257. *elatior Smith. Engl. Flor. t.* 3. *p.* 147. Subglabra. Caule crasso sulcato basi bulboso, squamis ovato-acuminatis inferioribus congestis: floribus in spica elongata inferius laxa superius densa: bracteis ovatis apice acuminatis: foliolis calycinis antice connatis profunde 2-lobis, lobis inaequalibus longe acuminatis: corollae majusculae tubo inflato, fauce constricta, labiorum lobis subaequalibus, superioribus obtusis inferioribus acutis medio quidquam majore: staminibus paulo supra basim tubi ortis, filamentis glabris apice glanduliferis, antheris basi aristatis: stigmatis lobis divaricato-planis vellutinis.

O. elatior *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 428.

In apricis montium. *S. Polo,* aeque ac in maritimis. *Ostia.*

1258. *cruenta Bert. Rar. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 56. Pubescens. Caule erecto crasso fistuloso sulcato inferius in bulbo mediocri protuberante: squamis ovatis

lanceolatisve inferioribus congestis superioribus laxissimis: spica terminali densa compacta: bracteis squamis conformibus, floribus subaequalibus: foliolis calycinis dilatatis apice 3-fidis, lobis ovato-lanceolatis: corolla grandi inflata, tubo dorso convexo, antice 2-foveolato, labio crenulato superiore emarginato inferiore 3-lobo, lobis obtusis: staminibus e basi tubi corollini ortis, filamentis latere interno pilosis: stigmatis lobis divaricato-planis.

O. cruenta *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 430. - O. elatior *Maur. Cent.* 13. *p.* 30.

In radicibus leguminosarum.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores flavescentes apice luride purpurei.

1259. *Epithymum DC. Fl. Franc. t.* 4. *p.* 490. Pubescens. Caule gracili, squamis paucis lanceolatis superioribus remotis: spica brevi laxa densave, floribus amplis: bracteis, squamis superioribus conformibus, floribus sub brevioribus: foliolis calycinis ovato-lanceolatis apice acuminatis, corolla multo brevioribus: corollis tubulosis piloso-glandulosis, labiis crenulato-crispis, superiore emarginato, inferioris lobo medio quidquam majore: staminibus e basi tubi fere ortis, filamentis superius pubescenti-glandulosis: stigmatis lobis divaricatis purpureis.

O. Epithymum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 434. - O. cruenta α β *Fl. Rom. Prod. p.* 207. *n.* 719.

Super radices Thymi Serpilli, et T. Zigis in montibus et in demissis. *S. Polo, M. Vettore, Solfatara di Tivoli.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores intense ferruginei intus cruenti.

1260. *pruinosa Guss. Fl. Sic. Prod. t.* 2. *p.* 181. Pubescenti-glandulosa. Caule elato sulcato, basi bulboso-squamoso, squamis lanceolato-linearibus apice distantibus: spica saepius densa, floribus majusculis venosis: bracteis squamis conformibus, floribus aequalibus: foliolis calycinis ovato-acuminatis, acumine elongato simplici vel 2-fido: corolla tubulosa, lobis omnibus latis rotundatis margine crispis, superiore integro, inferioribus subaequalibus: staminibus circa basim tubi ortis, filamentis apice piloso-glandulosis: stigmatis lobis divaricatis purpureis.

O. pruinosa *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 437. - O. caryophyllea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 207. *n.* 718. - O. major Caryophyllum olens *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 11.

In cultis ad radices leguminosarum nimis frequens.

Perenn. Flor. Majo. Flores spurco-albi rubro lineati, caryophyllum redolentes.

Vulgo. *Malerba*, *Lupo di Fava*.

1261. canescens *Ten. Fl. Nap. t. 5. p.* 43. Pubescens. Caule erecto fistuloso basi-bulboso: squamis ovato-lanceolatis lanceolatisve superius laxis inferius approximatis: spica terminali densiflora pubescenti-glandulosa: bracteis squamis superioribus conformibus, corollae subaequalibus: foliolis calycinis lanceolato-acuminatis, acumine simplici vel 2-fido inaequali: corolla tubulosa, labiis crenulato-crispis, superiore retuso, inferioris lobis rotundatis, medio majore: staminibus prope basim corollae ortis, filamentis villosis, villo apice glanduloso: stigmatis lobis divaricato-dilatatis.

O. canescens *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 442.

In locis umbrosis.

Perenn. Flor. Aprili Majo. Flores Albo-flavidi.

** Calyce monophyllo 4-5-fido.

1262. ramosa *L. Sp. Pl. p.* 882. Tenuiter pubescens, pubescentia florum glandulifera. Caule ut plurimum ramoso basi bulboso: squamis ovato-lanceolatis obtusis remotis: floribus pedunculatis in spicis laxis densisve: bracteis squamis conformibus, floribus multo brevioribus: calyce ut plurimum 4-fido: corollae tubo elongato, basi dilatato ore constricto: limbi laciniis ovato-obtusis, labio superiore 2-lobo inferiore 3-lobo: staminibus secus basim tubi ortis basi glandulosis, latere interno pilosis: stigmatis lobis papillosis.

O. ramosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 208. *n.* 271. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 452. - *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 12.

In sylvis, muris ad radices plurium plantarum.

Perenn. Flor. Majo. Flores purpureo-cyanei.

LATHRAEA.

1263. squamaria *L. Sp. Pl. p.* 844. Caule subterraneo ramoso squamoso radicante, supra terram brevi simplici: floribus racemosis pendulis secundis: labio inferiore corollae 3-fido.

L. squamaria. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 206. *n.* 716 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 310 - Dentaria major αφιλλος Orobanchae facie Barrel *Ic.* 80.

In sylvis opacis. *Alla Riccia, ad Ostia ec.*

Perenn. Flor. Majo. Flores albo-purpurascentes.

ACANTHUS.

1264. mollis *L. Sp. Pl. p.* 891. Caule nudo: foliis radicalibus sinuato-

pinnatifidis, laciniis oblongis acutis inaequaliter dentatis inermibus: spica elongata densa.

A. mollis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 206 *n.* 715. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 458. - A. sativus *Hort. Rom. t.* 3. *tab.* 13.

In collibus circa Urbem, et in Amphiteatro Flavio.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albidi.

Vulgo. *Acanto, Brancha orsina, Carciofolaccio.*

Usus. In materia medica Linnaei Brancae Ursi folia enumerantur, nunc ex usu medico deleta.

SPECIES ADDENDAE.

MYOSOTIS.

1265. ALPESTRIS. *Wild. En. t.* 1. *p.* 175. Tuberculoso-scabra. Radice repente lignosa: foliis inferioribus longe petiolatis oblongo-spathulatis, superioribus sessilibus lanceolatis: racemis simplicibus conjugatisve nudis, floribus secundis, pedicellis floribus ut plurimum aequalibus: calycibus inaequaliter 5-partitis in fructo campanulato hjantibus: limbo corollino plano, tubum longitudine superante: colliculis brevibus.

M. alpestris *Sang. Cent. tres p.* 27. *n.* 53. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 258 - Lycopsis montana coerulea, seu Buglossum minimum mont. *Barrel. Ic.* 404.

In alpinis apricis Umbriae.

Perenn. Flor. Junio Augusto. Flores grandiusculi rosei dein coerulei.

1266. ARVENSIS. *Roth. Fl. Germ. t.* 2. *par.* 1. *p.* 222. Molliter villosa. Radice ramosa lateraliter fibrosa: foliis inferioribus spathulatis breviter petiolatis, caulinis lanceolatis sessilibus, omnibus integerrimis apice callosis: racemis terminalibus nudis simplicibus conjugatisve: floribus secundis in fructo patenti-deflexis: calycibus campanulatis 5-fidis hirsutis, pilis patentibus hamatisve: limbo corollino concavo tubi longitudine: colliculis acutis glabris.

M. arvensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 92. *n.* 237. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 261.

Ad vias in arvis nemoribus vulgatissima

Annua. Flor. Majo. Flores coerulei fauce lutea.

DAUCUS.

1267. MAXIMUS *Desf. Fl. Alt. t.* 2. *p.* 241. Caule erecto scabro bicubitali alterne ramoso: foliis inferioribus 3-pinnatis, foliolis ovatis acutis inciso-dentatis, dentibus mucronulatis, superioribus 2-pinnatifidis angustioribus pe-

tiolis jamdudum hirsutis: umbella magna involucris numerosis pinnatifidis, pinnis lineari-acuminatis: involucellis 3-fucatis umbellulis brevioribus: cremocorpio ovoideo hirto, aculeis apice glochidiato-stellulatis brevissimis.

D. maximus. *Bert. Fl. It. t.* 3. *n.* 162.

Ad Hostiam Tiberis prope oram maritimam *sull' ingresso del tommoleto.*

Bienn. Flor. Majo. Flores albidi.

LINUM.

1268. *campanulatum* *L. Sp. Pl. p.* 400. Glauco-virens. Caule erecto subangulato stricto: foliis radicalibus obovato-spathulatis obtusissimis, superioribus lanceolato-acutis, omnibus basi attenuata sessilibus: floribus dichotomo-corymbosis: sepalis lanceolatis acuminato-subulatis tenniter membranaceo-serratis glandulosoque-ciliatis: sepalis obverse cuneatis in aestivatione convolutis apice crenulatis: capsula majuscula calyce breviore.

L. campanulatum *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 120. *n.* 183-*Bart. Fl. It. t.* 3. *p.* 548.

Hinc illic erraticus tam in montibns quam in demissis. *Presso Subiaco nelle vigne per andare da Ponte Molle ad Acqua traversa* ecc.

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

FRITILARIA.

Orsiniana *Parl. Flor. It. v.* 2. *part.* 2. *p.* 411 *n.* 609.

Obs. *Tritillaria* nostra *montana* cum synonimis pertinet ad hanc speciem.

CLASSIS XV TETRADYNAMIA

Ord. I. Synclitae

Siliculae aut siliquae indehiscentes.

296. NESLIA *Desv.* Calyx 4-phyllus liber foliolis conformibus erectis: corollae cruciferae petala aequalia erecta calyce duplo longiora, laminis obovato-spathulatis: staminum filamenta nuda: antherae sagittatae: stylus longiusculus persistens: stigma obtusum: silicula subglobosa dura, septo evanido 1-locularis 1-sperma: semen subrotundum erectum.

297. CALEPINA *Desv.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus erecto-patetibus: corollae cruciferae petala calyce doplo longiora, laminis obovatis duobus externis paulo majoribus: staminum filamenta nuda, duo externa altiora, quatuor altiora infernae alata: antherae sagittatae: stylus brevis persistens: stigma

sessile: silicula ovoidea rostellata evalvis 1-locularis 1-sperma: semen globosum truncatum ex apice pendulum.

298. MYAGRUM *L.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus erecto-patentibus : corollae cruciferae petala calyce longiora, laminis obverse-lanceolatis : staminum filamenta nuda, altiora basi connata: antherae oblongae basi sagittatae: stylus crassiusculus persistens: stigma subretusum: silicula cuneata, apice compresso, 2-locularis, loculis superimpositis vacuis, basi tamen 1-locularis 1-sperma: semen oblongum ex apice pendulum.

299. RAPISTRUM *All.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus erecto-patentibus : corollae cruciferae petala calyce duplo longiora , ungue stricto elongato, laminis obovatis: stamium filamenta nuda : antherae oblongae basi sagittatae : stylus elongatus persistens: stigma 2-lobum : silicula apice ovata basi cylindrica 2-locularis, loculis superimpositis 1-spermis : semina pendula.

300. CAKILE *Tourn.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis erectis externis basi gibbis: corollae cruciferae petala calycem multo superantia, laminis obovatis: staminum filamenta nuda: antherae sagittato-acuminatae: stigma sessile capitatum: silicula pungioniformis 3-articulata, articulis superimpositis maturitate separabilibus, superiore ensiformi, inferiore conico-truncato, utroque 1-spermo: semen articuli inferiosis pendulum, superioris erectum.

301. SENEBIERA *Poir.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus patentibus: corollae cruciferae petala parva quandoque nulla, laminis obovatis: stamina aliquando tetrandra, diandra, filamentis nudis, antheris minusculis globosis : stylus brevissimus: stigma capitatum : silicula didyma 2-valvis 2-locularis, valvis ventricosis vel subcarinatis inseparabilibus, loculis 1-spermis: semina subrotunda erecta.

302. BUNIAS *Brow.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus erecto-patentibus: corollae cruciferae petala longe unguiculata, calyce duplo longiora, laminis obcordatis : staminum filamenta nuda : antherae sagittato-oblongae, auriculis contiguis: stylus elongatus persistens: stigma fere 2-lobum: silicula coriacea tetraedra ad angulos cristata, septis binis altero verticali, altero horizontali, 4-locularis, loculis 1-spermis: semina compressa erecta.

303. RAPHANUS *L.* Calyx liber 4-phyllus , foliolis erectis , binis basi laeviter saccatis: corollae cruciferae petala calyce duplo longiora, ungue tenui elongato, laminis obovatis: staminum filamenta nuda: antherae elongatae: stylus rostriformis persistens: stigma capitatum: receptaculum 4-glandulosum: siliqua torosa articulata articulis superimpositis 1-locularibus 1-spermis: semina globosa pendula.

304. CLYPEOLA *Goert.* Calyx liber 4-phyllus quandoque persistens, foliolis conformibus erecto-patentibus: corollae cruciferae petala calyce-subaequalia, laminis integris breviter unguiculatis: staminum filamenta 1-dentata antherae oblongae: stigma sessile: silicula orbiculata plana, margine alata, 2-valvis valvis vix dehiscentibus, 1-locularis 1-sperma: semen centrale compressum pendulum.

305. ISATIS *L.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus patentibus: corollae cruciferae petala aequalia calyce longiora, laminis obovatis, unguibus angustis brevibus: staminum filamenta nuda: antherae oblongo-lineares: stylus nullus: stigma subcapitatum: silicula subelliptica saepe basi angustata 1-locularis 2-valvis, valvis naricularibus vix dehiscentibus, 1-sperma: semen oblongum pendulum.

306. BISCUTELLA *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus subpatentibus duobus quandoque basi 2-corniculatis: corollae cruciferae petala calyce longiora, laminis orbicularibus integris, unguibus longiusculis: staminum filamenta nuda: antherae oblongae: stylus elongatus persistens: stigma capitatum depressum: silicula plana 2-valvis 2-locularis, valvis oppositis orbicularibus conduplicato-applanatis, septo brevi, late secedentibus, loculis monospermis: semen subrotundum centrale compressum: funiculum umbilicale orizontale.

ORDO II. SILICULOSAE.

Siliculosae dehiscentes.

307. LUNARIA *L.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis erectis subconniventibus, duobus basi saccatis: corollae cruciferae petala subintegra, calyce duplo longiora, unguibus angustis, laminis obovatis: staminum filamenta nuda: antherae lineares: stylus filiformis persistens: stigma capitato-2-lobum: silicula grandis plana oblonga vel elliptica, tecaphoro filiformi imposita, 2-valvis 2-locularis, valvis planis, septo argentino-diaphano, parallelis, loculis polyspermis: semina reniformia compressa alato-marginata, funiculo umbilicali orizontali a nervo placentario dissita.

308. KONIGA *Brown.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus concavis: corollae cruciferae petala calyce longiora, unguibus brevibus, laminis obovatis integris: staminum filamenta nuda: antherae minusculae sagittatae: stylus tennis persistens: stigma capitatum: glandulae octo in receptaculo: silicula

ellipsoidea subplana 2-valvis 2-locularis: valvis planiusculis, septo tenui parallelis: loculi 1-spermi: semina plana alata, e funiculo umbilicali basi anato, pendula.

309. ALYSSUM *L.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus ovatis concavis, quandoque persistens: corollae cruciferae petala calyce parum longiora, unguibus brevibus, laminis oblongis integris vel emarginatis: staminum filamenta modo nuda, modo dentata, aliquando setis aut squamis donata: antherae oblongae: stylus tenuis persistens: stigma capitatum depressum: silicula rotunda centro inflata margine depresso-plana 2-valvis 2-locularis valvis septo parallelis, loculis ut plurimum 2-spemis semina subplana ovata tenniter alata, e funiculo umbilicali apici aduato, pendula.

310. HUTCHINSIA *Brown.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus erecto-patentibus: corollae cruciferae petala calyce duplo longiora, laminis obovatis integris: staminum filamenta nuda: antherae ovato-oblongae: stylus elongatus brevis vel nullus: stigma capitatum retusum: siliqua elliptica compresso-tumidula 2-valvis 2-locularis, valvis navicularibus septo oblongo utrinque acuminato, oppositis loculis 2-∞-uspermis: semina oblonga, e funicolo umbilicali apice adnato, pendula.

311. IBERIS *L.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus erecto-patentibus: corollae cruruciferae petala inaequalia, calyce longioria, laminis ovato-oblongis in ungue productis, duo majora radiantia: staminum filamenta subulata nuda: antherae oblongae: stylus persistens saepe elongatus: stigma 2-lobum: silicula ovato-compressa apice emarginata 2-valvis 2-locularis, valvis septo contraris, apice in ala productis, loculis monospermis: semina oblonga, vel subrontunda compressa, e faniculo umbilicali in latus septi orto, pendula.

312. TEESDALIA *Brown.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus patentibus sero deciduis: corollae cruciferae petala parva, calyce sublongiora ut-plurimum aequalia, quandoque duo majora, unguibus angustis, laminis obovatis: staminum filamenta basi glandula petaloidea donata: antherae tennes: stigma subsessile: silicula planiuscula apice vix emarginata 2-valvis 2-locularis, valvis carinatis, septo irregulari contraris, carina tenuissime alata, loculis 2-spermis: semina subrotunda plana e funiculis umbilicalibus in latus septi ortis, pendula.

313. LEPIDIUM *L.* Calyx liber 4-phyllus, foliolis conformibus patentibus: corollae cruciferae, quandoque deficientis, petala aequalia calyce longiora, laminis oblongis: stamina numero, et longitudine ludibunda, filamen-

tis nudis, antheris oblongis: stylus elongatus persistens, quandoque subnullus: stigma rotundato-depressum: silicula ovalis compressa vel tumida subemarginata 2-valvis, 2-locularis: valvis navicularibus, septo subirregulari, contrariis, loculis monospermis: semina oblonga arcte funiculo umbilicali, in latus septi orto, adfixa.

314. AETHIONEMA *Brown.* Calyx liber 4-phyllus foliolis erecto-patentibus, duobus externis basi subsaccatis: corollae cruciferae petala aequalia calyce majora, laminis obovatis integris: staminum filamenta longiora aut inter se connata, aut intus dentata, breviora basi 2-glandulosa: antherae laterales acuminatae: stylus longitudine varius persistens: stigma capitatum: silicula suborbicularis compressa emarginata 2-valvis, 2-locularis: valvis navicularibus dorso alatis, septo hinc contracto, contrariis, loculis olygospermis: semina oblonga, e funiculo umbilicali in latus septi orto, dependentia: silicula, ex abortu, quandoque 1-locularis indheiscens.

315. FARSETIA *Desv.* Calyx 4-phyllus liber foliolis conformibus erectis basi saccatis: corollae cruciferae petala calyce subduplo longiora, laminis lanceolatis integris, unguibus elongatis: staminum filamenta nuda: antherae oblongo-acutae: stylus brevis persistens: stigma obtusum: silicula elliptica compresso-plana, margine incrassato, 2-valvis, 2-locularis: valvis septo parallelis, loculis polyspermis: semina suborbiculata, compressa margine alata biserialia, e funiculis umbilicalibus, ex utroque latere septi ortis, pendula.

316. VESSICARIA *Lamk.* Calyx 4-phyllus liber foliolis erectis conniventibus, duobus externis quandoque basi saccatis: corollae cruciferae petala calyce duplo longiora laminis obovatis integris, unguibus elongatis: staminum filamenta nuda, breviora raro 1-dentata: antherae laterales acuminatae: stylus elongatus persistens: stigma capitatum: silicula globosa 2-valvis, 2-locularis: valvis hemisphaeriis convexis, septo plano membranaceo marginante, parallelis, loculis olygospermis: semina ovato-subrotunda alata, e funiculo umbilicali a basi septi orto, dependentia.

317. DRABA *L.* Calyx 4-phyllus liber foliolis conformibus concavis erecto-patentibus: corollae cruciferae petala calyce sublongiora, laminis obcordatis integris emarginatis aut 2-fidis, unguibus brevibus: staminum filamenta subulata nuda, antherae subrotundae: stylus ludibundus persistens: stigma crassiusculum obtusum: silicula ovalis aut oblonga plana 2-valvis, 2-locularis: valvis septo parallelis, loculis polyspernis: semina ovalia parva 2-serialia, e funiculis umbilicalibus elongatis in latus septi ortis, pendula.

318. CAPSELLA *D.C.* Calyx 4-phyllus liber foliolis conformibus erecto-patetibus: corollae cruciferae petala parva calyce paulo longiora, laminis obovatis integris: staminum filamenta brevia nuda: antherae subrotundae: stylus brevissimus persistens: stigma capitatum depressum: silicula triangularis exquisite emarginata planiuscula tumidula 2-valvis, 2-locularis: valvis carinato-compressis, septo augusto lanceolato, contrariis ab ipsoque sero secedentibus: loculis polyspermis: semina oblonga inordinata, e funiculis umbilicalibus in latus septi ortis, dependentia.

319. THLASPI *L.* Calyx 4-phyllus liber foliolis conformibus erecto-patentibus: corollae cruciferae petala calyce passim longiora, laminis obovatis integris, unguibus abbreviatis: staminum filamenta nuda: antherae oblongae laterales: stylus longitudine varius persistens: stigma rotundato-depressum: silicula ut plurimum ovoidea compressa insigniter emarginata 2-valvis 2-locularis, valvis navicularibus membranaceo-alatis septo, ovali-oblongo contrariis, loculis polyspermis raro dispermis: semina ovoideo-compressa uniserialia, e funiculis umbilicalibus in latus septi ortis, pendula.

320. BERTEROA *Brown.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus conniventibus: corollae cruciferae petala calyce longiora, laminis bifidis, unguibus brevibus: staminum filamenta breviora basi intus dentata: antherae oblongae: stylus longus persistens: stigma capitato-depressum: silicula elliptica 2-valvis, 2-locularis, valvis modo planis modo convexiusculis, septo parallelis, loculis polyspermis: semina rotundata immaginata vel anguste alata biseriala, e funiculis umbilicalibus in latus septi ortis, pendula.

321. COCHLEARIA *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis subconformibus concavis patentibus: corollae cruciferae petala calyce duplo longiora, laminis obovatis: staminum filamenta nuda: antherae ovatae: stylus brevissimus persistens: stigma depressum vel capitatum: silicula subglobosa ovata aut oblonga 2-valvis 2-locularis, valvis ventricosis septo subrotundo parallelis, loculis 2-oospermis: semina ovata compressiuscula margine septi adnata.

ORDO III. SILIQUOSAE

Siliquae dehiscentes.

322. NARTURTIUM *Brown.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus patentibus: corollae cruciferae petala calyce longiora, quandoque deficentia,

unguibus brevibus, laminis obovatis: staminum filamenta nuda, breviora basi glandulifera: antherae sagittatae: stylus varius persistens: stigma 2-lobum: siliqua nunc abbreviata oblonga, nunc linearis, jamdudum 2-valvis, 2-locularis, valvis subconcavis septo parallelis, loculis polyspermis: semina ovalia parva 2-serialia e funiculis umbilicalibus tenuibus, ex utroque latere septi ortis, pendula.

323. DENTARIA *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus erectis: corollae cruciferae petala plus duplo longiora, unguibus elongatis, laminis obovatis: staminum filamenta nuda, antherae oblongae: stylus brevis acutus persistens: stigma tenue capitatum: siliqua sesssilis lanceolato-linearis compressa, 2-valvis, 2-locularis: valvis, planis septo parallelis, ipsoque angustioribus, elasticea basi ad apicem dehiscentibus, revolutis: loculis polyspermis: semina ovata uniserialia, funiculis umbilicalibus alatis, ex utroque margine septi alternatim ortis, adpensa.

324. CARDAMINE *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus erecto-patulis, modo basi gibbis: corollae cruciferae, mox deficientis, petala calyce longiora, laminis oblongis: staminum filamenta nuda: antherae breves: stylus teres brevis modo brevissimus: stigma retusum 2-lobum: siliqua sessilis linearis compressa, 2-valvis, 2-locularis, valvis planis septo parallelis, ipsoque angustioribus, elastice a basi ad apicem in dehiscentia revolutis, loculis polyspermis: semina oblonga aut ovata uniserialia, funiculis umbilicalibus tenuibus, ex utroque latere septi ortis, adpensa.

325. PTERONEURUM *DC.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus erectis patentibus: corollae cruciferae petala calyce longiora, unguibus angustis, laminis obovatis: staminum filamenta nuda: antherae oblongae: stylus compressus anceps: stigma retusum: siliqua lanceolato-linearis rostrata 2-valvis, 2-locularis, valvis planis septo parallelis ipsoque angustioribus, a basi ad apicem, in dehiscentia revolutis: loculis polyspermis: semina oblonga uniserialia, e funiculis umbilicalibus dilatato-alatis, ex utroque latere septi alternatim ortis, pendula

326. CHEIRANTHUS *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis erectis conniventibus, duobus basi saccatis: corollae cruciferae petala, calyce plus duplo longiora, unguibus elongatis, laminis obovatis: staminum filamenta nuda, brevioribus, glandula anulari imposita: antherae lineares: stylus brevis: stigma persistens 2-lobum, lobis recurvatis: siliqua torosa compressa elongata, 2-valvis, 2-locularis, valvis convexiusculis septo parallelis: loculis polyspermis: semina

oblonga immarginata uniserialia, funiculis umbilicalibus ex utroque latere septi alternatim ortis, adpensa.

327. MATTIOLA *Brown.* Calyx liber 4-phyllus foliolis erectis conniventibus, duobus externis basi saccatis: corollae cruciferae petala, calyce duplo longiora, unguibus elongatis erectis, laminis obovatis vel obverse lanceolatis integris emarginatisve: staminum filamenta nuda: antherae oblongae: stylus subnullus: stigma 2-lobum, lobis conniventibus dorso incrassatis aut corniculatis: siliqua teres vel compressa, 2-valvis, 2-locularis, valvis convexiusculis septo parallelis, loculis polyspermis: semina oblonga marginato-alata raro immarginata uniserialia, funiculis umbilicalibus crassiusculis, ex utroque latere septi alternatim ortis, adpensa.

328. MALCHOMIA *Brown.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus angustis erecto-conniventibus, quandoque duobus basi saccatis: corollae cruciferae petala, calyce duplo longiora, unguibus strictis elongatis, laminis obovatis integris aut emarginatis: staminum filamenta nuda, antherae sagittatae: stylus brevis: stigma simplex vel 2-lobum lobis acutis conniventibus: siliqua teres ant compressa apice attenuata, 2-valvis, 2-locularis, valvis convexiusculis septo parallelis, loculis polyspermis: semina oblonga immarginata uniserialia, funiculis umbilicalibus tenuibus ex utroque latere septi ortis, adpensa.

329. HESPERIS *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis erecto-conniventibus duobus basi saccatis: corollae cruciferae petala calyce duplo longiora, unguibus elongatis strictis, laminis obovatis integris ant emarginatis: staminum filamenta nuda, glandula anulari brevioribus imposita: antherae oblongae sagittatae: stylus brevissimus: stigma 2-lobum lobis cartilagineis conniventibus: siliqua teres ant angulosa elongata, 2-valvis, 2-locularis, valvis subconcavis, vel subcarinatis, septo parallelis, loculis polyspermis: semina oblonga subtriquetra uniserialia, funiculis umbilicalibus tenuibus brevibus ex utroque latere septi ortis, adfixa.

330. SISYMBRIUM *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus patentibus vel erectis: corollae cruciferae petala ut plurimum calyce longiora unguibus brevibus, laminis obovatis integris: staminum filamenta nuda, antherae cordato-oblongae: stylus crassus modo subnullus: stigma 2-lobum vel capitato-depressum: siliqua longa teres modo tereti-compressa, 2-valvis, 2-locularis, valvis planis ant convexis septo parallelis, loculis polyspermis: semina parva ovata aut oblonga uniserialia, funiculis umbilicalibus ex utroque latere septi ortis, pendula.

331. ERYSIMUM. *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus erecto-conniventibus, quandoque duobus basi saccatis: corollae cruciferae petala, calyce plus duplo longiora, laminis obovatis integris, unguibus elongatis exertis: staminum filamenta nuda: antherae oblongae: stylus persistens raro elongatus: stigma subsimplex 2-lobum 2-fidum: siliqua tetragona, 2-valvis, 2-locularis, valvis carinatis septo parallelis, loculis polyspermis: semina ovalia uniserialia, e funiculis umbilicalibus ex utroque latere septi ortis, pendula.

332. BRASSICA *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus erectis: corollae cruciferae petala , calyce duplo longiora , laminis obovatis integris : staminum filamenta nuda: antherae sagittatae: stylus brevis: stigma obtusum: receptaculum 4-glandulosum: siliqua teres vel tetragono-anceps, 2-valvis, 2-locularis, valvis convexis vel navicularibus, septo in rostro producto et in loculo seminifero saepe basi inflato, parallelae: loculi polyspermi: semina subglobosa uniserialia, funiculo umbilicali tenui alternatim ex utroque latere septi ortis, appensa.

333. ERUCA *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus erectis: corollae cruciferae petala, calyce duplo longiora, laminis obovatis integris: staminum filamenta nuda: antherae sagittatae : stylus brevis: stigma obtusum : siliqua crassa oblonga tetragona , dissepimento in rostro aspermio producto, coronata, 2-valvis, 2-locularis, valvis navicularibus septo parallelis, loculis polyspermis: semina globosa 2-serialia, funiculis umbilicalibus ex utroque latere septi ortis, appensa.

334. SINAPIS *L.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus patentibus: corollae cruciferae petala, calyce duplo longiora, laminis obovatis: staminum filamenta nuda: antherae oblongae: stylus elongatus: stigma retusum vel 2-lobum : receptaculum 4-glandulare : siliqua teretiuscula vel compresso-tetragona, 2-locularis, 2-valvis, valvis convexis vel navicularibus, septo in rostro elongato, et saepe iu loculo seminifero basi inflato, parallelis, loculis olygo-polyspermis: semina subglobosa uniserialia, e funiculis umbilicalibus crassiusculis ex utroque latere septi ortis, pendentia.

335. DIPLOTAXIS *DC.* Calyx liber 4-phyllus foliolis conformibus patentibus, vel erecto-patentibns : corollae cruciferae petala calyce duplo longiora, laminis abbreviatis, unguibus strictis: staminum filamenta nuda, antherae oblongae : stylus brevis: stigma capitatum 2-lobum, ant depressum emarginatum: siliqua compressa linearis, thecaforo crassiusculo saepe, imposita, 2-valvis, 2-locularis, valvis planis medio nervosis, septo in rostro conico 1-2-sper-

mio vel aspermio, parallelis, loculis polyspermis: semina ovata parva 2-serialia, funiculis umbilicalibus, ex utroque latere septi ortis, appensa. Ex abortu, uti dicunt, semina quandoque inordinata.

Tetradynamia-Synelistae.

NESLIA.

1269. PANICULATA DC. *Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 202. Foliis scabris, radicalibus lanceolatis subdentatis, caulinis sagittatis amplexicaulibus : siliculis reticulato-rugosis.

N. paniculata *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 592. - Rapistrum paniculatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 212. *n.* 727.

In montanis inter segetes frequens. *A Riofreddo , ai Piano grande del Castelluccio* in Nursinis etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

CALEPINA.

1270. *Corvini* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 225. Glauco-virens. Foliis radicalibus pinnatifidis runcinatisve, caulinis oblongis amplexicaulibus, omnibus grosse dentatis: siliculis glabris.

C. Corvini *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 600. – Myagrum erucefolium *Seb. En. Pl. Amph. Flavi p.* 59. *n.* 162. – Lelia chocleariodes *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 211. *n.* 726. - Myagrum supinum album Erucaefoliis *Barrel. Ic.* 1552.

In marginibus viarum frequens.

Ann. Flor. Majo. Flores albi.

MYAGRUM.

1271. PERFOLIATUM *L. Sp. p.* 893. Glauco-virens. Foliis glaberrimis, radicalibus obverse-lanceolatis integris vel sinuatis, caulinis lanceolatis basi sagittatis: siliculis laevibus.

M. perfoliatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 211. *n.* 723. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 609. - M. monospermum latifolium *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 3.

Ad margines viarum in arvis frequens. *Ponte Molle, Ponte Salara* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

RAPISTRUM.

1272. ORIENTALE *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 227. Substrigosum glaucum. Foliis inequaliter dentatis, radicaiibus lyratis lobo terminali maximo, caulinis oblongis basi attenuatis: siliculis laevibus sulcatis.

R. Orientale. *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 605 - Myagrum orientale *Fior. Gior. dei lett. di Pisa t.* 17. *p.* 124.

In aquosis mare versus. *Ostia*, *Terracina*, *Canali pontini* etc,

Ann. Flor. Aprili–Majo. Flores. lutei.

1273. RUGOSUM *DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 212 Hispidum. Foliis angulato-dentatis, inferioribus lyratis lobo supremo amplo, superioribus indivisis: silicula sulcata rugosa.

R. rugosum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 606. - *Sebast. En. Pb. Amph. Flavii p.* 59. *n.* 161. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 211. *n.* 722.

In sterilibus ad margines viarum vulgare.

Ann. Flor. Junio–Julio. Flores lutei.

CAKILE.

1274. MARITIMA *DC. Prod. Syst. nat t.* 4. *p.* 185. Glauco–virens, carnosa. Foliis pinnatifidis laciniis integris pinnatisque, radicalibus rosulatis longe petiolatis: siliculis ovatis laevibus.

C. maritima. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 211. *n.* 724 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 613 – Bunias Cakile *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 49.

In arena maritima abbunde. *Ostia*, *Fiumicino*, *Civitavecchia.* ecc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores dilute-violacei.

1275. LATIFOLIA *Poir. Enc. t.* 2. *p.* 88. Glauco-virens carnosa. Foliis ovato-oblongis dentatls, inferioribus incisis, pinnatifidisve lobo superiore majore: siliculis majusculis corniculis insignioribus.

C. latifolia *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 615.

In maritimis cum precedente at rarius. *Ostia*, *Terraciua.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores dilute violacei.

SENEBIERA.

1276. CORONOPUS *Poir. Enc. t.* 7. *p.* 74. Glabra glaucesens prostrata. Foliis pinnatifidis , laciniis difformibus integris dentatis vel pinnatifidis : siliculis subreniformibus rugoso-cristatis.

S. Coronopus *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 531. – Coronopus Ruelli *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 212. *n.* 731 – Nasturtium sylvestre capsulis cristatis *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 9.

In marginibus viarum campestrium frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio Flores Albi parvi.

BUNIAS.

1277. ERUCAGO L. *Sp. Pb. p.* 935. Tuberculato-scabra. Foliis radicali–

bus runcinatis, lobo impari parum majore oblongo, lateralibus acutis dentatis, caulinis paucis remotis oblongis.

B. Erucago *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 211. *n.* 725. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 617 - *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 48.

In arvis vulgaris.

Ann. Flor. Junio. Flores lutei.

RAPHANUS.

1278. *SATIVUS L. Sp. p.* 935. Glaucescens, vix hispidus. Radice napiformi: foliis radicalibus lyratis, superioriobus lanceolatis : siliquis teretibus ovalibus, rostro acuminato, longioribus, siccis venoso-sulcatis, raro torosis.

In viridaris suburbanis et in arvis haud infrequens. *Villa Borghese, Monte Mario* ecc.

Ann. vel Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores pallide, vel intense violacei.

Obs. Planta ex Asia occidua nobis allata, nunc spontanea circa Urbem. Plurimae varietates huius speciei forma colore consistentia apud nos coluntur, vulgo notae sub nominibus *Ravanelli Rafanelle, Ramoraccie*. Planta diureta saporis acri in uso medico non raro usurpata.

1279. *RAPHANISTRUM L. Sp. Pl. p.* 953. Pilis raris prostratis hispidulum. Radice gracili fusiformi: foliis inferioribus lyratis pinnis interruptis, caulinis ovato-lanceolatis dentatis: siliquis moniliformibus multilocellatis, siccis profude sulcatis, rostro elongato subulato.

R. Raphanistrum *Sebast. En. Pb. Amph. Flavii p.* 66. *n.* 193 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 221. *n.* 775. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 177. - Raphanistrum segetum flore albo vel pallido. *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 43.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei

Vulgo. *Rapacciale, Ramoraccie salvatiche.*

In arvis passim.

Usus. Folia cocta edulia.

1280. *LANDRAE DC. Prod. Syrt. nat. t.* 1. *p.* 229. Pilis raris portratis hispidulus. Radice gracili fusiformi: foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis, superioribus lanceolatis subintegris: siliquis crassis moniliformibus paucilocellatis siccis laeviter striatis, rostro subulato-elongato.

R. Landra *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 179.

In arvis presaertim mare versus.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei deinde albati, quandoque violacei, petalis venis saturationibus saepe donatis.

Nomen vulgare et usus praecedentis.

CLYPEOLA.

1281. *Jonthlaspi*. *L. Sp. Pl. p.* 910. Pube stellata canescens. Caulibus diffusis resurgentibus : foliis spathulato-linearibus : penduneulis gracilibus in fructu arcuatis: floribus in capitulum densum congestis: siliculis pendulis apice emarginatis.

C. Jonthlaspi. *Sang. Cent. tres. p.* 88. *n.* 199. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 518.

In ruderibus antiquis, et locis petrosis. *Quadaqualo*.

Ann. Flor. Majo. Flores parvi flavidi.

ISATIS.

1282. *tinctoria* *L. Sp. Pl. p.* 936. Glauco-virens. Caule elato superne ramoso-corymboso: foliis inferioribus oblongo-lanceolatis longe petiolatis, reliquis sessilibus sagittatis : siliculis oblongis emarginatis integrisve , latitudine plus triplo longioribus.

I. tinctoria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 212. *n.* 728 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 512. - I. sativa vel latifolia *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 5.

Inter segetes in montibus.

Ann. Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Vulgo. *Quado*.

1283. *alpina* *All. Fl. Ped. p.* 259. *tab.* 86. *f.* 2. Glauco-lutescens. Caule humili erecto superne ramoso-corymboso : foliis subcoriaceis , inferioribus ovatis in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus basi acute sagittatis : siliculis ellipticis oblongisve obtusis, latitudine triplo longioribus.

I. alpina *Sang. Cent. tres p.* 89. *n.* 200 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 516.

Abbundat in apenninis glareosis prope vias. *Vettore*.

Perenn. Flor. Julio. Flores lutei.

Vulgo. *Quado montagnolo*.

Usus. Ab omnibus Isatis speciebus fecula fermentatione elicitur, qua Linum, Gossipium, et praesertim Lanae colore coeruleo tinguntur: excellens succedaneum Indigoferarum.

BISCUTELLA.

1284. *hispida* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 181. Pilis patulis hispida. Caule simplici, vel parce ramoso: foliis profunde serratis radicalibus sessilibus, caulinis amplexicaulibus: calycibus 2-corniculatis : silicularum valvis suborbiculatis scabridis, styli longitudine.

B. hispida *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 521 - Jondraba alyssoides spicata lutea major *Barrel. Ic.* 1219.

In planitiebus Nursiae. *A S. Claudio.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores flavo-virentes.

1285. LYRATA *L. Mant. p.* 254. Basi tantum pilosa. Caule adscendente parce ramoso: foliis radicalibus lyratis, lobo terminali maximo, superioribus paucis lanceolato-linearibus integris: calycibus basi aequalibus: siliquorum valvis orbiculatis margine ciliatis, stylo longioribus.

B. lyrata *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 524. - B. maritima *Fior. Giorn. dei lett. di Pisa t.* 17. *p.* 124. - Thlaspi biscutatum Raphani aut Irionis folio *Bocc. Sicc. p.* 45. *f.* 46. *tab.* 23.

In pratis maritimis abbunde. *Terracina.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores pallide flavi.

1286. LAEVIGATA *L. Mant. p.* 255. Hirsuta pilosave, apice denudata. Caule erecto ramoso-corymboso: foliis inferioribus piloso-scabris oblongis in petiolum attenuatis: caulinis paucis linearibus subintegerrimis: calycibus basi aequalibus, silicularum valvis orbiculato-oblongis, minutissime tuberculatis, stylo brevioribus.

B. laevigata *Sang. Cent. tres p.* 90. *n.* 201 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 526. - Leucojum Alyssoides umbellatum montanum. *Columu. Ecphr. p.*283. *fig.p.*285 - *Barrel. Ic.* 253. *f.* 2.

SILICULOSAE.

LUNARIA.

1287. REDIVIVA *L. Sp. Pl. p.* 911. Lete virens. Foliis grandibus cordato-ovatis acuminatis dentato-aristulatis: siliculis oblongis utrinque attenuatis.

L. rediviva *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 509.

In sylvaticis umbrosis apenninorum. *Da Fuligno a Colfiorito, Valle Canetra* in Nursinis etc.

Ann. Bienn. Flor. Aprili-Majo. Flores violacei grate odori.

Vulgo. *Lunaria maggiore.*

1288. ANNUA *L. Sp. Pl. p.* 211. Pallide virens. Foliis cordato-ovatis acuminatis, dentibus amplis remotis acutis: siliculis ellipticis rotundisve utrinque obtusis.

L. annua *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 511. - L. rediviva *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 315. - L. major siliqua rotundiore. *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 23.

In umbrosis montium. *Ad Albano, al Soratte* etc.

Ann. Bienn. Flor. Majo. Flores purpurei grandes inodori.

Vulgo. *Lunaria.*

KONIGA.

1289. *maritima* *Smith. Fl. Graec. t. 7. p. tab.* 621. Piloso-canescens. Caule diffuso: foliis lineari-lanceolatis acutis: floribus in corymbo tandem laxato.

K. maritima *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 481. - Alyssum maritimum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 214. - Thlaspi montanum perenne flore albo *Barrel. Ic.* 844. et T. Leucoii silv. facie, flore albo *Ic.* 907. et I. linifolium min. cineritium flore albo *Ic.* 908. *fig.* 1. et T. linifolium miniflore albo virescens *Ic.* 911. *fig.* 1. - T. supium, minium maritimum Leucoii angusto acuminato folio Siculum, flore albo *Bocc, Mus. di piant. p.* 163 et T. Leucoii folio acuminatum *tab.* 130. - Alyssum annuum pumilum minus incanum floribus albis *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 19.

Ad vias campestres et margines agrorum frequens. *Per andare a S. Pancrazio, nel salire il Monte Mario* etc.

Suffruct. Flor. a vere in aestatem. Flores albi.

ALYSSUM.

1290. *calycinum* *L. Sp. Pl. p.* 908. Incanum tomento stellato brevi adpresso. Caule adscendente basi tantum ramoso: foliis obverse lanceolatis obtusis basi attenuatis: calycibus persistentibus: siliculis in racemo elongato dispositis: stylo brevissimo.

A. calycinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 214. *n.* 741. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 48. - Thlaspi Alysson incanum luteum lunato utric. *Barrel. Ic.* 908. *fig.* 2, *et* 912. *f.* 2.

In montibus calcareis ad vias. *S. Polo, Utricoli* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1291. *campestre* *L. Sp. Pl. p.* 909. Virescens, pilis stellatis undique hirtum. Caule herbaceo adscendente: foliis elliptico-lanceolatis inferius quandoque attenuatis: calycibus deciduis: siliculis in racemo elongato, stylo quadruplo longioribus.

A. campestre *Sang. Cent. tres p.* 92. *n.* 207 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 485. - Jonthlaspi luteo flore incanum montanum Διοχειδες *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 1. - Thlaspi Alyssum incanum luteum lanato capitulo *Barrel. Ic.* 912. *fig.* 2.

In incultis et aridis montium Latii. *Quadagnolo.*

Ann. Flor. Majo. Flores luteoli parvi.

1292. *montanum* *L. Sp. Pl. p.* 907. Pilis brevibus stellatis adpressis incanum. Caulibus caespitosis decumbentibus : foliis inferioribus obovatis, superioribus obverse lanceolatis: calycibus deciduis: siliculis in racemo, stylo subduplo longioribus.

A. montanum *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 487.

β diffusum. Stylo siliculis longiore.

A montanum β *Bert. l. c. p.* 488. - A. montanum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 214. *n.* 742. - Jonthlaspi luteo flore incanum, montanum δισκοειδές *Columu. Ecphr.* 1. *p.* 280. - J. luteo flore δισκοειδές montanum umbellatum *Columu. l. c. p.* 281. - Tlaspi thymifolio utriculo subrotundo mucronato hispanicum *Barrel. Ic.* 807.

In apenninis inter saxa. *Vettore.* β in montibus umilioribus. *S. Polo, Quadagnolo* etc.

Suffrutic. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

HUTCHINSIA.

1293. STYLOSA *DC. Prod, Syst. Nat. t.* 1. *p.* 177. Glabra. Caulibus caespitosis : foliis inferioribus obovatis integris subcrenatisve in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus oblongis: siliculis oblongis integris, quandoque emarginatis, stylo elongato, coronatis.

H. stylosa *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 565.

In cacumine montis *Vettore* Umbriae.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

1294. ALPINA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 175. Glabra, modo puberula, pube bifurcata. Caulibus caespitosis decumbentibus: foliis impari-pinnatis, pinnis ovato-oblongis integerrimis: siliculis ovatis acuminatis, stylo abbreviato, coronatis.

H. alpina *Sang. Cent. tres p.* 90. *n.* 202. - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 567.

In summis apenninis ad rupes *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

1295. PETRAEA *DC. Prod. Syst. Nat. t.* 1. *p.* 179. Glabra, modo brevissime puberula. Caule erecto vel adscendente ramoso, ramis patulis: foliis impari-pinnatis, pinnis spathulatis patentibus: siliculis ellipticis: stylo subnullo.

H. petraea *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 569. - Lepidium petraeum *Maur. Cent.* 13. *p.* 31. - Draba minima muralis Dioscorides *Columu. Ecph.* 1. *p.* 274, et Cardamine pusilla saxatilis montana δισκοιδες *p.* 273.

In petrosis montium. *Fuligno, Tivoli sul M. Catillo,* et in apenninis Umbriae. *Vettore.*

IBERIS.

1296. SAXATILIS *L. Sp. Pl. p.*905. Glauca. Caule caespitoso decumbente vel erecto ramoso: foliis crassiusculis confertis sessilibus linearibus ciliatis nudisve:

racemis in fructu subelongatis: silicularum auriculis breviusculis, stylum superantibus.

I. saxatilis *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 552. - Litothlaspi montanum fruticosius vermiculato acuto folio *Column. Ecphr.* 1. *p.* 277.

In apennino Piceni. *Sasso borghese, alla Sibilla* etc.

Frutex. Flor. Junio. Flores albi vel subrosei.

1297. *Tenoreana DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 179. Glaucescens. Caule adscendente inferne ramoso, ramis confertis: foliis sparsis obverse lanceolato-spathulatis apice dentatis: floribus fructibusque corymbosis : silicularum auriculis elongatis, stylum subaequantibus.

I Tenoreana *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 554.

In montibus subappeninis elatioribus. *Monte Calvo presso Subiaco.*

Suffruticul. Flor. Junio-Julio. Flores albi vel rosei.

1298. *umbellata L. Sp. Pl. p.* 906. Glabra, virens. Caule erecto superius ramoso: foliis lanceolato-acuminatis inferioribus serratis, superioribus integris: floribus fructibusque corymbosis: silicularum auriculis latis triangularibus, stylum aequantibus.

I. umbellata *Maur. Cent.* 13. *p.* 31 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 559. - Thlaspi creticum Iberidis folio fl. albo *Barrel. Ic.* 893.

In montanis subapenninis. *A Subiaco presso il monte Calvo.*

Ann. Flor. Junio. Flores purpurei vel rosei.

1299. *pinnata L. Sp. Pl. p.* 907. Glabra. Caule ramoso, ramisque elongatis erectis: foliis exilibus pinnatifidis, pinnis linearibus integris: racemis fructiferis brevibus: silicularum auriculis acutis, stylo elongato, brevioribus.

I. pinnata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 212. *n.* 732 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 562. - Thlaspi frut. Leucoii marin. minoris folio fl. albo *Barrel. Ic.* 1306. *fig.* 1.

In montibus calcareis admargines viarum. *Palombara, S. Polo* etc.

Ann. Flor. Junio. Flores albi.

TEESDALIA.

1300. *Lepidium DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 178. Caule solitario nudo, quandoque caespitoso foliato: foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis linearibusve acutis, impari elongato: floribus corymbosis: fructibus laxe racemosis.

T. Lepidium *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 575. - Thlaspi nudicaule *Maur. Cent.* 13. *p.* 31.

In montanis petrosis. *A Quadognolo, Monte Soriano* etc.

Ann. Flor. Aprili. Flores albi.

LEPIDIUM.

1301. *draba* L. *Sp. Pl. p.* 645. Pubescens. Caule erecto superius ramoso, ramis adscendentibus : foliis oblongis dentatis integrisve , inferioribus in petiolum , superioribus in auriculis caulem amplexantibus productis: siliculis tumidis basi cordatis, apice rotundatis, stylo elongato, coronatis.

L. draba *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 577. - Cochlearia draba *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 122. *n.* 720. - Draba dioscoridis apula *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 270. - D. seu Arabis latifolia flore albo *Barrel. Ic.* 213. *f.* 1. et D. anguslifolia Babilonica fl. albo *l. c. p.* 2.

In humidis ad margines agrorum et ad ripas Tyberis frequens.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi.

1302. *latifolium* L. *Sp. Pl. n.* 899. Glauco-virens. Caule erecto superius ramoso, ramis paniculatis: foliis subcoriaceis inferioribus ovato-oblongis acutis crebre serrulatis, superioribus lanceolatis subintegris: siliculis tumidis ovalibus, stigmate sessili, coronatis.

L. graminifolium *Sang. Cent. tres p.* 90. *n.* 203 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 579. - Lepidium latifolium *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 15.

Ad ripas Anienis prope *Ponte Mammolo.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

1303. *graminifolium* L. *Sp. Pl. p.* 900. Lete virens. Caule erecto valde ramoso, ramis divaricatis: foliis inferioribus pinnatifidis vel lanceolatis serratis, superioribus linearibus integerrimis : siliculis tumidis ovato-acutis , stigmate minusculo coronatis.

L. graminifolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 213. *n.* 733 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 582. - Lepidium sive Iberis herbacea foliis lanceolatis acuminatis *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 14.

In ruderatis, viarum marginibus etiam in Urbe obvium.

Perenn. Flor. Junio in Augustum. Flores albi calycibus subpurpurascentibus.

1304. *campestre* DC. *Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 204. Albo-pubescens, mox glabratum. Caule erecto obscure angulato superius ramoso , ramis strictis : foliis radicalibus lyratis, inferioribus lanceolatis in petiolum productis, caulinis sagittatis dentatis : siliculis planiusculis subrotundo-ovatis emarginatis alato-auriculatis, stylo auricularum longitudine.

L. campestre *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 584. - Thlaspi campestre *Maur. Cent.* 13. *p.* 32.

In ageribus viarum. *Sulla montagna di Viterbo.*

AETHIONEMA.

1305. *saxatile* *DC. Prod. Syst. nat. t. 1. p.* 209. Glabrum. Caule adscendente saepius a basi ramoso : foliis subcarnosis lanceolatis acutis, inferioribus oblongis obtusis: floribus in corymbo terminali, fructibus laxe-racemosis: stylo auriculis breviore.

AE. saxatile *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 547. - Thlaspi saxatile *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 213. *n.* 736. - Lithothlaspi quartum carnoso rotundo folio *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 279. *fig.* 277. - Thlaspi mont. pingui fol. carneo flore, plana et cordata siliqua Qnaldi *Barrel. Ic.* 845.

In fissuris calcareis montium. *A S. Polo, alla Solfatara di Tivoli* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albo-rubelli.

FARSETIA.

1306. *clypeata* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 158. Incanescens et pilis stellatis hirta. Caule erecto apice parce ramoso: foliis lanceolatis saepe remote dentatis, inferioribus obovatis in petiolum attenuatis: floribus terminalibus in racemo stricto, fructifero elongato: siliculis tandem distortis, stylo modo brevi modo elongato, coronatis.

F. clypeata *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 507.

In marginibus viarum. *A Trevi, ad Arceria* etc.

Bienn. Flor. Martio-Aprili. Flores lutei.

VESSICARIA.

1307. *utriculosa* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 159. Lete virens. Caule caespitoso inferne ramoso: foliis integerrimis lanceolatis inferioribus confertis obovato-spathulatis: calycibus bisaccatis: silicula, stylo longo tandem deciduo, coronata.

V. utriculosa *Bert. Fl. It. t.*6. *p.*500. - Thlaspi aureo Leucoii fl. sil. rotun. majus *Barrel. Ic* 883. T. fruticans erectum angustifolium utriculis subrotundis *Bocc. Mus. di piant. n.* 78. et T. seu Leucojum mont. luteum, subrotundo Thlaspi utriculo *Ital. l. c. t.* 58, et T. luteum Leucoij folio *l. c. tab.* 78, et T. luteo Leucoij flore *l. c. tab.* 67.

In pratis alpinis Piceni. *Monte Priore, Sasso Borghese* etc.

Suffr. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

DRABA.

1308. *ajzoides* *L. Mant.* 1. *p.* 91. Lete virens sicca subglauca. Caulibus brevibus dense caespitoso-ramosis: foliis rigidis lanceolato-linearibus, carinato-

ciliatis: pedunculo radicali nudo: pedicellis corymbosis in fructu laxe racemosis: siliculis ovalibus utrinque angustatis, stylo elongato, coronatis.

D. aizoides *Sang. Cent. tres p.* 91. *n.* 205 - *Bert. Flor. It. t.* 6. *p.* 465. - Leucojum luteum Aizoides montanum *Columm. Ecphr.* 2. *p.* 62.

In glareosis apenninis frequens. *Monti della Sibilla.*

Suffrutic. Flor. Julio. Flores lutei.

Obs. Planta pusilla facie Sedi, subdipollicaris.

1309. VERNA *L. Sp. Pl. p.* 896. Pilis furcatis subhirsuta. Acaule. Foliis radicalibus rosulatis obverse lanceolatis subdentatis pedunculo radicali ut plurimum solitario nudo: florum pedicellis racemoso-corymbosis, corymbo in fructu elongato: siliculis ellipticis, stigmate sessili, coronatis.

D. verna *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 41. *n.* 87 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 213. *n.* 737 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p* 469.

In viis, plateis, muris vulgatissima.

Ann. Flor. Februario-Martio. Flores albi.

Obs. Plantula 1–2-pallicaris.

1310. PRAECOX *Ten. Fl. Nap. t.* 4. *in Syll. p.* 90. Pilis simplicibus subhirsuta. Acaule: foliis radicalibus rosulatis oblongo-lanceolatis subserratis acutiusculis: pedunculis radicalibus nudis ut plurimum numerosis: florum pedicellis racemoso-corymbosis, corymbo in fructu elongato : siliculis ovato-orbiculatls stigmate sessili coronatis.

E. praecox *Sang. Cent. tres p.* 91. *n.* 200. - Draba praecox β *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 470.

In humentibus et umbrosis frequens.

Ann. Flor. primo vere. Flores albi.

1311. MURALIS *L. Sp. Pl. p.* 897. Incano-pubescens. Caulibus simplicibus ramosisve: foliis serratis radicalibus rosulatis ovatis vel oblongis, caulinis sessilibus amplexicaulibus cordato-ovatis: floribus et magis fructibus in racemo elongato: siliculis oblongis, stigmate brevi coronatis.

D. muralis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 41. *n.* 86 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 214. *n.* 738 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 476. - D. minima muralis Discorides *Columm. Ecph.* 1. *p* 271. et D. minima *l. c. p.* 272. - Myagroides subrotundis serratisq. foliis fl. albo *Barrel. Ic.* 816.

In marginibus viarum et ad muros frequens. Abunde in Amph. Flavio.

Ann. Flor. Martio-Aprili. Flores albi.

CAPSELLA.

1312. *Bursa-pastoris* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 177. Pilosiuscula. Caule erecto: foliis radicalibus integris lobatis pinnatifidisve, caulinis sagittato-amplexicaulibus: fructibus in racemis terminalibus.

C. Bursa-pastoris *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 534. - Thlaspi Bursa-pastoris *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii. p.* 72. *n.* 222 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 213. *n.* 734. - Bursa-pastoris major folio sinuato *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 16.

In viis etiam urbis vulgaris.

Ann. Flor. fere toto anno. Flores albi.

Vulgo. *Erba storna.*

Usus. In materia medica Linnaei herba Bursae-pastoris enumeratur ob virtutem adstringentem. In arte veterinaria jam valuit ad haematuriam Bobum sanandam.

THLASPI.

1313. *arvense* *L. Sp. Pl. p.* 901. Glabrum. Caule erecto superne ramoso: foliis radicalibus petiolato-ovatis, caulinis oblongis dentatis sagittato-amplexicaulibus: racemis terminalibus in fructu laxatis: siliculis obovato-articulatis late alatis, stigmate subsessili coronatis.

Th. arvense *Sang. Cent. tres p.* 91. *n.* 204 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 536.

In agris montium Umbriae.

Ann. Flor. Junio. Flores albi.

Obs. Odor totius plantae alliaceus.

1314. *alliaceum* *L. Sp. Pl. p.* 901 Glauco-virens glabrum. Caule subramoso: foliis oblongis obtusis subdentatis, inferioribus petiolatis, superioribus sagittato-amplexicaulibus, auriculis acutis : racemo terminali in fructu elongato : siliculis obovatis tumidis emarginatis, sigmate subsessili, coronatis.

Th. alliaceum *Fior. in Gior. dei Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 124 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 538.

In humidis et ad margines fossarum. In Nursinis, et secus *Canali Pontini.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

Obs. Allium vedolet.

1315. *alpestre* *L. Sp. Pl. p.* 903. Glabrum. Caule caespitoso simplici erecto : foliis subintegris, radicalibus ovatis oblongisve petiolatis, caulinis sessilibus cordato-sagittatis; floribus corymbosis, sive racemosis: siliculis cuneato-oblongis latiuscule alatis, stygmate subsessili, coronatis.

Th. alpestre *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 541.

In humidis apenninorum. *Castelluccio di Norcia.*

Bienn. Flor. Julio. Flores albi, vel dilute rosei.

1316. PERFOLIATUM *L. Sp. Pl. p.* 92. Glauco-virens, glaberrimum. Caule simplici ramosove, ramis alternis: foliis radicalibus ovatis petiolatis, caulinis subdentatis cordato-amplexicaulibus: floribus corymbosis, fructibus laxe racemosis: siliculis obcordatis late alatis, sylo brevi, coronatis.

Th. perfoliatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 215. *n.* 735 - *Bert. Flor. It. t.* 6. *p.* 543. - Th. alterum mitius rotundifol. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 278. *fig. p.* 276. - Th. arvense perfoliatum *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 6.

In collibus et ad muros circa Urbem frequens.

Ann. Flor. Martio ad Majum. Flores albi.

BERTEROA.

1317. INCANA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 158. Incano-pubescens, pilis stellatis. Caule erecto alterne ramoso : foliis lanceolatis integris vel remote dentatis, inferioribus in petiolum angustatis, superioribus sessilibus : racemis simplicibus terminalibus lateralibusque, in fructu elongatis: siliculis oblongis confertis, stylo coronatis,

B. incana *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 502. – Alyssum incanum caule erecto, foliis lanceolatis integerrimis, floribus albis, radice perenni. *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 17. - Thlaspi incanum Machlinien. Corvin. fl. albo *Barrel. Ic.* 893. *fig.* 2.

In maceriis ad margines viarum secus Nursiam.

Bienn. Flor. Majo in aestatem. Flores albi.

1318. OBLIQUA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 158. Incanescens, tomento brevi adpresso. Caule ramoso adscendente , ramis patulis: foliis integerrimis lanceolato-linearibus: floribus racemosis, in fructo valde laxatis: siliculis ovato-oblongis obliquis, stylo elongato, coronatis.

B. obliqua *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 504. - Alyssum incanum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 214. *n.* 740. - Leucojum peltatum Romanum minus *Columm. Ecphr.* 2. *p.* 58. et L. minus peltatum Romanum *l. c. p.* 60.

Ad vias in siccis, et in arenosis maritimis. *Intorno Roma, Viterbo, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

COCHLEARIA.

1319. SAXATILIS *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 172. Intense-viridis. Caule ramoso subflexuoso. ramis paniculatis: foliis radicalibus confertis spathulatis remote dentatis, quandoque incisis: caulinis minoribus obvese-lanceolatis in-

tegris: floribus corymbosis, fructibus racemosis: siliculis subrotundis stigmate subsessili coronatis.

C. saxatilis *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 594. - Commellina saxatilis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 212. *n.* 729.

Ad rimas rupium in Apenninis et in montibus humilioribus. *Al Vettore, a S. Polo presso Tivoli* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

Tetradynamia Siliquosa.

NASTURTIUM.

1320. *officinale DC. Prod. Syst. nat t.* 1. *p.* 137. Glabrum succosum virens. Caule adscendente inferne repente: foliis impari-pinnatis, foliolis inferiorum obovatis, superiorum lanceolatis, impari jamdudum majori: floribus corymboso-racemosis: siliquis subincurvis declinatis, stigmate sessili, coronatis.

N. officinale *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 35. – Sisymbrium Nasturtium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 216. *n.* 751. - S. aquaticum vulgo Crescione *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 31.

Ubique ad fossas, canales, fontes.

Perenn. Fl. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Crescione.*

Usus. Herba acidi saporis in culinis nota, et in acetariis enumerata. Succus expressus et defaecatus in Scorbuto feliciter usurpatur.

1321 *sylvestre DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 137. Glabrum. Radice repente: caule adscendente vel erecto subflexuoso superne ramoso: foliis pinnatisectis, segmentis inaequalibus irregulariter dentatis, impari majore: floribus corymbosis, fructibus racemosis: siliquis modo linearibus modo abbreviatis tumidulis tandem declinatis, stigmate depresso, coronatis.

N. sylvestre *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 37. - Sisymbrium sylvestre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 216. *n.* 752. - Sium alterum aquaticum luteum, vel Cardamine tenuifolium montanum. *Columu. Ecphr.* 1. *p.* 266, et S. tenuifolium montanum luteum *l. c. p.* 269.

In pratis humidis, ruderatis etc. abbunde.

Perenn. Flor. Majo. Flores lutei.

1322. *palustre DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 191. Glabrum. Radice fusiformi: caule adscedente vel erecto subdistorto superne ramoso: foliis pro-

fundo pinnatilobis, lobis ovatis oblongisve subaequalibus inaequaliter serratis, impari multo majore: floribus corymbosis, fructibus longe racemosis: siliquis ovali-oblongis tandem declinatis, stigmate capitato, coronatis.

N. palustre *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 40.

Ad ripas fluminum, et in inundatis. *Lungo il Tevere in copia.*

Ann. Flor. Majo–Junio. Flores pallide lutei.

1323. AMPHIBIUM *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 196. Lete virens. Radice fibrosa: caule fistuloso erecto superne ramoso: foliis emersis serratis oblongis pinnatifidisve basi sagittato-amplexicaulibus, immersis pectinato-capillaceis: floribus corymbosis, fructibus longe racemosis: siliquis abbreviatis ovatis tandem dependentibus, stigmate peltato, coronatis.

N. amphibium *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 41. - Sisymbrium amphibium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 217. *n.* 753.

Juxta Tyberim. *Ad acqua acetosa.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

DENTARIA.

1324. ENNEAPHYLLOS *L. Sp. Pl. p.* 912. Glabra. Caule spithameo erecto: foliis ternatis, radicalibus longe petiolatis, caulinis verticillatis, foliolis omnibus oblongo-lanceolatis: staminibus corollam subaequantibus: siliqua, stylo filiformi–subulato, rostrata.

D. enneaphyllos *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 3. - D. enneaphylla *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 215. *n.* 744. - Ceratia Plinii. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 308. *f. p.* 307.

In sylvaticis montium. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Majo. Flor. albi.

Vulgo. *Dentaria.*

1325. POLYPHYLLOS *All. Fl. Ped. t.* 1. *p.* 259. Glabra. Caule fistuloso subdodrontali: foliis verticillato-ternis subalternisve, foliolis lanceolatis acuminatis inaequaliter serratis: staminibus, corolla, dimidio brevioribus: siliqua, stylo subulato, rostrata.

D. polyhpyllos *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 5.

In sylvaticis apenninorum Umbriae. *Alle Forchette.*

Perenn. Flor. Aprili Majo. Flores ochroleuci.

1326. TRIFOLIA *Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. t.* 2. *ps* 148. *tab.* 139. Glabra. Caule dodrontali: foliis alternis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis argute

serratis, serraturis inaequalibus: staminibus corollam subaequantibus: siliqua breviter rostrata.

D. trifolia *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 5.

In sylvaticis apenninorum Piceni. *A Bocca di Foce.*

Perenn. Flor. Majo. Flores albi vel pallide ochroleuci.

1327. PINNATA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. p. 155. Caule subpedali: foliis alternis, omnibus pinnatis, foliolis oblongis lanceolatisve subdecurrentibus grosse serratis, serraturis subaequalibus: staminibus corolla dimidio brevioribus: siliqua crassa, stylo conico-subulato, rostrata.

D. pinnata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 215. *n.* 746 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 7. - D. heptaphyllos. *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 30.

In montium sylvaticis frequens. *In copia ad Albano.*

Perenn. Flor. Majo. Flores albo-subviolacei.

1328. BULBIFERA *L. Sp. Pl. p.* 212. Glabra, lete virens. Caule sesquipedali: foliis radicalibus pinnatis successivis trifoliatis, foliolis oblongo-lanceolatis inaequaliter serratis, caulinis simplicibus lanceolato-acuminatis breviter serratis: axillis bulbiferis: staminibus corollam subaequantibus: siliqua angusta, stylo brevi, rostrata.

D. bulbifera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 215. *n.* 746 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 9.

In montium sylvis. *Monte Gennaro, Monte Artemisio* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores albi, vel subviolacei.

CARDAMINE.

1329. CHELIDONIA *L. Sp. Pl. p.* 914. Glabra, atrovirens. Caule erecto flexuoso superne ramoso: foliis petiolatis pinnatis bipinnatisve, petiolis basi alatis, alis in auriculis, caulem amplexantibus, productis, pinnis petiolulatis ovatis inciso-dentatis: floribus terminalibus axillaribusque corymbosis, fructibus laxe racemosis tandem secundis: siliquis linearibus hispidis senio glabratis, stylo brevi acuto, coronatis.

C. Chelidonia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 215. *n.* 747. - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 20. - Sinapi alterum agreste nostras. *Columm. Phyt. part.* 2. *p.* 25. *fig. p.* 27. - Sisymbrium mont. latif. flore purpureo *Barrel. Ic.* 156.

In sylvaticis maritimis. *Ostia, Fiumicino,* et secus Tiburim. *Villa Adriana.*

Perenn. Flor. Junio. Flores purpurei.

1330. IMPATIENS *L. Sp. Pl. p.* 914. Glabra, pallide virens. Caule erecto fistuloso ut plurimum ramoso: foliis impari-pinnatis multijugis petiolatis, pe-

tiolis basi alatis, alis in auriculis angustis ciliatis, caulem amplexantibus, productis, pinnis sessilibus ovatis lanceolatisve inciso-dentatis : floribus corymbosis, fructibus in racemo elongato: siliquis angusto-linearibus glabris, stylo brevi acuto, coronatis.

C. impatiens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 216. *n.* 748 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 21. - Sisymbrium montanum tenuifolium flor. muscoso purpur. *Barrel. Ic.* 155.

In montium umbrosis frequens. *A Palazzuola, sul Monte Gennaro* etc.

Ann. Flor. Aprili, Junio. Flores albidi.

1331. HIRSUTA *L. Sp. Pl. p.* 915. Glabra, pilosa, et quandoque hirsuta. Caule decumbente simplici vel caespitoso, apice saepe ramoso: foliis imparipinnatis, petiolis exauriculatis basi ciliatis, pinnis inferioribus subrotundis, superioribus oblongis vel lanceolatis, omnibus petiolulatis: floribus in corymbo terminali, fructibus in racemo laxo : siliquis angusto-linearibus glabris, vix stylo coronatis.

C. hirsuta *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 33. *n.* 46 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 216. *n.* 749 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 23. - C. sylvest. minor Ital. *Barrel. Ic.* 455.

In pratis, marginibus, viis Urbis vulgatissima.

Ann. Flor. Februario-Martio. Flores albi.

Obs. Planta primo aspectu glaberrima.

1332. PARVIFLORA *L. Sp. Pl. p.* 914. Glabra. Caule erecto fistuloso ut plurimum basi ramoso : foliis impari-pinnatis multijugis, petiolis exauriculatis nudis, pinnis sessilibus, inferioribus oblongis, superioribus anguste linearibus integris: floribus in corymbo terminali, fructibus laxe racemosis: siliquis angustissime linearibus, stylo acuto, coronatis.

C. parviflora *Fior. Gior. dei Lett. di Pisa. t.* 17. *p.* 125 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 25.

In paludosis. Ad paludes Pontinas copiosissima.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

1333. AMARA *L. Sp. Pl. p.* 915. Glabra, pilosave. Caule erecto basi stolonifero apice ramoso: foliis radicalibus simplicibus longe petiolatis reniformi-subrotundis lobatis, caulinis impari-pinnatis petiolatis exauriculatis, pinnis ovatis lanceolatisve laxe dentatis, impari-majore: floribus in corymbo ut plurimum simplici, in fructibus parum mutato: siliquis linearibus erecto-patulis, stylo brevi, stigmateque bilobo, coronatis.

C. amara *Seb. et Maur. Fl. Rm. Prod. p.* 216. *n.* 750-*Bert. Fl. It. t.* 7. *p.*30.
β grandiflora *Bert. l. c. p.* 31.

Secus rivos et in locis humentibus. *Lungo la Marrana di Porta S. Giovanni*, β in montibus Umbriae. *Presso Norcia lungo il Torbidone.*

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

PTERONEURUM.

1334. GRAECUM *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 154. Glaucescens, glabrum. Caule angulato alterne ramoso: foliis longe petiolatis, radicalibus subrotundis, caulinis impari-pinnatis, petiolo basi anguste alato, alis in auriculis caulem amplexantibus productis, pinnis petiolulatis inciso dentatis: floribus fructibusque racemosis.

P. graecum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 33. - Sio minimo Prosp. Alpin. affinis siliquis latis. *Bocc. Pl. Sic. p.* 84. *tab.* 44. *f.* 2.

In sylvaticis Umbriae et Piceni. *Fuligno, Maccrata, Monte Pizzo, Monte Priore* etc.

Ann. Flor. Martio-Aprili. Flores albi.

ARABIS.

1335. VERNA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 142. Pilis stellatis furcatisve hirta. Caule basi ramoso folioso, apice nudo: foliis dentatis radicalibus obovato-spathulatis, caulinis amplexicaulibus cordato-ovatis: floribus in corymbo depauperato, fructibus laxe racemosis: siliquis planis linearibus, valvis obscure venosis: seminibus vix marginatis.

A. verna *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 118. - Hesperis verna *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 219. *n.* 767. - Leucojum purpureo Bellidis folio majus *Barrel. Ic.* 876.
In sterilissimis montium. *Presso Rocca di Papa sul Rapillo.*

Ann. Flor. Majo. Flores purpurei.

1336. ALPINA *L. Sp. Pl. p.* 928. Incano-pubescens, pilis stellatis. Caulibus caespitosis ramosis: foliis grosse dentatis, radicalibus et caulinis inferioribus oblongo-spathulatis in petiolum productis, caulinis superioribus sessilibus cordato-oblongis: floribus corymbosis, fructibus racemosis: siliquis linearibus compressis patentibus, valvis venulosis: seminibus latiuscule marginatis.

A. alpina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 219. *n.* 770 - *Bert. Flor. It. t.* 7. *p.* 119.

In jugis subapenninis, et apenninis. *Monte Calvo presso Subiaco, Vettore nell' Umbria* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi.

1337. AURICULATA *Spreng. Syst. veg. t.* 2. *p.* 889. Scabriuscula, hirsute stellata. Caule erecto basi parce ramoso: foliis obtusis, obtuseque dentatis, radicalibus ovatis in petiolum productis, caulinis oblongis sessilibus cordatis, auriculis obtusis caulem amplexantibus: floribus corymbosis, fructibus laxe racemosis: siliquis erectis filiformibus, valvis carinatis, compresso-ancipitibus: seminibus subemarginatis.

A. auriculata *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 122.

In apennino Umbro. *Sulle mura del Castelluccio.*

Ann. Bienn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

1338. HIRSUTA *Ait. Hort. Kew. t.* 4. *p.* 107. Pilis simplicibus furcative scabra. Caule erecto solitario, vel caespitoso quandoque ramoso: foliis dentatis, radicalibus ovato-oblongis, longe petiolatis, caulinis sessilibus oblongis sagittatis, superioribus lanceolatis: floribus in corymbo terminali congesto, fructibus in racemo elongato stricto: siliquis linearibus elongatis, valvis venulosis subconvexis: seminum margine angusto crasso.

A. hirsuta *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 124 - Turritis sagittata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 220. *n.* 772. - T. vulgaris ramosa *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 29.

Ad muros et in sylvaticis, arenosis, saxosis vulgaris.

Bienn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

1339. TURRITA *L. Sp. Pl. p.* 930. Pilis stellatis hirta. Caule erecto ut plurimum simplici: foliis inaequaliter dentatis, radicalibus ovatis in petiolum elongatum productis, caulinis sessilibus oblongis cordatis, auriculis amplexicaulibus: floribus dense corymbosis, fructibus laxe racemosis: siliquis planis longissimis contorto-secundis, nervo placentario, margine incrassatis: seminibus membraceo-alatis.

A. Turrita *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 220. *n.* 771 - *Bert. Fl. It. t.* 6. *p* 133. - Brassica syl. albido flore, nutante siliqua. *Bocc. Mus. di piant. p.* 81. *tab.* 72 - *Barrel. Ic.* 353.

In nemorosis frequens. *Monte Mario, intorno Albano* etc.

Bienn. Flor. Majo. Flores ochroleuci.

1340. MURALIS *Bert. Rar. It. Pl. dec.* 2. *p.* 37. Pilis stellatis hirta. Caule ut plurimum solitario simplici erecto: foliis serratis, radicalibus obovato-spathulatis, caulinis sessilibus, inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis: floribus corymbosis, fructibus laxe racemosis strictis: siliquis anguste linearibus, valvis planis venulosis: seminibus membranaceo-alatis.

A muralis *Fior. Gior. de Lett. di Pisa t. 17. p. 125-Bert. Fl. It. t. 7. p. 135.*

In maceriis, rupibus, et muris antiquis. *Terracina, Terni, Castel Porciano* non procul ab Urbe.

Bienn. Flor. Majo. Flores albi quandoque subrosei.

BARBAREA.

1341. VULGARIS *DC. Prod. Syst. nat. t. 1. p. 198.* Glabra. Caule erecto sulcato: foliis auriculatis dentato-lobatis, inferioribus pinnato-lyratis, superioribus lyrato-pinnatifidis, lobo terminali jamdudum magno rotundato: floribus in corymbo terminali, fructibus in racemo elongato: siliquis linearibus strictis: seminibus suborbiculatis.

B. vulgaris β *Bert. Fl. It. t. 7. p. 76* - Erysinum Barbarea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 218. n. 760.*

In humidis ad ripas fossarum vulgaris.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Vulgo. *Erba di S. Barbera.*

Obs. Sapor plantae amarus ingratus, quod evenit etiam in aliis speciebus hujus generis.

1342. ARCUATA *Reich. in Spr. Syst. veget.* t. 2. *p.* 894. Glabra. Caule erecto sulcato: foliis auriculatis dentatis, inferioribus pinnato-lyratis, superioribus lyrato-pinnatifidis, lobo terminali jamdudum rotundato: floribus in corymbo terminali, fructibus in racemo longiusculo: siliquis linearibus arcuatis: seminibus suborbiculatis.

B. arcuata *Sang. Cent. tres p. 92. n. 208* - B. vulgaris α *Bert. Fl. It. t. 7 p. 76.*

Ad ripas fluminum, et circa aquosis non infrequens.

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

1343. BRACTEOSA *Guss. Flor. Sicul. prodr. t. 2. p. 257.* Glabra, glauca Caule erecto: foliis laxe dentatis auriculatis, inferioribus lyratis, lobo medio rotundato, superioribus pinnatifidiis, lobo medio oblongo: floribus corymbosis, fructibus racemosis : siliquis linearibus abbreviatis strictis: seminibus suborbiculatis.

B. bracteosa *Bert. Fl. It. t. 7. p. 78.*

In humidis apenninorum. *Laghetto del Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

CHEIRANTHUS.

1344. CHEIRI *L. Sp. p. 924.* Adpresse pilosus. Caule erecto ramoso, ramis confertis angulatis: foliis integerrimis lanceolatis acuminatis: floribus co-

rymbosis, fructibus in racemo elongato: siliquis compressis crassiusculis fere ancipitibus, stigmate 2-lobo, lobis revolutis, coronatis.

Ch. Cheiri *Sebast. En. Plant. Amph. Flavii p.* 35. *n.* 60 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 218. *n.* 762 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 96 - Leucojum luteum minus fruticans *Barrel. Ic.* 1228.

In muris antiquis communis.

Suffrut. Flor. Februario. Flores luteo-ferruginei suaveolentes.

Vulgo. *Viole gialle.*

Usus. Flores Cheiri jam in medicina invaluerunt nunc oblivioni traditi. Ob vim anodynam in nervosis et spasmis usurpabantur.

MATTHIOLA.

1345. INCANA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 132. Incana tomento stellato densiusculo. Caule erecto alterne ramoso: foliis lanceolatis obtusis integerrimis sinuatisve: floribus corymbosis: fluctibus racemosis: petalis integris: siliquis linearibus compressis glandulosis, stigmate 2-lobo, inter lobos utrinque giberoso, coronatis.

M. incana *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 98 - Cheirantus incanus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 218. *n.* 763 - Leucojum purpureum vel rubrum *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 26.

In maritimis fraequens. *Ostia, Terracina* etc.

Suffrut. Flor. Aprili-Majo. Flores purpurei quandoque albidi suaveolentes.

Volgo. *Viole rosse, Violaciocche, Viole di Pasqua.*

Usus. Ubique colitur, nam flores duplices vel pleni et tunc elegantissimi, facile evadunt.

1346. RUPESTRIS *Guss. Fl. Sicul. Prod. t.* 2. *p.* 246. Incano-virens, tomento laxiusculo. Caule erecto ramoso, ramis sparsis: foliis lanceolatis acuminatis basi in petiolum angustatis integerrimis: floribus corymbosis, fructibus racemosis: petalis emarginatis: siliquis subteretibus longissimis eglandulosis, stigmate bilobo, inter lobos utrinque gibberoso, coronatis.

M. rupestris *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 100.

In maritimis ad rupes. *Sulle rupi di Grottamare nelle Marche.*

Suffrut. Flor. Julio. Flores purpurei inodori.

1347. SINNATA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 167. Incana, tomento denso stellato subinde glanduloso. Caule ramoso, ramis patulis: foliis densis lanceolatis obtusis superioribus integris, inferioribus radicalibusque sinnatis: floribus racemosis, racemis in fructu elongatis, pedicellis brevissimis tandem incrassatis:

petalis integris: siliquis tereti-compressis subtorulosis, stigmate 2-lobo, inter lobos utrinque giberoso, coronatis.

M. sinuata *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 101 - Cheiranthus sinuatus *Fior. in Gior. Arch. t.* 18. *p.* 166.

In litore marino. *Ostia Terracina* etc.

Ann. Flor. Majo, Junio. Flores roseo - purpurei vespere odori.

1348. TRISTIS *DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 134. Albo-tomentosa, tomento brevi adpresso. Caule caespitoso, ramis erectis: foliis lanceolato-linearibus basi longe productis, inferioribus quandoque pinnatifidis: racemo in fructu elongato: petalis angustis undulatis: siliquis longissimis modo glandulosis: stigmate acute-2-lobo, lobis utrinque giberosis, coronatis.

M. tristis *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 105 - Cheiranthus tristis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 219. *n.* 764 - Leucojum minus Lavandulae fol. obsoleto flor. angustifol. *Bocc. Mus. di piant. p.* 148. *tab.* 111 - *Barrel. Ic.* 803, et L. minus angustifolium luteum. *Bocc. Mus. di piant. fig. infer.*

In montibus sterilibus elatis ad saxa. *Monte Calvo presso Subiaco.*

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flores ferruginei vel luride lutei noctu odorosissimi.

MALCHOMIA.

1349. MARITIMA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 187. Virens laxe pilosa. Caule diffuso e basi ramoso: foliis spathulatis in petiolum attenuatis obtusis subintegerrimis: racemo terminali paucifloro in fructu laxato: floribus majusculis: calycis foliolis externis exquisite saccatis: petalorum laminis obcordatis, unguibus erectis calycem superantibus: siliquis teretiusculis longe subulato-acuminatis.

M. maritima *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 108 - Cheiranthus maritimus *Seb. En. Pl. Amph. Flavii p.* 36. *n.* 61 - Hesperis maritima *Maur. Cent.* 13. *p.* 32 - Leucojum majus flor. violaceo *Barrel. Ic.* 1127.

In litore marino. *Ostia, Fiumicino* et in Amph. Flavio.

Ann. Flor. Majo. Flores purpureo-violacei.

Ob. In hortis colitur ob floris praestantiam.

1350. ORSINIANA *Ten. Fl. Nap. t.* 5. *p.* 67. Lete-virens, laxe et adprese pilosa. Caulibus decumbentibus erectisve superius ramosis: foliis oblongis acutis in petiolum longe attenuatis laxe serrulatis: floribus parvis confertis in racemo terminali saepe basi foliato, in fructu elongato: foliolis calycinis ex-

ternis tenuiter saccatis: petalorum laminis obovatis obtusis, unquibus erectis calyce subrevioribus: siliquis subcompressis subulato-acuminatis.

M. Orsiniana *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 109.

In sterilibus apenninorum Umbriae.

Ann. Flor. Julio. Flores purpureo-violacei.

1351. LITOREA *DC. Prod. Syst. Nat. t.* 1. *p.* 187. Tomento stipato adpresse incana. Caulibus confertis erectis ramosis, ramis alternis: foliis lanceolatis obtusis, inferioribus repando-dentatis supremis subintegris: floribus submajusculis corymbosis, corymbo in fructu subelongato: foliolis calycinis externis basi saccatis: petalorum laminis obovatis emarginatis, unguibus erectis calyce longioribus: siliquis teretibus erecto-patulis exquisite mucronatis.

M. litorea *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 110 - Cheiranthus litoreus *Fior. in Gior. Arch. t.* 18. *p.* 166.

In litore maris Mediterenei. *A Terracina* abbunde.

Suffrut. Flor. Aprili-Martio. Flores purpureo-violacei.

1352. PARVIFLORA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 187. Molliter pubescens, pube stellata. Caule erecto basi valde ramoso, ramis patulis : foliis obtusis, inferioribus petiolatis oblongis subrepandis saepe margine revolutis, superioribus sessilibus elongatis: floribus minusculis in racemis terminalibus pauci-multifloris in fructu elongatis: foliolis calycinis externis basi vix saccatis sero deciduis: petalorum laminis obovatis obtusis, unguibus latiusculis calycem superantibus: siliquis teretibus subtorulosis accumine brevi.

M. parviflora *Bert. Fi. It. t.* 7. *p.* 111. - Hesperis parviflora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 219. *n.* 768.

In maritimis arenosis. *Da Castel Fusano alla spiaggia d' Ostia.*

Ann. Flor. Julio. Flores purpurei.

HESPERIS.

1353. LACINIATA *Wild. Sp. pl. t.* 3. *p.* 530. Glanduloso-hirta. Caule adscendente superius ramoso: foliis dentatis, radicalibus runcinato-pinnatifidis integrisque, superioribus ovato-lanceolatis: racemo terminali laxo, in fructu laxissimo, pedicellis calyce brevioribus: petalorum unguibus calycem superantibus, laminis obverse-oblongis: siliquis subtetragonis ancipitibus vix torulosis.

β hirsuta. Caule hirsuto, foliis ciliatis carinaque villosis *Bert.*

H. laciniata β *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 113.

γ glutinosa. Hirsuta erebreque piloso-glandulosa, glutinosa *Bert.*

H. laciniata γ *Bert. l. c.* - Leucojum saxatile alterum obsoleto flore *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 261. - et L. corniculatum saxatile obsoleto. flore *l. c. p.* 262. *fig.*

In pratis alpinis Umbriae. *β Monte de' Fiori α Castelluccio di Norcia.*

Bienn. Flor. Junio. Flores lutei, vel luteo-purpurescentes.

Vulgo. *Viola matrona.*

1354. *H. matronalis L. Sp. Pl.* 927. Lete virens. Caule erecto ramoso, ramis adscendentibus: foliis sparsis ovato-oblongis lanceolatisve acuminatis remote-dentatis, dentibus callosis: floribus corymbosis, fructibus laxe racemosis: pedicellis calyci aequalibus, petalorum unguibus calyce duplo longioribus, laminis obovatis emarginatis: siliquis teretibus exquisite torulosis.

H. matronalis *Seb. et Maur. Fl. Rom.. Prod. p.* 219. *n.* 766 - *Bert Fl. It. t.* 7. *p.* 115 - H. montana, floribus roseis odoratissimis, foliis serratis *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 27.

β eterophylla. Petalis obverse ovato-oblongis *Bert.*

H. matronalis *β Bert. l. c.*

In montium umbrosis sylvaticis. *In copia nei monti Albani. β* in *Monte de' Fiori.*

Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores purpurei.

Obs. Flores vespere et noctu tantum odori.

SISYMBRIUM.

1355. *Thalianum Gay in Annal. des Scienc. nat. t.* 7. *p.* 399. Pilosum. Caule erecto ramoso, ramis patulis: foliis radicalibus rosulatis ovato-oblongis in petiolum attenuatis, caulinis remotis sessilibus lanceolatis: floribus corymbosis: fructibus laxe racemosis: pedicellis patentibus, siliquas teretiusculas, subaequantibus.

S. Thalianum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 48 - Arabis Thaliana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 219. *n.* 769 - Draba angustifolia minima I media II *Barrel. Ic.* 269. et D. angustifolia major. *Ic.* 270.

In locis arenosis, ad vias, muros frequens.

Ann. Flor. Aprili. Flores albi.

1356. *polyceratium L. Sp. Pl. p.* 918. Glabrum intense virens. Caule erecto vel adscendente ramoso: foliis confertis sinuato-pinnatifidis acuminatis irregulariter dentatis, laciniis triangularibus, petiolis successive abbreviatis: floribus axillaribus fasciculatis : siliquis subsessilibus teretibus subternis apice subulatis.

S. polycetatium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 277. *n.* 757 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 53 - Erysimum polyceration vel corniculatum *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 38.

In ruderatis et ad vias Urbis communis.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Obs. Herba foetens.

1357. OFFICINALE *Scop. Fl. Carn. ed. 2. t. 2. p. 26.* Glabrum, aliquando hispidum. Caule erecto subangulato superius ramoso, ramis patentibus rigidis: foliis runcinatis inaequaliter dentatis lobo impari maximo, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus : floribus terminalibus corymbosis, in racemis fructiferis admodum elongatis productis: pedicellis brevissimis, siliquis teretibus subulatis arcte rachidi adpressis.

S. officinale *Bert. Fl. It. t. 7. p. 54* - Erysinum officinale *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 43. n 47 - Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 218. n. 759* - E. vulgare *Hort, Rom. t. 4. tab. 34.*

In ruderatis et viis ubique.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Obs. Herba Erysimi in asthmate et tussi jam adhibita.

1358. IRIO *L. Sp. Pl. p. 921.* Glabrum. Caule erecto simplici ramosove: foliis runcinato-pinnatifidis, laciniis acuminatis irregulariter dentatis: floribus in corymbis terminalibus, fructibus dense racemosis: siliquis teretibus erecto-patentibus, pedicellis plus duplo longioribus.

S. Irio *Sebast. En. Plant. Amph. Flavii p. 70. n. 213 - Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 218. n. 758 - Bert. Fl. It. t. 7. p. 58* - Irio laevis Apulus Erucae folio. *Columm. Ecphr. 1. p. 264 et* I. Apulus alter laevifolio Erucae *l. c. p. 265.*

Ad muros *sul Colosseo* et ad ripas Tyberis *al passo della barchetta del Cefalo.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1359. COLUMNAE *Jacq. Fl. Aust. t. 4. p. 12. tab. 323.* Incano-pubescens. Caule erecto superius ramoso: foliis inferioribus runcinatis lobis dentatis integrisque, mediis runcinato-sagittatis lobo extimo elongato, ultimis linearibus: floribus in corymbis terminalibus, fructibus racemosis: siliquis teretibus longissimis subtorulosis pedunculatis.

S. Columnae *Sang. Cent. tres p. 93. n. 210 - Bert. Fl. It. t. 7. p. 60* – Rapistrum montanum Irionis folio μακρολεπτοερητον *Columm. Ecph. 1. p. 266* et R. sylvestre Irionis folio *l. c. p. 268.*

In ruderatis et viis montium Latii. *Guadagnolo.*

Ann. Flor. Majo. Flores flavi.

1360. PANNOMICUM *Wild. Sp. Pl. t. 3. par. 4. p. 502.* Inferne hispidum. Caule erecto ramoso, ramis strictis : foliis inferioribus pinnatifido-runcinatis laciniis lanceolatis dentatis, superioribus pinnatisectis laciniis linearibus inte-

gerrimis: floribus corymbosis: fructibus longe racemosis: siliquis teretibns erectis, pedicello divaricato, triplo longioribus.

S. pannonicum. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 63.

In ruderatis apenninorum Umbriae. *Castelluccio di Norcia.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide flavi.

1361. *Sophia L. Sp. Pl. p.* 920. Cinereo-pubescens. Caule erecto, ramis patulis: foliis bipinnatis, pinnis oblongo-linearibus subincisis: floribus in corymbo solitario terminali, fructibus in racemo elongato laxo: siliquis teretibus laeviter torulosis patentibus erectisve pedicellorum longitudine.

S. Sophia *Sang. Cent. tres p.* 93. *n.* 209 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 65.

In ruderatis circa pagos montium Latii. *Serrone, Piglio.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

Vulgo. *Sofia, Erba Sofia.*

Usus. In materia medica Linnaei semina Sophiae inter adstringentia anthelmintica, et vulneraria enumerabantur: sapore admodum amaro donantur. Nunc oblita.

ERYSIMUM.

1362. *lanceolatum Ait. Hort. Kew. ed.* 2. *t.* 4. *p.* 116. Adpresse pilosum. Caule simplici ramosove angulato sulcato: foliis lanceolatis vel linearibus subintegerrimis: floribus corymbosis: fructibus in racemo elongato: petalorum lamina subrotunda: siliquis subtetragonis elongatis patulis, stigmate capitato-bilobo.

E. lanceolatum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 85 - E. cheiranthoides *Fl. Rom. Prod. p.* 218. *n.* 761 - Leucojum minus Lavandulae folio obsoleto flore. *Bocc. Mus. di piant. p.* 148. *tab.* 111.

β incanum. Siliquis abbreviatis adpressis.

In siccioribus petrosis commune. *Nemi, Castel Gandolfo, Norcia. β alla Solfatara di Tivoli.*

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

1363. *Alliaria L. Sp. Pl. p.* 922. Glabrum. Caule erecto stricto superne ramoso: foliis cordatis inequaliter dentatis: floribus in corymbo terminali: fructibus laxe racemosis: petalorum lamina oblonga obtusa: siliquis tetragonis nervosis subadscendentibus: stigmate brevi subrotundo centro depresso.

E. Alliaria *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 90 - Hesperis Alliaria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 219. *n.* 766.

In umbrosis vulgaris.

Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

Vulgo. *Alliaria*.

Usus. Inter diuretica olim enumeratum, nunc oblitum.

Obs. Folia contrita Allium redolent.

1364. ALPINUM *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 199. Glabrum, glaucum. Caule simplici erecto: foliis radicalibus petiolatis ovatis, caulinis sagittato-amplexicaulibus elongatis adscendendo acuminatis: floribus in corymbo terminali depauperato: fructibus laxe racemosis: petalorum ungue elongato, lamina obvese oblongo-lanceolata obtusa: siliquis elongatis gracilibus compsesso-tetragonis adscendentibus strictis: stigmate orbiculari depresso.

E. alpinum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 92.

In pratis alpinis Umbrie. *Monte la ventosa.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

1365. ORIENTALE *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. *t.* 4. *p.* 117. Glauco-virens. Caule erecto simplici parceve ramoso: foliis obovatis obtusis sessilibus, radicalibus basi angustatis, inferioribus subamplexicaulibus, superioribus auriculato-amplexicaulibus auriculis convergentibus: floribus in corymbo terminali depauperato: fructibus in racemo laxo: petalorum ungue elongata; lamina obverse lanceolata obtusa: siliquis tetragonis longissimis strictis: stigmate capitato-convexo.

β austriaca. Abitu paulo grandiore et robustiore, floribus saepe saturatius luteis.

E. orientale β *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 93.

In editis montium Umbriae. *Monte de' Fiori.*

Ann. Flor. Juuio-Julio. Flores albido-luteoli.

BRASSICA.

1366. OLERACEA *L. Sp. Pl. p.* 930 α Glabra glauca. Caule erecto superius ramoso: foliis carnosulis repando-lobatis, inferioribus lyrato-pinnatifidis, superioribus oblongis obtusis: floribus in corymbo congesto cito ramoso: fructibus in racemis elongatis: siliquis teretibus tandem torulosis erecto-patulis, stylo conico subulato, stigmateque capitato-convexo, coronatis.

B. oleracea *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 146.

In maritimis ad rupes calcareas et speciatim in monte Anconitano.

Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores majusculi lutei.

Obs. Species inter Olera etiam ab antiquitus celebratissima, ex qua varietates innumerae prodierunt in hortis cultae, et apud Italos notaē sub nominibus *Broccolo, Cavolo bolognese, Cavolo cappuccio, Cavolo verde, Cavolo arboreo* etc. Ex seminibus hujus speciei et congenerum oleum elicitur in aeconomicis praestantissimum.

1367. *INCANA* *Ten. Fl. Nap. Prod. p.* 59. Pube molli canescens. Caule erecto superne ramoso: foliis inferioribus petiolatis lyratis, lobo terminali maximo dentato, caulinis oblongis croso-auriculatis sessilibus: floribus in corymbis ramosis, fructibus in racemis elongatis, stylo subulato, stigmateque capitato-convexo, coronatis.

B. incana. *Sang. Cent. tres p.* 93. *n.* 211 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 150.

In rupibus ad radices montis Circaei.

1368. *GRAVINAE* *Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 8. *tab.* 62. Subhispida. Caule solitario nudo quandoque superne ramoso: foliis radicalibus confertis, primordialibus spathulatis dentato-lobatis , reliquis lyrato-pinnatifidis : floribus in corymbo congesto, fructibus laxe racemosis: siliquis angustis subteretibus, stylo tenui acutiusculo elongato, stigmateque capitato-subilobo, coronatis.

B. Gravinae *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 158 – Leucojum terrestre majus frigid. regionum. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 260, et L. terrestre majus *l. c. p.* 262.

In rupestribus alpinis Umbriae. *Vettore*, *Monte de' Fiori* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei, majusculi.

1369. *FRUTICULOSA* *Cyrill. Pl. Neap. Fasc.* 2. *p.* 7. *tab.* 3. Glauca. Caule basi subfruticuloso hispido ramoso, ramis numerosis teretibus elongatis: foliis lyrato-pynnatifidis, laciniis paucis, impari maxima elongata: floribus in corymbis congestis, fructibus laxe racemosis: siliquis teretiusculis angustis tandem torulosis, stylo conico-subulato, stigmateque tenui convexo, coronatis.

B. fructiculosa *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 160.

In rupertribus prope mare. *Al promontorio Circeo presso Terracina.*

Suffrut. Flor. Vere et Aestate. Flores parvi odori pallide flavi.

ERUCA.

1370. *SATIVA* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 223. Subglauco-virens hirsuta. Caule erecto alterne ramoso: foliis lyrato-pinnatifidis inaequaliter acute dentatis: floribus corymboso-racemosis: fructibus laxe racemosis: calycibus facile deciduis: siliquis oblongis tetragonis tumentibus hirsutis glabrisve.

E. sativa *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 161 - Brassica Eruca *Maur. Cent.* 13. *p.* 33 - Eruca latifolia alba *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 33.

In ruderatis, et incultis.

Ann. Flor. Junio-Julio, Flores albo-flavidi venis fuscis.

Vulgo. *Rughetta.*

Usus. Planta acri saporis at tamen non ingrati; apud nos in acetaris com-

66

muniter usurpata, qua de causa in hortis colitur. Semina inter pharmaca enumerabantur ad paralysim linquae, et apoplexiam corrigendam, uunc prorsus oblita. Apud veteres aphrodisiacae famam habuit.

SINAPIS.

1371. INCANA *L. Sp. Pl. p.* 934. Hispidula pilis reflexis. Caule valde ramoso ramis erecto-patulis: foliis inaequaliter dentatis, inferioribus lyrato-pinnatifidis lobo medio maximo, superioribus lanceolatis linearibusve: floribus in corymbis terminalibus: fructibus in racemis longissimis strictis: siliquis teretibus biarticulatis, articulo inferiore subtoruloso gracili, superiore minore ovali 1-2-spermo, rostrum sistente.

S. incana *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 168 - S. Nigra *Maur. Cent.* 13. *p.* 33.

In agris praesertim ab occidente Urbis frequens. *Porta Portese*, *Marciliana, Mezzo cammino, Ostia* etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

1372. ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 939. Hispidula. Caule ramoso, ramis alternis patulis: foliis ovatis lanceolatisve inaequaliter dentatis, inferioribus lyrato-pinnatifidis runcinatisve lobo medio maximo: floribus in corymbis tesminalibus: fructibus in racemis longis laxis: siliquis tertibus turgidis torulosis adpressis, rostro longe subulato basi 1-2-spermo, terminatis.

S. arvensis. *Maur. Cent.* 13. *p.* 33 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 172.

In arvis maritimis et montanis. *Villa Mellini presso Monte Mario, al Castelluccio di Norcia* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1373. ALBA *L. Sp. Pl. p.* 933. Setoso-hispida. Caule erecto sulcato ramoso, ramis patulis: foliis lyrato-pinnatifidis, pinnis latis inequaliter dentatis, impari saepe subtrifidia: floribus in corymbo congesto: fructibus in racemo elongato laxo: siliquis crassis hispidissimis torulosis patentibus, rostro ensiformi striato ut plurimum asperrimo, brevioribus.

S. alba *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 70. *n.* 216 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 220. *n.* 773 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 174.

In tectis muris, ageribus vulgatissima.

Ann. Flor. Februar. Mart. Flores flavi.

Vulgo *Senepa bianca.*

Semina S. albae inter medicamenta nuperrime ab Anglis enumeranta sunt. Cochlear seminis integri ingestum ad stomacum corroborandum predicabatur: citissime obsolevit.

DIPLOTAXIS.

1374. *ERUCOIDES* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 222 *n.* 5. Setis retrorsis raris hispida. Caule erecto e basi ramoso: foliis lyrato-pinnatifidis, laciniis oblongis irregulariter dentatis: floribus in corymbis terminalibus: fructibus laxe racemosis, pedicellis tenuibus subpatulis: siliquis linearibus compressis thecaphoro brevissimo impositis, stilo ensiformi conico-compresso aspermio quandoque monospermio, coronatis.

D. erucoides *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 68 - Sinapis erucoides *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 71. *n.* 217 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 220. *n.* 774 - Eruca sylvestris flore albo Italica *Barrel. Ic.* 132 - *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 35.

In agris, vineis, marginibus viarum comunissima.

Ann. Flor. fere toto anno. Flores albi.

1375. *TENUIFOLIA* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 222. *n.* 8. Viridi-glaucescens. Caule caespitoso-ramoso, ramis adscendentibus virgatis subundis: foliis pinnatifidis, laciniis linearibus integris dentatisve: floribus in corymbis terminalibus: fructibus in racemis elongatis laxis, pedicellis elongatis patulis: siliquis linearibus compressis, thecaphoro brevi vel nullo, stilo aequali aspermio, coronatis.

D. tenuifolia *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 70 - Sisymbrium tenuifolium *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 70. *n.* 214 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 217. *n.* 756 - Eruca perennis tenuifolia flore luteo *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 34.

β integrifolia. Foliis omnibus lanceolatis acutis integerrimis *Bert. l. c.*

Ad muros rupes vias frequens, β *A Tor di Quinto sotto la rupe.*

Ann. Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

Obs. Tota planta Erucam sativam redolet.

1376. *MURALIS* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 222. *n.* 9. Caule decumbente caespitoso, ramis assurgentibus erectisve virgatis nudis: foliis radicalibus pinnatifidis, laciniis brevibus dentatis impari majore: floribus in corymbo depauperato: fructibus laxe racemosis: peduncolis elongatis patulis: siliquis linearibus compressis erectis, tecaphoro brevissimo mox nullo, impositis, stilo aequali aspermio, coronatis.

D. tenuifolia χ *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 71 - Sisymbrium murale *Maur. Cent.* 13. *p.* 32 - Eruca viminea Iberidis folio luteo flore *Barrel. Ic.* 131.

In muris, maceriis frequens et ad ripas Tyberis.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

1377. *VIMINEA* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 1. *p.* 223. *n.* 12. Glabra subglauca

Caule simplici nudo, quandoque inferne subramoso parceque folioso: foliis lyrato-pinnatifidis, laciniis brevibus subrotundis: corymbo terminali paucifloro: fructibus in racemo depauperato laxo: pedicellis brevibus erectis: siliquis linearibus compressis, tecaphoro brevissimo impositis, stilo subconico, coronatis.

D. viminea *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 74 - Sisymbrium vimineum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 217. *n.* 755 - Eruca pumila Bursae pastoris folio *Bocc. Pl. Sic. n.* 19 et E. sicula Bursae pastoris folio *l. c. p.* 18. *tab.* 10. *fig. II. c.*

In maritimis. *Ai ponticelli d' Ostia.*

Ann. Flor. aestate. Flores lutei.

CLASSIS XVI. MONODELPHIA.

Ordo I Triandria.

Cucurbitaceae L.

336. MOMORDICA *L.* Flores monoici. *Masc.* Calycis tubus campanulatus brevis 5-fidus: corolla campanulata calyci adnata 5-partita: stamina 3 (5-aliorum) ex antheris connatis monodelpha: filamenta tria distincta: antherae uniloculares e loculo longitudinali meandriformi dehiscentes. *Foem.* Calycis tubus ovario adnatus: filamenta 3 sterilia: reliqua ut in mare: stilus brevis trifidus, stigmataque oblonga crassa: pepo globosus vel oblongus saepe muricatus 3-locularis, maturitate basi elastice dissiliens unilocularis evadens: semina compressa aristata vel nuda.

337. BRYONIA *L.* Flores monoici vel dioici. *Masc.* Calyx campanulatus 5-fidus tubo brevissimo: corolla campanulata 5-fida calyci adnata, ipsoque duplo major: stamina 3 (5 aliorum) ex antheris adnatis manodelpha: filamenta tria: antherae lineares flexuosae meandriformes sulco dehiscentes. *Foem.* Calyx et corolla maris: stilus simplex apice trifidus: stigmata 3 emarginata: bacca globosa infera 3-locularis, loculis olygospermis: semina ovata vix compressa plus minus marginata.

Smilaceae Vent.

338. RUSCUS *L.* Flores dioici ligula saepe sulfulti. *Masc.* Perigonium mo-

nosepalum 6-partitum, partibus alternis minoribus : androphorum tubulosum apice antheras gerens. *Foem.* Perigonium maris: androphorum (nectarium aliorum) nudum: stilus brevis crassus: stigma obtusum ex androphoro exertum: bacca globosa supera 3-locularis 3-sperma, quandoque ex abortu 1-2-sperma.

Ordo II. Pentandria.

Geraniaceae Bartl.

339. ERODIUM *Herit.* Calyx 5-sepalus liber persistens , sepalis aequalibus oblongis saepe aristulatis: corolla 5-petala, petalis patentibus regulariter vel irregulariter dispositis: staminum filamenta 10 basi connata, 5-antherifera cum staminibus sterilibus brevioribus basi glandulossis, alternantia: antherae oblongae 2-loculares versatiles : tecaphorum rostriforme in stilo filiformi , stamina superante, producto : dieresilis e capsellis 5 obovatis apice caudatis: capsellae et caudae barbatae, sulco tecaphoris exeptae maturitate exsilientes, caudis tandem in spiram volutis : capsellae 1-2-spermae.

Ordo III. Decandria.

Geraniaceae Bartl.

340. GERANIUM L. Calyx 5-sepalus liber persistens, petalis aequalibus saepe aristatis : corolla 5-petala, petalis patentibus aequalibus regulariter dispositis : staminum filamenta 10 basi connata, altrena breviora basi glanduliferae : athrerae oblongae 2-loculares versatiles : tecaphorum rostriforme in stilo filiformi, stamina superante, producto : dieresilis e capsellis 5 oblongis vel subrotundis apice caudatis: capsellae et caudae nudae, sulco tecaphori exceptae, maturitate exsilientes, a basi ad apicem revolutae, tamdem sejunctae: capsellae 1-spermae.

Ordo IV. Polyandria.

Malvaceae Juss.

341. MALOPE *L.* Calyx duplex liber persistens, exterior 3-sepalus, sepalis cordato-ovatis, interior 5-partitus, partibus lanceolatis : corollae malva-

ceae laminis cuneatis : androphorum columnare in filamenta plurima capillaria apice divisum : antherae reniformes 1-loculares : stili filiformes numerosi inferius in unum coaliti : stigmata capitellata : dieresilis globosa ex capsellis 4-spermis transversim rugosis , inferioribus in orbem dispositis , superioribus conglobatis.

342. MALVA *L.* Calyx duplex liber persistens exterior 3-sepalus, sepalis lanceolatis linearibus, interior 1-sepalus 5-fidus : corolla malvacea laminis cuneiformibus emarginatis vel incisis: androphorum columnare in filamenta plurima capillaria, stilo breviora : antherae reniformes 1-loculares : stili filiformes inferius in unum coaliti : stigmata capitellata: dieresilis subrotunda centro depressa ex capsellis semilunatis in orbem positis : capsellae 1-loculares ut plurimum monospermae.

343. LAVATERA *L.* Calyx duplex liber persistens, exterior 2-fidus laciniis subinde incisis, interior 5-fidus: corollae malvaceae laminis emarginatis vel truncatis: androphorum columnare in filamenta plurima capillaria stilo breviora : antherae reniformes 1-loculares : stili filiformes inferius in unum coaliti : stigmata capitellata : dieresilis obiculari-depressa ex capsellis semilunatis unilocularibus monospermis in orbem dispositis.

344. ALTHEA *L.* Calyx duplex liber persistens , exterior brevis 8-9-fidus : corolla membracea , laminis obcordatis vel truncatis : androphorum culumnare in filamenta plurima capillaria, stilo breviora: antherae subreniformes 2-loculares : stili plurimi filiformes inferius in unum coaliti : stigmata subcapitellata : dieresilis orbiculari-compressa ex capsellis semilunatis 1-loculoribus 1-spermis in orbem dispositis.

345. SIDA *L.* Calyx simplex monosepalus liber 5-fidus : corolla malvacea , laminis saepe inaequaliter 2-fidis : androphorum columnare, in filamenta plurima capillaria antherifera, apice solutum, basi dilatata ovarium obtegens: antherae 2-loculares : stili plures filiformes modo liberi, modo in unum coaliti: dieresilis e capsellis 1-locularibus olygospermis in orbem dispositis : capsellae compressae vel tumidae, basi inter se adhaerentes, apice liberae , ex angulo interno superius dehiscentes, antice muticae vel 2-aristatae.

Taxineae Rich.

346. TAXUS *L.* Flores dioici vel monoici. Amenta masculina subglo–

bosa brevissima e squamis obtusis imbricatis, supremis stamina includentibus: stamina 5-10 filamentis inferne coalitis: antherae peltatae 5-8-locures, loculis subtus dehiscentibus, effetae planae. Amenta foeminea conformia at breviora: ovarium involucro calyciformi cintum: stigma sessile simplex: nucula 1-sperma apice libera, involucro accreto carnoso, cinta.

Monadelphia Triandria.

MOMORDICA.

1378. *Elaterium. L. Sp. pl. p.* 1434. Strigis albis hispida. Caule prostrato ramoso: foliis cordatis obtusis margine crispo-undulatis supra nudis: floribus masculis racemosis, foemineis solitaris lateralibus.

M. Elaterium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 332. *n.* 1175 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 283 - Cucumis sylvestris asininus dictus *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 64.

In ruderatis passim.

Ann. Flor. tota aetate. Flores luteo-albidi.

Vulgo et in officinis *Cocomero asinino.*

Usus. Radix, extractum, resina Cucumeris asinini olim in medicina invaluerunt ad hidropem, asthmatem, strumas curandas: nunc rarissime usurpantur. Drasticum caute hadibendum.

BRYONIA.

1379. *dioica Jacq. Flor. Aust. p.* 59. *tab.* 199. Caule hispido, precipue inferne ramoso, cirris scandente: foliis scabris palmato-7-lobis, lobis angulatis dentatis, in foliis superioribus subintegris: corymbis masculis longe, foeminis brevius peduunculatis: bacca globosa matura coccinea disperma, seminibus superpositis.

B. dioica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 332. *n.* 1176 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 287 - B. aspera seu alba baccis rubris. *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 58.

Ad sepes vulgaris.

Perenn. Flor. a. Majo in aestatem. Flores Albi pallide flavi.

Vulgo. *Brionia, Vite bianca,* et apud nos radix communiter. *Radice di vite nera.*

Usus. Rhizoma magnum irregolare figuram humanam saepe referens. Species distincta a B. alba L. at ijsdem usibus apud omnes reservata, imo pro ipsa habita. Extracto, baccis, seminibus at praesertim feculae vis purgans althelmintiea emenagoga tributa est; ideo in verminationibus hydrope mor-

bisque nervosis usurpata. De radice hujus plantae fabulae multae adhuc enarrantur. Vulgus, frustulis radicis, ad superficiales sanguinis congestiones dissipandas, utitur.

RUSCUS.

1380. ACULEATUS *L. Sp. Pl. p.* 1474. Glaber, intense vivens, rigidus. Caule erecto ramoso: foliis coriaceis ovatis, basi distorta, verticalibus, apice mucronato-pungentibus: floribus epiphyllis subgeminatis ligula destitutis: bacca rotunda maturitate rubro-corallina.

R. aculeatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 339. *n.* 1200 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 397 - R. myrtifolius aculeatus. *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 8.

In umbrosis sylvaticis communis.

Frut. Flor. Aprili. Flores albo-virentes.

Usus. Ramis scopas conficimus, quibus ab Araneorum telis domos expurgamus, unde nomen vulgare, *Scacciaragno*: item ab horreis Topos prohibemus, ex quo nomen triviale *Pungitopo*. Radix inter quinque radices aperitivas a medicis enumeratur.

1381. MICROGLOSSUM *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 401. Glaber, virens, flexibilis. Caule simplici flexuoso subramoso: foliis lanceolatis acuminatis: floribus epiphyllis raro polyphyllis fasciculatis breviter pedunculatis, ligula acuta augusta, tectis: bacca rotunda maturitate rubro-corallina.

R. hypoglossum *Sang. Cent. tres p.* 132. *n.* 300 - Radix hidaea, Hypoglossum etc. *Columm. Phyt. ed Neop. p.* 64. *fig.* et Hypoglossi alia species ligulata, *Ecph.* 1. *p.* 167 - Ruscus latifolius, fructo folio innascente. *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 9.

In nemoribus suburbanis. *Villa Pamfili.*

Perenn. Flor. Decembri. Flores ochroleuci.

Usus. Turiones edules ad instar Asparagorum.

MONADELPHIA PENTANDRIA.

ERODIUM.

1382. ROMANUM *Wild. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1. *pag.* 630. Hirsutum. Acaule: foliis radicalibus rosulatis pinnatis, pinnis ovatis pinnatifido-serratis: sertis radicalibus multi-pauci-radiatis longe pedunculatis erectis, quandoque solitariis: petalis regulariter dispositis, calyce plus duplo longioribus: rostro brevi: capsellis adpresse hirtis: caudis facie interna parce setosis.

E. romanum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 43. *n.* 94 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 223 *n.* 778 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 181 - Geranium Myrrhinum tenuifolium amplo flove purpureo *Barrel. Ic.* 1245.

In plateis ageribus pascuis vulgatissimum.

Perenn. Flor. Martio ad Junium. Flores purpurei.

1383. CICUTARIUM *Wild. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1. *p.* 629. Pilis canis hirsutum. Caule ramoso prostrato: foliis pinnatis, pinnis ovatis, pinnulis acuminatis dentatis: sertis axillaribus longe pedunculatis pauci–multifloris radiis breviusculis: petalis sub-irregulariter dispositis calycem subaequantibus: rostro tenui: capsellis adpresse hirtis: caudis facie interna parce setosis.

E. cicutarium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 223. *n.* 777 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 182.

In aggeribus ad vias commune.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores purpurei.

1384. LACINIATUM *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 2. *p.* 36. Pilis albicantibus hirtum. Caule prostrato diffuso alterne ramoso: foliis radicalibus cordato-ovatis trilobis dentatis, caulinis palmato-partitis, partibus pinnatifido-lacinulatis, lacinulis linearibus acutis: sertis terminalibus axillaribusque 4-8-floris longe pendunculatis: petalis regulariter dispositis calyci subaequalibus: rostro tenui: capsellis adpresse hirsutis, caudis facie interna parce setosis.

β hispidum. Caule inferne retrosum hispido, glabrove, foliis minoribus, laciniis lacinulisque brevibus.

E. laciniatum β *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 187 - E. laciniatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 223. *n.* 780.

In pascuis maritimis secus *Ostia*.

Ann. Flor. Majo. Flores purpurascentes.

1385. BOTRYS *Spreng. Syst. Veget. t.* 3. *p.* 34. Pilis canis retrorsis hirtum. Caule decumbente ascendentove parce ramoso: foliis sinuato-lobatis, lobis inciso-dentatis in inferioribus obtusis in superioribus acutis: pedunculis elongatis axillaribns terminalibusque 2-pedicellatis: pedicellis 1-floris: petalis regulariter dispositis, calycibus paulo longioribus: rostro longissimo: capsellis basi hirsutis apice sulcatis: caudis facie interna dense setosis.

E. Botrys *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 224. *n.* 781 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 188 - Geramium supium, Botrys folio acu sursum spectante *Bocc. Mus. di Piant. p.* 145, et G. Botrys folio *l. c. tab.* 109.

In apricis et pratis maritimis. *Villa Borghese, Albano, Tivoli, Terracina, Tolfa* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores purpurascentes.

1386. ALPINUM *Wild. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1. 628. Laeviter pilosum. Caule prostrato parce ramoso: foliis 2-pinnatifidis laciniis linearibus inciso-dentatis: sertis radicalibus axillaribus terminalibusque 7-9-floris longissime pedunculatis: petalis regulariter dispositis, calyce triplo longioribus: rostro elongato: capsellis patenti-hirsutis: caudis facie interna dense setosis.

E. alpinum *Sang. Cent. tres. p.* 94. *n.* 212 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 191.

In apennis elatis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio. Flores purpurei.

1387. CICONIUM *Willd. Sp. Pl. t* 3. *p.* 1. *p.* 629. Hirtum viscidum faetens. Caule adscendente parce ramoso: foliis interrupte 2-pinnatifidis, laciniis dentatis: sertis axillaribus terminalibusque multiradiatis, pedunculis longitudine variis: petalis subregulariter dispositis, calyce ampliato, subaequalibus: rostro elongato: capsellis patenti-hispidis, caudis facie interna dense setosis.

E. ciconium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 222. *n.* 776 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 193 - Geranium apulum Coriandrifolium *Colum Ecphr.* 1. *p.* 407 et G. apulum Coriandrifolium alterum odorum *p.* 131 - G. Chrysanthemi cretici folio Neapolitanum *Bocc. Mus. di piant. p.*93. *tab.* 83 et G. Cicutae folio erectum Romanum *p.* 93, et G. Cicutae folio Romanum *tab.* 82.

In marginibus herbosis et in montibus ad vias. *Ville suburbane, S. Polo* etc.

Ann. Flor. Aprili. Flores caeruleo-violacei.

1388. MOSCATUM. *Willd. Sp. pl. t.* 3. *p.* 1. *p.* 631. Villoso-glandulosum viscidum moscatum. Caule decumbente erectove saepe caespitoso: foliis pinnatis, pinnis ovatis basi inaequalibus subpetiolatis inciso-dentatis: sertis multiradiatis radicalibus axillaribus terminalibusque ut plurimum longissime pedunculatis: petalis irregulariter dispositis calycis longitudine: rostro longissimo: capsellis breviter hispidis, caudis facie interna parce setosis.

E. moscatum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 43. *n.* 95 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 223. *n.* 779 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 194.

In ageribus plateis viis frequens.

Ann. Flor. Martio. Flores purpurascentes.

Obs. Herba Geranii moscati ex materia medica Linnaei anodyna vulneraria etc. nunc oblita.

1389. *malacoides* *Willd. Sp. pl. t.* 3. *p.* 1. *p.* 639. Pubescens subviscidum. Caule decumbente erectove alterne ramoso: foliis cordato-ovatis obtusis trilobo-dentatis: sertis axillaribus 3-8-floris longe pedunculatis, radiis tenuibus breviusculis : petalis parvis regulariter dispositis calyci subaequalibus : rostro tenui: capsellis breviter hirsutis apice unifoveolatis, caudis facie interna parce setosis.

G. malacoides *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 42. *n.* 93 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 224. *n.* 782 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 197.

In marginibus herbosis commune.

Ann. Flor. Martio ad Junium. Flores purpureo-violacei.

1390. *maritimum* *Willd. Sp. pl. t.* 3. *p.* 1. *p.* 639. Gracile, pubescens. Caule decumbente caespitoso-ramoso: foliis cordato-ovatis obtusis inciso-dentatis: sertis axillaribus terminalibusque gracilibus 1-pauciradiatis , pedunculis inaequalibus: petalis regulariter dispositis quandoque deficientibus , calyce exiguo, brevioribus: rostro tenuissimo: capsellis laxe setosis, caudis glabris.

E. maritimum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 224. *n.* 783 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 203.

In arena marina. *Ostia.*

Ann. Flor. Majo. Flores carnei parvi fugaces.

MONADELPHIA DECANDRIA.

GERANIUM.

1391. *sanguineum.* *L. Sp. pl. p.* 958. Pilis patentibus hirsutum. Caule decumdente erectove alterne ramoso : foliis orbiculatis 5-7-partitis , partibus laciniato-subtrifidis : pedunculatis axillaribus solitariis elongatis alternis 1-2-pedicellatis pedicellis 1-floris: petalis obcordatis , calyce aristato plus duplo longioribos: capsellis apice setosis.

G. sanguineum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 224. *n.* 784 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 206 - G. Haematodes purpureum parvo flore *Barrel. Ic.* 67.

In umbrosis sylvaticis montium Latii. *Albano* , *monte Artemisio, monte Lucretile*. etc.

1392. *tuberosum.* *L. Sp. pl. p.* 953. Pubescens, laete virens. Caule inferne nudo simplici, superne dicotomo ramoso : foliis palmato-multi-partitis, partibus irregulariter pinnati-sehtis, pinnis linearibus inciso-dentatis, inferioribus longissime petiolatis : pedunculis solitariis axillaribus alaribusque 2-pedicel-

latis, pedicellis 1-floris: petalis profunde obcordatis, calyce breviter aristato, plus duplo longioribus: capsellis sursum villosis.

G. tuberosum *Fior. Gior. dei Letter. di Pisa t.* 17. *p.* 125 - *Bert. Flor. It. t.* 7. *p.* 209.

In viridariis suburbanis. *Villa Medici.*

Perenn. Flor. Majo. Flores coeruleo-violacei.

1393. MACRORRHIZUM *L. Sp. pl.* 953. Villoso-glandulosum pilis simplicibus interjectis. Caule basi suffruticoso, superius dichotomo articulato : foliis longe petiolatis 5-lobis, lobis inaequaliter inciso-dentatis : pedunculis axillaribus 2-pedicellatis, pedicellis 1-floris: petalis integris, calyce innupto globoso, triplo longioribus: capsellis carinatis glabris apice circulariter rugosis.

G. macrorrhizum *Sang. Cent.* 3. *p.* 94. *n.* 213 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 210.

In umbrosis ad sepes circa Interannam. *Caduta delle Marmore.*

Perenn. Flor. aestate. Flores purpurei speciosi odorati.

1394. REFLEXUM. *L. Mant. Alt. p.* 257. Pilosum, pilis inaequalibus. Caule terete subsimplici decumbente erectove: foliis 5-7-fidis, segmentis inciso-dentatis, radicalibus longe, caulinis successive brevius petiolatis: pedunculis axillaribus vel oppositifoliis 2-pedicellatis , pedicellis 1-floris: petalis eroso-dentatis calyci subaequalibus, sero cum calyce retroflexis: capsellis pilosis apice circulariter sulcatis.

G. reflexum *Bert. Flor. It. t.* 7. *p.* 24 - G. Phoeum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 225. *n.* 785 - G. Batrochoides Fl. purp. reflex. Italicum *Barrel. Ic.* 39 - G. columbinum majus. *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 19.

In montibus Latii ad sepes. *Guadagnolo, Petrella.* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpurei.

1395. NODOSUM *L. Sp. pl.* 953. Pubescens. Caule erecto superne ramoso-corymboso : foliis 5-7-partitis, partibus inciso-dentatis : pedunculis axillaribus alaribusque ut plurimum 2-pedicellatis, pedicellis jamdudum 1-floris: petalis obovatis, calyce aristato, triplo longioribus: capsellis tenuiter pubescentibus.

G. nodosum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 214. G. Colombinum majus flore minore coeruleo. *Hort. Rom. t.* 5. *tab.* 19.

In sylvaticis apenninorum Umbriae. *M. la Rosa, M. Vettore* etc.

Perenn. Flor. Majo in Autumnum. Flores violacei striis saturationibus.

1396. SYLVATICUM *L. Sp. pl. p.* 954. Pubescens. Caule erecto superne ramoso-corymboso: foliis 5-7-partitis irregularibus acutis: pedunculis axillaribus

alaribusque ut plurimum 2-pedicellatis, pedicellis jamdudum 1-floris: petalis obovatis, calycibus aristatis duplo longioribus: capsellis caudisque villoso-glandulosis.

G. sylvaticum *Bert. Fl. It. t. 7. p.* 219.

In Sylvaticis apenninorum. *Monte Vettore* in Umbria.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores purpureo-violacei.

1397. ARGENTEUM *L. Sp. pl. p.* 954. Sericeo-argenteum. Caule annotino tenui abbreviato: foliis orbiculatis 5-7-partitis, partibus profunde 3-fidis, laciniis acutis ovato-lanceolatis lanceolatisve: pedunculis radicalibus axillaribusque 1-2-floris, pedicellis jamdudum 1-floris: petalis late-obcordatis, calyce aristulato, plus duplo majoribus: capsellis caudisque pilosis.

G. argenteum *Bert. Fl. It. t. 7. p.* 224.

In elatis apenninorum. *Al settentrione del Vettore, monte delle fonti.*

Perenn. Flor. Julio Augusto. Flores rosei venis purpureis.

1398. PYRENAICUM *L. Mant.* 1. *p.* 97. Pubescens, pilis glanduliferis nudisve. Caule decumbente adscendente erectove simplici ramosove, ramis dichotomis adscendentibus: foliis reniformi-rotundatis 5-9-lobis, lobis cuneatis inciso-dentatis: pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis 2-pedicellatis, pedicellis 1-floris in fructu divaricato-declinatis: petalis bifidis, calyce subaristato plus duplo longioribus: capsellis rotundatis laevibus.

G. pyrenaicum *Bert. Fl. It. t. 7. p.* 227 - G. mont. rotundifol. perenn. flor. purp. majore. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 81. *tab.* 72 - *Barrel. Ic.* 40.

In montibus Latii. *A Guadagnolo.*

Perenn. Flor. Majo. Flores violacei striis saturatioribus.

1399. ROTUNDIFOLIUM *L. Sp. pl. p.* 957. Viscidum pubescens, pilis glanduliferis, simplicibus interjectis. Caule decumbente vel erecto dichotomo-ramoso quandoque simplici: foliis longe petiolatis reniformi-rotundatis 5-7-fidis, segmentis latis breviter obtuseque dentatis, caulinis oppositis: pedunculis solitariis axillaribus, solitariis 2-pedicellatis, pedicellis 1-floris in fructu declinatis: petalis breviter emarginatis vel integris, calyce aristato, subaequalibus: capsellis aristatis laevibus.

G. rotundifolium *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 46. *n.* 108 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 226. *n.* 790 - *Bert. Fl. It. t. 7. p.* 229.

In marginis viarum, plateis, ad muros commune.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores pallide rubri.

1400. MOLLE *L. Sp. Pl. p.* 953. Pilis canescentibus mollibus patentibus

hirsutum. Caule decumbente saepe caespitoso parce ramoso, ramis dichotomis: foliis longissime petiolatis remiformi-rotundatis 5-9-fidis, segmentis cuneatis profundiuscule inciso-dentatis, caulinis superioribus alternis: pedunculis axillaribus solitariis 2-pedicellatis 1-floris in fructu declinatis: petalis 2-fidis, calyce breviter aristato, subaequalibus: capsellis carinatis.

G. molle *Sebast. En. Plant. Amph. Flavii p.* 46. *n.* 109 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 225. *n.* 787 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 231.

In marginibus viarum, ad sepes, et in sylvaticis vulgatissimum.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores rubro-violacei venis purpureis.

1401. PUSILLUM *L. Sp. Pl. p.* 957. Pallide virens, pilis brevibus pubescens. Caule decumbente erectove, superius parce dichotomo-ramoso: foliis reniformi-rotundatis 5-7-fidis, segmentis cuneatis 3-fidis, inferioribus longe petiolatis, superiorum petiolis sucessive brevioribus, segmentis angustioribus, sinubus profundioribus: pedunculis solitariis axillaribus, quandoque alaribus, 2-pedicellatis, pedicellis 1-floris in fructu declinatis: petalis emarginatis calyci subaequalibus: capsellis carinatis adpresse pilosis.

G. pusillum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 233.

Ad margines viarum campestrium in Piceno. *Montefortino.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores sub coerulei.

1402. LUCIDUM *L. Sp. Pl. p.* 955. Nitidum, saturate virens. Caule ut plurimum adscendente dichotomo-ramoso: foliis reniformi-rotundatis 3-fidis, segmentis late cuneatis breviter inciso-dentatis, inferioribus longe petiolatis: pedunculis axillaribus 2-pedicellatis, pedicellis 1-floris: petalis integris, calyce exiguo, acuminato, longioribus: capsellis carinatis exquisite adpresso-pilosis.

G. lucidum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 225. *n.* 786 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 235 - G. rotundifolium saxatile montanum. *Ecph.* 1. *p.* 137 et G. alterum montanúm rotundifolium *l. c. p.* 138.

In montium saxosis praesertim ad rupes umbrosas roridas. *Intorno Albano, Genzano, Nemi* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

1403. COLUMBINUM *L. Sp. Pl. p.* 956. Adpresse pilosum. Caule decumbente simplici ramosove, ramis alternis: foliis 5-partitis, partibus multifido-lacinatis, laciniis linearibus, inferioribus longe petiolatis: pedunculis axillaribus folio longioribus 2-pedicellatis, pedicellis 1-floris longiusculis in fructu divaricato-adscendentibus: petalis, calyce longe aristato, triplo longioribus, ungue longa angusta exerta, lamina obvese oblonga: capsellis carinatis laevibus.

G. columbinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 225. *n.* 788 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 237.

In nemorosis, montanis, collinis commune.

Ann. Flor. Majo. Flores pallide coerulei.

1404. *DISSECTUM. L. Sp. Pl. p.* 956. Hirsutum pilis caulinis retrorsis, in partibus fructificationis, patentibus glanduliferis. Caule erecto superius dichotome ramoso, ramis infractis: foliis orbiculatis 5-7-partitis, partibus flabellato-laciniatis, laciniis superiorum linearibus integris, inferiorum incisis dentatisve: pedunculis axillaribus folio brevioribus 2-pedicellatis, pedicellis 1-floris, fructiferis declinatis: petalis subemarginatis, calyce breviter aristato, subaequalibus: capsellis carinatis.

G. dissectum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod: p.* 226. *n.* 789 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 238.

In pratis humidis, et marginibus umbrosis viarum campestrium frequens.

Ann. Flor. Aprili. Flores purpurei.

1405. *ROBERTIANUM. L. Sp. Pl. p.* 955. Laete virens, sero rubescens, hircum olens. Caule decumbente erectove alterne ramoso: foliis ternatis quinatisve, foliolis 2-pinnatifido-dentatis: pedunculis axillaribus quandoque oppositifoliis folio sub longioribus 2-pedicellatis 1-floris erectis approximatis : petalis obovatis integris, calyce decagono plus duplo longioribus: capsellis reticulatis. Caule partibusque fructificationis molliter pilosis, pilis elongatis crispis, brevibus glanduliferis interpositis.

G. robertianum *Sebast. En. Plant. Amph. Flavii p.* 46. *n.* 110 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 226. *n.* 791 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 240

β purpureum. Corolla minore, petalis calycem vix superantibus.

G. robertianum *β Bert. l. c. p.* 241.

In sylvaticis, muris umbris, et ad sepes vulgatissimum, *β* minus frequens.

Ann. Flor. Junio Julio. Flores purpurei.

ORD. IV. MONADELPHIA DECANDRIA

MOLOPE.

1406. *MALACOIDES. L. Sp. Pl. p.* 974. Pilosa pilis raris solitaris germinatisve. Caule solitario vel caespitoso erecto: foliis longe petiolatis ovatis oblongisque inaequaliler crenatis, supremis sinuatis trifitisve: stipulis lanceolato-linearibus: floribus solitariis axillaribus longe pedunculatis: petalis obtusissimis, calyce triplo longioribus.

M. malacoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 228. *n.* 801 - *Bert. Fl.*

It. t. 7. *p.* 281 - Alcaea Betonicae folio, flore purpureo-violaceo *Barrel. Ic.* 1189 - Malva Betonicae folio *Bocc. Sicil. p.* 15. *tab.* 8. *fig. E II - Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 50.

In agris mare versus. *A Ponte Galera, Corneto, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores rubri venis violaceis.

MALVA.

1407. ROTUNDIFOLIA. *L. Sp. Pl. p.* 696. Pilosiuscula pilis simplicibus fasciculatisve. Caulibus procumbentibus prostratisve : foliis longe petiolatis remiformi-rotundatis obtuse 5-7-lobatis, lobis crenatis: stipulis lanceolatis acutis: florum fasciculis axillaribus, pedunculis longiusculis in fructu erecto-patulis: petalis emarginatis, calyce, ultra duplo longioribus: dieresili orbiculata depressa: capsellis vix reticulatis margine integris.

M. rotundifolia *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 253.

In pratis alpinis Umbriae et Piceni. *Castelluccio di Norcia* etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albo-rosei, venis saturationibus.

1408. NICEAENSIS. *All. Fl. Ped. t.* 2. *p.* 40. Hirtula pilis stellatis. Caulibus prostratis, erectisve ramosis, ramis alternis flexuosis: foliis longe pedunculatis reniformi-rotundatis 5-7-lobis, lobis inferiorum obtusis, quandoque evanidis, superiornm acutis, omnibus dentatis: stipulis ovatis obtusis: florum fasciculis axillaribus, pedunculis breviusculis inaequalibus 1-floris in fructu erectis: petalis emarginatis , calycem , paulo duplo superantibus : dieresili orbiculato-depressa, capsellis exquisite reticulato-rugosis.

M. niceaesis *Fior. Gior. dei Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 126 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 257 - M. rotundifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 227. *n.* 795.

In ruderatis plateis herbosis passim.

Ann. Flor. Junio in Octobrem. Flores carnei striis saturatioribus.

1409. SYLVESTRIS. *L. Sp. Pl. p.* 969. Hirsuta pilis simplicibus fascicutisve. Caulibus prostratis adscendentibusve alterne ramosis: foliis longe petiolatis, inferioribus reniformi-rotundatis obtuse 5-7-lobis : superioribus flabelliformibus et exquisite 3-5-lobis, omnibus inaequaliter dentatis: stipulis ovatis acutis minusculis: floribus axillaribus fasciculatis quandoque solitariis, pedunculis inaequalibus 1-floris erectis : petalis 2-fidis 2-lobisque, calycem, multo superantibus: dieresili depressa, capsellis reticuto-rugosis.

M. sylvestris *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 54. *n.* 144 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 227. *n.* 796 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 258.

β mauritiana. Petiolis in latere superiore tantum pilosis - M. sylvestris β mauritiana *Bert. l. c. p.* 269 - M. mauritiana *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 54. *n.* 145.

In ageribus, herbidis, ruderatis commune.

Perenn. Flor. Majo. Flores purpurescentes.

Usus. Malvae omnes vulgo cognitae sub nomine *Malva* mucillaginosae sunt, ideo emollientes laxativae et in usu medico obviae. Veteres comedebant Malvas ex auctoritate Horatii ad ventrem laxandum. Hodierne flores usurpantur ad tisanas, folia ad cataplasmata, et clysteria. Flores officinarum ex *malva* praesertim *sylvestri* desumuntur: *M. sylvestris et niceaensis* folia suppeditant, nam *M. rotundifolia* L. in planitiebus et jugis inferioribus non descendit.

1410. *ALTHAEOIDES Cavan. Icon. et Descr.* 2. *p.* 30. *tab.* 135. Hirsuta pilis patentibus. Caule erecto simplici quandoque basi ramoso: foliis inferioribus longe petiolatis reniformi-rotundatis obtuse lobatis superioribus palmato-3-5-fidis ultimis 3-5-partitis, omnibus dentatis: stipulis ovatis acutis: floribus axillaribus solitariis folia superantibus: foliis calycinis externis corollam subaequantibus: dieresili orbiculata: caspellis maturitate rugnlosis.

M. althaeoides *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 126 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 261.

In montanis prope Mare. *Al M. Circeo presso Terracina.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide coerulei.

1411. *ALCEA L. Sp. Pl. p.* 971. Pilis simplicibus stellatisve scabrida. Caule erecto alterne ramoso: foliis petiolatis, petiolis elongatis sucsssive brevioribus, inferioribus reniformi-rotundatis lobatis, lobis crenatis dentatisque, superioribus palmatis, laciniis cuneatis pinnatim lobatis, incisis dentatisve: stipulis parvis acuminatis: floribus pedunculatis solitariis axillaribus cum terminalibus saepe fasciculatis: petalis majusculis emarginatis calyce plus triplo longioribus: dieresili calyce tecta: capsellis dorso carinatis.

M. Alcea *Seb et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 227. *n.* 797 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 262.

In montibus etiam elatis ad sepes et vias umbrosas frequens. *Ad Albano, la Fajola, i Cimini, nell' Umbria e nel Piceno.*

Perenn. Flor. Junio ad Octobrem. Flores violacei.

Vulgo. *Alcea.*

1412. *MOSCHATA L. Sp. Pl. p.* 971. Pantenti-hirsuta pilis simplicibus, geminatisve. Caule erecto parce ramoso: foliis inferioribus reniformi-rotundatis obtuse lobatis, superioribus palmato-partitis anguste 2-pinnatifidis: petiolis elongatis adscendendo abbreviatis: stipulis linearibus longiusculis: floribus axillaribus subsolitariis, terminalibusque fasciculatis fastigiatis, omnium pedi-

cellis folio jamdudum longioribus: petalis 2-lobis 2-fidisque crenulatis: foliolis calycinis externis lineari-acutis, triplo longioribus: dicresili calyce tecta: capsellis carinatis dense villosis.

M. moscata *Bert. Fl. It. t. 7. p.* 265.

In ericetis apenninorum Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores roseo-rubri speciosi inodori.

Obs. Moschum redolet.

LAVATERA.

1413. *ARBOREA L. Sp. Pl. p.* 972. Lete virens, molliter villosa. Caule elato erecto alterne ramoso, ramis patulis: foliis longe petiolatis reniformi-rotundatis plicatis 5-7-lobatis dentatis, lobis inferiorum rotundatis, superiorum acutis : floribus axillaribus fasciculato-consertis, pedunculis breviusculis inaequalibus: calyci exerni segmentis subrotundis, interni triangularibus : petalis 2-fidis calyce triplo longioribus: capsellis reticulato-rugosis.

L. arborea *Maur. Cent.* 13. *p.* 34 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 268.

In ruderatis et muris antiquis. *Al Colosseo, alla Grotta di Nettuno presso Tivoli* etc.

Frut. Flor. Majo. Flores purpurei, striis sanguineis, fundo atro-sanguinei.

Vulgo. *Malva arborea.*

1414. *HISPIDA Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 118. *tab.* 171. Albo-virens, hirta pilis longis fasciculatis, brevibus stellatis interpositis. Caule erecto elato alterne ramoso inferius denudato: foliis longe pedunculatis reniformi-rotundatis 5-7-lobatis crenatis, lobis inferiorum rotundatis, superiorum acutis: floribus solitariis axillaribus brevissime pedunculatis: segmentis calycis aequalibus: petalis 2-fidis, calyce, quintuplo et ultra longioribus: capsellis tomentosis.

L. hispida *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 227. *n.* 798 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 270.

In umbrosis sylvaticis. *Tra Nemi, e Genzano.*

Frut. Flor. Julio. Flores purpureo-violacei.

Obs. Odor plante saponaceus.

1415. *SYLVESTRIS Brot. Fl. Lusit. t.* 1. *p.* 277. Glauco-virens, hirsuta pilis fasciculatis. Caule erecto alterne ramoso : foliis inferioribus reniformi-rotundatis 5-7-lobis, lobis rotundatis, superioribus, basi truncatis acute 3-5-lobis, omnibus dentatis : fasciculis florum axillaribus, pedunculis abbreviatis : calycis externi segmentis late ovatis obtusis, interni ovato-acuminatis: petalis 2-fidis, calyce, triplo vel quadruplo longioribus: capsellis hirsutis.

L. sylvestris *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 275 - L. triloba *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 51. *n.* 133 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 227. *n.* 799 - L. cretica *Sang. Cent.* 3. *p.* 95. *n.* 214 - Althaea virens rutundifolia fl. ampl. purpurascente *Barrel. Ic.* 479.

Ad vias mare versus, et in in ruderibus urbanis. *Ostia, Fiumicino, Amfiteatro Flavio* etc.

Ann. Bienn. Flor. Majo-Junio. Flores pallide coerulei.

1416. TRIMESTRIS *L. Sp. Pl. p.* 974. Laete virens, hispida pilis stellatis vel retrorsis. Caule erecto saepe alterne ramoso, ramis patulis: foliis inferioribus reniformi-rotundatis laeviter barbatis, superioribus 3-fidis, lacinia media elongata, in supremis cuspidata, omnibus dentatis: pedunculis solitariis axillaribus 1-floris longe pedunculatis: calycis laciniis ovatis, externi obtusis, interni majoribus acutis: petalis emarginatis calyce quadruolo longioribus: capsellis rugosis.

L. trimestris *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 277 - Alcea minor variis fol. *Barrel. Ic.* 1201.

Ad vias et ad ripas Tyberis. *Ad Acqua Acetosa.*

Ann. Flor. Junio. Flores violacei.

1417. PUNCTATA *Wild. Sp. pl. t.* 3. *p.* 1. *pag.* 797. Tuberculis piliferis scabra, pilis omnibus stellatis. Caule erecto ramoso, ramis patulis: foliis inferioribus remiformi-rotundatis obtuse sublobatis, mediis acute 5-angulatis, superioribus hastato-trifidis, cuspide medio elongato, omnibus serratis: floribus solitariis axillaribus longissime pedunculatis: calycis externi segmentis dentato-angulatis, interni ovato-acuminatis, brevioribus: petalis subemarginatis, calyce, subduplo longioribus: capsulis dense rugulosis.

L. punctata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 228. *p.* 800 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 279.

In aggeribus viarum ad sepes communis.

Ann. Flor. Junio Julio. Flores ditule purpurei.

ALTHAEA.

1418. OFFICINALIS *L. Sp. pl. p.* 966. Mollisime tomentosa. Caule erecto simplici vel parce ramoso, ramis alternis: foliis brevissime petiolatis ovatis, inferioribus sublobatis, superioribus angulatis, omnibus irregulariter dentatis: floribus in racemulis axillaribus brevissime pedunculatis: laciniis utriusque calycis acumiuatis: petalis obcordatis, calyce duplo quadruploque longioribus: dieresili depressa: capsellis compressis.

A. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 226. *n.* 792 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 246 - A. Dioscoridis et Plini *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 46.

In pratis depressis communis.

Perenn. Flor. Julio Augusto. Flores carneo-purpurascentes.

Vulgo et in officinis *Altea.*

Usus. Radix et folia mucillaginosa sunt et communiter utuntur in tussibus, raucedine, et in morbis inflammatoriis ad tisanas praesertim conficendas.

1419. *CANNABINA L. Sp. Pl. p.* 966. Cinereo-virens, scabrida, pilis brevibus stellatis. Caule erecto valde ramoso, ramis alternis erecto-patulis: foliis inferioribus quinquefidis, intermediis palmato-3-partitis, superioribus 3-partitis, lacinia media elongata, laciniis in omnibus irregulariter dentatis incisisve: pedunculis elongatis 1-3-floris: laciniis calyciniis externis lanceolatis, internis ovato-lanceolatis, omnibus acutis: petalis obcordatis, calyce duplo longioribus: dieresili centro depressa: capsellis incurvis.

A. cannabina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. t.* 227. *n.* 793 - *Bert. Fl. It.* 7. *p.* 249 - A. vulgaris major flore ex rubro-roseo *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 48.

In pascuis ageribus, et sylvarum oris frequens.

Perenn. Fl. Junio-Julio. Flores resei.

1420. *HIRSUTA L. Sp. Pl. p.* 966. Setis patentibus hirta. Caule erecto adsendentove ut plurimum ramoso, ramis patentibus: foliis inferioribus reniformi-rotundatis obtuse 5-lobis, lobis obtuse dentatis, supremis palmato-3-partitis, partibus inaequaliter serratis: pedunculis axillaribus 1-floris folio longioribus: partibus utriusque calycis lanceolatis acuminato-subulatis: petalis truncatis, calyce, paulo longioribus: dieresili depressa: capsellis tansverse rugosis.

A. hirsuta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 226. *n.* 794 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 251 - A. hirsuta minima fl. caes. hisp. *Barrel. Ic.* 1169.

In montanis ad vias sepes etc. *Monte Gennaro, Riofreddo* etc.

Ann. Flor Junio. Flores roseo-coerulescentes.

SIDA.

1421. *ABUTILON L. Sp. Pl. p.* 963. Mollissime tomentosa. Caule erecto superius ramoso : foliis cordato-subrotundis cuspidatis crenatis : pedunculis uni-paucifloris solitariis axillaribus folio brevioribus apice articulatis : petalis obcordatis, lacinias calycinas ovatas acutas paulo superantibus: capsellis truncatis extus 2-rostratis.

S. Abutilon *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 166 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 244 - Abutilon *Hort. Rom. t.* 1. *tab.* 52.

In pratis aquosis. *Alle paludi pontine.*

Ann. Flor. aestate in autumnum. Flores flavi.

TAXUS.

1422. *BACCATA L. Sp. Pl. p.* 1470. Ramis sparsis patentibus, ramulis pendulis: foliis linearibus disticis: baccis globosis.

T. baccata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 339. *n.* 1199 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 389.

In montanis sed non frequens. *Subiaco.*

Arb. Flor. Aprili. Flores herbacei.

Vulgo. *Tasso. Albero della morte.*

Usus. Arbor gigantea aeterna, cujus lignum durissimum rubrum praestans in operibus tornatis, topiariis et ad supelletiles. Experientia docti, inter fabulas recensemus, laetolem animantibus esse, si sub ea dormierint. Tamen magna copia ingesta equos necavit, bovesque ab ea refugiunt. In arte medica uti deprimens felici exitu periclitata est loco *Digitalis purpureae.*

CLASS. XVII DIADELHPIA.

Ord. I Hexandria.

Fumariaceae DC.

347. FUMARIA *L.* Calyx membranaceus liber 2-sepalus, sepalis aequalibus: corolla irregularis 4-petala, petalis tribus superioribus basi connatis, medio calcarato, lateralibus apice coalitis, quarto inferiore libero: androphora plana 3-antherifera: antherae laterales uniloculares, media bilocularis: stilus filiformis deciduus: stigma 2-lamellatum: fructus drupaceus parvus subglobosus tandem exuccus: nucula 1-locularis 1-spermia: semen reniforme parieti adfixum.

348. CORYDALIS *DC.* Calyx parvus liber 2-sepalus deciduus: corolla irregularis 4-petala, petalum supremum basi calcaratum, inferius carinatum: androphora plana 3-antherifera: antherae laterales uniloculares, media biloculari: stilus subulatus persistens: stigma 2-lamellatum lamellis divaricatis: fructus

siliqueformis compressus 1-locularis 2-valvis polyspermius: semina reniformia strophiolata alterne suturis adfixa.

Ord. II. Octandria

Polygalaceae Rich.

349. POLYGALA *L.* Calyx liber persistens 5-sepalus, sepalis 3 externis minoribus, 2 internis grandioribus parallelis coloratis: petala 3-5 basi cum androphoro connata, corollam papilionaceam, vexillo 2-petalo, carina 1-2-petala, referentia: androphorum 2-partitum, partibus 4-antheriferis: antherae tubulosae 1-loculares basifixae apice poro dehiscentes : stilus tubeformis, stigma 2-lobum capsula elliptica compressa obovata ant obcordata 2-locularis 2-valvis, loculis 1-spermiis: semen pendulum pubescens prope hilum strophiolatum.

Ord. III. Decandria.

Leguminosae L.

Sect. I. Stamina monodelpha.

* Leguminibus 1-olygo-spermiis.

350. SPARTIUM *L.* Calycis 1-sepali liberi spathaceo-membranacei tubus campanulatus, limbus 1-labiatus 5-dentatus, vel 2-labiatus, labio superiore 2-dentato vel 2-fido, inferiore 3-dentato: corollae papilionaceae vexillum subrotundum reflexum, alae ovato-oblongae erectae vexillo breviores, carina acuminata deflexa bipartibilis, saepe vexillo aequalis: antherae cordatae, auriculis barbatis: stilus deflexus, staminibus longior: stigma sublaterale: legumen plano-compressum, basi styli coronatum: semina subrotunda vel oblonga, umbilico saepe strophiolato.

351. ONONIS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus limbus 2-labiatus, labio superiore 2-partito, inferiore 3-fido, laciniis subaequalibus: corollae papilionaceae vexillum patens deflexum, alis carinaque longior: alae oblongae, carinae rostratae 2-partibilis adpressae: antherae oblongae: stylus brevis tenuis: stigma orbiculato-depressum : legumen oblongum com-

presso-tumens rostratum saepius olygospermium: semina reniformia scabra vel granulata quandoque laevia.

352. ANTHYLLIS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus ventricosus apice basique constrictus, limbus 2-labiatus labio superiore 2-dentato inferiore 3-dentato, dentibus filimormi-subulatis: corollae papilionaceae petala parva longe unguiculata, vexillo subrotundo, alis et carina, longiore, alis oblongis, carina 2-petala obtusa, petalis apice connatis: stamina quandoque diadelpha antheris oblongis: stylus filimormis, staminibus longior : stigma oblongum obtusum: legumen breve 1-2-spermium inter semina constrictum, calyce accreto tectum: semina laevia remiformi-rotundata.

** Leguminibus polyspermiis.

353. GENISTA *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus obconicus, limbus 2-labiatus, labio superiore 2-partito inferiore sub-3-fido: corollae papilionaceae vexillum oblongum erectum, carinae 2-petalae deflexae aequale, alae erectae vexillo, carinaquae breviores: antherae oblongae versatiles: stylus apice incurrus, stamina superans: stigma obliquum: legumen oblongum compresso-tumens rostratum polyspermium, quandoque olygospermium: semina subrotunda laevia.

354. CYTISUS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus saepe campanulatus, limbus 2-labiatus, labiis subaequalibus, superiore 2-dentato, inferiore 3-dentato 3-lobo vel integro: corollae papilionaceae vexillum obovatum patens: alae oppositae, carinae aequales, carina obtusissima: antherae sagittatae: stylus subulatus staminibus longior: stigma capitato-depressum: legumen plano-compressum rectum vel falcatum, rostro tenui, coronatum: semina subrotunda compressa laevia saepe ad hilum strophiolata.

355. ULEX. *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus brevis, limbus profunde 2-labiatus, labio superiore 2 inferiore 3-dentato: corollae papilionaceae erectae vexillum late-ovatum alis oblongis , carinaque 2-petala soblongior : antherae sagittatae auriculis abreviatis : stylus filiformis basi incurvus apice involutus: stigma orbiculare obtusum: legumen oblongum breve turgidum olygospermium: semina oblonga strophiolata, basi quodamodo cordata, apice fere triangularia, laevia.

356. ADENOCORPUS *DC.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus obconicus, limbus 2-labiatus, labio superiore breviore 2-partito, inferiore 3-fido,

lacinia media longiore: corollae papilionaceae vexillum obcordatum, alis ovatis carinaque rotundata genitalia occultans, brevior: antherae sagittato-acuminatae: stylus subulatus staminibus longior: stigma puntiforme: legumen lineare plano-compressum polyspermium apice obtusum quandoque breviter rostratum, glandulis undique scabrum: semina subrotunda laevia nitentia.

357. LUPINUS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus brevis, faux quandoque bracteata, limbus profunde 2-labiatus, labiis divaricatis, superiore ut plurimum integro, inferiore ut plurimum 3-dentato: corollae papilionaceae vexilli latera deflexa, alae latae margine superiore conniventes inferiore patentes: carina rostrata inferne 2-partita: antherae 5 subrotundae parvae, 5 majoribus reniformibus serius evalutis, alternantes: stylus filiformis: stigma subrotundum barbatum : legumen lato-lineare compressum oblique torulosum : semina subrotunda compresso-turgida saepe grandia, hitsmis inclusa.

Sect. II. Stamina diadelpha

* Leguminibus 1-locularibus

A. *Foliis abrupte-pinnatis cirrho aut seta terminatis.*

358. PISUM. *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus, limbus 2-labiatus, labio superiore 2-fido, inferiore 3-fido: corollae papilionaceaer vexillum amplum reflexum basi intus 2-lamellatum : alae obovatae brevite stipitatae conniventes, carinam breviorem dorso acutam tegentes: antherae lineari-elongatae: stylus basi geniculatus, apice barbatus: stigma pubescens , barba stylo lateralis: legumen lato-lineare compressum rostratum polyspermium: semina laevia subglobosa.

359. OROBUS. *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus subcampanulatus, limbus 2-labiatus, labio superiore multo breviore 2-dentato quandoque 2-fido , sinn lato interposito , labio inferiore 3-fido : corollae papilionaceae vexillum reflexum, alis oblongis stipitatis conniventibus , carinaque rostrata inferne 2-partita, longior : antherae oblongae : stylus adsendens latere altero canaliculatus: stigma laterale pubescens in canaliculo styli decurrens: legumen oblongo-cylindaceum polyspermium: semina subglobosa saepius laevia.

360. LATHYRUS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus basi qnandoque angustatus, limbus 5-fidus, laciniis lenceolatis, superio-

ribus brevioribus sinuque profundiore partitis: corollae papilionaceae vexillum rotundatum patens, saepe basi interna 2-lamellatum vel 2-colliculosum: alae oblongae concavo-conniventes, vexillo breviores: carina obtusa ungue 2-partito, alis ut plurimum brevior: stamina quandoque monadelpha antheris oblongis: stylus rectus basi geniculatus apice dilatato-complanatus: stigma obtusum vel rostratum villosum in stylum decurrens: legumen oblongum planiusculum rostratum polyspermium: semina globosa vel angulata, laevia vel tuberculata.

361. VICIA. *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus, limbus 2-labiatus, labio superiore saepius breviore 2-dentato vel 2-fido, inferiore 3-fido: corollae papilionaceae vexillum ovatum erectum carinatum in lateribus deflexum late unguiculatum: alae variabiles, vexillo breviores: carina obtusa ungue 2-fido, alis brevior : stamina quandoque monadelpha , antheris ovatis : stylus filiformis rectangulo adsceendens : stigma obtusum dilatatum , infra apicem in latus barbatum vel pilis undiqne cintum, barba in parte inferiore styli descendente: legumen lineare compresso-tumens aliquando teres rostratum polyspermium: semina subrotunda angulata aut oblonga raro scabra.

362. ERVUM. *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus vel turbinatus , limbus 2-labiatns, laciniis utriusque lobii subaequalibus , vel duabus tubi superioris quidquam brevioribus, ad lacinias labii inferioris approximatis : corollae papilionaceae parvae vexillum obovatum subreflexnm , alis et carina longior: antherae oblongae: stylus rectangulo adsendens: stigma capitellatum minute puberulum : legumen lineare breve tumidum mono-olygospermium: semina subglobosa utplurimum laevia.

b. Foliis impari-pinnatis.

363. COLUTEA *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus late-campanulatus, limbus 2-labiatus 5-dentatus, dentibus duobus labii superioris brevioribus, inferiore 3-dentato: corollae papilionaceae vexillum latum emarginatum patens in lateribus quidquam recurvum, alis oblongis subsulcatis, carinaque dilatata obtusa, longior: antherae 2-lobae lobis cuneatis: stylus subulatus in latus internum barbatus : stigma uncinatum : legumen ovato-cymbiforme inflatum subtiliter uncinatum , tecaphoro impositum , polyspermium: semina reniformia laevia.

364. GALEGA *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus companiformis, limbus 5-partitus, laciniis subaequalibus subulatis: corollae papilionaceae

vexillum obovatum, carinam obtusam, paulo superans, alae carina subreviores: stamen decimum latere androphori adnatum, ideoque stamina monadelpha: antherae tenues lineares: stylus filiformis: stigma puntiforme: legumen gracile teretiusculum torulosum oblique striatum polyspermium: semina cylindracea utrinque obtusa laevia.

365. HYMENOCARPOS *Savi*. Flores exigui. Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus, limbus 5-dentatus 2-labiatus, dentibus setaceis subaequalibus, unico breviore: corollae papilionaceae vexillum obovatum recurvum, alis oblongis erectis, aequale, carina apice truncata rostrata, vexillo sublongior: stamina monadelpha vel diadelpha, filamentis superne incrassatis, antheris ovatis: stylus incurvus: stigma clavatum: legumen planum reniformi-orbiculatum, margine dentato-spinulosum vel inerme, 2-spermium: semina reniformia laevia, placentae basilari, adfixa.

366. PHACA *L*. Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus saepe campanulatus, limbus 2-labiatus 5-dentatus, labii superioris dentibus remotis: corollae papilionaceae vexillum obovatum patens, lateribus recurvum, alas oblongas, carinamque obtusam paulo superans: antherae minutae elongatae: stylus filiformis apice incurvus: stigma tenue capitatum: legumen semiovatum inflatum, tecaphoro impositum, rostro exili, coronatum: semina reniformia laevia.

367. OXYTROPIS *DC*. Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus saepe campanulatus, limbus 5-dentatus, dentibus acutis, 2 labii superioris quidquam brevioribus: corollae papilionaceae vexillum patens, lateribus replicatis, alis carinaque longior, alae obtusae unguibus angustis, carina 2-unguiculata summo dorso rostellato-mucronata, alis brevior: antherae ovato-acuminatae: stylus filiformis incurvus: stigma capitellatum: legumen teres raro tumens, sutura superiore raro et inferiore introflexa, dissepimentum jamdudum incompletum sistente, polyspermium: semina 2-serialia reniformia laevia.

368. GLYCYRRHIZA *L*. Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus cylindricus, limbus 2-labiatus 5-fidus, labii superioris lacinis duabus brevioribus, laciniis lateralibus labii inferioris ad lacinias labii superioris approximatis: corollae papilionaceae vexillum oblongum angustum retusum alis linearibus longior: carina acuta 2-unquiculata vel 2-petala alis brevior: filamenta elongata basi tantum in androphorum connexa: antherae subrotundae: stylus subulatus: stigma obliquum puberulum: legumen ovali-compressum aut lato-lineare echinatum, glandulosum vel glabrum, 1-olygospermium: semina renìformia laevia.

c Foliis trifoliatis.

369. LOTUS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulato-turbinatus, limbus 2-labiatus, labio superiore 2-fido, inferiore 3-fido, laciniis omnibus subaequalibus erectis: corollae papilionaceae vexillum late-obovatum recurvum, ungue dilatato, alis carinaque longior: alae obovatae concavae sursum conniventes breviter auriculatae: carina rostrata 2-unguiculata alis subaequalis: filamenta longiora apice dilatata, antherae ovato-sagittatae: stylus rectus exilis: stigma capitatum: legumen elongatum erectum vel arcuatum rostratum teres vel compressum quandoque torulosum polyspermium: semina reniformi-oblonga vel rotunda laevia, dissepimentis incompletis horizontalibus interposita.

370. TETRAGONOLOBUS *DC.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus turbinatus, limbus 2-labiatus laciniis subulato-oblongis erectis, 2 labii superioris brevioribus: corollae papilionaceae petala unguiculata, vexillum obovatum recurvum, ungue apice dilatata, alis carinaque, longior: alae obovatae breviter unguiculatae sursum conniventes, carina recta rostrata 2-unguiculata alis subbrevior: filamenta longiora apice dilatata, antheris erectis vix auriculatis: stylus rectus: stigma capitellatum: legumen elongatum erectum rostratum, modo quadrangolum tetrapterum, modo teres suturis breviter alatis, polyspermium: semina reniformia laeva, dissepimentis horizontalibus incompletis, interposita.

371. BONJEANEA *Reich.* Calycis 1-sepali liberi persistentis, tubus campanulatus senio in latus ab apice ad basim apertus, limbus 2-labiatus 5-fidus, laciniis subulatis subaequalibus: corollae papilionaceae vexillum obovatum plicatum, alis ovato-obtusis carinam occultantibus, brevior: alae, carina recta erostrata, longiores: petala omnia anguste unguiculata, andropbori filamenta apice incrassata, antheris ovatis: stylus subulatus, stigma capitellato-depressum: legumen teres breve rectum tandem deciduum, polyspermium: semina tumidula reniformia laevia, dissepimentis horizontalibus incompletis dissita.

373. TRIGONELLA *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus cylindricus vel campanulatus, limbus sub-2-labiatus 5-dentatus, dentibus labii superioris approximatis quidquam longioribus: corollae papilionaceae vexillum obovatum obtusum, alis erectis patentibus subaequale, carina minima obtusa: antherae minutae oblongae: stylus brevis: stigma capitatum: legumen

oblongum compressum vel cylindricum saepe falcatum, valvis reticolato-venosis, rostro tenui, polyspermium: semina oblonga laevia vel granulata.

374. MEDICAGO *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus turbinatus, libus 2-labiatus laciniis acuminatis ut plurimum subaequalibus: corollae papilionaceae petala longitudine aequalia: vexillum obovatum margine revolutum, alae oblongae concavae, carina obtusa a vexillo alisque tandem, evolutione ovarii, recessa: antherae minimae: stylus tenuis denuo incrassatus: stigma puntiforme vel dilatatum : legumen semilunatum ant anulare saepius cochleatum, modo inerme, modo, spiris margine externo distice spinosis vel tuberculatis, armatum, polyspermium: semina reniformia laevia.

375. MELILOTUS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus brevis saepe campanulato-turbinatus, limbus 2-labiatus, dentibus 2 labii superioris approximatis, 3 labii inferioris quidquam majoribus : corollae papilionaceae petala longitudine subaequalia: vexillo ovato-oblongo, alae lineares obtusae, cum carina integra subfalcata complicatae: andropbori filamenta subulata, antheriis ovato-acuminatis: stylus incurvus: stigma puntiforme: legumen oblongum obtusum calyce longior aegre dehiscens 1-loculare 1-3-spermium : semina subrotunda laevia vel granulata.

372. DORYCHNIUM *DC.* Flores exigui. Calycis monosepali liberi persistentis tubus subcampanulatus superius gibbus, limbus 2-labiatus 5-dentatus, dentibus triangularibus, 2 labii superioris sublongioribus: corollae papilionaceae vexillum obovatum recurvum, alis erecto-palulis, longior, carina obtusa fere mutica, alis brevior: androphori filamenta subulata, antheris minimis: stylus brevis subincurvus : stigma capitatum : legumen subrotundum mucronulatum calycis longitudine, ex abortu nonullorum ovulorum 1-spermium, maturitate deciduum: semen fere globosum totum loculum implens.

376. TRIFOLIUM *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus cylindricus vel campanulatus, faux saepe fungosa, limbus 2-labiatus, labio superiore 2-fido laciniis aequalibus, inferiore 3-fido lacinia media longiore: corollae papilionaceae petala modo coalita modo libera, alis vexillo, carina integra alis breviore: stylus incurvus: stigma tenue: legumen ovatum calyce brevius 1-2-spermium, vel oblongum calycem superans 3-4-spermum, semper 1-loculare, aegre vel nunquam dehiscens : semina ovalia vel subreniformia laevia , granulata , aut minute tuberculata.

** Leguminibus 2-pluri-loculari!

377. ASTRAGALUS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus cylindricus tandem dilatatus et in latere apertus, limbus 2-labiatus, dentibus plus minus elongatis, 2 labii superioris inter se distantibus: corollae papilionaceae vexillum obovato-oblogum emarginatum in lateribus replicatum erectum vel incurvum alis oblongis obtusis longior, carina obtusa alis brevior: stylus filiformis incurvus: stigma obtusum: legumen forma et longitudine varium sepius rostratum, a sutura inferiore quandoque et ab utraque introflexa 2-loculare olygo-polyspermium: semina reniformia laevia.

378. BISERRULA *L.* Flores exiqui. Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus, limbus 2-labiatus 5-partitus, laciniis aequalibus apice attenuatis: corollae papilionaceae petala obtusa, vexillo oblongo, alis linearibus longiore, carina omnibus breviore: stylus subulatus: stigma capitellatum: legumen lineare depresso-planum 2-loculare 2-valve, valvis carinatis, dissepimento angusto, contrariis, carinis uniformiter sinuato-dentatis sinubus rotundatis, polyspermium: semina reniformia laevia dentium numero.

*** Leguminibus indehiscentibus ut plurimum articulatis *Lomentis* dictis.

379. PSORALEA *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campaniformis, limbus 2-labiatus 5-partitus, partibus acuminato-attenuatis, media labii inferioris latiore et longiore: corollae papilionaceae petala longe unguiculata: vexillum oblongum erectum in latus replicatum, alis linearibus obtusis, paulo longior, carina obtusissima ungue 2-fido alis multo brevior vel subaequalis: stamina quandoque monadelpha, antheris oblongis: stylus brevis: stigma rotundato-depressum: lomentum ovatum compresso-tumens saepe rostratum, vix e calyce exertum, 1-loculare, 1-spermium: semen oblongum.

380. ONOBRYCHIS *Scop.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus brevis turbinato-campanulatus, limbus 2-labiatus 5-partitus, laciniis angustis subaequalibus elongato-acuminatis: corollae papilionaceae vexillum ovatum erectum, carinam compressam dilatatam rectangulo truncatam, ungue 2-fido, subaequans, alae carina breviores quandoque brevissimae: antherae tenues ovatae: stylus filiformis: stigma obtusum: lomentum semiorbiculare compresso-tumens echinatum cristatum vel alatum 1-loculare 1-spermium: semen reniforme laeve.

381 HEDYSARUM *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus campanulatus vel turbinatus, limbus 2-labiatus 5-fidus, laciniis acuminatis, 2 labii superioris distantibus: corollae papilionaceae vexillum latum oblongum emarginatum, alis acuminatis, longior, carina grandis compressa 2-unguiculata rectangulo incurva fere vexilli longitudine: stamina, stylusque filiformis ad instar carinae incurvus : antherae ovatae : stigma obtusum: lomentum compressum multi-articulatum, articulis subrotundis 1-spermiis inermibus costatis vel echinatis: semina reniformia.

382. HIPPOCREPIS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus brevis campaniformis, limbus 2-labiatus 5-fidus, laciniis 2 labii superioris quidquam brevioribus: corollae papilionaceae vexillum obovatum marginibus revolutum, alis longior: alae ovato-obtusae: carina 2-unquiculata falcato-rostrata alis brevior, ungues in omnibus calyce longiores : antherae minimae ovatae : stylus incurus apice attenuatus: stigma obtusum: lomentum plano-lineare rectum vel curvatum apice tenuiter rostratum pluri-articulatum , articulis , ferri equini ad instar plicatis, polyspermium: semen elongatum cylindricum aut compressum, in quovis articulo ita positum, ut curvaturam sinuum prorsus sequatur: hilum in medio curvaturae.

383. SECURIGERA *DC.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus brevis campanulatus , limbus exquisite 2-labiatus 5-dentatus , dentibus 2 labii superioris brevioribus : corollae papilionaceae vexillum ovale emarginatum in latus recurvum, alis ovato-oblongis, subaequale: petalorum ungues longiusculae tandem e calyce exertae: antherae parvae oblongae: stylus subulatus incurvus: stigma puberulum capitatum: lomentum planum depressum longe rostratum articulatum, articulis, ob suturis marginalibus incrassatis, inseparabilibus, diaphragmatibus inter semen et semen, multiloculare: semina 8-10 parallelopipeda tumidiuscula, hilo laterali.

384. CORONILLA *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus brevis late campanulatus , limbus 2-labiatus 5-dentatus , dentibus brevibus, 2 labii superioris basi connatis: corollae papilionaceae petala ut plurimum longe unguiculata, vexillum obovatum reflexum emarginatum, alas oblongas latere superiore conniventes , parum supertante , carina applanata arcuata rostrata 2-unguiculata alis subaequalis: andropohri filamenta elongata ad inxtar carinae curvata: antherae ovato-acuminatae : stylus subulatus : stigma puberulum : lomentum gracile teretiusculum elongatum stylo uncinato coronatum, articulis oblongis compresso-tumidis 1-spermiis: semina oblonga obtusa, hilo laterali.

385. ORNITHOPUS *Desv.* Flos exiguus. Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus cylindricus vel turbinatus, limbus 2-labiatus 5-dentatus, dentibus subaequalibus, 2 labii superioris basi connatis : corollae papilionaceae vexillum obovatum erectum patens, alis oblongis conniventibus, longior, carina compressa obtusa, alis multo brevior, ungues petalorum calyce inclusae : stylus subulatus: stigma depressum: lomentum lineare compressum arcuatum longe rostratum, articulis parallelopipedis vel ovatis sero secedentibus 1-spermiis : semina oblonga compressa hilo laterali.

386. ASTROLOBIUM *Desv.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus cylindricus, limbus 2-labiatus 5-dentatus, dentibus 2 labii superioris inferne connatis : corollae papilionaceae vexillum ovatum patens , alis oblongis obtusis conniventibus, vix longior, carina compressa rostrata 2-unguiculata, alis brevior, ungues petalorum vix e calyce exertae: stylus subulatus: stigma puberulum depressum: lomentum lineare subangulatum arcuatum, articulis oblongis aequalibus truncatis 1-spermis: semina elongata, quandoque subincurva laevia, hilo laterali mediano.

387. SCORPIURUS *L.* Calycis 1-sepali liberi persistentis tubus turbinato-campanulatus, limbus 2-labiatus 5-fidus laciniis aequalibus acutis: corollae papilionaceae vexillum late ovatum recurvum, alas ovato-oblongas superans, carina 2-unguiculata acute rostrata alarum longitudine , petalorum ungues e tubo calycino exertae: androphori filamenta 4 altiora 5 longe breviora, antheris oblongis: stylus adscendens: stigma depressum: lomentum elongatum sulcato-costatum pluries involutum, costis inermibus squamulosis turberculatis vel aculeatis, articulis arcuatis 1-spermiis : semina ovalia vel semilunata laevia, hilo parvo dorsali.

Diadelhpia Hexandria.

FUMARIA.

1423. *officinalis L. Sp. Pl. p.* 984. Glauco-virens. Caule diffuso ramosissimo, ramis alternis: foliis supradecompositis, foliolis cuneato-flabellatis laciniis linearibus planis: floribus racemosis: foliolis calycinis ovatis lanceolatisve tubo corollino, angustioribus : pedunculis fructiferis erecto-patulis : drupeolis subglobosis apice retusis laevibus.

F. officinalis *Sebast. En. pl. Amph. Flavii p.* 45. *n.* 105 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 232. *n.* 806 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 301.

β densiflora. Racemis densis.

F. officinalis *β Bert. l. c. p.* 302.

γ subemarginata. Caule altiore, petiolis subcirrosis, drupeolis subemarginatis.

F. officinalis γ *Bert. l. c.*

δ Vaillantii. Caule altiore, petiolis subcirrosis, drupeolis non emarginatis.

F. officinalis δ *Bert. l. c.*

In cultis ad vias ad muros ubique vulgatis etiam varietates.

Ann. Flor. Martio in aestatem. Flores dilute vel intense rosei apice ut plurimum saturatiore.

Vulgo. *Fumaria, Erba fumaria.*

Usus. Herba et semina Fumariae in veteri medicina plurimum valuerunt ad sanandum scorbotum arthitides aliosque morbos, nunc fere oblita, nam uti depurativa sub forma decocti herba simpliter aliquando usurpatur.

1424. AGRARIA *Lag. Gen. et Spec. p.* 21. *n.* 282. Glauco-virens. Caule diffuso ramoso, ramis alternis: foliis supradecompositis, foliolis cuneato-flabellatis laciniis latiusculis obverse lanceolatis: floribus grandiusculis laxe racemosis: foliolis calycinis ovato-lanceolotis serratis, tubo corollino, sublatioribus: pedunculis fructiferis erecto-patulis: drupreolis grandiusculis subglobosis retusis tuberculato-scabris.

F. agraria *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 305.

In cultis non rara, et pro officinali indiscriminatim lecta.

Ann. Flor. Martio-Junio. Flores lete rosei apice fere rubro.

1425. CAPREOLATA *L. Sp. pl. p.* 985. Glauca. Caule angulato alterne ramoso, petiolis cirrosis, alte scandente: foliis bipinnatis, foliolis ternatis 2-3-fidis, laciniis latiusculis incisis dentatisve: floribus in racemo denso, pedicellis fructiferis inferioribusque floriferis recurvis: foliolis calycinis late-ovatis sero persistentibus: drupeolis subglobosis laevibus.

F. capreolata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p* 45. *n.* 104 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 232. *n.* 805-*Bert. Flor. It. t.* 7. *p.* 306.

Ad sepes ubique frequens.

Ann. Flor. Aprili ad Junium. Flores albo-carnei apice atro sanguinei.

1426. PARVIFLORA *Lamck dict.* 2. *p.* 567. Intense glauca. Caule decumbente ecretove saepe ramosissimo, ramis patulis alternis: foliis tripinnatis, foliolis flabellatis varimode partitis, partibus angusto-linearibus canaliculatis: floribus parvis in racemo laterali vel terminali tandem laxato: foliolis calycinis ovatis: drupeolis globosis maturitate tubercolato-scabris.

F. parviflora *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 232. *n.* 807 – *Bert. Fl. It. t.*7.*p.*310-F. exilis Romana folio Sophiae tennissimo. *Bocc. Mus. di Piant.p.*107, et F. exilis Romana *l. c. t.* 81, et F. minor Foeniculi tortuosis foliis flore albo macula rubente, *l.c.p.* 144 et F. Phoeniculi tortuosi folio Romana *l.c. tab.*202.

In cultis, vineis, viridariis, viis frequens.

Ann. Flor. Aprili ad Augustum. Flores albi apice purpurei.

CORYDALIS.

1427. *TUBEROSA DC. Prod. Syst. nat. t. 4. p.* 127. *n.* 9. Radice tuberosa cava, fibrillis numerosis: caule simplici subflexuoso inferne nudo, inferius 2-foliato: foliis biternatis, foliolis inaequaliter fixis lobatisve: floribus in racemo terminali simplici: bracteis late ovatis integris: calcare apice curvo.

C. tuberosa *Bert. Flor. It. t.* 7. *p.* 290 - C. bulbosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 232. *n.* 802.

In montium sylvis frequens. *Copiosamente sul monte Cavi, vicino Rocca di Papa* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albidi vel saturate rosei.

Usus. Linnaeus in sua materia medica mentionem facit de hac planta sub nomine *Aristalochiae fabaceae*, referens radicem inter emenagogos. Nunc oblita.

1428. *BULBOSA DC. Prod. Sgst. nat. t.* 1. *p.* 127. *n.* 11. Radice tuberosa solida: caule subsimplici inferne unisquamato, superne 2-3-folioso: foliis biternatis, foliolis integris vel 2-3-partitis: floribus in racemo terminali simplici: bracteis cuneato-palmatifidis: calcare recto.

C. bulbosa *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 293 - C. digitata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 232. *n.* 803.

In montium sylvis. *Presso Monte Compatri.*

Perenn. Flor. Majo. Flores rosei vel albidi.

1429. *OCHROLEUCA Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 297. Radice fusiformi: caule angulato diffuso ramoso, ramis refractis: foliis triternatis, foliolis ovatis vel ovato-cuneatis integris vel inciso-lobatis: racemo paucifloro tandem laxo: bracteis lanceolatis: calcare obtusissimo.

C. lutea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 232. *n.* 804.

In montanum sylvis. *Sul monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores flavi.

DIADELPHIA OCTANDRIA.

PALYGALA.

1430. *VULGARIS L. Sp. Pl. p.* 986. Pallide virens. Caulibus adscendentibus e basi ramosis, ramis patulis: foliis lanceolato-linearibus, inferioribus abbreviatis obovatis: racemo terminali longiusculo: foliolis calycinis internis ovato-acuminatis nervoso-venosis, corollae subaequalibus, capsula longioribus:

capsulis subrotundis basi angustatis apice retusis pendulis: tecaphoro brevissimo.

P. vulgaris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 233. *n.* 808 - *Bert. Fl. t.* 7. *p.* 314.

In apricis montanis. *Monte Gennaro, presso Bagnaja* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores coerulei.

1431. MAJOR *Jacq. Fl. Aust. t.* 5. *p.* 6. *t.* 43. Pallide virens, pilosiuscula Caule adscendente erectove dense folioso: foliis lineari-lanceolatis, inferioribus ovatis basi angustatis: racemo ut plurimum abbreviato densifloro: foliolis calycinis internis amplis nervoso-multi-venosis, corolla brevioribus, capsula longioribus: capsulis ellipticis emarginatis pendulis: tacaphoro evoluto.

P. major *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 233. *n.* 811 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 318.

In jugis subapenninis. *Presso Subiaco*, et in apenninis. *Sul Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores pulchre rosei.

1432. FLAVESCENS *Sebast. Rom. pl. fosc.* 1. *p.* 6. *tab.* 1. *fig.* 1. Pallide virens. Caulibus caespitosis adscendentibus : foliis linearibus lanceolatis, inferioribus obovatis: floribus in racemo elongato subconferto : foliolis calycinis internis oblongis utrinque acutis nervoso-venosis, corolla capsulaque longioribus: capsulis ellipticis exquisite marginatis tandem pendulis : tecaphoro brevi.

P. flavescens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 233. *n.* 810 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 319.

In agris sterilibus frequens. *Roma, Corneto, Tivoli, Subiaco, Ostia* etc.

Perenn. Flor. Aprili, Autumno. Flores lutei.

1433. MONSPELIACA *L. Sp. Pl. p.* 987. Pallide virens. Caule erecto simplici vel parce ramoso : foliis inferioribus lineari-lanceolatis acutis subconfertis, inferioribus lineari-acuminatis remotiusculis: floribus in racemo elongato sublaxo subsecundo: foliolis calycinis internis oblongis utrinque acutatis nervoso-venosis, corolla capsulaque, longioribus : capsulis oblongis emarginatis, pendulis tecaphoro brevissimo.

P. monspeliaca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 233. *n.* 809 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 319.

In pratis sterilibus, collis muris circa Romam et in maritimis. *Ostia.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores dilute lutei.

1434. AMARA *L. Sp. Pl. p.* 987. Saturate virens. Caulibus caespitosis as-

surgentibus: foliis inferioribus obovatis majusculis, superioribus lineari-lanceolatis: floribus racemosis: foliolis calycinis internis ellipticis corollam aequantibus, capsula sub longioribus: capsulis obcordatis : tecaphoro brevissimo.

P. amara *Sang. Cent. tres p.* 96. *n.* 205 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 321.

In montanis subapenninis. *Monte Calvo presso Subiaco*, *Monte Gennaro*, et in apenninis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio. Flores cyanei.

Vulgo. *Poligala amara.*

Usus. Apud nonullos herba uti expectorans in cronicis affectionibus pectoris usurpatur.

DIADELPHIA DECANDRIA.

SPARTIUM.

* Inermes.

1435. JUNCEUM *L. Sp. Pl. p.* 905. Glauco-virens. Caule arborescente, ramis sparsis, coadunatisque virgatis: foliis paucis sparsis obverse-lanceolatis cito deciduis: floribus in racemo terminali: calycibus 1-labiatis: leguminibus elongatis rostratis.

S. junceum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 234. *n.* 812 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 327.

In ericetis, collibus arenosis, sterilibus comunis.

Frut. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Vulgo. *Ginestra.*

Usus. Flores grate redolentes ab Apibus desideratissimi. Rami optimi ad ligandum, in operibus agricolis usitatissimi: cortex macerationis ope dat materiam tessilem sub nomine *Lino ginestrino*. Tota planta Alkali *Potassa* abbundat, unde cineres et decoctio corticis diuretica.

1436. RADIATUM *L. Sp. Pl. p.* 966. Glaucum. Caule erecto ramosissimo, ramis oppositis striatis abbreviatis : foliis ternatis, foliolis linearibus petiolo persistente: floribus in fasciculis terminalibus: calycibus 2-labiatis: leguminibus ovalibus rostratis.

S. radiatum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 333. - Spartum minimum montanum triphyllum *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 295, et S. aequicolorum minimum montanum τριφολλου *l. c. p.* 294.

In alpestribus australibus montis *Vettore sopra S. Gennaro.*

Frut. Flor. Junio-Augusto. Flores lutei.

1437. *SCOPARIUM L. Sp. Pl. p.* 966. Glabrum virescens. Caule arborescente angulato, ramis alternis erectis virgatis: foliis ternatis, foliolis obovatis, superioribus simplicibus: floribus axillaribus solitariis: calycibus 2-labiatis: leguminibus oblongis subfalcatis, rostro incurvo, suturis exquisite villosis.

S. scoparium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 234. *n.* 813 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 334.

In eriectis, collibus sylvaticis, aggeribus viarum passim.

Frut. Flor. Aprili-Majo. Flores flavi.

Vutgo. *Scopiglio, Ginestra dei Carbonari.*

Usns. Dat pecori gratum pabulum: rami juniores ad ligandum aptissimi, et a carbonariis praesertim usurpati ad saccos ligandos, unde nomen vulgare: Scopas quoque conficimus ad marmorea pavimenta praesertim pulienda.

** Armati.

1438. *SPINOSUM L. Sp. Pl. p.* 997. Glabrum. Caule humili lignoso ramoso, ramis divaricatis crebre valideque spinosis: foliis parvis petiolatis ternatis, foliolis ovatis: floribus solitariis, pedunculis lateralibus approximatis: leguminibus oblongis brevibus recte mucronato-rostratis, sutura superiore utrinque breviter alata.

S. spinosum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 342.

In sepibus montanis Umbriae.

Frut. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

1439. *VILLOSUM Poir. Voy.* 2. *p.* 207. Tomento brevi canescens. Caule arborescente striato, ramis divaricatis inordinatis spinescentibus, spinis validis: foliis petiolatis ternatis, foliolis obverse cuneatis apice rotundatis: pedunculis lateralibus fasciculatis 1-floris: calycibus truncatis: leguminibusque brevirostratis dense lanatis.

S. villosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 234. *n.* 814 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 334.

In ericetis et collibus maritimis. Secus *Civitavecchia* abbunde.

Frut. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

1440. *SPINESCENS Spr. Syst. veg. t.* 3. *p.* 225. Cano-pubescens, pilis sericeis. Caule humili lignoso adscendente vel erecto ramosissimo, ramis inordinatis spinescentibus: foliis petiolatis ternatis, foliolis obovato-oblongis: flo-

ribus lateralibus solitariis petiolatis: calyce 2-labiato: leguminibus oblongis subfalcatis oblique rostratis.

β ramosissimum. Legumibus glabris vel laeviter pilosis in sutura inferiore hirsutis.

S. spinescens β. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 345.

In sepibus sylvarum Piceni.

Frut. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

ONONIS.

1441. ANTIQUORUM *L. Sp. Pl. p.* 1006. Pubescens, pilisque glanduliferis viscida. Caule decumbente erectove, ramis numerosis inordinatis tandem spinosis: foliis ternatis, foliolis ovato-oblongis obtusis dentatis, superioribus simplicibus: stipularum auriculis semiovatis dentatis: floribus axillaribus solitariis geminatisves: laciniis calycinis lanceolato-linearibus corolla multo brevioribus: leguminibus ovatis calyce brevioribus 2-spermiis: seminibus minute granulatis.

O. antiquorum *Bert. Fl. It.* t. 7. *p.* 368 - O. arvensis *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 236. *n.* 824 - O. spinosa *Sang. Cent. tres p.* 97. *n.* 219.

In campis ubique.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores intense rosei.

Vulgo. *Arresta bovi, Ononide.*

Obs. Herba faetida.

Usus. Radix Ononidis inter quinque radices aperientes minores jam recensita.

1442. ARVENSIS *Smith Engl. Flor. t.* 3. *p.* 267. Pubescens pilisque glanduliferis viscidula. Caule decumbente saepius erecto, ramis adscendentibus alternis tandem spinosis: foliis ternatis, foliolis ovali-oblongis acutis dentatis, superioribus simplicibus: stipularum auriculis semiovatis dentatis: floribus axillaribus solitariis geminatisve: laciniis calycinis lanceolato-linearibus, corolla multo brevioribus: leguminibus ovatis calyce brevioribus 2-spermiis: seminibus minute granulatis.

O. arvensis *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 371.

In maritimis. *Al Porto d'Ascoli* in Piceno.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores intense rosei.

1443. MITISSIMA *L. Sp. Pl. p.* 1007. Laxe pubescens, pilis apice glanduliferis. Caule ut plurimum erecto, ramis alternis adscendentibus: foliis ternatis, foliolis obovatis obtusis serratis, impari longius petiolato: stipularum auriculis acutis approximatis: floribus terminalibus in spica densa abbreviata

foliata: foliorum floralium stipulis scariosis, arcte calycem amplexantibus, supremis aphyllis: laciniis calycinis ovatis acutis corolla subbrevioribus: leguminibus oblongis calyci subaequalibus: seminibus minute echinatis.

O. mitissima *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 374.

In sabulosis mare versus. *Macchia Mattei, Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores albi vexillo purpurascente.

1444. OLYGOPHYLLA *Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 136. *tab.* 67. Pubescens, pilis eglandulosis. Caule assurgente diffuso, ramis alternis adscendentibus: foliis simplicibus orbiculato-cuneatis obovatisve serrulatis: stipularum auriculis semiovatis obtusis: floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus acutis corolla brevioribus: leguminibus obtusis calyci subaequalibus: seminibus minute muriculatis.

O. olygophylla *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 376.

In elatis apricis montium Umbriae et Piceni. *Gran Sasso d' Italia*, et prope *Ascoli*.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores rosei, vel carnei.

1445. SERRATA *Forsk. Flor. Aegyp. Arab. p. LXX.* Pubescenti-viscida. Caule solitario vel caespitoso erecto, ramis alternis: foliis ternatis, foliolis obverse cuneatis argute serratis, dentibus inaequalibus: stipulis brevibus auriculis ovatis acutis: floribus in racemo terminali foliato superne densifloro: foliis floraribus superioribus simplicibus angustatis: laciniis calycinis lanceolato-linearibus corollam subaequantibus: leguminibus calycem subaequantibus: seminibus granulato-scabris.

O. serrata *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 377 - O. diffusa *Fior. Gior. dei lett. di Pisa t.* 17. *p.* 18 - Ononis non spinosa rotundifolia spicata purpurea hisp. *Barrel. Ic.* 258 - *Bocc. Mus. di piant. p.* 60. *tab.* 48.

In maritimis arenosis. *Ostia, Castel Fusano, Civitavecchia, Terracina* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores albidi vexillo roseo.

1446. MOLLIS *Sav. Mem. della Soc. Ital. t.* 9. *p.* 351. *tab.* 8. Villosa, pilis glanduliferis viscida. Caule erecto, ramis alternis patulis: foliis ternatis, obverse oblongo-cuneatis truncatis serrulatis: stipularum auriculis late triangulis: floribus pendulis in racemis terminalibus foliatis, pedicellis erectis stipula petioluloque longioribus: laciniis calycinis lineari-acuminatis corollam vix superantibus: leguminibus tereti-compressis calyci subaequalibus, pendulis: seminibus scabris.

O. mollis *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 380 - O. reclinata *Seb. et Maur. Fl.*

Rom. Prod. p. 236. *n.* 828 – Ononis trifolia pallidis nutantibusque flosculis maritima *Barrel. Ic.* 761.

In nemorosis, collibus circa Urbem. *Monte Mario* et in maritimis. *Ostia, Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Junio. Flores albi vexillo roseo.

1447. *Cherleri L. Sp. Pl.* 1007. Pubescenti viscida, pilis glanduliferis. Caule erecto alterne ramoso, quandoque simplici: foliis longe petiolatis ternatis, inferiorum foliolis subrotundis, superiorum ovato-oblongis, omnibus minute arguteque serratis: stipularum auriculis lanceolato-acuminatis: floribus in racemo densiusculo, petiolo foliorum floralium, brevioribus: laciniis calycinis lanceolatis longe acuminatis corollam superantibus: leguminibus ovalibus erectis calycis longitudine: seminibus minutissime granulatis.

O. Cherleri *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 382 – O. Columnae *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 236. *n.* 825 – O. lutea sylvestris minima *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 304 – Ononis purpurea non spinosa *Barrel. Ic.* 1106.

In sterilibus montanis. *A Tivoli presso S. Antonio, sul monte della Croce, ad Albano* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores flavi vexillo striis purpureis notato.

1448. *minutissima L. Sp. Pl. p.* 1007. Minutissime puberula pilis apice glanduliferis. Caulibus caespitosis decumbentibus parce ramosis: foliis ternatis breviter petiolatis, foliolis obverse oblongo-cuneatis superne serrulatis, e stipula arcte cauli adnata, ortis: stipularum auriculis lanceolato-acuminatis: floribus in racemis solitariis densiusculis foliatis, stipulis superioribus saepe aphyllis: laciniis calycinis lanceolatis longe aristatis corollam superantibus: leguminibus oblongis erectis calyce brevioribus: seminibus minutissime granulatis.

O. minutissima *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 384 - Ononis lutea montana non spinosa minima *Barrel. Ic.* 1107.

In apricis montium Latii. *Quadagnolo.*

Suffrutic. Flor. Junio-Julio. Flores lutei parvi.

1449. *variegata L. Sp Pl. p.* 1008. Pubescens pilisque glanduliferis viscida. Caulibus decumbentibus prostratisque parce ramosis, ramis alternis: foliis simplicibus obovatis plicatis breviter petiolatis: stipularum caulem amplexantium auriculis subovatis: foliis stipulisque insigniter nervosis arguteque serratis: floribus axillaribus subsessilibus in racemo longo laxo: laciniis calycinis lanceolato-acuminatis corollae brevioribus: leguminibus ovatis erectis, calycem vix superantibus: seminibus laevibus.

O. variegata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 236. *n.* 826 - *Bert. Fl.*

It. t. 7. *p.* 385 - Ononis maritima, mitis, folio lucido serrato *Bocc. Pl. Sicil. p.* 70. *tab.* 38. *fig. III* – O. lutea Trixaginis folio, maritima *Barrel. Ic.* 776.

In arena maritima frequens. *Ostia, Fiumicino, Polo.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei lineis purpureis percursi.

1450. *cenisia L. Mant. Alt. p.* 267. Glabra vel minutissime pilosa. Caulibus caespitosis decumbentibus, superne parce ramosis, ramis alternis: foliis trifoliatis , foliolis obverse cuneatis superius argute serrulatis , inferius integris: stipularum auriculis ovato-acuminatis profunde serratis petiolum brevem superantibus : floribus solitariis longe articulato-pedunculatis in apice caulis ramorumque super articulum cernuis: laciniis calycinis lanceolato-acuminatis corolla triplo brevioribus : leguminibus ovali-oblongis tandem erectis calyce duplo longioribus: seminibus granulatis.

O. cenisia *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 387 - Ononis lutea purpurea angustifolia Hispanica *Barrel. Ic.* 1104.

In rupestribus alpium australium montis *Vettore.*

Suffrutic. Flor. Julio. Flores. albidi vexillo purpureo piloso.

1451. *viscosa L. Sp. Pl. p.* 1009. Pubescenti-viscida, pilis nudis brevioribus glandulosis. Caule erecto ramoso, ramis patulis : foliis ternatis, foliolis ovali-oblongis superius minutissime serratis , supremis simplicibus : stipula grandi integra, auriculis subtriangularibus : pednnculis 1-floris axillaribus solitariis filiformibus aristatis, arista saepe elongata : laciniis calycinis lineari-setaceis, corolla ut plurimam longioribus: leguminibus teretibus calyce duplo longioribus pendulis: seminibus granulato-scabris.

O. viscosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 237. *n.* 827. - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 392 - Anonis lutea non viscosa latifolia *Barrel. Ic.* 1229.

In collibus maritimis. *Intorno Civitavecchia.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores luteoli.

1452. *Natrix L. Sp. Pl. p.* 1008. Pubescenti-viscida, pilis glanduliferis. Caule erecto alterne ramoso , ramis patulis: foliis ternatis , foliolis oblongis obtusis superne serrulatis : stipularum auriculis lata basi lanceolatis: floribus solitariis axillaribus terminalibusque in racemo dispositis: pedunculis breviter aristatis folium subsuperantibus, laciniis calycinis linearibus obtusiusculis, corolla multo brevioribus: leguminibus oblongis pendulis, calyce multo longioribus: seminlbus granulato-scabris.

β pinguis. Foliis oblongis lanceolatisve, serrulatis acutis obtusisve.

O. Natrix β *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 393.

Ad margines fluviorum, et flumium. *Al passo di Corese.*

Ann. Flor. Februario in aestatem Flores flavi vexillo striis sanguineis notato.

1453. BIFLORA *Desf. Flor. Alt. t. 2. p.* 143. Viscida, hirta pilis simplicibus glandulosive. Caule crasso erecto striato, ramis alternis patulis: foliis ternatis majusculis, foliolis oblongis obtusis obovatisve fere toto margine serrulatis: stipularum auriculis oblongis acutis remote serratis: floribus longe pedunculatis solitariis axillaribus cernuis aristatis: petiolis foliis subaequalibus: aristis longis infra calycem insertis: laciniis calycinis lineari-angustissimis corolla fere duplo brevioribus: leguminibus teretibus pendulis, calyce triplo longioribus: tecaphoro brevi: seminibus granulato-scabris.

O. biflora. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 395.

In maritimis. *Fiumicino.*

Ann. Flor. Aprili. Flores ochroleuci pallidi, striis roseis in vexillo.

ANTHYLLIS.

1454. TETRAPHYLLA *L. Sp. Pl. p.* 1011. Pubescens, intense virens. Caule prostrato simplici ramosove: foliis irregulariter impari-pinnatis 4-foliolatis, foliolo terminali maximo, caeteris minoribus inaequalibus alternatim dispositis: floribus axillaribus sessilibus fasciculatis: leguminibus rectis oblongis obtusis 2-spermis: tecaphoro brevi: seminibus reniformi-subrotundis diafragmate distinctis.

A. tetraphylla *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 237. *n.* 831 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 399 - A. leguminosa Vessicaria lutea *Barrel. Ic.* 534.

In marginibus agrorum, collibus sterilibus non infrequens. *Strada d'Ostia, alla Palanzana presso Viterbo, a Terracina* etc.

1455. VULNERARIA *L. Sp. Pl. p.* 1012. Breviter pubescens. Caule adscendente solitario vel multiplo raro ramoso: foliis radicalibus longe petiolatis subsimplicibus, caulinis impari-pinnatis sucessive brevius petiolatis, pinnis ovatis vel lanceolatis, impari majore: floribus in capitulis terminalibus geminatis, involucro monophyllo digitato, laciniis lanceolatis acutis: leguminibus semiovatis 1-spermis: tecaphoro brevi: seminibus subreniformibus laevibus.

A. vulneraria *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 401.

β bicolor. Breviter pubescens corolla lutea vel pallente carina apice sanguineo-rubella.

A. tetraphylla. β *Bert. l. c.* – A. tetraphylla $\alpha\gamma$ *Sebast. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 337. *n.* 832 - A. leguminosa lutea Italica *Barrel. Ic.* 575.

ε humilis. Hirsutissima pilis elongatis patentibus.

A. Vulneraria ε. *Bert. l. c. p.* 402.

γ heterophylla. Foliolis foliorum caulinorum inferiorum ovatis, flore purpureo-sanguineo.

A. Vulneraria γ *Bert. l. c.* - A. Vulneraria β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. l. c.* - A. leguminosa montana coeruleo flore *Barrel. Ic.* 553.

In montibus Latii, et in maritimis. β *Monte della Croce*, ε *Monte Lucretile, Frascati, Civitavecchia, Corneto* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores saturate lutei vel pallide flavi carina apice sanguinea, in γ sauguineo-purpurea.

Vulgo. *Vulneraria.*

1456. *MONTANA L. Sp. Pl. p.* 1012. Villosa. Caule decumbente tortuoso-ramoso, ramis numerosis alternis: foliis impari-pinnatis multiugis, foliolis ovatis acutis: floribus in capitulo solitario longe pedunculato involucrato : involucro diphyllo foliolis oppositis palmatifidis laciniis ovali-oblongis: leguminibus oblongis calyce brevioribus 1-spermis : tecaphoro brevi : seminibus reniformibus laevibus.

A. montana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 238. *n.* 833 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 405 - Astragalus incanus tomentosus pallido globoso fl. Italico. *Barrel Ic.* 722.

In jugis subapennis et apenninis. *Monte Calvo presso Subiaco, Vettore nell'Umbria* etc.

Suffrutic. Flor. Julio-Augusto. Flores purpurei.

GENISTA.

1457. *SAGITTALIS L. Sp. Pl. p.* 998. Pilosiuscula. Caule prostrato lignoso, ramis herbaceis simplicibus adscendentibus utrinque alatis , alis interruptis : foliis simplicibus ovato-lanceolatis: floribus erectis aproximatis in racemo terminali: carinae costa, leguminibusque villosis.

G. sagittalis *Sang. Cent. tres p.* 96. *n.* 217 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 347 - Chamaespartium supinum caule folioso hisp. *Barrel. Ic.* 570.

In pratis apenninis inter saxa. *Vettore.*

Suffruticul. Flor. Julio-Augusto. Flores lutei.

1458. *GENUENSIS Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 287. Glabra. Caule erecto lignoso superne angulato , ramis alternis herbaceis intortis argute triquetris : foliis simplicibus lanceolatis margine cartilagineis : floribus solitariis axillaribus in racemis terminalibus: corollis leguminibusque glabris.

G. genuensis *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.*348 - G. januensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 234. *n.* 815.

In montibus Latii *Monte Catillo, Monte Gennaro,* et in apenninis Umbriae. *Vettore.*

1459. *tinctoria L. Sp. Pl. p.* 998. Glabriuscula, lete virens. Caule erecto tereti striato basi lignoso paniculato-ramoso, ramis herbaceis teretibus: foliis simplicibus oblongis lanceolatisve ovatis: floribus solitariis axillaribus in racemis terminalibus elongatis densis: corollis leguminibusque glabris.

G. tinctoria *Seb. et Maur. Fl. Ram. Prod. p.* 234. *n.* 816 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 351.

In collibus siccioribus et in dumetis montanis et maritimis. *Guadagnolo, Monte Gennaro, Ostia* etc.

Suffrut. Flor. Junio. Flores lutei.

Vulgo *Ginestrella.*

Usus. Semina flores herba Genistae jam ad diuresim promovendam hadibita , nunc obsoleta. Ex ramis junioribus et foliis color viridis aut luteus elicitur ad lintea tingenda.

1460. *ovata Willd. Sp. t.* 3. *p.* 2. *p.* 940. Hirsuta, intense virens. Caule adsendente erectove teriti striato lignoso, ramis alternis robustis erecto-patulis: foliis late-ovatis oblongisque acutis : floribus solitariis axillaribus in racemis terminalibus densis: corollis glabris, leguminibus hirsutis.

G. ovata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 234. *n.* 817 -. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 354.

In dumetis, et collibus sterilibus aud frequens.

Suffrut. Flor. Majo. Flores lutei.

CYTISUS.

1461. *candicans Lamarck. Enc. t.* 2. *p.* 246. Pubescens. Caule erecto, ramis angulatis: foliis petiolatis ternatis, foliolis obovatis subuniformibus suptus dealbatis: floribus in fasciculis lateralibus terminalibusque basi 2-bracteolatis, bracteolis linearibus: leguminibus rectis: seminum hilo strophiolato.

G. candicans *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 547 - Genista candicans *Sang. Cent tres p.* 96. *n.* 216.

In dumetis et collibus sterilibus. *Macchia de' Mattei* etc.

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

1462. *Laburnum L. Sp. Pl. p.* 1041. Caule arborescente elato erecto ramoso, ramis sparsis: foliis ternatis, subtus pubescentibus, foliolis ovato-ob-

longis ovatisve obtusis mucronulatis, superioribus acutis: floribus numerosis majusculis in racemo elongato pendulo: leguminibus falcatis: hilo minuto.

C. Laburnum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 235. *n.* 819 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 547,

In montibus Latii et Sabinae frequens.

Arbusc. Flor. Majo. Flores lutei.

Vulgo. *Maggio pendulino, Laburno, Avorniello.*

Usus. In viridariis ad ornamentum colitur. Liguum durum maculatam tornatoribus, et topiariis optimum. Folia pecoribus, flores apibus, quod non modo dici debemus de hac Cytisi specie, sed de omnibus.

1463. SESSILIFOLIUS *L. Sp. Pl. p.* 1041. Glaberrimus. Caule erecto, ramis sparsis: foliis ternatis superioribus sessilibus, foliolis subrotundis mucronulatis: floribus in racemis terminalibus abbreviatis, pedicellis bracteatis, bracteis subtrifillis: leguminibus glabris erectis vel parvum curvatis: hilo minuto strophiolato.

C. sessilifolius *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 235. *n.* 821 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 552.

In montibus fraequens. *Sulli Monti Tiburtini.*

Frut. Flor. Majo. Flores lutei.

1464. TRIFLORUS *Herit. Stirp. nov. fasc.* 7. *p.* 184. Hirsutus. Caule erecto valde ramoso, ramis sparsis: foliis petiolatis trifoliatis, foliolis subsessilibus ovato-oblongis mucronatis: floribus axillaribus fasciculato-subternis nutantibus, pedunculis 1-floris: calycibus abbreviatis: legnminibus subarcuatis villosissimis: hilo parvo, strophiolo intorto.

C. triflorus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 235. *n.* 822 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 555.

In ericetis, et collibus sylvaticis circa Urbem frequentissimus.

Frut. Flor. Aprili. Flores lutei.

1465. PROSTRATUS *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *t.* 2. *p.* 70. Pilis patentibus hirsutus. Caule terete decumbente simplici vel alterne ramoso: foliis ternatis longiuscule petiolatis, foliolis obovatis oblongisve obtusis: floribus axillaribus breviter petiolatis vel subsessilibus subgeminatis in racemo longo foliato: calycibus tubulosis elongatis: leguminibus falcatis: hilo strophialato.

C. prostratus. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 556 - C. supinus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 236. *n.* 823.

In montium dumetis. *Monte Albano, Gennaro* etc.

Frut. Aprili-Majo. Flores lutei, basi tandem sanguinei.

1466. ARGENTEUS *L. Sp. Pl. p.* 1043. Adpresse argenteo-sericeus. Caullbus adsendentibus erectisve dense ramosis basi lignosis : foliis ternatis petiolatis, foliolis oblongo-lanceolatis, stipulis lateralibus lanceolatis basi auctis: floribus terminalibus subgeminis lateralibus solitariis: leguminibus erectis: seminibus carnuculatis.

C. argenteus *Sang. Cent. tres p.* 97. *n.* 218 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 563.

In sylvaticis ad sepes. *Presso Terni, e sul Vettore.*

ULEX.

1467. EUROPAEUS *L. Sp. Pl. p.* 1045. Spinosissimus, spinis validis ramosis fasciculatisve. Caule erecto valde ramoso, ramis sparsis: foliis lanceolato-linearibus canaliculatis pubescentibus pungentibus : floribus solitariis, vel fasciculatis in racemo terminali composito: bracteis ovatis concavis: dentibus calycinis obsoletis conniventibus.

U. europaeus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 235. *n.* 818 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 366.

In ericetis, sylvis, sepibus etiam circa Urbem.

Frut. Flor. Februario ad aestatem. Flores lutei.

Vulgo. *Ginestrone.*

Usus. Lignum durissimum operibus topioriis optimum.

ADENOCARPUS.

1468. PARVIFOLIUS *DC. Fl. Franc. t.* 5. *p.* 550. Caule decumbente erectove, ramis divaricatis: foliis ternatis, foliolis oblongis conduplicatis planisve: stipulis lanceolatis : floribus subracemosis laxis, racemo terminali elongato : calycibus glandulosis.

A. parvifolius *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 566 – Cytisus divaricatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 235. *n.* 820.

In collibus circa Urbem, et in montium dumetis *presso Frascati, presso Viterbo* etc.

Frut. Flor. Julio-Augusto. Flores lutei.

LUPINUS.

1469. ALBUS *L. Sp. Pl. p.* 1015. Breviter pubescens. Caule erecto simplici vel alterne ramoso: foliis digitatis, foliolis quininis septenis obovato-oblongis, basi cuneatis: stipulis setaceis: floribus sparsis in racemis terminalibus ebracteatis: calycis labiis subaequalibus integris, dente setaceo utrinque interjecto: leguminibus teretibus crassis sericeis.

L. albus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 237. *n.* 829 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 412.

In arvis etiam sterilibus frequens.

Ann. Flor. Majo. Flores albi.

Vulgo. *Lupino.*

Usus. Semina olim uti anthelmintica, nunc inter quatuor farinas resolventes tantum enumerantur. Cocta et pluries lota amarorem admittunt, in cibum pauperum. Planta in re agraria utilissima, nam herba sepulta, agros mirifice stercorat; in latifundis nostris, ad semina exportanda, colitur.

1470. *hirsutus L. Sp. Pl. p.* 1015. Hirsutissimus, pilis longis rigidis. Caule erecto superius ramoso, ramis patulis: foliis digitatis, foliolis quinis senis septenis obovato-spatulatis: stipulis setaceis elongatis: floribus alternis in racemis solitariis terminalibus: bracteolis filiformibus: calycis labio superiore 2-partito, inferiore 3-fido: leguminibus lato-linearibus villosissimis.

L. hirsutus *Sang. Cent. tres p.* 98. 220 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 413.

In collibus mare versus. *Terracina, Monte Circello* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores coerulei.

1471. *angustifolius L. Sp. Pl. p.* 1015. Breviter et adpresse pilosus. Caule adscendente erectove alterne ramoso: foliis digitatis, foliolis subseptenis lineari-lanceolatis obtusis planis: stipulis linearibus: floribus sparsis in racemis terminalibus longiusculis: bracteis ovato-lanceolatis cito deciduis: calycis labio superiore 2-fido, inferiore integro vel breviter 3-dentato, lacinula utrinque interposita: leguminibus tumidis pubescentibus.

L. angustifolius. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 237. *n.* 830 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 415.

In arvis praesertim maritimis haud infrequens.

Ann. Flor. Aprili. Flores coerulei vel albidi.

1472. *luteus L. Sp. Pl. p.* 1015. Sericeo-villosus. Caule adscendente erectove simplici ramosove, ramis alternis: foliis digitatis, foliolis ut plurimum novenis obverse-lanceolatis: stipulis angusto-linearibus acutis: floribus verticillatis in racemo tandem interrupto: bracteis ovatis cito deciduis: calycis laciniis subaequalibus, labio superiore 2-partito inferiore 3-dentato: leguminibus lato-linearibus hirsutis.

L. luteus *Fior. Gior. de' Letter. di Pisa t.* 17. *p.* 127 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 416.

In agris maritimis. *Alle Paludi Pontine.*

Ann. Flor. Junio. Flores lutei odorati.

PISUM.

1473. *ARVENSE L. Sp. Pl. p.* 1027. Glaucum tandem glabratum. Caule obtuse angulato fistuloso elato cirris scandente: foliis alternis 1-3-jugis grandistipulatis, foliolis ovalibus dentatis integrisve: stipulis basi dentatis: petiolis, cirro 3-fido vel pinnato, terminatis: pedunculis axillaribus sub-2-floris folio brevioribus vel aequalibus: leguminibus teretibus.

P. arvense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 243. *n.* 860 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 419.

In arvis et ad oras nemorum commune.

Ann. Flor. Majo. Flores rosei, alis atro-purpureis.

Vulgo. *Pisellina, Pisello salvatico.*

OROBUS.

1474. *VERNUS L. Sp. Pl. p.* 1028. Glaber. Radice repente: caule subramoso aptero: foliis subtrijugis, foliolis ovatis lanceolatisve acuminatis 3-nerviis: stipulis integerrimis ovato-acuminatis, auriculis lanceolato-acuminatis: floribus axillaribus terminalibusque in racemis laxis longe pedunculatis: laciniis calycinis quidquam inaequalibus, omnibus tubo brevioribus: leguminibus linearibus reticulato-venosis, incurve rostratis.

O. vernus *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 422 - O. verous α *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 240. *n.* 848.

In memorihus suburbanis, et in montibus Latii. *Quadagnolo.*

Pesenn. Flor. Martio-Aprili. Flores purpureo-coerulei.

1475. *VARIEGATUS Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 144. *tab.* 68. Glaber. Radice tuberosa: caule simplici subflexuoso aptero: foliis sub-3-jugis, foliolis lateovatis lanceolatisve acuminatis sub ciliatis, nervis alternis: stipulis integerrimis ovato-acutis, auriculis breviter acuminatis: floribus axillaribus terminalibusque in racemis densis longe pedunculatis: lacinis calycinis angustis acutis longitudine tubi: leguminibus linearibus reticulato-venosis, recte rostratis.

O. variegatus *Sang. Cent. tres p.* 98. *n.* 221 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 424 - O. variegatus β. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 240. *n.* 848 - Astragalus Dioscoridis, *Columm. Phytob. p.* 59. et Astragalus *l. c. p.* 60.

In memoribus circa Urbem, et in montanis communis.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores purpureo-coerulescentes.

1476. *NIGER L. Sp. Pl. p.* 1028. Saturate viridis, exiccatione niger. Radice fusiformi longa: caule erecto angulato subflexuoso valde ramoso: fo-

liis 4-6-jugis, foliolis ovalibus vel ovali-oblongis alterne venosis: stipulis lanceolato-acuminatis, auriculis horizontalibus: floribus in racemis axillaribus densis longissime pedunculatis , lacinis calycinis inaequalibus , lobis labii inferioris tubo brevioribus: leguminibus linearibus subtumidis reticulato-venosis incurve rostratis.

O. niger *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 241. *n.* 849 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 436.

In montanis. *Monte Artemisio, la Tolfa.* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores coeruleo-purpurei.

LATHYRUS.

* annui.

1477. *Aphaca L. Sp. Pl. p.* 1029. Glauco-virens. Caule gracili saepe multiplo, cirris scandente: cirris filiformibus ut plurimum simplicibus aphyllis: stipulis majusculis hastato-ovatis: pedunculis elongatis 1 raro 2-floris parum sub floribus articulatis, e cirri axilla ortis: leguminibus subfalcatis: seminibus ovatis laevibus.

L. Aphaca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 241. *n.* 850 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 439 - Aphaca *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 22.

In incultis secus vias communis.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

1478. *Nissolia L. Sp. Pl. p.* 1029. Virens subglaucus. Caule erecto ut plurimum simplici: foliis sessilibus alternis lineari-elongatis : stipulis exiquis lineari-subulatis nullisve : cirris nullis : pedunculis axillaribus solitariis 1-2-floris folio brevioribus, parum sub flore articulatis: leguminibus lineari-elongatis: seminibus ovalibus granulato-scebris.

L. Nissalia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 241. *n.* 851 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 441.

In arvis sterilibus et in montanis. *Alla Crescenza, Marco Simone* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rubelli, vexillo saturate rubro.

1479. *Ochrus DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 275. *n.* 51. Lete virens. Caule simplici prostrato , cirris scandente : petiolis dilatato-foliaceis in alas caulis decurrentibus, imis muticis caeteris cirriferis, inferioribus aphyllis superioribus foliatis , foliolis 1-5 ovalibus mucronatis : cirris simplicibus vel 2-3-partitis : floribus axillaribus solitariis cernuis , pedunculis supra medicum articulatis , petiolo brevioribus : leguminibus lato-linearibus incurvis , sutura seminifera breviter 2-alata: seminibus subglobosis laevibus.

L. Ochrus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 241. *n.* 852 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 442 - Ochrus folio integro capreolos emittente *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 19.

Inter segetes passim.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide flavi.

1480. *Cicera L. Sp. Pl. p.* 1030. Glauco-virens, odor ingratus. Caule assurgente firmiusculo ancipiti 2-alato: foliis unijugis petiolatis stipulatis, petiolis cirro 3-4-fido terminatis: stipulis semisagittatis ciliatis petiolum subaequantibus: foliis lineari-acuminatis : floribus solitariis axillaribus erectis: pedunculis, supra medium articulatis, folio brevioribus: leguminibus oblongis, sutura seminifera utrinque incrassata: seminibus angulatis laevibus.

L. Cicera *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 127 - *Bert. Fl. It. t.*7.*p.*444 - L. sativus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 241. *n.* 853.

In arvis ad vias et in montibus mare versus. *Terracina.*

Ann. Flor. Junio. Flores purpurascentes vel albi.

Vulgo. *Cicerchia.*

1481. *sativus L. Sp. Pl. p.* 1030. Glauoo-virens, laeviter ingrate redolens. Caule exili diffuso assurgente ancipiti 2-alato : foliis unijugis , foliolis lineari-acuminatis : stipulis semisagittatis , petiolo cirro 3-4-fido terminato, parvum brevioribus : floribus solitariis axillaribus erectis : pedunculis juxta florem articulatis folio longioribus: leguminibus lato-ovatis, sutura seminifera 2-alata: seminibus triquetris laevibus.

L. sativus *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 446.

In arvis sed minus frequens. *Presso Fiumicino.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores majusculi coeruleo-purpurei, vexillo pallidiore

Vulgo. Uti praecedens.

1482. *auriculatus Bert. Rar. It. Pl. dec.* 2. *p.* 38. *n.* 7. Caule decumbente inferne ramoso ancipiti cirris scadente: petiolis inferioribus truncatis aphyllis, superioribus foliosis cirro simplici vel ramoso terminatis, omnibus utrinque alatis , alis in caulem decurrentibus : foliis 2-5-jugis , foliolis lanceolato-linearibus saepe alternis in petiolum coartatis: stipulis semilunatis: pedunculis axillaribus solitariis folio subaequalibus 2-4-floris: leguminibus lato-linearibus, sutura seminifera crassiuscula: seminibus ovali-angulatis breviter tomentosis.

L. auriculatus *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 447 - L. articulatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 242. *n.* 857.

In herbosis collibus sylvaticis passim.

Ann. Flor. Mnjo-Junio. Flores purpureo-rosei, tandem coerulei.

1483. *setifolius* L. *Sp. Pl. p.* 1031. Glaber, glauco-virens. Caule exili prostrato cirris assurgente, inferne ramoso: foliis brevirer petiolatis unijugis stipulatis: foliolis angustis lanceolato-linearibus mucronatis: stipulis angustissimis petiolo subaequalibus: cirris longis trifidis raro simplicibus: pedunculis axillaribus 1-floris folio brevioribus parum sub flore articulatis: leguminibus ovato-oblongis reticulatis: seminibus globosis granulato-scabris.

L. setifolius *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.*17.*p.*128 - *Bert.Fl.It.t.*7.*p.*451.

In montanis propre mare. *Terracina, e sul Circello.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

1484. *angulatus* L. *Sp. Pl. p.* 1031. Viridi-glaucescens glaber. Caule caespitoso adscendente tetragono dense ramoso: foliis petiolatis stipulatis cirrosis unijugis: foliolis ensiformibus: petiolis, stipulis angustissimis semisagittatis, subaequalibus longioribusque: cirro simplici recto vel intorto: pedunculis axillaribus 1-floris folio brevioribus sub flore articulatis aristatis: leguminibus subtetragonis laevibus.

L. angulatus *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 453 - L. coccineus *Seb.et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 242. *n.* 854.

In pratis ad margines communis.

Ann. Flor. Majo. Flores coccinei.

1485. *annuus* L. *Sp. Pl. p.* 1032. Glaber, glauco-virens. Caule decumbente ancipiti, cirris assurgente, parce ramoso, ramis alternis: foliis petiolatis stipulatis unijugis: petiolis longiusculis alatis, cirro simplici bifido pinnatove terminatis, alis in caulem decurrentibus: stipulis semisagittatis linearibus angustissimis, petiolo multo brevioribus: foliolis ensiformibus elongatis: pedunculis axillaribus 1-floris folio brevioribus sub flore articulatis: leguminibus majusculis linearibus venoso-reticulatis: seminibus globosis rugosis.

L. annuus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 242. *n.* 855 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 456.

In arvis ad sepes frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1486. *hirsutus* L. *Sp. Pl. p.* 1032. Viridi-glaucescens. Caule ancipiti prostrato cirris assurgente ramoso: foliis petiolatis stipulatis unijugis: petiolis longiusculis alatis cirro simplici vel 3-fido terminatis, alis in caulem decurrentibus: stipulis semi-sagittatis acuminato-subulatis petiolo brevioribus: foliolis lanceolato-linearibns vel oblongo-lanceolatis jamdudum obtusis mucronulatis: pedunculis axillaribus 1-4-floris folio longioribus sub flore articulatis: legumi-

nibus oblongis tuberculato-pilosis hirsutisve : seminibus globosis granulato-scabris.

L. hirsutis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 242. *n.* 856 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 458.

In pratis subhumidis ad fossas et in umbrosis ad montes. *Al Portonaccio, a S. Polo* etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores purpurascentes tandem viridi-coerulei.

1487. BITHYNICUS *Lamark Enc. meth. bot. t.* 2. *p.* 698. Laxe pilosus. Caule decumbente prostratove cirris scandente inferne ramoso: foliis, inferioribus unijugis superioribus 2-jugis, foliolis petiolulatis in foliis imis ovatis in successivis ovato-lanceolatis, in caeteris lanceolato-linearibus, omnibus mucronulatis: stipulis dilatatis semisagittatis irregulariter argute dentatis: cirris simplicibus vel ramosis: pedunculis 1-floris raro 2-floris abbreviatis mox folium aequantibus, sub flore articulatis: leguminibus oblongis compresso-turgidis villosis: seminibus subrotundis laevibus.

L. bithynicus *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 459 - Vicia bitynica *Sebast. En. Pl. Amph. Flavi p.* 80. *n.* 259 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 247. *n.* 877.

In sylvaticis et sepibus frequens circa Urbem. *Villa Borghese, Pamfili, Fiumicino, Albano* etc. et in montibus Umbriae *al Castelluccio di Norcia.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albidi vexillo purpureo-violaceo.

** perennes.

1488. SYLVESTRIS *L. Sp. Pl. p.* 1033. Glaber glauco-virens. Caule prostrato cirris scandente bialato simplici ramosove: foliis unijugis, foliolis subcoriaceis lanceolato-elongatis multinerviis : petiolis utrinque alatis, alis in caulem descendentibus: stipulis semisagittatis lanceolato-linearibus apice basique acuminatis: cirris 2-fidis pinnatisve: pedunculis axillaribus solitariis folio longioribus multifloris: floribus in racemo laxo: leguminibus linearibus compresso-tumentibus: seminibus subglobosis rugulosis.

L. syvestris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 234. *n.* 859. - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 464.

β ensifolius. Foliolis anguste linearibus acuminatis plerumque elongatis *Bert. l. c. p.* 465.

In nemorosis dumetis communis species et varietas. *A Villa Pamfili, alla Crescenza, a Ponte Numentano* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores majusculi speciosi roseo-purpurei, vexillo saturatiore, carina subvivente.

1489. PRATENSIS *L. Sp. Pl. p.* 1033. Saturate virens subpilosus. Caule prostrato cirris scandente parce ramoso : foliis unijugis , foliolis lanceolatis acuminatis petiolatis anguste alatis , alis in caulem descendentibus : stipulis majusculis semisagittatis lanceolato-acuminatis petiolum subsuperantibus: cirris 2-3-fidis simplicibusve: pedunculis solitariis axillaribus folio multo longioribus: floribus in racemo terminali laxiusculo : leguminibus linearibus venoso-reticulatis: seminibus ovalibus laevibus.

L. pratensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 243. *n.* 858 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 469.

In pratis humidis et secus fossas communis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

VICIA.

* Floribus racemosis.

1490. DUMETORUM *L. Sp. Pl. p.* 1035. Subpilosa. Caule debili subalato alterne ramoso, cirris ramosis alte scadente: foliolis alternis suboctonis ovatis mucronatis reticulato-venosis: stipulis semisagittatis acuminato-setaceis auriculis inaequaliter dentatis : pedunculis folio longioribus : leguminibus rectis longe rostratis.

V. dumentorum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 475.

In sylvaticis montium etiam elatiorum. *Albano* , *Valle Canetra* secus Nursiam, etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albidi apice purpurascentes.

1491. CASSUBICA *L. Sp. Pl. p.* 1035. Pilosa. Caule prostrato angulato flexuoso-ramoso, ramis alternis : foliis multijugis, cirro simplici ramosove terminatis: foliolis elliptico-oblongis lanceolatisve: stipulis angustatis semihastatis superioribus exauriculatis: pedunculis folio brevioribus : leguminibus rombeis breviter rostratis.

V. cassubica *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 479 – V. tenuifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 244. *n.* 863.

In sylvis montium elatiorum. *M. Compatri*, *M. Gennaro*, *Riofreddo* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores coerulescenti-violacei.

1492. GERARDI *DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 357. Pilis patentibus villosa. Caule erecto exquisite angulato flexuoso simplici ramosove : foliis multijugis,

cirris simplicibus ramosisque terminatis, foliolis oblongis lanceolatisve mucronulatis: stipulis linearibus semisagitatis, superioribus exauriculatis: pedunculis folio longioribus: floribus numerosis secundis: leguminibus incurve rostratis.

V. Gerardi *Maur. Cent.* 13. *p.* 34 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 481.

In sylvaticis montium Latii, et apenninorum. *Albano, Frascati* etc. *Bosco del Cavaliere, e Monte Rivo in Umbria.*

Perenn. Flor. Junio. Flores purpureo-violaecei carina et alis apice rubris.

1493. DASYCARPA *Ten. Viag. in Abruz. p.* 81. *n.* 711. Glabriuscula. Caule prostrato longe diffuso ramoso, cirris simplicibus ramosisque scandente: foliis sub-10-jugis, foliolis lineari-oblongis obtusis mucronulatis: stipulis linearibus semihastatis superioribus exauriculatis: pedunculis multifloris folio sublongioribus: floribus laxiusculis secundis: leguminibus oblongis, rostro incurvo.

V. dasycarpa *Sang. Cent. tres p.* 99. *n.* 22 - V. Cracca *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 80. *n.* 256 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 243. *n.* 862.

In sepibus et ad messes vulgaris. *Roma, Ostia, Terracina* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores violacei, tandem purpurascentes.

1494. PSEUDO-CRACCA *Bert. Rar. It. Pl. dec.* 3. *p.* 58. Glabra, modo laxe pilosuscula. Caule prostrato inferne ramoso cirris simplicibus ramosisve scandente: foliis sub-10-jugis, foliolis oblongis lanceolatisve mucronulatis: stipulis lanceolatis semihastatis: pedunculis axillaribus folio longioribus: floribus numerosis laxiusculis secundis cernuis: leguminibus oblongis, rostro incurvo.

V. Pseudo-cracca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 244. *n.* 864 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 487.

In marginibus agrorum praesertim mare versus. *Ostia, Castel Fusano, Terracina, Albano.*

1495. ONOBRYCHIOIDES *L. Sp. Pl. p.* 1036. Lete virens subglabra. Caule erecto flexuoso, ramis alternis: foliis sub-10-jugis, cirro simplici ramosove terminatis, foliolis linearibus retusis mucronulatis: stipulis hastato-lanceolatis, auriculis laciniatis vel dentatis, superioribus exauriculatis: floribus axillaribus majusculis laxis subsecundis erectis vel cernuis longissime pedunculatis: leguminibus cultriformibus basi angustatis apice rostratis reticulato-venosis.

V. onobrychioides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 243. *n.* 861 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 491.

In montium arvis. *Lungo il Teverone presso Tivoli.*

Perenn. Flor. Junio. Flores violacei.

1496. ATROPURPUREA *Desf. Fl. Atl. t. 2. p.* 164. Patenter villosa. Caule angulato decumbente, cirris simplicibus ramosisve, scandente, inferne ramoso: foliis sub-8-jugis, foliolis oblongo-lanceolatis mucronulatis: stipulis semisagittatis lanceolatis, auriculis dentatis integrisve: pedunculis axillaribus folio sub longioribus, floribus subconfertis cernuis secundis: leguminibus oblongis, rostro incurvo.

V. atropurpurea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 244. *n.* 866 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 449.

In maritimis. *Ostia, Palo, Civitavecchia* etc.

Ann. Flor. Aprili. Flores atropurpurei.

1497. PANNONICA *Wild. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1107. Pilosa. Caule angulato flexuoso assurgente alterne ramoso: foliis, cirro breviusculo simplici vel ramoso, terminatis sub-8-jugis, foliolis oblongis obtusis retusisve mucronulatis: stipulis ovato-lanceolatis integris saepe exauriculatis immaculatis: pedunculis axillaribus brevissimis 2-4-floris: floribus cernuis secundis: leguminibus cultriformibus pendulis, rostro incurvo.

V. pannonica. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 496.

In pascuis alpinis inter segetes. *Presso Ascoli, a Valle Canetra* etc.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flores pallide ochroleuci vel fere albi.

1498. MELANOPS *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 2. *p.* 72. Villosiuscula, cinereo-virens. Caule angulato prostrato, cirris simplicibus ramosisve scandente, inferne alterne ramoso: foliis sub-10-jugis, foliolis ovalibus oblongisve obtusis emarginatisve mucronulatis: stipulis parvis ovatis integris maculatis, inferioribus semihastatis: pedunculis axillaribus brevibus 3-4-floris: floribus cernuis secundis: leguminibus cultriformi-oblongis pendulis tecaphoro impositis, suturis tuberculato-pilosis.

V. melanops *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 498 - V. tricolor *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 245. *n.* 868.

Ad sepes ageres oras nemorum vulgaris circa Romam et in montibus. *Capo di Bove, Caffarella, Acqua bollicante, presso Civitavecchia, e sui monti Albani, e Tusculani.*

Ann. Flor. Majo. Floris vexillum virens, alae fuscae, calyx purpurascens.

1499. GLAUCA *Presl. del. Prag. p.* 37. Glaucescens et tenuiter adpresse pilosa. Caule angulato tenui decumbente vel assurgente inferne parce ramoso: foliis sub-8-jugis, totum petiolum vestientibus, foliolis ovalibus oblongisve mucronulatis venoso-ramosis: cirris filiformibus brevibus apice incurvis sim-

plicibus vel superioribus 2-fidis: stippulis exiguis integris semihastatis maculatis: pedunculis axillaribus terminalibusque folio sublongioribus 2-8-floris: floribus laxiusculis secundis cernuis: leguminibus cultriformi-oblongis, rostro tenui incurvo.

V. glauca *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 499.

In alpestribus montium Umbriae. *Monte Regina.*

Perenn. Flor. Aprili-Junio. Flores pallide carnei, vexillo purpureo-striato, carina apice sanguinea.

1500. Ervilla. *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1103. Glabra. Caule e basi ramoso, ramisque erectis: foliis 8-12-jugis, cirro brevissimo subsimplici terminatis: foliolis oblongo-lanceolatis obtusis retusive mucronulatis : stipulis semihastatis superioribus integris, inferiorioribus subulato-lacinulatis: pedunculis axillaribus solitariis folio multo brevioribus 1-2-paucifloris aristatis: floribus cernuis: leguminibus maturis moniliformibus pendulis.

V. Ervilla *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 500.

Inter segetes in Piceno. *Montefortino.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide coerulescentes, striis violaceis.

Vulgo. *Moco.*

Usus. Inter quatuor farinas resolventes semina enumerabantur. Herba ad Boves alendos optima, semina ad nutriendos Columbos a nonullis hadibentur.

1501. sepium *L. Sp. Pl. p.* 1038. Glabra. Caule sulcato prostrato, cirris exilibus simplicibus ramosisve, scandente, parce ramoso: foliis 3-7-jugis, inferiorum foliolis subrotundis, superiorum ovali-oblongis lanceolatisve, omnibus obtusis mucronulatis: stipulis parvis ovato-lanceolatis maculatis exauriculatis: pedunculis axillaribus solitariis brevissimis inferioribus 1-2-floris, superioribus, sub-6-floris: floribus aproximatis cernuis: leguminibus oblongis erectis, rostro tenui.

V. sepium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 247. *n.* 876 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 506.

In sylvaticis praesertim montanis. *Tivoli, Frascati, Albano* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores purpureo-cyanei.

1502. narbonensis *L. Sp. Pl. p.* 1038. Caule erecto tetragono parce ramoso angulis hirto : foliis sub-3-jugis, foliolis late ovalibus obtusis integris serratisve: stipulis majusculis semisagittatis superioribus profunde serratis inferioribus integris: cirris elongatis simplicibus ramosisve: pedunculis axillaribus brevissimis, inferioribus solitariis geminatisve 1-floris, superioribus 2-6-

floris: floribus cernuis secundis: leguminibus lato-linearibus elongatis suturis calloso-setosis.

V. narbonensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod.* α *et* β *p.* 244. *n.* 867 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 508.

In sepibus non rara. *Alla Caffarella, a Capo di Bove, ad Ostia* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores atro-sanguinei.

Vulgo. *Fava salvatica.*

** Floribus axillaribus sessilibus vel pedunculatis, peduncolo simplici.

1503. SATIVA *L. Sp. Pl. p.* 1037. Pubescens. Caule angulato prostrato, cirris exilibus ramosis scandente, inferne ramoso: foliis 3-7-jugis, foliolis obovatis oblongisve inaequaliter profunde emarginatis mucronatis: stipulis semisagittatis acuminatis maculatis, auriculis profunde dentatis: floribus subsessilibus subgeminis: leguminibus oblongis subtorulosis, maturitate reticulato-venosis, rostro incurvo.

V. sativa *Seb. En. Pl. Amph. Flavi p.* 80. *n.* 257 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 245. *n.* 869 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 512 - V. vulgaris sativa *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 23.

α obovata *Sering.* Foliolis obovato-cordatis pilosis leguminibus pubescentibus

β segetalis *Sering.* Foliolis oblongis truncato-acuminatis pilosis, leguminibus pubescentibus.

In segete arvis nemoribus ubique circa Romam, β *Villa Pamfili.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores purpurei vel subviolacei.

Vulgo. *Veccia, Veccia bona.*

Usus. Planta ab antiquitus culta, nam herba ad Boves, semina ad Columbos alendos optima. In agro romano mime colitur, imo semina e frumento sedulo dividimus pro bono farinae.

1504. ANGUSTIFOLIA *Forst. in Trans. Linn. Soc. V.* 16. *p.* 1. *pag.* 149. Caule gracili angulato prostrato, cirris exilibus ramosis scandente, inferne ramoso: foliis 2-6-jugis, foliolis inferioribus obcordatis, sucessivis linearibus truncatis, ultimis lineari-acuminatis, omnibus mucronulatis: stipulis semihastatis integris dentatisve: floribus subsessilibus subsolitariis: leguminibus lineari-elongatis rectis, rostro incurvo.

V. angustifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 246. *n.* 870 - *Bert. Fl. t.* 7. *p.* 516.

In sterilibus inter segetes non infrequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores purpurei.

1505. *Lathyroides* *L. Sp. Pl. p.* 1037. Villis patentibus pubescens. Caule decumbente ascendentove caespitoso parce ramoso: foliis abrupte pinnatis, cirro exili brevi vel elongato ramoso, terminatis, inferiorum foliolis 1-2-jugis obcordatis, superiorum 4-6-jugis obovato-acuminatis truncatis, omnibus mucronulatis: stipulis semihastatis subintegris: floribus sessilibus solitariis: leguminibus subcylindricis elongatis erectis pendulisve, rostro incurvo.

V. Lathyroides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 246. *n.* 872 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 517.

In pratis herbosis vulgaris.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores coerulescenti-violacei.

1506. *peregrina* *L. Sp. Pl. p.* 1038. Caule debili prostrato, cirris filiformibus simplicibus ramosisve scandente, inferius ramoso: foliis 3-6-jugis, foliolis linearibus truncato-emarginatis obtusisve mucronulatis: stipulis semihastatis subintegris: floribus solitariis breviter pedunculatis: leguminibus late linearibus subtorulosis saepe adpresse pilosis erectis vel pendulis, rostro incurvo.

V. peregrina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.*246. *n.* 871 - *Bert. Fl. It. t.*7. *p.* 521.

In sterilibus collinis ad sepes frequens. *Villa Mellini*, *Villa Borghese* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores intense violacei,

1507. *lutea.* *L. Sp. Pl. p.* 1037. Subpilosa. Caule exili angulato decumbente, cirris simplicibus ramosisve, scandente: foliis 3-6-jugis, imorum foliolis obovatis, caeteris linearibus, omnibus obtusiusculis mucronulatis: stipulis brevissimis semihastatis ovato-acuminatis, superioribus exauriculatis, inferiorum auriculis 1-2-dentatis: floribus solitariis subsessilibus erectis denuo cernuis: leguminibus oblongis compressis declinatis vel pendulis tuberculato-pilosis, rostro incurvo.

V. lutea *Maur. Cent.* 13. *p.* 35 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 523.

Ad sepes et margines viarum campestrium frequens circa Romam. *A Pratalata.*

Ann. quandoque perenn. Flor. Junio. Flores sulphurei.

1508. *hirta* *Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 308. Pilis patentibus rigidis hirta. Caule angulato erecto vel adscendente parce ramoso: foliis, cirris filiformibus simplicibus ramosisque terminatis, 3-8-12-jugis, inferiorum foliolis obovatis integris retusisve, superiorum oblongis lanceolatisve acutis, omnibus mucro–

nulatis: stipulis brevissimis semihastatis, lanceolato-acuminatis maculatis superioribus exauriculatis, auriculis 1-2-dentatis: floribus solitariis subsessilibus declinatis: leguminibus lato-linearibus abbreviatis hirsutissimis pendulis, rostro brevi adunco.

V. hirta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 246. *n.* 874 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 524.

In ageribus viarum agris ad sepes communis.

Ann. quandoque perenn. Flor. Majo-Junio. Flores citrini.

1509. *HYBRIDA L. Sp. Pl. p.* 1037. Caule exili angulato prostrato, cirris simplicibus vel ramosis scandente: foliis crebris 4-8-jugis, foliolis parvis obovatis exquisite marginatis mucronulatis petiolum usque ad basim vestientibus: stipulis semihastatis integris dentatisve superioribus auriculatis: floribus solitariis subsessilibus, vexillo extus villoso, alis angustis, subaequali: leguminibus oblongis incurve rostratis, molliter pilosis suberectis.

V. hybrida *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 80. *n.* 258 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 246. *n.* 874 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 526.

Inter segetes, marginibus viarum et ad sepes communis.

Ann. quandoque perenn. Flor. Majo-Junio. Flores luteoli vexillo extus subgriseo.

1510. *SPURIA DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 363. Caule angulato sulcato glabro cirris rubustiusculis simplicibus ramosisque scandente: foliis grandiusculis remotis 2-6-jugis, inferiorum foliolis obcordatis, superiorium oblongis obtusis integris retusisve, omnibus mucronulatis pilosis, basi petiolorum nuda: stipulis parvis semihastatis lanceolatis albo-maculatis, inferioribus exauriculatis: floribus solitariis breviter pedunculatis, vexillo amplo extus villoso, alis superne dilatatis, multo longiore: leguminibus oblongis incurve rostratis retroflexis pilosis.

V. spuria *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 527.

In viridariis suburbanis et circa Romam. *Villa Pamfili* etc.

Ann. quandoque perenn. Flor. Martio-Aprili. Flores canarini vexillo saturatiore.

Obs. Nostra species peculiarem praesefert habitum facile a proxima distinquenda his notis. Caule robustiore glabro, foliis foliolisque majoribus et inter se magis distantibus ut laxa evadant, parte inferiore petioli foliolis denudata, magnitudine proportione et colore petalorum.

1511. *GRANDIFLORA Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *t.* 2. *p.* 65. *tab.* 42. Glabra

lete virens. Caule angulato fistuloso prostrato, cirris elongatis ramosis scandente, inferne ramoso: foliis 3-6-jugis, foliolis obcordato-subrotundis oblongisve subretusis mucronulatis: stipulis latiusculis semihastatis grosse dentatis superioribus exauriculatis, omnibus areola umbilicali notatis: floribus subgeminis altero sessili altero brevissime pedunculato: corolla glabra: leguminibus cultriformi-elongatis erectis incurve rostratis.

V. grandiflora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 247. *n.* 875 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 528.

In umbrosis nemorosis vulgatissima.

Ann. quandoque perenn. Flor. Majo-Junio. Flores pallide flavi grandiusculi.

1512. PIMPINELLOIDES *Maur. Rom. Pl. Cent.* 13. *p.* 37. *tab.* 1. Lete viridis subhirsuta. Caule angulato prostrato, cirris filiformibus ramosis scandente, basi ramoso: foliis 4-5-jugis, superiorum foliolis ovalibus integris, inferiorum irregulariter inciso-crenatis, omnibus retusis mucronulatis: stipulis semihastatis maculatis superioribus exauriculatis, auriculis 2-fidis aut dentatis, floribus subgeminis brevissime pedunculatis erectiusculis: leguminibus linearibus erectis incurve rostratis tandem glabris.

V. pimpinelloides *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 531.

In umbrosis non infrequens. *Albano*, *Castel Gandolfo*, *Macchia di Marino* etc.

Ann. quandoque perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores rubro violacei.

ERVUM.

1513. TETRASPERMUM *L. Sp. Pl. p.* 1039. Glabrum gracile. Caule prostrato, cirris ramosis scandente, inferius valde ramoso: foliis inferioribus 1-2-jugis, superioribus 3-6-jugis, foliolis oblongis obtusis retusisve mucronulatis: stipulis linearibus semisagittatis ut plurimum integris, superioribus exauriculatis: pedunculis axillaribus filiformibus elongatis 1-6-floris, floribus remotis cernuis: leguminibus compresso-cylindricis subtorulosis vix rostratis subtetraspermis.

E. tetraspermum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 248. *n.* 880 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 533.

In memoribus, herbosis frequens. *Villa Pamfili*, *Macchia Mattei*, *alle radici dei Cimini* etc.

β gracile. Foliis omnibus linearibus elongatis acuminatis.

E. gracile *Seb. et Maur. l. c. n.* 881.

In nemoribus herbosis viridariis frequens; varietas minus communis. *Villa Pamfili, Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flores coeruleo-purpurei, in β albo-violacei.

1514. *hirsutum L. Sp. Pl. p.* 1039. Gracile intense viride. Caule prostrato ramoso, cirris ramosis scandente, ramis numerosis confertis: foliis imis 2-3-jugis superioribus 4-8-jugis, foliolis ovato-oblongis lanceolatis linearibusve retusis breviter mucronulatis: pedunculis axillaribus solitariis folio subrevioribus 1-7-floris: floribus cernuis secundis: leguminibus abbreviatis tumidiusculis 2-spermiis inter semina strangulatis breviter hirsutis vix rostratis.

E. hirsutum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 42. *n.* 92 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 247. *n.* 878 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 536.

In segete, herbosis commune.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albidi.

1515. *uniflorum Ten. Fl. Neap. Prod. suppl.* 2. *p.* 68. Puberulum. Caule adscendente erectove basi ramoso: foliis 1-3-jugis, cirris brevibus aristeformibus terminatis: foliolis superioribus obcordatis, sucessivis ovalibus lanceolatis linearibusve, omnibus retusis mucronulatis: stipulis semihastatis integris, superioribus exauriculatis: pedunculis axillaribus solitariis 1-2-floris folio longioribus cernuis: leguminibus compressis abbreviatis 2-spermis, rostro brevi.

E. uniflorum *Sebast. Rom. Pl. Fas. alter p.* 13. *tab. IV – Enum. Pl. Amph. Flavii p.* 42. *n.* 91 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 248. *n.* 879 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 589.

In muris et ruderibus antiquis nec non in maritimis. *Colosseo, Terme di Diocleziano, Palo* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores subcoerulei.

COLUTEA.

1516. *arborescens L. Sp. Pl. p.* 1045. Caule erecto alterne ramoso: foliis 3-5-jugis, foliolis ovalibus obtusis retusisve: racemis axillaribus solitariis folio brevioribus.

C. arborescens *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 37. *n.* 69 – *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 248. *n.* 882 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 569.

In muris antiquis, romanis moenibus et in sylvaticis.

Frutex. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

Vulgo. *Sena nostrale, Sena dei poveri, Sena falsa.*

Usus. Praestat ad sylvulas artificiales ornandas. Villici foliis utuntur loco foliis Cassiae Sennae, nam leviter purgat.

GALEGA.

1517. *OFFICINALIS L. Sp. Pl. p.* 1062. Glabra, intense viridis. Caule erecto flexuoso alterne ramoso: foliis 7-9-jugis, foliolis oblongis lanceolatisve insigniter mucronulatis: floribus in racemis elongatis terminalibus axillaribusque: leguminibus erectis longitudinaliter striatis.

G. officinalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 248. *n.* 883 – *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 19 - G. vulgaris floribus coeruleis *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 26 et G. vulgaris *l. c tab.* 25.

In pratis depressis vulgatissima.

Perenn. Flor. Junio-Septembri. Flores subcoerulei.

Vulgo, et in officinis *Ruta Capraria.*

Usus. In materia medica Linnaei Galegae herba enumeratur uti antipestilentialis. Nunc a materia medica deleta.

Obs. Herba amara ingrati saporis bobus admodum ingrata.

HYMENOCARPOS.

1518. *CIRCINNATA Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 205. Molliter villosa. Foliis 2-4-jugis, foliolis ovatis integris, terminalî maximo ovato-oblongo: stipulis nullis: pedunculis solitariis axillaribus folio ut plurimum longioribus 3-8-floris, floribus subfasciculatis: leguminibus reniformibus, margine externo ciliato-spinulosis.

H. circinnata *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 253 – Medicago circinnata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 260. *n.* 935. - Anthyllis lunaria flore luteo *Barrel. Ic.* 576.

In pascuis ageribus viarum passim circa Urbem.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

PHACA.

1519. *AUSTRALIS L. Mant. p.* 103. Glabra. Caule caespitoso adscendente basi liquescente: foliis 6-8-jugis, foliolis lineari-lanceolatis impari sessili: floribus capitato-spicatis, pedunculis folio longioribus: alis apice 2-fidis, carina longioribus: leguminibus ovoideis demum glabris.

Ph. australis *Sang. Cent. tres p.* 102. *n.* 230 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 25.

In apricis montium elatiorum Umbriae. *Monte Corona.*

Perenn. Flor. Julio. Flores purpurei.

OXYTROPIS.

1520. *MONTANA DC. Astr. p.* 58. *n.* 1. Pilis patentibus hirsuta. Caule abbreviato decumbente saepe caespitoso, quandoque ramoso: foliis confertis 6-15-jugis, foliolis ovatis vel ovato-lanceolatis: penduncul is axillaribus folio

longioribus: racemo multifloro oblongo: bracteis lanceolatis acutis pedicello longioribus: leguminibus oblongis tumidulis tenuiter rostratis.

O. montana *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 30.

In saxosis apenninorum Umbriae. *Vettore.*

Suffrutic. Flor. Julio-Agusto. Flores intense rosei, tandem coerulescentes.

1521. *URALENSIS DC. Astr. p.* 55. *n.* 3. Dense sericeo-villosa. Caule abbreviato crasso decumbente: foliis sub-12-jugis, foliolis ovato-lanceolatis acutis: pedunculis axillaribus erectis folio subaequalibus: floribus in racemo brevi denso: bracteis oblongo-lanceolatis calyce subrevioribus: leguminibus inflatis ovato-acuminatis tenuiter rostratis.

O. uralensis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 32.

In aridis apenninorum. *Al Sasso Borghese.*

Suffrutic. Flor. Julio-Augusto. Flores purpurei tandem coerulescentes.

1522. *CAMPESTRIS DC. Astr. p.* 59. *n.* 10. Molliter villosa. Caule abbreviato crasso decumbente: foliis 9-15-jugis, foliolis lanceolatis acutis: pedunculis axillaribus erectis folio subaequalibus: floribus in racemo denso brevi tandem laxo: bracteis ovato-lanceolatis, calyce vix brevioribus: leguminibus inflatis oblongis breviter rostratis.

O. campestris *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 34.

In apennino piceno *Sasso Borghese,* secus *Ascoli* etc.

Suffrutic. Flor. Julio-Augusto. Flores pallide ochroleuci, apice tandem violacei.

1523. *PILOSA DC. Astr. p.* 73. *n.* 27. Pilis mollibus incanis villosa. Caule adscendente erectove saepe ramoso: foliis alternis sub-10-jugis, foliolis lanceolatis acutis: pedunculis axillaribus folio longioribus: racemis multifloris oblongis densiusculis: bracteis lineari-acuminatis tubum calycinum superantibus: leguminibus cylindricis subulatis erectis.

O. pilosa *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 36.

In pratis maritimis et ad oram maris Adriatici. *Sul littorale di Fermo, a S. Benedetto* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores pallide ochroleuci.

GLYCYRRHIZA.

1524. *GLABRA L. Sp. Pl. p.* 1046. Faetens viscida, glandulis conicis adspensa. Caule erecto ramoso: foliis inferioribus 2-3-jugis, foliolis ellipticis oblongisque subretusis, impari petiolato: stipulis nullis: floribus axillaribus in

racemis spicatis laxifloris, folio brevioribus: leguminibus late linearibus inermibus.

G. glabra *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 572.

In litore marino Piceni, et praesertim abbunde prope. *S. Benedetto.*

Perenn. Flor. Junio. Flores purpurei.

Vulgo. *Liquirizia, Regolizia.*

Usus. Radice extractum conficimus et commercio tradimus sub nomine *Succo di Liquirizia.* Radix substantia saccarina peculiari abbundat, qua de re ejus decoctio uti edulcarans plurimis in morbis late usurpatur.

LOTUS.

1525. EDULIS *L. Sp. Pl. p.* 1090. Villosus. Caule caespitoso decumbente adscendentove alterne ramoso: foliolis cuneato-obovatis: stipulis obovatis oblique subcordatis: pedunculis 1-2-floris, folio longioribus: bracteis 1-3-phyllis foliolis conformibus: laciniis calycinis linearibus tubo multo longioribus, corollam subaequantibus: leguminibus turgidis arcuatis sutura superiore canaliculatis.

L. edulis *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 128 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 215.

In agris Pontinis.

Ann. Flor. Junio. Flores lutei odori.

1526. CYTISOIDES *L. Sp. p.* 1092. Subnudus vel cinereo-villosus. Caule caespitoso decumbente ascendentove, alterne ramoso: foliolis ovato-cuneatis: stipulis acutis, inferioribus ovatis. superioribus lanceolatis: pedunculis folio multo longioribus: floribus solitariis, binatisve vel 5-6 sertulatis: bracteis 3-phyllis foliolis conformibus: lacinis calycinis tubo subaequalibus, corollaque multo brevioribus: leguminibus cylindricis patulis declinatisve.

L. cytisoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 258. *n.* 928 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 216 - L. siliquosa maritima lutea Cytisi facie *Barrel. Ic.* 1031.

In maritimis *Presso Civitavecchia, Terracina* etc.

Suffrutic. Flor. aestate. Flores lutei.

1527. CONIMBRICENSIS *Brot. Fl. Lusit. t.* 2. *p.* 118. Glaberrimus ciliatusve. Caule gracili humili caespitoso ut plurimum erecto basi parce ramoso: foliolis obverse rombeo-cuneatis: stipulis subcordatis obtusis: pedunculis solitariis brevissimis 1-floris: bracteis 3-phyllis, foliolis ovato-acuminatis: laciniis calycinis tubo subaequalibus corollaque parum brevioribus: leguminibus cylindricis elongatis arcuatis apice acuminatis.

L. conimbricensis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 220.

In herbidis et viridariis suburbanis. *Monti di S. Paolo, Villa Borghese* etc.

Flor. Aprili-Majo. Flores albi vel pallide rosei.

1528. *corniculatus L. Sp. Pl. p.* 1042. Glaber pilosusve. Caulibus caespitosis decumbentibus simplicibus ramosisve: foliolis obovatis: stipulis oblique ovatis acutis: pedunculis axillaribus elongatis 3-7-floris, floribus sertulato-patentibus: bracteis 3-phyllis foliis superioribus conformibus: laciniis calycinis tubo subaequalibus, corollaque multo brevioribus: leguminibus cylindricis longiusculis patulis.

L. corniculatus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii - Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 258. *n.* 927. *α γ β - Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 222.

In demissis, in montanis, et in jugis apenninorum frequens. *Roma, Monte Gennaro, Riofreddo* etc.

Perenn. Fl. aestate. Flores aurei exiccatione versicolores.

1529. *tenuis Wald. et Kit. in Wild. En. t.* 2. *p.* 797. Caule elongato decumbente ut plurimum ramoso: foliolis brevibus inferioribus obovato-obtusis superioribus lanceolatis linearibusque: stipulis lanceolatis acutis: pedunculis axillaribus elongatis paucifloris: floribus sertulatis: bracteis 1-3-phyllis foliis subconformibus: laciniis calycinis tubo subaequalibus, corollaque multo brevioribus: leguminibus exilibus cylindricis patulis.

L. tenuis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 227.

In maritimis agri Piceni. *A Grotte amare.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores aurei.

1530. *angustissimus L. Sp. Pl. p.* 1090. Patenti-pilosus. Caule decumbente ut plurimum caespitoso basi ramoso: foliolis inferioribus obovatis obtusis, superioribus lanceolatis: stipulis stipitatis foliis conformibus: pedunculis axillaribus 1-2-floris: bracteis 1-3-phyllis, foliolis lanceolato-linearibus: laciniis calycinis tubo longioribus, corollaque brevioribus: leguminibus teretibus exilibus longiusculis subtiliter rostratis.

L. angustissimus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 228.

Ad oras sylvarum. *Alla Lucchina, Macchia Mattei* etc.

Ann. Flor. aestate. Flores intense lutei.

1531. *hispidus Desf. Cat. Hort. Paris. p.* 190. Pilis patentibus hirsutus. Caule diffuso e basi ramoso: foliolis obovato-lanceolatis, stipulis oblique ovatis: sertulis 3-4-floris longe pedunculatis: bracteis angustissimis 3-phyllis: laciniis calycinis linearibus tubo longioribus corollaque brevioribus: leguminibus patentibus compressiusculis punctatis.

L. hispidus *Sang. Cent. tres p.* 105. *n.* 238 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 230 - L. diffusus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 257. *n.* 924.

In collibus oris sylvaticis circa Urbem frequens. *Alla Caffarella, a Villa Madama, alla Lucchina, ad Albano presso i Capuccini.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei vexillo saturatiore.

1532. ORNITHOPODIOIDES *L. Sp. Pl. p.* 1091. Pubescens raro glaber. Caule saepe diffuso decumbente prostratove ramoso: foliolis obverse rombeo-ovatis: stipulis romboideis acuminulatis : pedunculis solitariis axillaribus 2–5-floris folio longioribus : bracteis 3-phyllis foliis conformibus : laciniis calycinis subaequalibus quinta minore: corolla calyce longiore: leguminibus linearibus erecto-patulis arcuatisve subcompressis torulosis declinatis.

L. ornithopodioides *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 53. *n.* 140 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 257. *n.* 923 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 233.

In sterilibus communis. *Al Colosseo, a Testaccio in copia* etc.

TETRAGONOLOBUS.

1533. SILIQUOSUS *DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 215. Glaucescens glaber pilosusve, pilis patentibus. Caule decumbente ramoso: foliolis stipulisque obovatis acutis: pedunculis solitariis axillaribus 1-floris folio multo longioribus: bracteis 3-phyllis lanceolato-acuminatis, foliolis stipulis bracteisque nigro-punctatis: laciniis calycinis tubo brevioribus: corolla grandi, calyce multo longiore: leguminibus tetragonis erectis, angulis angustissime alatis.

T. siliquosus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 208 - Lotus siliquosus *α β Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 257. *n.* 921.

In pratis umidis, et in maritimis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1534. PURPUREUS *DC. Prod. Syst. nat. t.* 2. *p.* 215. Hirsutus. Caule caespitoso decumbente erectove saepe ramoso: foliolis stipulisque rombeo-obovatis: pedunculis solitariis axillaribus folio brevioribus vel subaequalibus 1 raro 2-floris: bracteis 2–3-phyllis ovato-acuminatis brevissime stipitatis: laciniis calycinis tubo subaequalibus, corollaque multo brevioribus: leguminibus erectis elongatis crassis tetragonis, angulis alatis.

L. tetragonolobus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 257. *n.* 922 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 211 - Lotus rubra siliqua angulosa *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 26.

In collibus maritimis nec non in sterilibus circa Urbem.

Ann. Flor. Junio. Flores purpurei.

1535. REQUIENI *Maur. in Ten. Viagg. Abr. p.* 81. Hirsutus. Caule procumbente alterne ramoso: foliolis obovatis integris: stipulis semicordatis pe-

tiolum superantibus: pedunculis folium subaequantibus: floribus solitariis conjugatisve, bractea 3-phylla, brevioribus: vexillo calycem superante: leguminibus elongatis rectis teretibus apteris, suturis prominulis.

L. Requieni *Sang. Cent. tres p.* 106. *n.* 239 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 214.

In aggribus viae Portuensis septimo ad Urbe miliario.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores coccinei.

BONJEANEA.

1526. HIRSUTA *Reich. Exc. t.* 2. *p.* 507. *n.* 3265. Hirto-canescens. Caule decumbente erectove ut plurimum alterne ramoso: foliolis inferioribus obovatis obtusis, superioribus oblongo-lanceolatis acutis: stipulis majusculis ovatis petiolo multo majoribus: pedunculis axillaribus folio longioribus 7-8-floris, floribus fasciculatis, bracteis 3-phyllis foliis superioribus conformibus: leguminibus rectis crassis cylindraceis calyce longioribus.

B hirsuta *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 236 - Lotus hirsutus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 258. *n.* 925 - L. Haemorroidalis fl. albo et subrubesc. *Barrel. Ic.* 1033.

In collibus sterilibus circa Urbem communis. *Monte Mario* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores albo purpurascentes.

1537. RECTA *Reich. Exc. t.* 2. *p.* 507. *n.* 3264. Molliter villosa. Caule erecto valde ramoso, ramis patulis: foliolis obovato-acuminatis apiculatis: stipulis oblique ovatis acutis breviter stipitatis: pedunculis axillaribus folio longioribus sub-20-floris, floribus capitatis: bracteis 1-2-phyllis foliolis ovato-lanceolatis: leguminibus teretibus rectis calyce longioribus.

B. recta. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 239 - L. rectus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 258. *n.* 926 - L. coronatus latifolius siliquis nigris *Barrel. Ic.* 544.

In nemoribus ad sepes umbrosas solo arenoso. *In copia sul Monte Mario.*

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flores purpurascentes.

DORYCHNIUM.

1538. HERBACEUM *Vill. Dauph. t.* 3. *p.* 417. *tab.* 141. Lete virens. Caule terete erecto vel prostrato valde ramoso: foliolis oblongis mucronulatis: stipulis foliis conformibus: pedunculis axillaribus terminalibus elongatis multifloris: floribus parvis in capitulo denso: dentibus calycinis tubo brevioribus: legumibus ovalibus erectis.

D. herbaceum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 241 - D. suffruticosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 258. *n.* 929 - D. monspelicum *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 34.

In dumetis nemorosis sterilibus frequens. *Sui colli della Farnesina, Villa Madama, Macchia Mattei* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flores albi, carina atro-purpurea.

TRIGONELLA.

1539 *corniculata* *L. Sp. Pl. p.* 1094. Glabra. Caule erecto ramoso: foliolis inferioribus obovatis, superioribus cuneato-oblongis, omnibus toto margine denticulatis: stipulis lanceolato-acuminatis integris lacinulatisve: floribus racemosis longe pedunculatis: dentibus calycinis acuminatis tubo brevioribus: leguminibus arcuatis pendulis transverse venosis : seminibus parvis ovato-acutatis laevibus ferrugineis.

T. corniculata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 73. *n.* 227 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 259. *n.* 930 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 245.

In siccioribus communis: *Sul Colosseo* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Floses flavi.

Obs. Tota planta faetens etiam dum sicca.

1540. *Pes-avium* *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 247. Subglabra. Caule tenui adscendente parce ramoso: foliis obcordatis basi constrictis apice mucronulatis superne argute denticulatis: stipulis lanceolato-acuminatis, auriculis laciniatis: pedunculis solitariis axillaribus sub-4-floris, floribus sertulatis: laciniis calycinis subulato-acuminatis tubo subaequalibus: leguminibus compressis subarcuatis transverse venosis: seminibus oblongis laevibus utrinque rotundatis subcroceis.

In ruderatis. *Sul Colosseo, lungo la Porta S. Sebastiano* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores flavi.

1541. *monospeliaca* *L. Sp. Pl. p.* 1095. Pubescens. Caule prostrato vel erecto-patulo: foliolis obovato-cuneatis apice denticulatis: stipulis lineari-lanceolatis dentatis integrisve : laciniis calycinis lanceolato-subulatis tubo campanulato longioribus: leguminibus arcuatis obtusiusculis transversim nervoso-reticulatis: seminibus parvis obovatis granulatis.

T. monospeliaca *Sang. Cent. tres p.* 107. *n.* 241 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 248.

Ad margines agrorum in apricis et in aridis maritimis. *Ostia.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide flavi.

1542. *gladiata* *Stev. Cat. Hort. Goren.* 1808. *p.* 112. Hirsuta. Caulibus procumbentibus: foliolis obovato-oblongis cuneiformibus argute serratis : stipulis basi connatis, apice lanceolato-acuminatis: floribus solitariis sessilibus : calycis pilosi dentibus subulatis longitudine tubi : leguminibus falcatis 5-6-spermis rostro elongato longioribus : seminibus parvis ovato-subreniformibus punctato-rugosis.

T. gladiata *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 252 - T. prostrata *Sang. Cent. tres p.* 107. *p.* 240.

In sterilibus ad margines viarum. *Fiumicino, Tivoli, Narni* etc.

Ann. Flor. Junio. Flor. luteoli.

MEDICAGO.

* Leguminibus semilunatis.

1543. LUPULINA *L. Sp. Pl. p.* 1047. Pubescens. Caule prostrato ramoso: foliolis subrotundis ovatisve retusis mucronulatis apice denticulatis : stipulis ovato-lanceolatis acutis integris dentatisve: pedunculis folio longioribus: floribus in capitulo depauperato tandem elongato: laciniis calycinis inferioribus corollam subaequantibus: leguminibus parvis semilunatis inermibus subtiliter reticulato-venosis monospermiis: seminibus subreniformibus.

M. lupulina *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 54. *n.* 145 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 259. *n.* 933 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 258.

In pascuis et marginibus viarum etiam in Urbe vulgatissima.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1544. CUPANIANA *Guss. Syn. t.* 2. *p.* 362. Pubescens. Caule prostrato adscendentove caespitoso ramoso : foliolis ovato-cuneatis apice denticulatis : stipulis acutis lanceolatis: pedunculis elongatis: floribus in spica racemosa breviuscula tandem elongata : laciniis calycinis corolla duplo longioribus : leguminibus parvis reticulato-arcuatis hispidulis : seminibus irregulariter reniformibus.

M. Cupaniana *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 260 - M. Willdenovii *Sang. Cent. tres p.* 108. *n.* 242.

In pratis herbosis nec non in collibus calcareis.

Perenn. Flor. Majo. Flores parvi lutei.

1545. OBSCURA *Retz. Obs. t.* 1. *p.* 24. *tab.* 1. Subhirsuta. Caule prostrato ramoso: foliolis obovato-cuneatis rombeisve insigniter nervosis argute dentatis: stipulis lanceolatis laciniatis: pedunculis elongatis: floribus in racemo saepius depauperato ; laciniis calycinis subulatis subaequalibus tubo longioribus , corollaque brevioribus: leguminibus parvis dispermiis semilunatis et,cornibus superimpositis rotundatis, radiatim venosis, venis circa marginem integrum anastomasantibus: seminibus reniformibus.

M. obscura *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 259. *n.* 934 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *n.* 260.

In maritimis arenosis. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Fl. lutei.

1546. *falcata L. Sp. Pl. p.* 7096. Pubescens. Caule decumbente valde ramoso, ramis adscendentibus: foliolis lanceolato-cuneatis apice argute dentatis: stipulis lanceolatis integerrimis: pedunculis tandem elongatis: floribus in racemo spicato laxo : laciniis calycinis subulatis tubo longioribus corollaque multo brevioribus : leguminibus minusculis falcato-cochleatis inermibus : seminibus reniformi-oblongis.

M. falcata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 259. *n.* 934 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 260.

In pascuis sterilibus, aggeribus viarum communis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

** Leguminibus laxe cochleatis.

1547. *prostrata Jacq. Hort. Vind. t.* 1. *p.* 39. *tab.* 39. Glabra pilosave. Caule humili prostrato: foliolis obverse lanceolatis linearibus apice argute denticulatis: stipulis semihastatis, auriculis irregulariter laciniatis: pedunculis brevibus: floribus in racemo depauperato laxo tandem corymboso : laciniis calycinis tubo longioribus corollaque brevioribus : leguminibus parvis tenuiter reticulatis inermibus, cyclis 2-3 destrorsis: seminibus irregulater reniformibus, maturitate nigris.

M. prostrata *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 263.

In pratis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei parvi

1548. *sativa L. Sp. Pl. p.* 1096. Subpilosa. Caule erecto ramoso : foliolis oblongo-cuneatis obtusis apice argute denticulatis : stipulis lanceolato-acuminatis subintegris: pedunculis elongatis: floribus in racemo oblongo laxiusculo: laciniis calycinis tubo longioribus corollaque multo brevioribus: leguminibus mediocribus inermibus, cyclis 2-3 laxis sinistrorsis: seminibus cordato reniformibus.

M. sativa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 259. *n.* 931 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 265 - M. major erectior *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 41.

In pratis non infrequens.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores coerulei.

Vulgo. *Erba medica*, *Erba spagna.*

Usus. Prata artificialia hac planta conficimus ad Boves et Jumenta alenda, quae prata pluries in anno secantur. Herba tamen sicca adhibenda.

1549. *Helix* *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *par.* 2. *p.* 1409. Pilosiuscula. Caule humili prostrato parce ramoso: foliolis obovato-cuneatis nervosis apice denticulatis: stipulis anguste laciniatis: pedunculis folio subaequalibus: floribus in racemis axillaribus terminalibusque depauperatis: laciniis calycinis tubo subaequalibus corollaque brevioribus: leguminibus parvis planis, cyclis 2-3 sinistrorsis inermibus, venis exilibus nervo marginali anastomasatis: seminibus reniformibus.

M. Helix *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 266.

In arenosis mare versus. *Ostia.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores parvi flavi.

1550. *orbicularis* *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1407. Glabriuscula. Caule prostrato caespitoso-ramoso: foliolis obcordatis obovatisve denticulatis: stipulis profunde laciniatis: pedunculis folio subaequalibus: racemis paucifloris: laciniis calycinis lanceolato-acuminatis inaequalibus tubo longioribus corollaque duplo brevioribus: leguminibus mediocribus orbicularibus planis inermibus, cyclis 3-5 destrorsis venoso-ramosis: seminibus irregulariter reniformibus.

M. orbicularis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 260. *n.* 936 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 269.

In herbosis pascuis viis suburbanis communis.

Ann. Flor. Màjo. Flores lutei.

1551. *marginata* *Willd. En. p.* 802. Laeviter pubescens. Caule decumbente erectove e basi ramoso: foliolis late obverse-cuneatis insigniter nervosis: apice argute dentatis: stipulis setaceo-multifidis: pedunculis brevissimis 1-2-floris: laciniis calycinis lanceolato-acuminatis tubo longioribus corollaque brevioribus : leguminibus majusculis orbiculatis piloso-glandulosis radiatim venosis, venis secus marginem subundulatum anastomasantibus, cyclis 4-5 destrorsis: seminibus irregulariter reniformibus.

M. orbicularis β leguminibus amplis pubescentibus *Maur. Cent.* 13. *p.* 37.

Ad margines agrorum secus *Corese.*

Ann. Flor. Junio. Flores lutei.

1552. *apiculata* *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1414. Glabra. Caule prostrato ramoso: foliolis obcordato-cuneatis apice denticulatis: stipulis multifido-lacinulatis: pedunculis folio longioribus 4-5-floris: laciniis calycinis tubo longioribus corollaque parum brevioribus: leguminibus mediocribus planis, cyclis

2–3 destrorsis exquisite reticulato-venosis , margine duplici et opposita tuberculorum serie ornato: seminibus reniformibus.

M. apiculata *Maur. Cent.* 13. *p.* 37 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p*. 274.

In herbidis ad margines viarum prope Amph. Flavium, et in locis proximis.

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1553. DENTICULATA *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1414. Glabra. Caule prostrato ramoso: foliolis obcordatis obovatisve apice denticulatis: stipulis subtiliter laciniatis: pedunculis folio longioribus pauci-multifloris: dentibus calycinis tubo subaequalibus corollaque multo brevioribus: leguminibus subcylindricis mediocribus, cyclis 2–3 dextrorsis exquisite reticulato-venosis, margine angusto, spinis longis hamatis divergentibus disticis, armato: seminibus reniformibus.

M. denticulata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 54. *n.* 148 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 261. *n.* 942 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 275.

In pascuis et marginibus viarum etiam in Urbe.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1554. PRAECOX *DC. Cat. Hort. Monsp. p.* 123. Subpilosa. Caule prostrato caespitoso-ramoso: foliolis obcordatis obtusis apice irregulariter dentatis: stipulis subtiliter laciniatis: pedunculis 1-2-floris folio brevioribus : laciniis calycinis tubo longioribus corollaque subaequalibus : leguminibus parvis, cyclis 2–4 destrorsis reticulato-venosis glabris pilosisve, margine plano, spinis disticis longis subulato-uncinatis, armato: seminibus reniformibus maturitate ferrugineis.

M. praecox *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 276.

In herbidis et ad margines viarum. *Tivoli*, *Viterbo*, *Roma* etc.

Ann. Flor. Martio-Aprili. Flores flavi.

1556. NIGRA *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2. *p.* 1418. Pilosa. Caule prostrato vel adscendente erecto ramoso: foliolis delthoideis vel obverse cordato-cuneiformibus nervosis apice denticulatis: stipulis inaequaliter laciniatis: pedunculis 1–3-floris folio sublongioribus : laciniis calycinis longe-acuminatis tubo longioribus corollamque subaequantibus: leguminibus minusculis cylindraceis planis, cyclis 3–5 destrorsis laxe reticulatis, margine angusto, spinis longis divergentibus uncinatis, armato: seminibus reniformi-elongatis ferrugineis.

M. nigra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 261. *n.* 944 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 279.

In pascuis frequens.

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1556. *maculata* *Willd. Sp. Pl. t. 3. p. 2. pag.* 1412. Subpilosa. Caule prostrato ramoso: foliolis obcordatis obovatisve apice denticulatis nigro maculatis: stipulis majusculis apice acuminatis margine dentatis: pedunculis sub-5-floris petiolo longioribus: dentibus calycinis acuminato-elongatis tubo longioribus corollaque duplo brevioribus: leguminibus subglobosis, cyclis 4-5 destrorsis reticulato-venosis, margine nervoso, spinis longis canaliculatis disticis divaricato-intertextis, armato: seminibus subreniformibus.

M. maculata *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 54. *n.* 147 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 261. *n.* 941 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 283.

Vulgatissima in herbosis et marginibus viarum etiam in Urbe.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

Vulgo. *Trifolio macchiato.*

*** Leguminibus arcte cochleatis.

1557. *marina* *L. Sp. Pl. p.* 1097. Dense tomentosa, tomento tandem flavido. Caule prostrato: foliolis obovato-cuneatis breviter denticulatis: stipulis lanceolatis integris : pedunculis folio longioribus : racemis pauci-multifloris : dentibus calycinis tubo subaequalibus, corollaque multo brevioribus: leguminibus parvis cylindricis, cyclis 3-5 destrorsis obscure venosis, margine crasso, spinis brevibus remotis obtusis distice armato : seminibus reniformibus maturitate ferrugineis.

M. marina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 260. *n.* 938 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 284.

In oris maritimis. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1558. *Gerardi* *Willd. En. Pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1415. Pubescens. Caulibus prostratis ramosis : foliolis obovato-cuneatis apice denticulatis: stipulis multifido-laciniatis : pedunculis folio multo longioribus 1-2-floris : laciniis calycinis tubo subaequalibus corollaque parum brevioribus: leguminibus ovalibus mediocribus hirsutis enerviis , cyclis 5-7 destrorsis , margine crasso , spinis subulato-uncinatis remotis distice armato : seminibus reniformibus.

M. Gerardi *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 360. *n.* 937 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 387.

In pascuis non infrequens circa Urbem.

Ann. Flor. Martio-Aprili. Flores lutei.

1559. TRIBULOIDES *Willd. Sp. pl. t. 3. p. 2. pag.* 1416. Pilosiuscula. Caule decumbente flagellare ramoso: foliolis obovato vel obcordato-cuneatis: stipulis lanceolatis, auriculis laciniatis: pedunculis folio brevioribus 1-2-floris: laciniis calycinis tubo longioribus corollamque subaequantibus : leguminibus mediocribus subglobosis, cyclis 4-7 sinistrorsis, margine crasso convexo, spinis conico-subulatis apice uncinatis distice divaricato-intertextis, armato: seminibus majusculis reniformibus turgidis maturitate flavidis.

M. tribuloides *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 55. *n.* 149 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 261. *n.* 943 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 288.

In pratis et ad viarum margines.

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1560. CYLINDRACEA *DC. Cat. Hort. Monsp. p.* 123. *n.* 129. Subpilosa. Caule decumbente inferne ramoso: foliolis cuneatis truncatis retusisve apice denticulatis: stipulis lanceolatis, auriculis laciniatis: pedunculis folio duplo longioribus 1-5-floris : laciniis calycinis lanceolato-linearibus , tubo sublongioribus corollaque multo brevioribus : leguminibus parvis cylindricis utrinque planis, cyclis 5-7 crassis sinistrorsis margine plano, tuberculis brevibus remotis apice spinulosis, distice armato: seminibus reniformibus maturitate flavidis.

M. cylindracea *Bert. Fl. It. t* 8. *p.* 290.

In arenosis et pascuis maritimis. *Terrracina, Ostia* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

1561. SPHAEROCARPOS *Bert. Rar. It. pl. Dec. p.* 60. *n.* 7. Glabra. Caulibus caespitosis decumbentibus inferne ramosis: foliolis rombeo-obovatis nervosis apice denticulatis: stipulis dentato-laciniatis: pedunculis folio multo longioribus 1-5-floris: dentibus calycinis subulatis tubo parum longioribus corollaque dimidio brevioribus : leguminibus mediocribus ovali-oblongis, cyclis crassis 5-7 sinistrorsis, margine depresso, spinis brevibus deflexis, distice armato: seminibus reniformibus maturitate subferrugineis.

M. sphaerocarpos *Sebast. Fas. alter Rom. Pl. p.* 15. *tab.* 3. *et En Pl. Amph. Flavii p.* 55. *n.* 151 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 262. *n.* 945 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 293.

In pascuis aridis, et in collibus circa Urbem aud infrequens. *Amfiteatro Flavio, Monte Mario, Villa Borghese* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1562. TUBERCULATA *Willd. Sp. pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1410. Pubescens. Cau-

libus procumbentibus basi ramosis: foliolis rombeo-obovatis dentatis: stipulis lanceolato-dentatis : pedunculis folio parum longioribus 1-2-floris : dentibus calycinis subulatis tubum subsuperantibus, corollaque dimidio brevioribus: leguminibus mediocribus cylindraceis, cyclis 6–8 sinistrorsis, margine crasso cristato, tuberculis brevibus spinulosis disticis cristae parallelis, ornato: seminibus reniformibus, lobo altero irregulari.

M. tuberculata *Sang. Cent. tres p.* 108. *n.* 243 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 296.

In marginibus viarum circa Romam et Tiburim at non frequens. *Grotta di Nettuno.*

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1563. *DISCIFORMIS DC. Cat. Hort. Monsp. p.* 224. *n.* 131. Pilosa. Caulibus caespitosis ramosis: foliolis parvis obconico-dentatis: stipulis lanceolatis dentatis: pedunculis 1–4–floris, folio duplo longioribus: dentibus calycinis tubo subaequalibus corollaque multo brevioribus: leguminibus mediocribus orbiculato-depressis glabris , cyclis 4-5 destrorsis , margine canaliculato utrinque spinoso, spinis radiantibus subulato-uncinatis, cyclo ultimo inermi: seminibus reniformi-ovalibus maturitate vitellinis.

M. disciformis *Sang. Cent. tres p.* 110. *n.* 247 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 297.

In pratis prope *Fiumicino.*

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1564. *MURICOLEPTIS Tin. Rar. Pl. Sic. pug.* 1. *p.* 18. *n.* 14. Glabra. Caule prostrato ramoso : foliolis parvis obverse cuneatis apice denticulatis : stipulis dentato-setaceis: pedunculis folio brevioribus 1-2-floris: dentibus calycinis subulatis tubo sublongioribus, corollaque multo brevioribus : leguminibus mediocribus planis orbiculatis, cyclis 2-4 destrorsis laxe reticulato-venosis, margine utrinque spinis remotis brevibus arcuatis radiantibus, armato, in cyclo ultimo et quandoque etiam primo brevissimis vel nullis: seminibus reniformibus maturitate nigris.

M. muricoleptis *Sang. Cent. tres p.* 108. *n.* 244 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 297.

In arvis pascuis et inter segetes non rara.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores parvi flavi.

1565. *DECANDOLLEI Guss. Syn. t.* 2. *p.* 369. Glabra. Caulibus prostratis ramosis, foliolis obcordatis abrupte cuneatis apice denticulatis: stipulis lacinulatis: pedunculis folio subaequalibus 1-3-floris: dentibus calycinis triangulo-acutis tubo aequalibus corollaque dimidio brevioribus: leguminibus majusculis orbiculato-depressis, cyclis 4-6 destrorsis reticulato-venosis, margine spinis

numerosis longis arcuatis disticis subintertextis, armato : seminibus reniformibus maturitate nigris.

M. Decandollei *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 298.

In pascuis mare versus. *Civitavecchia.*

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

1566. *Echinus DC. Prod. t.* 2. *p.* 181. *n.* 77. Glabra. Caule prostrato ramoso: foliolis obovatis rombeisve toto margine denticulatis: stipulis laciniatis dentatisve: pedunculis pauci-multi-floris folio brevioribus: dentibus calycinis acutis tubo subaequalibus corollaque duplo brevioribus : leguminibus majusculis subglobosis , cyclis 7-8 destrorsis tenuibus , margine spinis longis incurvis disticis adpressis dense intertextis, armato: seminibus reniformibus lobo altero abbreviato.

M. Echinus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 300 - M. intertexta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 261. *n.* 940.

In pascuis marginibus viarum campèstrium, et in montanis.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1567. *Murex Willd Sp. pl. t.* 3. *p.* 2. *pag.* 1410. Villosa. Caule caespitoso prostrato: foliolis cuneato-delthoideis apice dentatis: stipulis lacinulatis dentatisve : pedunculis sub-3-floris folio brevioribus: laciniis calycinis acutis tubo duplo longioribus, corollaque parum brevioribus: leguminibus minusculis cylindraceis utrinque planis glabris, cyclis 3-5 destrorsis, margine 3-nervoso, nervo medio prominulo subinermi, lateralibus depressis, spinis brevibus subulatis reflexis disticis subintertextis, armato: seminibus reniformibus , lobis truncatis.

M. Murex *Sang. Cent. tres p.* 109. *n.* 246 - *Bert. Fl It. t.* 8. *p.* 301.

Inter segetes sed non frequens. *Terracina.*

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

1568. *litoralis Rhod. in Lois. Desl. Not. p.* 118. Pubescens. Caule prostrato ramoso: foliolis cuneato-obcordatis apice serrulatis: stipulis dentato-laciniatis: pedunculis 4-5-floris folio sub-brevioribus: laciniis calycinis elongatis tubo duplo longioribus corollamque subaequantibus : leguminibus minusculis cylindricis utrinque planis, cyclis 3-5 sinistrorsis, margine crasso, spinis rariusculis brevibus uncinatis distice divaricato-reflexis, armato : seminibus reniformibus lobis abbreviatis.

M. litoralis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 301. - M. litoralis α brevi seta *Maur. Cent.* 13. *p.* 37.

In litore arenoso maris nostri. *Ostia, Fiumicino, Palo* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1569. *Braunii Gren. et Godr. Fl. de Franc. t. 1. par. 2. p.* 393. Glabra, et quandoque pilosa. Caule procumbente caespitoso-ramoso: foliolis obcordato-ovatis apice denticulatis: stipulis lacinulatis: pedunculis 1-4-floris folium subaequantibus: dentibus calycinis acutis tubo subaequalibus, corollaque brevioribus: leguminibus parvis cylindricis utrinque planis, cyclis crassiusculis 3-5 destrorsis, margine spinis raris brevibus modo brevissimis distice divaricato-reflexis, armato: seminibus parvis reniformibus lobis truncatis.

M. Braunii *Bert. Fl, It. t.* 8. *p.* 303.

In litore marino cum precedente.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1570. *minima Desv. in Enc. meth. bot. ed. de Pad. t.* 3. *p.* 609. Pubescens. Caule decumbente ramoso: foliolis obcordatis apice dentatis: stipulis ovato-lanceolatis integris: pedunculis pauci-multifloris, folio modo brevioribus modo longioribus: laciniis calycinis subulatis tubo subaequalibus corollaque parum brevioribus: leguminibus parvis globosis cyclis exilibus 3-5 destrorsis, spinis longiusculis uncinatis utrinque canaliculatis distice armato: seminibus reniformibus lutescentibus, lobis truncatis.

M. minima *Bert. Fl. It.* t. 8. *p.* 304 - M. minima *β Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 260. *n.* 939.

β Brachyodon. Spinis leguminum longissimis.

M. minima *β Bert. l. c.* -

γ Recta. Spinis diametro leguminis longioribus *Bert. l. c.*

M. minima *α Seb. et Maur. l. c. p.* 261.

In marginibus viarum frequens species et varietates.

Ann. Flor. Majo-Junio. Fl. lutei.

MELILOTUS.

* Leguminibus reticulato-rugosis.

1571. *italica Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 348. Glabra. Caule erecto fistuloso alterne ramoso: foliolis obovatis subrotundis denticulatis quandoque integris brevissime mucronulatis: stipulis lanceolato-acuminatis integris: floribus in racemis axillaribus pedunculatis, folio longioribus : corollis grandiusculis, vexillo, alis et carina, longiore: leguminibus ovalibus obtusis rugoso-lacunosis pendulis 1-2-spermis: seminibus minute granulatis.

M. italica *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 56. *n.* 152 - *Seb. et Maur.*

Fl. Rom. Prod. p. 249. *n.* 887 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 81 – M. italica folliculis subrotundis *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 37.

In agris hortis et etiam in Urbe, *Amfiteatro Flavio,* frequens.

Bienn. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

Obs. *Anthoxanthum odoratum* fortiter redolet.

1572. ARVENSIS *Wallr. Sched. crit. p.* 391. Glabra. Caule decumbente erectove caespitoso-ramoso : foliolis in inferioribus rombeo-subrotundis , in superioribus ovato-oblongis: stipulis subulatis integerrimis: floribus in racemis elongatis: corollis mediocribus, vexillo alis carinaque paulo longiore: leguminibus ovatis obtusis apice convexis breviter mucronulatis tranverse rugoso-reticulatis pendulis 1-2-spermis: seminibus subrotundis laevibus.

M. arvensis. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 83.

In pratis Piceni praesertim mare versus.

Bienn. Flor. Martio-Aprili. Flores luteî.

Obs. Intense, et grate redolens etiam in sicco.

1573. OFFICINALIS *Willd. En. t.* 2. *p.* 790. Glabra. Caule angulato erecto alterne ramoso: foliolis in inferioribus obovatis oblongisve, in superioribus lanceolato-linearibus: stipulis subulatis integerrimis: floribus densis in racemis breviusculis tandem elongatis: corollis mediocribus, petalis aequalibus: leguminibus obovatis acuminatis breviter costatis adpresse pilosis reticulato-rugosis pendulis 1-2-spermis : seminibus subreniformibus laevibus.

M. officinalis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 84.

Ad margines viarum. *Tivoli, Albano, Viterbo* etc. et in maritimis *Ostia, Piceno* etc.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

Vulgo. *Melilato.*

Usus. Semina et flores hujus speciei et praecedentis uti resolventia jam adhibita, nunc parum in usu. Herba uti praecedens redolet etiam in sicco, at minus intense, ad jumenta alenda praestantissima.

1574. VULGARIS *Willd. En. t.* 2. *p.* 790. Subglauca. Caule erecto alterne ramoso: foliolis truncatis remote denticulatis in inferioribus obovatis, in superioribus oblongo-lanceolatis: stipulis subulatis integerrimis: floribus fructibusque in racemis elongatis longe pedunculatis laxiusculis : corollis parvis , vexillo, carina alisque longiore : leguminibus ovatis leviter acutatis obsolete rugoso-reticulatis pendulis 1-spermis: seminibus ovatis laevibus.

M. vulgaris *Sang. Cent. tres p.* 103. *n.* 232 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 86 -

M. vulgaris *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 56. *n.* 152 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 249. *n.* 885.

Ad vias agrestes et in Urbe.

Bienn. Fior. Majo-Junio. Flores lutei.

1575. NEAPOLITANA *Ten. Fl. Nap. t.* 1. *in Prod. suppl.* 1. *p.* 62. Glabra, vel pilosiuscula. Caule erecto alterne ramoso: foliolis in inferioribus obovatis in superioribus oblongis obtusis, omnibus basi attenuatis apice dentatis: stipulis integerrimis lanceolato-linearibus: floribus laxiusculis erectis racemosis, racemo denuo elongato : corollis parvis, petalis subaequalibus : leguminibus subglobosis erectis rostellatis reticulato-rugosis 1-spermis raro 2-spermis: seminibus orbiculatis minutissime granulatis.

M. neapolitana *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 88 - M. indica *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 55. *n.* 154 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 249. *n.* 887.

In maritimis arenosis et in Amph. Flavio.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1576. PARVIFLORA *Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 192. Pilosiuscula. Caule erecto angulato-striato alterne ramoso: foliolis in inferioribus obovatis integriusculis, in superioribus cuneato-oblongis truncatis, basi excepta, laxe dentatis: stipulis integerrimis lanceolato-acuminatis : floribus reflexis in racemis densis denuo sublaxatis: corollis exiguis, petalis aequalibus: leguminibus parvis subrotundis obtusis pendulis laxe reticulato-venosis 1-spermis: seminibus subrotundis minutissime granulatis.

M. parviflora *Fior. Gior. de lett. di Pisa t.* 17. *p.* 128 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 89 - M. longifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 250. *n.* 889.

In locis maritimis. *Ostia, Terracina* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

* Leguminibus spiraliter rugosis.

1577. SULCATA *Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 193. Glabra. Caule erecto alterne ramoso, ramis inferioribus subdecumbentibus: foliolis cuneato-oblongis obtusis lato-margine argute serrulatis: stipulis lanceolato-acuminatis inferioribus basi laciniatis: floribus in racemis pedunculatis densiusculis, tandem sublaxatis: corollis majusculis, vexillo carinae subaequali , alis vexillo et carina brevioribus: leguminibus subrotundo-obovatis obtusissimis pendulis rugoso-cochleatis 1-spermis: seminibus subrotundis.

M. sulcata *Bert. Fl. It. t.* 8. *n.* 93.

In montanis mare versus. *Sul Circeo presso Terracina.*

Ann. Flor. Aprili Majo. Flores lutei.

1578. *compacta Ten. Fl. Nap. t.* 5. *p.* 138. Glabra. Caule caespitoso erecto parce ramoso : foliolis cuneato-oblongis truncatis arguteque serrulatis : stipulis longe acuminatis basi lacinulatis: floribus in racemis densiusculis folio multo longioribus: corollis parvis: carina, alis vexilloque, breviore: leguminibus subrotundis obtusis pendulis rugoso-cochleatis 1-spermis : seminibus ovato-rotundatis minutissime granulatis.

M. compacta *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 91 - M. dentata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 249. *n.* 888.

In maritimis copiosa. *Ostia.*

Ann. Flor. Majo-Junio Flores lutei.

1579. *messanensis Pers. Syn. pl. t.* 2. *p.* 347. Glabra. Caule erecto, basi caespitoso-ramoso: foliolis cuneato-elongatis obovatisve apice denticulatis : stipulis lata basi lanceolato-acuminatis : floribus laxiusculis in racemis axillaribus folio brevioribus : corollis parvis : alis carina vexilloque parum brevioribus: leguminibus majusculis semiovatis pendulis utrinque acutis dense et subtiliter rugoso-cochleatis ut plurimum 1-spermis: seminibus ovalibus majusculis minute granulatis.

M. messanensis. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 95.

In arena maritima. *Ostia.*

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

Obs. Herba etiam sicca ingrate redolens.

TRIFOLIUM.

* Flores in spicis oblongis basi ebracteatis: calyces villosi post anthesim immutati. *Lagopus Ser.*

1580. *angustifolium L. Sp. Pl. p.* 1083. Pilosum. Caule erecto ut plurimum simplici: foliolis lineari-lanceolatis integerrimis supra nudis : stipulis connatis, caudis erectis lineari-setaceis, spicis conico-cylindricis : calycibus striatis , laciniis setaceis ciliatis subspinescentibus apice nudis , infima longiore corollam monopetalam subaequante : leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. angustifolium *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 74. *n.* 233 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 253 *n.* 906 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 172 - T. Alopecourum angustifolium elatius *Barrel. Ic.* 698.

In pascuis sterilibus, viarum aggeribus commune.

Ann. Flor. Junio. Flores carnei.

1581. RUBENS *L. Sp. Pl. p.* 1081. Glaberrimum. Caule stricto erecto: foliolis oblongis obtusissimis exquisite nervoso-denticulatis: stipulis connatis majusculis caudis lanceolatis: spicis oblongo-cylindricis quandoque globosis terminalibus subgeminis: calycibus striatis, laciniis setaceis brevissimis piloso-patentibus, infima elongata corollam monopetalam aequante: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

L. rubens *Sang. Cent. tres p.* 103. *n*, 233 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 170.

In apricis secus Interamnam.

Perenn. Flor. Majo. Flores rubei.

1582. INCARNATUM *L. Sp. Pl. p.* 1083. Molliter villosum. Caule erecto simplici ramosove: foliolis obcordatis obovatisve: stipulis connatis, auriculis brevibus obtusis: spicis conico-oblongis, ovalibusve: calycibus striatis sub fauce constrictis, laciniis lineari-setaceis tandem patentibus, corolla monopetala brevioribus: leguminibus 1-spermis calyce inclusis,

T. incarnatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 251. *n.* 896 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 178 - T. Alopecourum latifolium spica longa *Barrel. Ic.* 697.

In agris pascuis marginibus viarum commune.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albidi vel carnei.

1583, ARVENSE *L. Sp. Pl. p.* 1083. Molliter pubescens. Caule ramoso, ramis diffusis: foliolis superioribus linearibus basi angustatis apice rotundatis sub-3-dentatis, mediis abbreviatis, infimis obovatis: stipulis connatis brevibus, caudis elongato-setaceis: spicis cylindricis ovatisve: calycibus dense et molliter villosis, laciniis aequalibus setaceis tubo corollaque polypetala longioribus: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. arvense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 250. *n.* 891 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 175 - Lagopus angustifolia minor erectior *Barrel. Ic.* 901.

In agris et marginibus viarum commune.

Ann. Flor. Junio. Flores subrosei.

1584. LIGUSTICUM *Balb. in litt. et Elench. in Accad. di Tor. t.* 23. *p.* 112. Pilosum. Caule erecto alterne ramoso: foliolis late obovatis obcordatisve apice

obsolete denticulatis subretusis quandoque mucronulatis: stipulis connatis nervosis, caudis anguste lineari-acuminatis : capitulis obovatis oblongisve longe pedunculatis solitariis vel geminis: calycibus costatis hirtis, laciniis subulatis aequalibus tubo subtriplo corollaque polypetala multo longioribus : leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. ligusticum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 251. *n.* 898 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 152.

In nemorosis solo sterili. *Al settentrione del M. Mario, Palazuola* etc.

Ann. Flor. Junio. Flores rosei.

1585. LAPPACEUM *L. Sp. Pl. p.* 1082. Pilosum. Caule erecto quandoque prostrato, ramis patulis: foliolis oblongo-obovatis obovatisve apice vix dentatis: stipulis connatis nervosis, caudis lanceolato-subulatis laxe longeque ciliatis : capitulis pedunculatis globosis ovatisve: calycis 20-nervii dentibus aequalibus subulatis rigidis laxe setosis, tubo turbinato triplo longioribus, corollamque polypetalam subsuperantibus, setis dentibusque patentibus: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. lappaceum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 74. *n.* 232 – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 250. *n.* 892 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 140 – T. nemorosum capite ovato villoso rubescente *Barrel. Ic.* 871.

In pascuis, secus vias, in collibus. *Sul monte Mario, a Villa Madama* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide rosei.

** Flores in capitulis ovato-conicis saepe bracteatis, calyces post anthesim immutati. *Phleastrum Ser.*

1586. *Bocconi Spr. Syst. Veg. t.* 3. *p.* 216. Pubescens. Caule erecto simplici vel alterne ramoso, ramis divaricatis: foliolis in inferioribus obovatis, in superioribus obverse cuneato-oblongis, omnibus subintegerrimis : stipularum caudis setaceis elongatis laxe ciliatis: capitulis sessilibus ovatis oblongisve bracteatis axillaribus terminalibusque, terminali ultimo axillari approximato: calycis 10-nervii laciniis subulato-aristatis erectis tubo sublongioribus , corollamque aequantibus: leguminibus 1–spermis calyce inclusis.

T. Bocconi *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 128 – T. Boccone *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 251. *n.* 897 - T. nodiflorum turbinatum *Bocc. Mus. di Piant. p.* 142, *et* T. nodiflorum *l. c. tab.* 104.

In ericetis, et ad aras nemorum circa Urbem.

Ann. Flor. Julio. Corolla rosea, alis albidis.

1587. STRIATUM *L. Sp. Pl p.* 1085. Molliter villosum. Caule caespitoso decumbente erectove, ramis alternis : foliorum inferiorum foliolis obcordatis obovatisve, superiorum obverse oblongo-cuneatis, omnibus apice denticulatis: stipulis membranaceis connatis, caudis triangularibus apice longe acuminatis: capitulis oblongis ovatisve sessilibus terminalibus axillaribusque bracteatis: calycis laciniis inaequalibus erectis apice subulato-spinosis, tubo 10-nervi tandem inflato fauceque constricto, subaequalibus corollamque vix superantibus. leguminibus membranaceis 1-spermis calyce inclusis.

T. striatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 252. *n.* 899 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 122 - T. minus villosum purp. capite parvo echinato *Barrel. Ic.* 869.

In nemorosis. *Nella macchia di Marco Simone.*

1588. SCABRUM *L. Sp. Pl. p.* 1084. Villosum, villo tandem rigido, scabrum. Caule prostrato e basi ramoso: foliolis obovatis nervosis denticulatis: stipulis membranaceis connatis, caudis lanceolato-acuminatis: capitulis ovatis sessilibus axillaribus terminalibusque ebracteatis: laciniis calycinis erectis inaequalibus, tubo 10-nervoso corollaque, brevioribus in fructu patenti-recurvis rigidis: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. scabrum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 75. *n.* 234 - *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 252. *n.* 901 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 124 - T. minus capite subrotundo parvo albo et echinato *Barrel. Ic.* 870.

In aridis, et sterilibus ad margines, nec non in muris Urbis. *Amfiteatro Flavio.*

Ann. Flor. Junio. Flores albi vel rosei.

*** Flores in capitulis ovatis saepe bracteatis ;
calyces villosi post anthesim immutati. *EUTRIPHYLLUM Ser.*

1589. MARITIMUM *Huds. Fl. Angl. ed.* 1. *p.* 284. Patenter pilosum. Caule erecto, ramis patentibus : foliorum superiorum foliolis obverse-oblongis, inferiorum obovatis, omnibus vix crenulatis : stipularum caudis lanceolato-linearibus: capitulis sessilibus vel breviter pedunculatis: laciniis calycinis inaequalibus nervosis lanceolatis, tubo 10-nerveo corollaque, brevioribus, tandem di-

latatis rigidis patentibus, infima longiore deflexa: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. maritimum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 75. *n.* 235 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 252. *n.* 900 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 143.

In pascuis et viis frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albidi.

1590. SUPINUM *Sav. Obs. p.* 46. *n.* 20. *fig.* 2. Caule prostrato piloso dichotomo-ramoso: foliolis obovatis oblongisve in foliis inferioribus abbreviatis, omnibus ciliatis. stipulis membranaceis subinflatis, caudis lanceolato-linearibus divergentibus: capitulis pedunculatis subrotundis tandem ovalibus: laciniis calycinis inaequalibus rigidis remote ciliatis in fructu patentibus, tubo 10-nervo longioribus, corollaque duplo brevioribus : leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. supinum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 75. *n.* 236 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 252. *n.* 902 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 147.

In pascuis omnibus vulgare.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores purpurascentes vel albido-rosei.

1591. OCHROLEUCUM *L. Syst. nat. t.* 3. *p.* 233. Pilosum. Caule decumbente erectove alterne ramoso: foliis distantibus, foliolis inferioribus ovatis, sucessivis ovato-ellipticis, ultimis ovato-lanceolatis, omnibus emarginatis: stipulis elongatis, caudis lineari-lanceolatis : capitulis terminalibus breviter pedunculatis globosis ovatisve : laciniis calycinis inaequalibus lineari-acuminatis tandem rigidis, quinta divaricato-deflexa tubo 10-nerveo longiore: corolla calycem duplo superante: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. ochroleucum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 253. *n.* 907 - *Bert. Fl. It. F.* 8. *p.* 158.

In umbrosis sylvaticis circa Urbem commune.

Perenn. Flor. Junio. Flores ochroleuci.

1592. ALPESTRE *L. Sp. Pl. p.* 1082. Breviter pubescens. Caule simplici erecto : foliolis coriaceis oblongis lanceolatisve obtusis acutisve tenuiter venosis denticulatis: stipulis latiusculis, caudis acuminato-attenuatis:capitulis globosis subsessilibus solitariis quandoque geminatis: laciniis calycinis inaequalibus plumosis, quinta tubo 20-nerveo multo longiore: corolla monopetala calycem multo superante: leguminibus membranaceis 1-spermis calyce inclusis.

T. alpestre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 253. *n.* 905 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 168.

In montibus subapenninis frequens. *Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Junio Flores saturate purpurei.

1593. MEDIUM *L. Faun. Suec. ed. 2. p.* 558. Laxe pilosiusculum. Caule flexuoso refracte ramoso: foliis longe pedunculatis, foliolis elliptico-oblongis venulosis minute denticulatis: stipulis membranaceis arcte caulem amplexantibus, caudis lineari-lanceolatis erectis: capitulis globosis subsessilibus, floribus laxiusculis: laciniis calycinis filiformibus plumosis, quinta longiore tubum 10-nerveum superante: corollae monopetalae segmentis subaequalibus calyce duplo longioribus: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. medium *Maur. Cent.* 13. *p.* 26. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 166.

In montibus calcareis Latii. *Felettino* etc.

Perenn. Flor. Junio. Fl. purpurei.

1594. PRATENSE *L. Sp. Pl. p.* 1082. Glabriusculum. Caule decumbente adscendentove e basi ramoso : foliolis foliorum superiorum ovatis lanceolatisve inferiorum obcordatis : stipulis membranaceis ovato-oblongis , caudis brevibus triangulo-acuminatis : capitulis solitariis globosis ovatisve sessilibus vel breviter pedunculatis: laciniis calycinis filiformibus patenti-plumosis, quinta calyce 10-nerveo longioribus: corollis calycem subtriplo superantibus: leguminibus 1-spermis calyptratis calyce inclusis.

T. pratense *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 73. *n.* 250 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p*: 253. *n.* 904 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 161.

In pratis viis omnium vulgatissimum.

Perenn. Flor. Aprili in Julium. Flores purpurei.

Vulgo. *Trifoglio bolognese.*

Usus. Omnium utilissimum, ideo ad Boves alendos plurimis in Italiae locis late colitur.

1595. NORICUM *Wulf. in Roem. Arch.* 8. *p.* 387. Molliter villosum. Caule decumbente abbreviato parce ramoso: foliorum inferiorum foliolis obovatis, superiorum oblongis: stipulis membranaceis caulem amplexantibus, caudis breviusculis triangulo-acuminatis: capitulis globosis sessilibus vel breviter pedunculatis ut plurimum solitariis: laciniis calycinis inaequalibus filiformibus dense patenti-plumosis, quinta calyce 10-nerveo parum longiore: corollis calycem duplo superantibus: leguminibus 1-spermis quandoque 2-spermis calyce inclusis.

T. noricum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 164.

In sylvaticis rupestribus montis *la Rosa* secus Nursiam.

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

1596. *pallidum Walld. et Kit. Pl. rar. Ung.* 1. *p.* 35. *tab.* 36. Pilosum Caule decumbente erectove, ramis diffusis: foliolis obovatis subrotundisve integerrimis: stipulis albido-membranaceis, caudis setaceo-aristatis: capitulis subsessilibus globosis ovatisve solitariis : laciniis calycinis subaequalibus e basi triangula longe setaceis patenter pilosis, tubo 10-nerveo longioribus: corolla calycem duplo superante: leguminibus ut plurimum 1-spermis calyce inclusis.

T. pallidum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 74. *n.* 231 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 251. *n.* 895 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 165.

In pascuis abbunde.

Ann. Flor. Aprili Majo. Flores Albidi vel rosei.

1597. *hirtum All. Auct. p.* 20. Patenter villosum. Caule adscendente erectove alterne ramoso: foliis inferioribus longe petiolatis, petiolo adscendendo abbreviato, ultimis sessilibus , foliolis obovatis emarginatis crenulato-denticulatis: stipulis albo-membranaceis inferioribus oblongis, caudis lanceolato-acuminatis adscendendo sucessive dilatatis caudisque abbreviatis : capitulis solitariis sessilibusve semiovatis globosis stipulis involucratis : laciniis calycinis filiformibus dense plumosis tandem erecto-patulis tubo multo longioribus: vexillo anguste lanceolato, alas carinamque multo superante, alis et carina calyci aequalibus: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. hirtum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 138.

In montibus umilioribus ad margines viarum. *Monti Cimini.*

Ann. Flor. Junio. Flores rubentes.

1598. *cherleri L. Sp. Pl. p.* 1037. Molliter denseque villosum. Caule caespitoso decumbente prostratove ramoso: foliolis obcordatis in foliis inferioribus obovatis, omnibus obsolete denticulatis: stipulis membranaceis nervosis, caudis breviusculis e basi triangula acuminatis : capitulis sessilibus globosis densis, stipulis accretis dilatatis foliosis vel aphyllis involucratis: laciniis calycinis filiformibus plumosis erectis tubo 20-nerveo duplo longioribus : corolla calycem raro superante. leguminibus 1-spermis inclusis.

T. cherleri *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 251. *n.* 893- *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 137 - Lagopus minor supin. molli et compresso capite fl. albo *Barrel.Ic.* 859.

In sterilissimis marginibus et arenosis frequens.

Ann. Flor. Junio. Flores albo-sordidi.

1599. *stellatum L. Sp. Pl. p.* 1083. Molliter patenterque villosum. Caulibus caespitosis erectis ut plurimum simplicibus : foliolis obcordatis apice denticulatis : stipulis membranaceis exquisite nervosis basi breviter connatis

apice dilatato-rotundatis dentatis: capitulis globosis terminalibus longe pedunculatis: laciniis calycinis aequalibus lanceolato-acuminatis stellatim patentibus tubo 20-nerveo plus duplo longioribus: corolla calycem vix superante: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. stellatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 251. *n.* 894-*Bert. Fl.It.t.*8. *p.*134-Lagopus minor erectus capite globoso stellato fl. purpureo. *Barrel.Ic.*860.

In sterilibus et marginibus viarum obvium.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

**** Flores in capitulis globosis saepe post antesim deflexis: calyces immutati. *Trifogliastrum Ser.*

1600. *suffocatum L. Amaen. Acad. t.* 4. *p.* 285. Glaberrimum. Caulibus caespitosis abbreviatis procumbenti-rosulatis : foliis longe petiolatis , foliolis obcordato-cuneatis apice dentatis: stipulis late ovatis, caudis lanceolato-acuminatis divergentibus : capitulis subrotundis in axillis stipularum sessilibus : laciniis calyciniis recursis tubo 10-nerveo corollaque brevioribus: leguminibus 2-spermis calyce vix exertis.

T. suffocatum *Maur. Cent.* 13. *p.* 36. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 119 - T. arvense supinum verticillatum *Barrel. Ic.* 882.

In siccis circa Urbem non infrequens.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flores albi.

1601. *glomeratum L. Sp. Pl. p.* 1084. Glabrum, laete virens. Caule prostrato simplici alterneve ramoso : foliis inferioribus longe petiolatis , foliolis obovatis argute dentatis: stipulis membranaceis, caudis lanceolato-acuminatis: capitulis sessilibus globosis axillaribus terminalibusque: laciniis calycinis cordato-ovatis aristatis patenti-recurvis tubo 10-nerveo brevioribus: corolla calyce sublongiore: leguminibus 1-2-spermis calyce tectis.

T. glomeratum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 253. *n.* 908. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 117.

In arvis et collibus circa Urbem non infrequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

1602. *strictum L. Amaen. Acad. t.* 4. *p.* 285. Glabrum. Caule erecto alterne ramoso: foliolis foliorum inferiorum obcordatis obovatisve, superiorum lanceolatis: stipulis subcoriaceis late rombeis breviter acuminatis: foliolis omnibus stipulisque nervosis serrulato-glandulosis : floribus congestis in ca-

pitulis globosis longe pedunculatis: laciniis calyciniis lineari-subulatis calyce exquisite 10-nerveo longioribus, quinta patenti-deflexa : corolla calycem aequante: leguminibus 2-spermis calyce exertis.

T. strictum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 256. *n.* 920-*Bert. Fl.It.t.*8.*p.*99.

In apricis. *Albano* et in *Foro Romano*.

Perenn. Flor. Majo. Flores albo-carnei.

1603. *REPENS L. Sp. Pl. p.* 1080. Glabrum. Caule diffuso repente, basi ramoso: foliis longe petiolatis, foliolis obcordatis obovatisve apice denticulatis saepe maculatis: stipulis membranaceis elongatis, caudis lanceolato-acuminatis: capitulo globoso depresso longe pedunculato: florum pedicellis elongatis tandem deflexis : dentibus calycinis erectis inaequalibus tubo 10-nerveo multo brevioribus: corolla calyce duplo longiore: leguminibus torulosis 3-4-spermis.

T. repens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 254. *n.* 913 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 106.

β pusillum. Caule abbreviato foliis minoribus.

T. repens β *Bert. l. c. p.* 107.

Vulgatissimum in viis et pascuis praesertim pinguibus, β minus frequens.

Perenn. Flor. Majo ad Junium. Flores albi, subvirides, vel carnei.

1604. *NIGRESCENS Viv. Fl. It. Frag. fasc.* 1. *p.* 12. *tab.* 13. Glabrum. Caule caespitoso adscendente e basi ramoso: foliis longe pedunculatis, foliolis cuneatis obcordatis obovatisve : stipulis brevibus late ovatis , caudis breviusculis divergentibus: capitulis subglobosis longe pedunculatis: floribus laxiusculis tandem deflexis: dentibus calycinis inaequalibus erectis-patulis, tubo 10-nerveo brevioribus: corolla calyce plus duplo longiore: leguminibus compresso-torulosis exertis 4-spermis.

T. nigrescens *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 113 - T. hybridum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 73. *n.* 228 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 255. *n.* 914.

In viis et pratis vulgare.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores albidi denuo fusci.

1605. *CAESPITOSUM Reyn. Mém. pour l' hist. nat. de la Suiss.* 1. *p.* 162. Glaberrimum. Caule caespitoso abbreviato prostrato: foliolis late obovato-cuneatis nervosis apice serrulatis : stipulis membranaceis laxiusculis connatis , caudis lanceolato-acuminatis: capitulis subglobosis longe pedunculatis: floribus confertis, externis tandem patentibus: laciniis calycinis acuminatis subaequalibus tubo 10-nerveo quidquam longioribus: corolla calyce triplo longiore: leguminibus 4-spermis calyce inclusis.

T. caespitosum *Sang. Cent. tres p.* 104. *n.* 235 - *Bert. Fl. It. t.* 8.*p.* 230.
In pratis alpestribus Umbriae. *Vettoretto.*
Perenn. Flor. Julio. Flores albi roseo variegati.

1606. MONTANUM *L. Sp. Pl. p.* 1087. Pubescens. Caule erecto subsimplici: foliolis lanceolatis utrinque acutis serrulatis valde nervosis: stipulis lanceolatis acutissimis: capitulis pedunculatis globosis, floribus demum deflexis: laciniis calycinis linearibus muticis erectis tubo 10-striato longioribus corollaque brevioribus: leguminibus 1-spermiis calyce inclusis.

T. montanum *Sang. Cent. tres p.* 104. *n.* 234 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 149.
In pratis alpinis Umbriae. *Vettore.*
Perenn. Fl. Junio-Julio. Flores albi.

1607. LATINUM *Sebast. Rom. Pl. Fas.* 1. *p.* 7. *tab.* 1. Glabriusculum virens. Caule decumbente dichotomo: foliolis lanceolato-acuminatis: stipulis glabriusculis, caudis triangulo acutis ciliatis: capitulis subconicis: dentibus calycinis linearibus rigidis tubo enerveo multo longioribus: corolla calyce duplo longiore: leguminibus 1-spermis calyce inclusis.

T. latinum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 252. *n.* 903 -*Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 148.
In sylvaticis. *Macchia Mattei.*
Ann. Flor. Junio. Flores atro-rubelli.

***** Flores in capitulis densis; labium superius calycis post anthesim inflatum. VESSICASTRUM *Ser.*

1608. SUBTERRANEUM *L. Sp. Pl. p.* 1080. Pilosum pilis subpatentibus. Caule prostrato inferne ramoso: foliis longe petiolatis, foliolis obcordatis cuneatisve saepe maculatis: stipulis ovato-oblongis distinctis acuminatis: capitulis 2-6-floris longe pedunculatis, pedunculis in fructu hypogaeo recurvatis: laciniis calycinis filiformibus ciliatis, tubo cylindrico subaequalibus corollaque multo brevioribus: leguminibus 1-spermis inclusis, laciniis calycinis revolutis accretis, bracteisque hysteranthiis coronatis.

T. subterraneum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 250. *n.* 890 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 132 - Trif. prat. sup. καθόβλεψ seu capite humi merso *Barrel. Ic.* 881 - T. subterraneum *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 36.
In pascuis sterilioribus circa Urbem commune.
Ann. Flor. Martio-Junio. Flores albi, vel albo-subcarnei.

1609. VESSICULOSUM *Sav. Fl. Pis. t.* 2. *p.* 165. Glabrum. Caule erecto

simplici alterneve ramoso : foliolis ovato-elongatis acuminatis toto margine argute serrulatis : stipulis membranaceis tandem scariosis , caudis elongato-acuminatis : floribus in capitulis terminalibus bracteatis, bracteis calyci aequalibus: calyce tubuloso in fructu turbinato-ventricoso insigniter 20-nerveo, et inter nervos horizontaliter ruguloso, laciniis longe subulatis subaequalibus tandem recurvis: corolla calyce duplo longiore : leguminibus 2-spermis calycem superantibus.

T. vessiculosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 254. *n.* 912 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 181.

In pascuis circa Urbem commune.

Ann. Flor. Julio. Flores albidi vel rubicundi.

1610. RESUPINATUM *L. Sp. Pl. p.* 1086. Glabrum laete virens. Caule prostrato erectove striato alterne ramoso: foliolis obovato-cuneatis argute denticulatis : stipulis nervosis basi connatis, caudis elongatis acuminatis: floribus axillaribus pedunculatis in capitulo depresso tandem rotundato: calyce florente turbinato 5-dentato, dentibus duobus labii superioris majoribus, fructifero reticulato-venoso villoso , labio superiore accreto gibberoso, dentibus calycinis divaricatis ampliatis terminato: corolla resupinata calyce florente duplo longiore: leguminibus 1-2-spermis calyce accreto absconditis.

T. resupinatum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 75. *n.* 237 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 254. *n.* 911 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 185 - T. pratense minus purp. Bellidis flore cap. globoso Barrel. Ic. 872.

β suaveolens. Pedunculis jamdudum folio longioribus, floribus subodoris.

T. suaveolens *Sang. Cent. tres p.* 104. *p.* 236.

In pascuis, secus vias etiam in Urbe vulgatissimum; varietas minus obvia.

Ann. Flor. Aprili in aestatem. Flores intense rosei.

1611. FRAGIFERUM *L. Sp. Pl. p.* 1086. Patenti-pilosum inferius denuo denudatum. Caule caespitoso prostrato ramoso inferne repente : foliis longe petiolatis serrulatis, foliolis obovatis tenuiter denticulatis: stipulis multinerveis connatis, caudis lanceolatis longe acuminatis: capitulis subglobosis longe pedunculatis axillaribus: bracteis lanceolatis calyce brevioribus: calyce florente tubuloso nervoso ad aram piloso, laciniis subaequalibus erectis: calycis fructiferi reticulato-venosi dense pilosi labio superiore insigniter accreto inflato, laciniis calycinis in setis erectis mutatis, coronato: corolla laciniis immutatis longiore: leguminibus 2-spermis calyce accreto inclusis.

T. fragiferum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 76. *n.* 238 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 254. *n.* 910 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 189 - T. fragiferum minus oblongo capite *Barrel. Ic.* 851 et T. frugiferum majus repens minori, et rotundiori capite *Ic.* 852.

In pascuis et marginibus viarum commune.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

1612. TOMENTOSUM *L. Sp. Pl. p.* 1080. Glabrum Caule decumbente prostratove: foliolis obovato-cuneatis argute denticulatis: stipulis subliberis caudis lanceolatis: floribus in capitulis breviter pedunculatis sessilibusve emisphaericis, in fructu globoso-colliculosis reticulato-venosis dense tomentosis bracteatis, bracteis distinctis connatisve: calyce floris minimo tubuloso, laciniis acutis subaequalibus, fructus labio superiore inflato fornicato-recurvato, dentes superiores recurvatos, occultante: corolla calyce immutato duplo longiore: leguminibus subrotundis 1-2-spermis calyce absconditis.

T. tomentosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 254. *n.* 909 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 187 - T. luteum capite rotundo folliculoso *Barrel. Ic.* 864.

In aridis et marginibus viarum frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rosei vel purpurascentes.

****** Flores in capitulis ovatis pedunculatis; petalis scariosis flavis, post anthesim deflexis badiis persistentibus. *Cronosemium Ser.*

1613. BADIUM *Pers. Syn. pl. t.* 2. *p.* 352. Glabrum laete virens. Caule adscendente erectove parce ramoso: foliolis inferioribus subrotundis, superioribus obovatis retusis, omnibus breviter denticulatis: stipulis distinctis caudis divaricatis acuminatis: floribus terminalibus longe pedunculatis in capitulis grandiusculis ebracteatis globosis tandem ovalibus: calyce minimo tubo turbinato, laciniis superioribus, inferioribus triplo brevioribus, omnibus linearibus: corolla calyce triplo longiore, vexillo integerrimo alis carinaque subduplo longiore: leguminibus 1-spermis carpophoro quadruplo longioribus.

T. badium *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 195 - Lotus montanus aureus amplo Lupuli capite annuus *Barrel. Ic.* 1024.

In pratis apenninorum Umbriae. *Vettore.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores luteo-aurei sicci cinnamomei.

1614. AGRARIUM *L. Sp. Pl. p.* 1087. Laete virens. Caule erecto vel adscendente parce ramoso laxe piloso: foliolis oblongis vel obverse ovato-lanceo-

latis retusis superius denticulatis: stipulis connatis, caudis acutis convergentibus: floribus terminalibus axillaribusque longiuscule pedunculatis in capitulis subrotundis tandem ovalibus: bracteis brevibus acutis: calycis parvi tubo turbinato laciniis superioribus, inferioribus, duplo brevioribus, omnibus linearibus: corolla calyce triplo longiore, vexillo inferne denticulato apice retuso alis longiore: carina alis breviore: leguminibus 1-spermis carpophoro sublongioribus.

T. agrarium *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 194 - T. aureum α *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 256. *n.* 918.

In pratis montanis Latii et Sabinae non infrequens. *M. Lucretile, Monte Cavi* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei, sicci fusci.

1615. SPADICEUM *L. Sp. Pl. p.* 1887. Laete virens adpresse et laxe pilosum. Caule erecto parce ramoso: foliolis inferioribus obcordatis, superioribus obverse-ovato-oblongis, omnibus obtuse denticulatis: stipulis distinctis, auriculis acutis divergentibus: floribus in capitulis globosis tandem ovali-cylindricis terminalibus saepe et lateralibus longe pedunculatis minutissime bracteatis: calycis minimi tubo late turbinato, laciniis superioribus, inferioribus pilosis, triplo brevioribus, omnibus linearibus: corolla calyce subtriplo longiore: vexillo sulcato emarginato tandem convexo alis carinaque longiore: leguminibus 1-spermis carpophoro quadruplo longioribus.

T. spadiceum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 196.

In Nursinis. *Al piano del Castelluccio.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores intense lutei nitentes.

1616. PROCUMBENS *L. Sp. Pl. p.* 1088. Saturate virens. Caule procumbente erectove laxe piloso, ramis patulis: foliis obovatis vix denticulatis: stipulis ovatis ciliatis, auriculis acutiusculis: capitulis multifloris pedunculatis ovalibus: calycis minimi tubo cylindrico, dentibus lineari-subulatis, labii superioris inferioris triplo brevioribus: corolla calyce triplo longiore, vexillo denticulato ciliato valide sulcato, alis carinaque non multo longiore: leguminibus ovalibus 1-spermis carpophoro brevissimo.

T. procumbens *Bert. Fl. It t.* 8. *p.* 198 - T. agrarium *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 76. *n.* 240 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 255. *n.* 915.

In pascuis secus vias praesertim in sterilibus.

Ann. Flor. Majo-Julio Flores citrini.

1617. PATENS *Spr. Syst. Veg. t.* 3. *p.* 211. Glabrum. Caule prostrato basi ramoso: foliolis imis obcordatis, caeteris oblongis omnibus argute dentatis:

stipulis semicordatis auriculis acutis: pedunculis filiformibus elongatis axillaribus, floribus laxiusculis in capitulo hemisphaerico tandem subgloboso: calycis minimi tubo brevissimo late campanulato, dentibus subulatis, labii superioris multo brevioribus: corolla calyce plus duplo longiore, vexillo obovato emarginato sulcato, alis patulis, paulo longiore: leguminibus 1-spermis stylo persistente rostratis tecaphoro brevi.

T. patens *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 200 - T. aureum β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 256. *n.* 918.

Ad margines viarum, in pratis sterilibus, et viis Urbis frequens.

Ann. Flor. Majo. Flores luteo-aurei.

1618. *Sebastiani Savi in Diar. Med. di Flojani ann.* 1815. Glabriusculum. Caule prostrato erectove ramoso: foliolis inferioribus obovatis, superioribus oblongis, omnibus denticulatis: stipulis lanceolatis, caudis longe acuminatis divergentibus: pedunculis axillaribus folio sublongioribus: capitulis paucifloris hemisphaericis, pedicellis tandem elongatis recurvatis pendulis: calycis minimi tubo brevissimo campanulato, laciniis lineari-subulatis quidquam inaequalibus: corolla calyce duplo longiore: vexillo late obovato sulcato alis breviore, carina minima: leguminibus 1-spermis sessilibus.

T. Sebastiani *Sebast. Rom. Pl. Fasc. alt. p.* 14. *t.* 4. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 256. *n.* 919 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 203.

Ad oras nemorum in sylvaticis et montanis. *Alla Macchia Mattei in copia, Albano* etc.

1619. *minus Smith. Engl. Flor. t.* 3. *p.* 310. Caule prostrato erectove ut plurimum ramoso, quandoque piloso: foliis brevissime petiolatis, foliolis parvis obcordato-cuneatis breviter laxeque dentatis: stipulis subtriangularibus, auriculis longe acuminatis: floribus in capitulis longe pedunculatis hemisphaericis, pedicellis calyce brevioribus, in fructu deflexis: calycis tubo campanulato, laciniis linearibus, labii inferioris duplo longioribus: corolla calycem duplo superante, vexillo ovato carinato, carina aliisque aequalibus, longiore: leguminibus obovatis 1-2-spermis tecaphoro duplo longioribus brevissime rostratis.

T. minus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 204 - T. procumbens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 255 *n.* 916.

Ad margines viarum et in aridis. *Amphiteatro Flavio* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores flavi tandem subfusci.

1620. *filiforme L. Sp. Pl. p.* 1088. Caule exili prostrato: foliis brevissime petiolatis, foliolis minutis obcordatis serrulatis: stipulis subtriangula-

ribus, auriculis acutis: pedunculis capillaribus ut plurimum elongatis recurvatis: pedicellis tubo calycino aequalibus: floribus parvis in capitulo racemoso tandem subpendulis: calycis tubo campanulato, dentibus acutis, labii inferioris duplo longioribus: corolla dentibus calycinis parum longiore, vexillo obovato alis carinaque paulo longiore: leguminibus 1-2-spermis tecaphoro triplo longioribus brevissime rostellatis.

T. filiforme *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 76. *n.* 239 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 255. *n.* 917 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 205.

In ageribus viarum frequens. *Trinità dei Monti*, *Villa Borghese*, *Foro romano* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores flavi.

ASTRAGALUS.

1621. *VESSICARIUS L. Sp. Pl. p.* 1071. Sericeo-canus. Caule diffuso procumbente: foliis 5-7-jugis, foliolis ellipticis: stipulis liberis lanceolato-acutis: pedunculis folio longioribus: floribus in racemis densis: calyce vessicario pube nigra adpressa et pilis albis vestito: vexillo alis carinaque paulo longiore: leguminibus oblongis tumidis villosissimis: acumine recto.

A. vessicarius *Sang. Cent. tres p.* 102 *n.* 228 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 40.

In montibus Umbriae *Vettore.*

Suffrutic. Flor. Junio-Julio. Flores ochroleuci.

1622. *DEPRESSUS L. Sp. Pl. p.* 1073. Cano-sericeus. Caule abbreviato prostrato: foliis longe petiolatis 6-12-jugis, foliolis obovato-oblongis: stipulis distinctis membranaceis longe acuminatis: pedunculis folio brevioribus: floribus in racemis elongatis laxiusculis: calyce tubuloso-campanulato pube nigra adpressa: vexillo obovato alis multo longiore: leguminibus teretiusculis dorso canaliculatis laxe pilosis calyce triplo longioribus: acumine subincurvo.

A. depressus. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 55.

In apennino Piceni. *Monte de' Fiori*, *Castel Monardo* etc.

Suffrutic. Flor. Julio. Flores albidi.

1623. *SESAMEUS L. Sp. Pl. p.* 1068. Villoso-pubescens. Caule diffuso prostrato: foliis 6-12-jugis, foliolis oblongis: stipulis liberis superioribus lanceolatis: floribus in capitulis sessilibus axillaribus: calyce campanulato hirsuto: vexillo oblongo, alas carinamque superante: leguminibus erectis subteretibus dorso sulcatis villosis, acumine reflexo.

A. sesameus *Sang. Cent. tres p.* 101. *n.* 227 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 57.

In collibus sterilibus circa Tibur.

Ann. Flor. Junio. Flores albidi.

1624. HAMOSUS *L. Sp. Pl. p.* 1067. Adpresse pilosus. Caule ramoso prostrato: foliis 12-14-jugis, foliolis oblongis cuneatis emarginatis: stipulis ovatis longe acuminatis: pedunculis folio brevioribus racemosis abbreviatis paucifloris: calyce tubuloso : vexillo oblongo alis multo longiore : leguminibus teretibus hamosis dorso vix canaliculatis, rostro subulato recto.

A. hamosus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 239. *n.* 844 - *Bert.Fl. It.t.* 8. *p.* 58.

In marginibus agrorum, et in herbosis frequens. *Al Pincio, a Villa Pamfili.* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores pallide lutei.

1625. GLYCYPHYLLOS *L. Sp. Pl. p.* 1067. Glaber. Caule prostrato ramoso: foliis 5-6-jugis , foliolis grandibus ovalibus emarginatis : stipulis lanceolatis distinctis: pedunculis axillaribus folio multo brevioribus: racemis multifloris: calyce campanulato vexillo ovato-oblongo alis carinaque longiore: leguminibus crassis teretibus incurvis dorso canaliculatis, acumine recto.

A. glycyphyllos *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 240. *n.* 846 – *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 60.

In umbrosis sylvaticis circa Urbem et in montanis. *Alla Caffarella, Macchia Mattei, Monte Gennaro, Albano* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores albido-luteoli.

1626. MONSPESSULANUS *L. Sp. Pl. p.* 1072. Adpresse et breviter pilosus. Caule lignoso prostrato breviter ramoso: foliis 10-20-jugis, foliolis ellipticis: stipulis distinctis lanceolato-acuminatis : pedunculis elongatis declinatis foliis longioribus: racemis laxiusculis : calyce late tubuloso: vexillo anguste emarginato alis multo longiore: leguminibus crassis incurvis subteretibus, acumine recto longiusculo.

A. monspessulanus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 240. *n.* 845 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 60.

In collibus et pascuis maritimis. *Presso Corneto, Ostia,* etc.

Perenn. Flor. Martio-Junio. Flores purpurascentes.

1627. BOETICUS *L. Sp. Pl. p.* 1068. Pubescens. Caule decumbente erectove inferne saepe ramoso: foliis 5-15-jugis, foliolis obverse cuneatis emarginatis: stipulis ovato-acuminatis distinctis: pedunculis folio brevioribus: racemis paucifloris tandem laxatis: calyce campanulato piloso: vexillo oblongo angusto alis duplo longiore: leguminibus crassis prismatico-trigonis: acumine uncinato.

A. boeticus *Fior. in Gior. dei Lett. di Pisa t. 17. p. 56* - *Bert. Fl. It. t. 3. p. 66* - Securidaca sicula siliquis foliaceis *Bocc. Sic. p. 7. tab. 4. fig. II.*

In arena marina. *Ostia*, *Terracina* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores albi.

1628. ARISTATUS *L' Herit. Stirp. nov. p.* 170. Villosus. Caule decumbente adscendentove lignescente superne ramoso: foliis 6-9-jugis, foliolis oblongo-cuneatis, petiolis spinescentibus: stipulis oblongis scariosis caudis acuminatis: pedunculis brevissimis: racemis 4-6-floris: calyce piloso, laciniis setaceis longis: vexillo oblongato alis longiore : leguminibus hirsutis polyspermis, dissepimento incompleto, acumine recto.

A. aristatus *Sang. Cent. tres p.* 102. *n.* 229 - *Bert Fl. It. t.* 8. *p.* 68.

In Piceni montibus. *M. Vettore*, *M. Priore* etc.

1629. SIRINICUS *Ten. Viag. in Calab. p.* 126. Pubescens pilis adpressis. Caule effuso ramoso : foliis 5-10-jugis, foliolis oblongis acuminatis, petiolis tandem spinescentibus: stipulis longe acuminatis distinctis: pedunculis axillaribus ut plurimun folio longioribus: floribus in racemo elongato densiusculo: calyce tubuloso pube nigra albaque adpressa : vexillo emarginato alis multo longiore: leguminibus ovatis 2-locularibus loculis 3-spermis , acumine recto.

A. sirinicus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 72.

In alpinis Umbriae. *Vettore.*

Frut. Flor. Julio. Flores lutei quandoque purpurei.

1630. SICULUS *Biv. Bern. in Giorn. di Paler. n.* 4. Cano-sericeus tandem dealbatus. Caule late caespitoso-ramoso: foliis 3-9-jugis, foliolis oblongis acuminato-spinulosis, petiolis senio denudatis valide spinescentibus : stipulis distinctis auriculis acuminatis: floribus fasciculatis axillaribus subsessilibus: tubo calycino dense lanato, laciniis aristatis: vexillo oblongo obtuso alis longiore: leguminibus ovatis: acumine brevi recto.

A. siculus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 73.

In pratis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Frut. Flor. Junio. Flores pallide rosei.

BISERRULA.

1631. PELECINUS *L. Sp. Pl. p.* 1073. Pubescens. Caulibus prostratis : foliis impari-pinnatis 7-15-jugis: foliolis cuneato-oblongis emarginatis 2-dentatis: pedunculis axillaribus folio longioribus: floribus racemosis.

B. Pelecinus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 240. *n.* 847 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 75 - Hedysorum congestis et utrinque lunatis siliquis *Barrel. Ic.* 1137.

In marginibus viarum et agrorum. *All' ingresso della Passegiata del Pincio, a V. Pamfili* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores coerulescentes.

PSORALEA.

1632. *BITUMINOSA L. Sp. Pl. p.* 1073. Adpresse pilosa. Caule erecto striato alterne ramoso: foliis 3-natis, foliolis inferiorum ovalibus rotundisque, superiorum ovato-lanceolatis, omnibus mucronatis: pedunculis axillaribus striatis folio multo longioribus: floribus capitatis.

P. bituminosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 249. *n.* 884 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 77 - Trifolium bitumen redolens *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 35.

In montium sterilibus ad vias. *Presso Palombara, Tivoli* etc.

Perenn. Suffrut. Flor. Jùnio-Julio. Flores coeruleo-violacei.

ONOBRYCHIS.

1633. *SATIVA Lamck Fl. Franç ed.* 2. *t.* 2. *p.* 652. Glabra. Caule adscendente ramoso: foliis impari-pinnatis sub 10-jugis, foliolis lanceolato-mucronatis subtus subsericeis : stipulis oppositifoliis 2-partitis : spicis densifloris longe pedunculatis: corollae alis calyce brevioribus: leguminibus pubescentibus dorso denticulatis, lateribus rugosis.

O. sativa *Sang. Cent. tres p.* 100. *n.* 225 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 9.

α agrestis. Vexillo carinam subaequante.

O. sativa *α Sang. l. c.*

β montana. Carina vexillum superante.

O. sativa *β Sang. l. c.*

In montium humiliorum pratis. *α* frequens circa Urbem. *β* in Umbriâ.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores intense rosei vel incarnati.

Vulgo. *Lupinella, Fieno santo.*

Usus. Late colitur, nam pabulum quadrupedibus praestantissimum praebet.

1634. *ALBA Desv. Journ. Bot. Ann.* 1814. Caule erecto vellutino: foliis impari-pinnatis 8-10-jugis, foliolis linearibus mucronatis subtus pubescenti-sericeis: spicis cylindricis: alis calyce brevioribus: carina vexillum paulo superante: leguminibus pubescentibus, dorso cristato longiuscule aculeato, discis rugosis breviter aculeatis.

O. alba *Sang. Cent. tres p.* 100. *n.* 226 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 12.

In apenninorum pascuis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albi.

1631. *CAPUT-GALLI Spr. Syst. Veg. t.* 3. *p.* 203. Glabra. Caule prostrato

erectove: foliis impari-pinnatis 4-8-jugis, foliolis oblongo-obovatis emarginatis: capitulis paucifloris: calycibus ciliatis corollam subaequantibus: leguminibus pubescentibus cristato-echinatis, spinis subulatis

O. Caput-Galli *Maur. Cent.* 13. *p.* 34. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 17 - O. sive caput galli minus fructu maximo insigniter echinato *Triumf. obs. p.* 65.

In arvis et viis mare versus frequens. *Civitavecchia, Corneto* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores rosei.

HEDYSARUM.

1635. *coronarium L. Sp. Pl. p.* 1048. Laete virens. Caule prostrato ramoso: foliis impari-pinnatis 3-5-jugis, foliolis grandibus ovalibus obtusis subtus margineque pubescentibus: stipulis petiolaribus distinctis: pedunculis terminalibus axillaribusque folio subaequalibus: floribus erectis in racemis densifloris: lomentis compressis articulis subrotundis uncato-echinatis.

H. coronarium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 239. *n.* 843 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 5 - H. clypeatum *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 30.

In ageribus viarum mare versus passim.

Perenn. Flor. Junio. Flores rubri.

Vulgo. *Erba Sulla, Lupinello.*

Usus. Armenta praediligunt hanc plantam, ideo plurimis in locis late colitur.

1636. *capitatum Desf. Fl. Alt. t.* 2. *p.* 177. Adpresse pilosum. Caule prostrato ramoso: foliis impari-pinnatis 5–10-jugis, inferiorum foliolis obovatis emarginatisve, superiorum oblongis obtusis: stipulis distinctis lanceolato-acuminatis: pedunculis solitariis terminalibus axillaribusque folio longioribus: floribus in racemo brevi subcapitato: lomentis compressis, articulis orbicularibus pubescentibus breviter uncinato-arcuatis.

H. capitatum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 7.

In alpestribus apenninorum Piceni. *M. Vettore.*

HYPPOCREPIS.

1637. *unisiliquosa L. Sp. Pl. p.* 1049. Caule prostrato ramoso: foliis alternis impari-pinnatis 2–7-jugis, foliolis cuneato-oblongis: floribus axillaribus solitariis subsessilibus: lomentis planis vel leviter arcuatis calloso-denticulatis.

H. unisiliquosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 239. *n.* 840 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 600. Ferrum equinum vulgare *Columm. Ephr.* 1. *p.* 300 - F. equinum siliqua multiplici *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 29.

Ad margines in montosis collinis et in apricis. *Monte Mario alla Madonna del Rosario, Villa Pamfili, Monte Gennaro* etc.

Ann. Flor. Junio. Flores lutei.

1638. CILIATA *Spr. Syst. Veg. t.* 3. *p.* 323. Caule prostrato vel adscendente parce ramoso : foliis alternis impari-pinnatis 2-7-jugis , foliolis angustis cuneato-oblongis: pedunculis terminalibus axillaribusque folio tandem quidquam longioribus: floribus sertulatis: lomentis planis arcuatis raro rectis glandulosis glabrisve, dorso hispido-glandulosis.

H. ciliata *Fior. in Gior. dei lett. di Pisa t.* 17. *p.* 127 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 602 – Ferrum equinum alterum πολυκέρητον *Columnn. Ecph. t.* 1. *p.*300.

In maritimis montanis. *Sulle rupi di Terracina presso il Circello.*

Ann. Flor. a Februar. in Mart. Flores lutei.

1639. MULTISILIQUOSA *L. Sp. Pl. p.* 1050. Caule ut plurimum erecto parce ramoso: foliis alternis sub-8-jugis, foliolis cuneato-oblongis: pedunculis axillaribus terminalibusque folia aequantibus sub-3-floris, floribus sertulatis : lomentis distincte arcuatis glabris, margine et curvaturis scabridis.

H. multisiliquosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 239. *n.* 841 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 602.

Ad margines in viis montium. *Sul Monte Gennaro,*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

1640. COMOSA *L. Sp. Pl. p.* 1050. Caule decumbente adscendenteve ramoso: foliis impari-pinnatis 3-6-jugis foliolis obovatis: pedunculis axillaribus terminalibusque folium multo superantibus: sertis sub-7-floris: lomentis repando-sinuatis granulato-scabris.

H. comosa *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 603 - Ferrum equinum capitatum *Columnn. Ecphr.* 1. *p.* 301.

In rupestribus apenninorum Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

SUCURIGERA.

1641. CORONILLA *DC. Flor. Franç. t.* 4. *p.* 609. Glabra. Caule sulcato prostrato ramoso: foliis impari-pinnatis 3-7-jugis foliolis cuneato-oblongis.

S. Coronilla *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 238. *n.* 837 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 598 - Coronilla Securidaca *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 38. *p.* 72 – S. lutea major. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 27.

In marginibus viarum et pratis vulgaris.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei.

CORONILLA.

1642. EMERUS *L. Sp. Pl. p.* 1046. Glabra sublauca. Caule fruticoso erecto ramis angulatis: foliis 2-4-jugis, foliolis obovato-cuneatis ut plurimum

emarginatis: stipulis minutis: pedunculis axillaribus solitariis geminatisve folium superantibus sub-3-floris, floribus sertulatis: unquibus petalorum calyce multo longioribus: lomentis teretibus, articulis sero secedentibus.

C. Emerus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 238. *n.* 834 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p*, 575.

In collibus, ad muros, super Urbis moenia.

Frut. Flor. Martio-Majo. Flores lutei.

Vulgo. *Emero, Maggio piccolo.*

1643. *Valentina L. Sp. Pl. p.* 1047. Glabra glauca. Caule fructicoso erecto, ramis sulcatis: foliis 3-4-jugis, foliolis obcordato-cuneatis breviter mucronulatis : stipulis majusculis suborbiculatis deciduis : pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis, foliis multo longioribus, ut plurimum multifloris : floribus sertulatis denuo pendulis: unguibus petalorum calycem subaequantibus: lomentis tumido-compressis, articulis ovalibus, cito secendentibus.

C. Valentina *Fior: Gior. dei lett. di Pisa t.* 18. *p.* 167 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 578.

Frut. Flor. Februario-Majo. Flores intense lutei.

1644. *minima L. Amoen. Accad. ed.* 2. *t.* 4. *p.* 324. Glauca: Caule suffruticoso humili prostrato, ramis alternis sulcatis: foliis 2-4-jugis foliolis cuneato-oblongis obovatisve margine subcartillagineis: stipulis minusculis oppositifoliis acuminatis denuo deciduis: pedunculis terminalibus axillaribusque solitariis, folio subriplo longioribus sertis 4-8-floris, floribus incurvis : unguibus petalorum calyce duplo longioribus: lomentis 4-gonis articulis oblongis facile secedentibus.

C. minima *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 583 – Polygala montana italica *Barrel. Ic.* 721.

In aridis apennini Piceni. *Monte Birro.*

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flores intense lutei.

1645. *varia L. Sp. Pl. p.* 1048. Glabra. Caule herbaceo prostrato angulato, ramis patulis: foliis sub-10-jugis foliolis oblongis mucronatis: stipulis parvis distinctis acuminatis: pedunculis solitariis axillaribus multifloris terminalibusque folium ut plurimum superantibus: floribus sertulatis pendulis: unquibus petalorum calyce duplo longioribus: lomentis tetragonis erectis, urticulis oblongis maturitate facile secedentibus.

C. varia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 238. *n.* 835 – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 585.

Ad margines et sepes frequens circa Urbem.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi roseo et violaceo variegati.

1646. *cretica L. Sp. Pl. p.* 1048. Glabra. Caule herbaceo prostrato, ramis alternis: foliis longe petiolatis 5-7-jugis, foliolis obovato-cuneatis, stipulis minimis distinctis lineari-acutis: pedunculis solitariis axillaribus terminalibusque foliis saepe longioribus 3-6-floris, floribus sertulatis cernuis: unguibus petalorum calycem paulo superantibus: lomentis obscure tetragonis gracilibus erectis, articulis oblongis sero secedentibus.

C. cretica *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 38. *n.* 78 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 238. *n.* 836 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 587.

Ad viarum margines et in ageribus herbosis communis.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores rosei.

ORNITHOPUS.

1647. *compressus L. Sp. Pl. p.* 1049. Villosus. Caule decumbente erectove, foliis 5-15-jugis, foliolis ellipticis breviter mucronulatis: stipulis nullis: pedunculis axillaribus terminalibusque: sertis paucifloris, folio impari-pinnato involucratis: lomentis compressis arcuatis longe aristatis reticulato-venosis, articulis parallelogramis maturitate separabilibus.

O. compressus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 238. *n.* 838 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 595 - Ornithopodium scorpioides siliqua compressa *Hort. Rom. t.* 7. *p.* 28.

In sterilibus, collinis montanis, ad margines viarum, oras nemorum frequens.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

ARTROLOBIUM.

1648. *scorpioides Desv. Journal. de Bat. t.* 3. *p,* 121. Glabrum glaucum. Caule decumbente erectove ramoso: foliis inferioribus simplicibus, caeteris trifoliatis, foliolis subrotundis impari maximo: stipulis minimis oppositifoliis: pedunculis terminalibus axillaribusque folio longioribus: floribus terminalibus solitariis vel sertulatis: lomentis subtetragonis arcuatis rostratis, articulis oblongis maturitate separabilibus.

A. scorpioides *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 589 - Ornithopus scorpioides *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 60. *n.* 166 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 239. *n.* 839.

In sterilibus et muris frequens. *In copia al Colosseo, Testaccio* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flores lutei.

1649. EBRACTEATUM *Desv. in Journal de Bot. t.* 3. *p.* 121. Glabrum. Caule decumbente erectove ramoso: foliis uniformibus longe petiolatis impari-pinnatis, foliolis elliptico-oblongis : stipulis petiolaribus minimis: pedunculis terminalibus axillaribusque subaequalibus sertis paucifloris: lomentis teretibus arcuatis breviter rostratis, articulis cylindricis tandem separabilibus.

A. ebracteatum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 592 - Ornithopus ebracteatus *Sang. Cent. tres p.* 99. *n.* 224.

In arenosis secus mare. *Fiumicino.*

Ann. Flor. Julio. Flores lutei.

SCORPIORUS.

1650. SUBVILLOSA *L. Sp. Pl. p.* 1050. Subvillosa pilis patentibus albis. Caulibus saepe caespitosis prostratis adscendentibusve: foliis oblongo-spathulatis in petiolum productis: stipulis membranaceis saepe elongatis: pedunculis axillaribus terminalibusque, sertis 4-6-floris cernuis: lomentis involutis intorto-plicatis multicostatis , costis uncinato-aculeatis , articulis arcuatis aegre secedentibus.

S. subvillosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 239. *n.* 842 - *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 608.

In sterilibus et ageribus viarum frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio Flores lutei.

CLASSIS XVIII POLYADELHPIA

Ord. III. Polyandria.

388. ANDROSAEMUM *All.* Calyx liber 5-partitus inaequalis: corolla rosacea: stamina in androphoris basi tantum coalita: antherae parvae biloculares: stili tres: stigmata depressa: capsula carnosa indehiscens, dissepimentis incompletis, unilocularis polysperma.

389. HYPERICUM *L.* Calyx liber 5-phyllus, foliolis inaequalibus basi plus minus coalitis: corolla rosacea: stamina basi in androphoris pluribus connata quandoque libera: antherae parvae 2-loculares: styli 3-5: stigmata depressa: capsula membranacea dehiscens polysperma, loculis valvisque stilorum numero.

Polyadelphia - Polyandria.

ANDROSAEMUM

1651. *officinale* *All. Fl. Ped. t.* 1. *p.* 47. Caule erecto valde ramoso: foliis late ovatis: floribus in cymis terminalibus: foliolis calycinis ovatis obtusis inaequalibus: stilis staminibus brevioribus.

Hypericum Androsaemum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 179. *n.* 603 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 308 - Androsaemum maximum frutescens *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 80.

In nemorosis etiam secus Urbem. *Monte Mario, Villa Madama* etc.

Frut. Flor. Junio. Flores aurei.

Vulgo. *Androsemo, Ciciliano, Erba santa.*

Usus. Planta ab antiquitus a vulgo et a villicis amata. Oleum per infusionem a floribus et fructibus elicitum ad vulnera sananda, et ad superficiales congestiones sanguinis dissipandas communiter usurpabatur, et jamdiudum usurpatur. Apud Medicos anthelmintici, et adstringentis famam habuit. In arte tinctoria jam quoque valuit ad lanas colore aurantiaco tingendas.

HYPERICUM.

1652. *hircinum* *L. Sp. Pl. p.* 1103. Caule erecto valde ramoso, ramis alatis: foliis ovato-lanceolatis sessilibus margine glandulosis: pedunculis subtrifidis: floribus in cyma pauciradiata: foliolis calycinis lanceolatis inaequalibus: staminibus corolla longioribus, stilis ut plurimum ternis: capsulis ovali-oblongis.

H. hircinum *Fior. Giorn. dei Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 122 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 311.

In humentibus. *Alle Paludi Pontine.*

Frut. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

Vulgo. *Ruta muraria.*

1653. *quadrangulum* *L. Sp. Pl. p.* 1170. Caule erecto valde ramoso tetragono-tetraptero quadratum: foliis ellipticis nervosis pellucido-punctatis: cymis multifloris caulis ramisque terminalibus: foliolis calycinis subaequalibus lanceolato-subulatis: bracteis linearibus: staminibus corolla atro-glandulosa brevioribus: stilis ternis: capsulis oblongis.

H. quadrangulum *Maur. Cent.* 13. *p.* 27 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 312.

In humentibus secus fossas circa Urbem et in montanis. *Porta Angelica Pratalata, Fontana bella* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Junio. Flores flavi.

1654. *perforatum* *L. Sp. Pl. p.* 1105. Caule erecto ancipiti decussate ramoso: foliis oblongis obtusis pellucido-punctatis: floribus terminalibus cymoso-paniculatis 2-bracteatis: foliolis calycinis lanceolato-linearibus acuminatis: staminibus corolla brevioribus: stilis ternis: petalis antherisque atro-glandulosis: capsulis conoideis.

H. perforatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 280. *n.* 604 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 316 - H. vulgare *Hort. Rom. t.* 4. *tab.* 89 - H. vulgare guttis sanguineis *Bocc. Mus. di Piant. p.* 25. *tab.* 11.

In arvis et ageribus vulgare.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

Vulgo et in officinis. *Ipperico.*

Usus uti in Androsaemo officinali.

1655. *Richeri* *Vill. Dauff. t.* 3. *tab.* 44. Caule terete procumbente simplici basi perennante: foliis amplexicaulibus oppositis ovatis margine atro-punctatis: floribus 3-9 in corymbo cymoso: calycibus bracteisque ovato-acuminatis ciliatis crebreque punctatis: corolla pariter punctata calyce triplo majore: stilis 3-5: capsulis oblongis.

H. Richeri *Sang. Cent. tres p.* 110. *n.* 248 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 319.

In apenninis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores lutei magni speciosissimi.

1656. *elegans* *Wild. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1469. Caule vix ancipiti adscendente erectove: foliis oblongo-lanceolatis pellucido-punctatis superioribus angustatis: floribus in cyma terminali: foliolis calycinis bracteisque lanceolatis ciliato-glandulosis: staminibus corollam subaequantibus: petalis oblongis laxe glandulosis, calyce triplo majoribus: stilis ternis: capsulis ovoideis.

H. elegans *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 222.

In pratis apenninorum Umbriae. *Vettore.*

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flores luteo-aurei elegantissimi.

1657. *linarifolium* *Vahl. Symb. t.* 1. *p.* 65. Caule adscendente erectove vix ancipiti: foliis oblongis obtusis impunctatis: pedunculis subtrichotomis: floribus in cyma depauperata: foliolis calycinis lanceolatis bracteisque margine subnudis: staminibus corolla duplo brevioribus: petalis oblongis atro-glandulosis: capsulis conicis calycem duplo superantibus.

H. linearifolium *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 323 - H. dubium *Maur. Cent.* 13. *p.* 27.

In nemoribus et dumentis prope Urbem frequens.

Perenn. Flor. Aprili–Junio. Flores lutei.

1658. PERFOLIATUM *L. Syst. nat. ed.* 12. *t.* 2. *p.* 510. Caule erecto ancipiti ramis striatis: foliis ovatis basi amplexicaulibus nitidis dense pellucido-punctatis margine cartilagineis: floribus in panicula terminali cymosa: foliolis calycinis bracteisque ciliatis atro-glandulosis: staminibus corolla parum brevioribus: petalis oblongis patentibus maculis atro-purpureis: stilis ternis divergentibus: capsulis turbinato-elongatis calycem superantibus.

H. perfoliatum *Maur. Cent.* 13. *α β* - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 327 - Androsaemum amplo perfoliato folio *Bocc. Mus. di Piant. p.* 164 , et A. Sambac perfoliato folio *tab.* 127, et Hypericum Myrti, acuto folio , Siculum *p.* 133. *tab.* 91. 92.

In sylvaticis et maritimis. *Macchia Mattei, Monte Gennaro, Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Majo–Junio. Flores flavi.

1659. MONTANUM *L. Sp. Pl. p.* 1105. Caule subsimplici tereti erecto : foliis ovato-oblongis amplexicaulibus pellucido-punctatis in margine crebre atro–glandulosis: floribus in cyma corymbosa: foliolis calycinis bracteisque lanceolatis ciliato-glandulosis: staminibus corollam aequantibus: petalis lanceolatis eglandulosis: stilis ternis: capsulis conico-elongatis calyci aequalibus.

H. montanum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 180. *n.* 605 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 329 - Androsaemum Campoclarense *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 73. *f. p.* 74 - A. montanum minus *Barr. Ic.* 490 - *Bocc. Mus. di Piant. p.* 50. t. 44.

In nemorosis et sylvis montium commune. *A Castel Gandolfo, Albano, Monte Gennaro, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores flavi.

1660. HIRSUTUM *L. Sp. Pl. p.* 1105. Villosum. Caule tereti erecto, ramis alternis brevioribus: foliis ovato-oblongis pellucido-punctatis: cymis axillaribus terminalibusque longe pedunculatis : foliolis calycinis bracteisque anguste lanceolatis ciliato-glandulosis staminibus corollam subaequantibus: stilis ternis: capsulis obverse turbinatis calyce longioribus.

H. hirsutum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 180. *n.* 606 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 331 - H. alterum hirsutum *Columm. Ecph. t.* 1. *p.* 75. *f. p.* 74.

In nemorosis circa Urbem. *Macchia Mattei.*

Perenn. Flor. Junio. Flores flavi.

1661. HYSSOPIFOLIUM *Vill. Fl. Dauph. t.* 3. *p.* 505. *tab.* 44. Caule erecto obscure ancipiti, ramis numerosis brevibus: foliis linearibus lanceolatisve mar-

gine revolutis, ramulorum angustissimis fasciculatis: cymis axillaribus paucifloris in racemo elongato: foliolis calycinis oblongis bracteisque lanceolatis dentato-glandulosis: staminibus corollam reticulato-perforatam margine glandulosam subaequantibus: stilis ternis divaricatis: capsulis ovoideo-conicis calyce duplo longioribus.

H. hyssopifolium *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 337.

In pratis apenninorum Piceni. *Sasso Borghese.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores pallide lutei.

CLASSIS XIX. SYNGENESIA.

Ord. I. Polygamia aequalis.

Sect. I. Flores semiflosculosi seu corollulae lingulatae.

Compositae-Cichoraceae DC.

* Receptaculo nudo: pappo nullo.

389. LAPSANA *L.* Calathi ut plurimum pauciflori paniculato-corymbosi involucrum tubuloso-campanulatum, squamis erectis uniseriatis costatis, angulatum, squamulisque minutissimis calyculatum: corollularum lingulae denticulatae: achenia exilia oblonga nervulosa glabra facile difflua.

390. RHAGADIOLUS *Tourn.* Calathi pauciflori axillares vel terminales: involucrum tubulosum, squamis 1-seriatis erectis, squamulis brevissimis calyculatum: corollularum lingulae denticulatae: achenia subulata rostrata superius vacua, exteriora stellatim patentia, squamis involucri, arcte imbricata.

** Receptaculo ut plurimum nudo: pappo simplici seu piloso.

391. PHOENOPUS *DC.* Calathi pauciflori terminalis vel racemosi flosculi 1-seriati: involucrum cylindricum squamis 2-seriato-imbricatis, internis longioribus: corollularum lingulae denticulatae: achenia teretia nervulosa scabra longe rostrata: pappus sessilis mollis setis numerosis sub vitro scabridis.

392. PRENANTHES *L.* Calathi pauciflori in paniculis nutantibus: flosculi uniseriati: involucrum cylindraceum squamis 2-seriatis, externis lanceolatis, internis linearibus subduplo longioribus: corollularum lingulae denticulatae vel lacinulatae: achenia subtetragona laevia truncata: pappus sessilis setis numerosis sub vitro scabridis.

393. CHONDRILLA *L.* Calathi pauciflori in fasciculis vel corymbis ut plurimum axillaribus: involucrum cylindraceum squamis linearibus 2-seriato-imbricatis, squamulis brevissimis calyculatum: semiflosculi radiantes involucro longiores, lingulis angustis apice denticulatis: achenia teretia tenuiter sulcata longe rostrata, inferne laevia, superne squamulis muriculata: squamulae supremae, pappum longe stipitatum, calyculantes: pappi setae albissimae multiseriatae sub vitro scabridae.

394. LACTUCA *L.* Calathi pauci-multi-flori in racemis corymbis vel paniculis: involucrum cylindricum squamis pluriseriatis, externis brevissimis imbricatis calyculantibus, internis linearibus: semiflosculi radiantes involucro longiores, lingulis apice denticulatis: achenia lanceolata compressa tenuiter sulcata breviter rostrata: pappus stipitatus multisetus setis scabridis: receptaculum alveolatum.

395. SONCHUS *L.* Calathi multiflori ut plurimum corymbosi: involucrum campanulatum in fructu quandoque ventricosum, squamis inaequalibus multiseriatis, externis brevioribus: corollularum lingulae apice dentatae aut lacinulatae: achenia oblonga compressa nervulosa aut costulata, nervulis vel costulis saepe transverse rugulosis: pappi sessilis nivei setae mollissimae multiseriatae, raro tenuiter scabridae: receptaculum alveolatum.

396. PICRIDIUM *Desf.* Calathi multiflori solitarii terminales: involucrum ovatum squamis inaequalibus multiseriatis margine albidis, externis multo brevioribus: corollularum lingulae apice dentatae: achenia quadrangula transverse tuberculata aut rugosa: pappi sessilis nivei setae multiseriatae saepe laeves: receptaculum alveolatum.

397. HIERACIUM *L.* Calathi multiflori solitarii terminales vel corymbosi: involucrum ovatum vel cylindraceum, squamis ut plurimum linearibus 2-pluriseriatim-imbricatis, externis brevioribus: corollularum lingulae apice denticulatae: achenia pentagona oblonga et saepe clavata striata tenuiter scabrida: pappi sessilis setae numerosae saepius sordide albae sub vitro scabriusculae: receptaculum alveolatum.

398. BARKHAUSIA *Moench.* Calathi multiflori saepius corymbosi: involucrum campanulatum, squamis linearibus, squamulisque imbricatis calyculatum: corollularum lingulae denticulatae: achenia tereti-cylindrica rostrata sulcata scabrida: pappi stipitati setae numerosae molles niveae sub vitro scabridae: stipes in achenii radiis ut plurimum abbreviatus: receptaculum alveolatum, oris alveolorum brevissime squamulosis vel piliferis.

399. CREPIS *L.* Calathi multiflori in corymbo vel panicula: involucrum campanulatum squamis linearibus, squamulis minoribus conformibus calyculatum: corollularum lingulae denticulatae: achenia cylindrica sulcata brevi-rostrata vel erostria scabrida: pappi sessilis setae numerosae niveae sub vitro scabridae: receptaculum alveolatum, oris alveolorum squamulis vel pilis brevissimis ornatis.

400. TOLPIS *Lamark.* Calathi multiflori axillares terminalesve quandoque corymbosi: involucrum campanulatum squamis linearibus 2-seriatis, squamulis laxis inaequalibus subulatis calyculatum: corollularum lingulae denticulatae: achenia teretia pluricostata: pappi 1-serialis setae scabridae rigidae, setis brevibus squamiformibus interiectis: achenia radii quandoque nuda, aut setulis tantum coronata: ora alveolorum receptaculi denticulata.

401. ARNOSERIS *Goetn.* Calathi parvi multiflori terminales: involucrum hemisphaericum, squamis lineari-acuminatis, tandem inferius in carinam obtusam, incrassatis, superius conniventibus, squamulis paucis basi calyculatum: corollularum lingulae breves apice denticulatae: achenia obovata basi angustata pentagona, inter angulos nervoso-crispa, marginulo brevissimo coronata, marginalia in carinae squamis nidulantia: receptaculum alveolatum.

402. HYOSERIS *Juss.* Calathus multiflorus solitarius e pedunculo radicali: involucrum cylindricum squamis lineari-acutis uniseriatis, squamulis brevissimis calyculatum: corollularum lingulae apice lacinulatae: achenia oblonga subquadrangula, basi angustata angulis muriculata, radialia squamis subinvoluta: pappus in acheniis radialibus brevis vel brevissimus setosus, in discoideis longior 2-serialis, externus setaceus internus paleaceus: receptaculum alveolatum.

403. HEDYPNOIS *Tourn.* Calathi pauci-multiflori caule ramisque terminales: involucrum hemisphaericum 1-seriale, squamis linearibus convexis achenia radii involventibus, squamulis arcte adpressis calyculatum: corollularum lingulae involucro subaequales, apice dentatae vel laciniatae: achenia teretia incurva sulcata muriculata inter sulcos nervoso-radiantia, coronula lacera terminata, discoidea pappo paleaceo, paleis 1-2-seriatis jamdudum longissime acuminatis.

*** Receptaculo ut plurimum nudo: pappo plumoso.

404. LEONTODON *L.* Calathus solitarius multiflorus e pedunculo radicali: involucrum subcampanulatum, squamis lanceolatis 1-3-seriatis, externis bre-

vioribus reflexis modo patulis vel adpressis: corollularum lingulae apice denticulatae, radiales involucro longiores: achenia teretia, basi angustata, apice muricato-spinulosa rostrata, rostro, in stipite pappi elongato, continuato: pappus tenuis multisetus, setis simplicibus sub vitro scabridis.

405. APARGIA *Willd.* Calathi solitarii multiflori e pedunculis radicalibus: involucrum cylindricum squamis anguste lanceolatis uniseriatis, squamulis paucis inaequalibus calyculatum : corollularum lingulae denticulatae vel lacinulatae : achenia teretia sulcata scabra superius in rostrum plus minusve breve attenuata: pappus multisetus, setis 2-seriatis, serie externa in nonullis abortu breviore, in paucis setae omnes acheniorum radiantium abortivae: receptaculum quandoque pilosum.

406. THRINCIA *Roth.* Calathi solitarii multiflori e pedunculis radicalibus: involucrum subcampanulatum, squamis lanceolato-acutis 1-seriatis, squamulis irregularibus paucis calyculantibus : corollularum lingulae denticulatae : achenia subteretia sulcata scabra superius in rostro attenuata, rostro in acheniis discoideis magis elongato: pappus radii brevis coroniformis, corona quandoque apice lacera, disci plumosus, setis biseriatis basi lanceolatis.

407. ZACINTHA *Tourn.* Calathi parvi multiflori remote spicati: involucrum cylindricum, squamis planis linearibus 1-seriatis, squamulis brevibus calyculatum : squamae denuo apice conniventes basique tumentes in verrucas compresso-ovatas , achenia radialia incurva , includentes : corollularum lingulae denticulatae: achenia disci oblongo-compressa costulata laevia : pappus simplex , setis plurimis 1-seriatis scabris facillime diffluis : receptaculum alveolatum.

408. PICRIS *Juss.* Calathi multiflori solitarii vel corymbosi: involucrum latiuscule campanulatum, squamis lanceolatis 1-serialibus, squamulis brevioribus laxiusculis calyculatum : corollularum lingulae denticulatae : achenia subteretia transverse rugosa apice basique subattenuata erostria vel breviter rostrata : pappus sessilis plumosus setis 2-seriatis: receptaculum alveolatum.

409. HELMINTHIA *Juss.* Calathi multiflori terminales: involucrum suburceolatum, squamis 2-seriatis ovato-acuminatis, externis brevioribus latioribus laxis: corollularum lingulae denticulatae: achenia elliptica compressa transverse rugulosa rostrata, rostro in stipite pappi plus minus longo continuato: pappus sub-2-serialis cum stipite deciduus: receptaculum alveolatum.

410. SCORZONERA *L.* Calathi ut plurimum solitari multiflori in apice ramorum vel in pedunculis radicalibus: involucrum majusculum late cylindricum,

squamis lanceolatis pluriseriatim-imbricatis, externis brevioribus: corollularum lingulae denticulatae vel lacinulatae involucro longiores: achenia tereti-oblonga striata vel sulcata laevia scabra aut lanata, quandoque basi incrassata et intus cava: pappus sessilis, setis 2-seriatis aliquando hirtis: receptaculum alveolatum.

411. TRAGOPOGON *L.* Calathus multiflorus in apice caulis solitarius: involucrum tubuloso-campanulatum, squamis lanceolato-acuminatis 1-seriatis basi coalitis erectis in fructu quandoque reflexis: corollularum lingulae 5-dentatae: achenia prysmatica sulcata ut plurimum muricata, rostro in pappi stipite longe continuato, apiceque dilatato: pappus multisetus plumis numerosis ramosis intricatis, setis quinis longioribus apice liberis scabridis: receptaculum depressum alveolatum.

412. UROSPERMUM *Scop.* Calathus solitarius caule terminalis multiflorus: involucrum campanulatum squamis octonis lanceolatis 1-seriatis basi in tubum coalitis: corollularum lingulae denticulatae basi et ad apicem tubi pilosae: achenia oblongo-compressa muricata longissime rostrata, rostro hirto vacuo ab achenio diaphragmate separato: pappus multisetus, setis 1-seriatis: receptaculum alveolatum piloso-fibrilliferum.

**** Receptaculo piloso vel paleaceo: pappo ut plurimum setoso.

413. HYPOCHAERIS *Vaill.* Calathi solitarii cauli terminales pauci-multiflori: involucrum hemisphaericum vel cylindricum squamis inaequalibus pluriseriatim-imbricatis: corollularum lingulae apice denticulatae: achenia oblonga tereti-subcompressa scabriuscula nervulosa, in rostro plus minusve longo producta, rostro in radialibus quandoque subnullo: pappus 2-serialis setis externis simplicibus, internis plumosis, brevioribus: paleae receptaculi membranaceae acuminatae carinatae: pappum subaequantes.

414. SERIOLA *L.* Calathi multiflori in apice caulis vel ramorum: involucrum campaniforme squamis imbricatis nonnullis brevioribus calyculantibus: corollularum lingulae denticulatae: achenia exilia subteretia muriculata et tenuiter sulcata, in rostrum, stipitem pappi referens, longe productum: pappus uniserialis setis plumosis, nonnullis basi dilatatis: receptaculi paleae membranaceae lanceolato-acuminatae: pappum fere superantes.

415. ROBERTIA *DC.* Calathi multiflori solitarii in apice pedunculorum radicalium: involucrum cylindricum uniseriale, squamis lineari-acutis, quandoque squamulis paucis basi auctum: corollularum lingulae latiusculae apice den-

tatae: achenia teretiuscula tenuiter sulcata squamuloso-scabrida: pappus sessilis 1-serialis, setis plumosis scabris basi parum dilatatis: receptaculi paleae membranaceae lanceolato-acuminatae, pappum superantes.

416. ANDRYALA *L.* Calathi multiflori in corymbo vel panicula: involucrum breve campanulatum, squamis aequalibus uncinatis: corollularum lingulae apice 5-dentatae: achenia ovato-oblonga 10-sulcata, apice subtruncata: pappus sessilis, setis numerosis 1-seriatis scabris facile diffluis: receptaculum pilosum, quandoque in ambitu paleaceum.

417. CICHORIUM *L.* Calathi majusculi multiflori axillares solitarii, modo fasciculati: involucrum 2-seriatum squamis externis subquinis ovato-acutis demum scariosis, internis 8-10 majoribus ovato-oblongis: corollularum lingulae latae apice denticulatae: achenia brevia obovata striata glabra: pappus e squamis brevissimis numerosis 2-seriatis: receptaculi alveoli squamelloso-piliferi.

418. SCOLYMUS *L.* Calathi majusculi multiflori solitarii, vel fasciculati in apice caulis ramorumque: involucrum ovatum squamis biseriatis, internis lanceolatis apice acutis vel acuminatis, externis majoribus laxis dentato-spinosis: semiflosculorum lingulae et tubi apice dentati subtus sparse pilosi: achenia obovata hinc gibba inde subplana, nervo dorsali utrinque vix alato nervulisque lateralibus minoribus, aucta: receptaculi tandem conici, paleis arcte inclusa, et ex adverso ala munita: pappus scaber setosus squamulosus facile diffluus, quandoque nullus.

419. CATANANCHE *L.* Calathi solitarii multiflori majusculi vel mediocres caule ramisque terminales: involucrum ovoideum squamis scariosis imbricatis insigniter nervosis inaequalibus: corollularum lingulae apice denticulatae: achenia turbinata pentagono-sulcata villosa: pappi 5-paleacei, paleae lanceolatae apice longe setosae setis scabris: receptaculum setosum.

Sect. II. Flores capitati, seu corollulae flosculosae: involucra ventricosa ut plurimum spinosa.

Compositae-Cynareae DC.

420. KENTROPHYLLUM *Nck.* Chalathi grandes solitarii caule ramisque, terminales: flosculi aequales tubulosi limbo 5-fido externi rarissime lingulati: involucrum ovoideum squamis multiseriatis, externìs foliaceis, successivis basi scariosis apice foliaceis pinnatilobo-spinosis, intimis integris apice erosulis spina recta terminatis: staminum filamenta medio barbellata: synan-

therium squamis brevibus obtusis terminatum: achenia brevia crassa obovato-subtetragona, apice irregulariter truncata angulosa vel laevia in latus foveolata, externa nuda interna papposa: pappus paleaceus pluriserialis, paleis lanceolatis crebre ciliato-hirtis, externis sucessive brevioribus: receptaculum fibrillosum.

421. CARDUNCELLUS *Adams*. Calathi grandes terminales modo unici modo plures, flosculis aequalibus tubo longo tenui, limbo 5-partito laciniis linearibus: involucrum ovoideum squamis multiseriatis, externis foliaceis, sucessivis scariosis, externis mediisque toto margine profunde dentato-spinulosis, intimis apice dentato-lacero: filamenta anulo pilorum medio cinta: synantherium apice crenatum: achenia obovata, tetragona laevia apice irregulariter truncata, in latus foveolata: pappus pluriserialis, setis longis inaequalibus basi fere in anulum coalitis, margine distice denticulato-ciliatis vel plumosis: paleae receptaculi breves setaceae.

422. CARLINA *L*. Calathi multiflori quandoque maximi terminales, vel corymbosi, flosculis aequalibus 5-fidis: involucrum late campanulatum squamis multiseriatis, externis foliaceis dentato-spinosis patentibus, internis scariosis lingulatis coloratis radiantibus, nervo carinali in acumine brevi producto: synantherium squamis 5 lanceolatis acutis coronatum, basi caudato-plumosum: achenia teretia subcompressa villosa: pappus sessilis 1-seriatus plumosus, plumis basi in falangibus, anulo brevi deciduo insidentibus, coalitis: paleae receptaculi numerosae multifidae laciniis inaequalibus, longioribus saepe clavatis.

423. ARCTIUM *L*. Calathi multiflori in racemis vel corymbis, flosculis aequalibus 5-fidis: involucrum globosum squamis coriaceis minusculis aequalibus pluriseriatim imbricatis longe acuminatis apice uncatis tandem rigescentibus: staminum filamenta papillosa: synantherium apice filamentosum basi caudato-subulatum: achenia obverse pyramidata subcompressa tetagrona vel trigona apice truncata tenuiter flexuoso-rugulosa: pappus brevis multisetosus diu persistens, setis 1-seriatis scabris: receptaculi paleae numerosae subulatae rigidae.

424. ONOPORDUM *L*. Calathi multiflori terminales vel racemosi: flosculi aequales, tubo exili, fauce inflata, limbo 5-fido laciniis linearibus: involucrum subglobosum squamis numerosis imbricatis lanceolatis spinaque longa terminatis, internis erectis, mediis patulis, externis reflexis: staminum filamenta fere glabra: synantherium breviter 5-caudatum: achenia oblonga tetragona compressa transverse rugosa: pappus deciduus setis inaequalibus multiseriatis,

basi anulo robusto conjunctis sursum scabro-hirtis: receptaculi carnosi alveoli profundi membranacei sinuato-dentati.

425. CYNARA *L.* Calathi insignes multiflori solitarii terminales: flosculi tubo tenui, fauce subinflata, limbo 5-fido laciniis brevibus inaequalibus : involucrum ovoideum basi inflatum, squamis numerosis imbricatis scariosis, spina oblonga robusta terminatis, internis quandoque nudis : synantherium squamis 5-obtusis coronatum: achenia obovato-subcompressa vix 4-gona: pappus sessilis deciduus, setis multiseriatis plumosis basi in anulo concretis: receptaculum carnosum planum dense barbatum.

426. JURINEA. *Cass.* Calathi multiflori terminales, flosculis aequalibus tubo elongato, limbo 5-fido: involucrum subglobosum ovatum aut cylindricum squamis imbricatis aut squarrosis ut plurimum inermibus: staminum filamenta subpilosa: synantherium squamis obtusis coronatum, caudis 2-fidis, basi appendiculatum: achenia obverse pyramidato-tetragona, marginulo membranaceo brevissimo denticulato, centro nectarifero, coronata: nectarium turbinatum deciduum: pappus sessilis multisetus, setis simplicibus inaequalibus pauci-pluriseriatis hirto-setulosis, basi anulo brevi coalitis: paleae receptaculi tenues fibrillosae.

427. CARDUUS *L.* Calathi multiflori terminales racemosi quandoque corymbosi : flosculi aequales, tubo tenui, fauce oblonga dilatata, limbo 5-fido : involucrum globosum ovoideum cylindricum, squamis multiseriatis apice spinosis imbricatis vel laxis : synantherium filamentis subulatis basi appendiculatum: achenia oblonga compressa globosa: pappus sessilis deciduus, setis simplicibus scabridis multiseriatis basi anulo inter se connexis: receptaculi paleae numerosae fibrillatae.

428. CNICUS *L.* Caracteres omnes ut in Carduo at pappi setae insigniter plumosae.

429. SERRATULA *DC.* Calathi multiflori subcorymbosi, flosculis saepe aequalibus, quandoque polygamis, aliquando, flosculis radii foemineis, dioicis, corollulis jamdudum tubuloso 5-fidis: involucrum oblongum vel campanulatum, squamis numerosis multiseriato-imbricatis, externis brevioribus acutis muticis vel spinosis, internis longioribus coloratis apice scariosis: synantherium squamis obtusis coronatum: achenia oblonga compressa laevia: pappus sessilis deciduus, setis numerosis simplicibus multiseriatis inaequalibus scabris: receptaculi paleae setaceae.

Sect. III. Flores discoidei, seu corollulae flosculosae: involucra cylindrica aut campanulata imermia.

* Receptaculo nudo.

430. ADENOSTYLES *Cass.* Calathi pauciflori corymbosi, flosculis aequalibus tubo tenui, limbo campanulato 5–fido: involucrum cylindraceum, squamis oblongis erectis aequalibus uniseriatis: stili longe exerti undique piloso-glandulosi: achenia teretiuscula oblonga striata: pappus sessilis, setis pluriserïatis tenuibus scabris. *Compositae–Eupatoriaceae DC.*

431. EUPATORIUM *L.* Calathi pauci multiflori in corymbis paniculis vel racemis, flosculis aequalibus fauce vix dilatata, limbo 5–fido: involucrum cylindricum squamis uni-pluri-seriatim-imbricatis ut plurimum aequalibus: syantherium inclusum : stili filiformes longe exerti : achenia oblongata angulata vel striata: pappus sessilis 1–serialis, setis simplicibus scabris : receptaculum planum. *Ord. nat. ut. in Adenostyle.*

432. CHRYSOCOMA *L.* Calathi parvi vel mediocres corymbosi , flosculis aequalibus, limbo 5–fido : involucrum subcampanulatum flosculis brevior, squamis lanceolato–acuminatis pluriseriatim–imbricatis: synantherium inclusum vel exertum : stigmata subclavata : achenia obovato–elongata compressa sericea vel hispidula: pappus sessilis, setis simplicibus numerosis uniseriatis scabris: receptaculum alveolatum, alveolis quandoque dentatis. *Compositae–Asteroideae DC.*

** Receptaculo paleaceo vel piloso.

433. STAEHELINA *DC.* Calathi minusculi aequaliflori terminales saepius solitarii, flosculis tubo gracili, limbo 5–partito: involucrum cylindricum squamis inaequalibus, internis longioribus successive imbricatis saepe coloratis: synantherium longe coronatum basi caudatum : stilus inclusus 2–fidus: achenia oblongo–compressa subangulata marginato–coronata: pappus sessilis 1–serialis, setis simplicibus scabridis basi in fasciculos coalitis : receptaculi paleae profunde partitae. *Compositae–Cynareae DC.*

434. SANTOLINA *L.* Calathi multiflori solitarii in apice ramorum, flosculis aequalibus tubo tenui super ovarium producto , limbo campanulato 5–fido: involucrum late campanulatum squamis ovato–acutis carinatis pluriseria-

tim–imbricatis: genitalia inclusa: achenia oblonga compresso-tetragona laevia: pappus nullus: receptaculi convexi paleae apice sfacelatae, tridentatae, integrae. *Compositae Senecionideae DC.*

435. BIDENS *L.* Calathi multiflori ramis terminales : flosculi modo aequales discoidei 5-fidi , modo inaequales , radiantes lingulati neutri : involucrum breve campanulatum, squamis oblongis 1-seriatis, bracteis foliaceis, calatho saepe longioribus, ut plurimum cintis: achenia oblonga compresso-ancipitia basi angustata, marginibus retrorsum ciliato-spinulosis, aristis 2-5-erectis retrorsum glochidiatis, pappum referentibus, terminata: receptaculi paleae oblongae scariosae. *Ord. nat. ut in Santolina.*

436. DIOTIS *Desf.* Calathi parvi multiflori corymbosi, flosculis aequalibus: flosculorum tubus compressus 2-calcaratus, calcaribus utrinque ovario adpressis, limbus 5-fidus: involucrum hemisphaericum squamis oblongis pluriseriatim imbricatis: stilus recurvus : achenia angulata inter angulos glandulosa : pappus nullus: receptaculi convexi paleae oblongae obtusae carinatae apice barbatae post maturitatam acheniorum deciduae. *Ord. nat. ut in Santolina.*

Ord. II. Polygamia-superflua.

Sect. I. Flores flosculosi vel obscure radiati.

437. TANACETUM *L.* Calathi parvi multiflori heterogami corymbosi quandoque solitarii : flosculi radii pauci breves foeminei lingulati quandoque nulli, disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-dentato : involucrum hemisphaericum , squamis oblongis inaequalibus margine scariosis pluriseriatis arcte imbricatis : achenia oblonga angulata, margine brevissimo integro vel dentato coronata : receptaculum alveolatum nudum. *Ord. nat. ut in Santolina.*

438. ARTEMISIA *L.* Calathi parvi saepe multiflori heterogami in spica racemo vel panicula: flosculi radii pauci breves lingulati, foeminei quandoque desciscentes, disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum vel cylindricum, squamis inaequalibus margine scariosis pluriseriatim-imbricatis: synantherium inclusum: stilus exertus longe 2-fidus: achenia obovata minuta marginulo vix coronata: receptaculum nudum quandoque pilosum *Ord. nat. ut in Santolina.*

439. XERANTHEMUM *Tourn.* Calathi pauciflori solitarii terminales heterogami: flosculi disci hermaphroditi limbo 5-fido, radii pauci foeminei tenues

2-labiati, labio inferiore longiore 2-3-dentato, superiore brevissime 2-partito: involucrum hemisphaericum vel cylindrico-campanulatum squamis inaequalibus pluriseriatim imbricatis scariosis, supremis apice maculatis : achenia oblonga compressa vel compresso-triquetra sericea : pappus disci squamulosus persistens squamulis lanceolatis acuminato-setaceis, radii nullus vel rudimentalis : receptaculi paleae 3-partitae. *Compositae-Cynareae DC.*

440. GNAPHALIUM *L.* Calathi mediocres multiflori heterogami in racemis corymbis vel sertis, raro solitariis: flosculi polygami quandoque dioici, foeminei tenues, masculi majores, omnes tubulosi limbo 5-fido aut 5-dentato: in polygamis flores foeminei radiales pluriseriati: involucrum hemisphaericum vel cylindricum flosculis aequale, squamis inaequalibus apice scariosis pluriseriatim imbricatis : synantherium basi setosum : stili exerti 2-fidi : achenia teretia oblonga quandoque subcompressa scabrida : pappus sessilis deciduus, setis simplicibus 1-seriatis scabriusculis : receptaculum nudum. *Compositae-Senecionideae DC.*

441. FILAGO *L.* Calathi multi vel pauciflori heterogami glomerati raro solitari terminales laterales alares: involucrum pyramidatum quandoque pentagonum, squamis pluriseriatim-imbricatis, receptaculi paleis intermixtis, externis dorso lanatis : flosculi externi foeminei tubo filiformi, interni hermaphroditi 5-fidi: achenia scabra oblonga teretia vel subcompressa: pappus sessilis deciduus, setis simplicibus 1-seriatis scabriusculis, in acheniis externis quandoque nullus: receptaculum filiforme vix apice dilatatum. *Ord. nat. ut in Gnaphalio.*

442. CONYZA *L.* Calathi multiflori heterogami in corymbo, raro solitarii: flosculi externi foeminei numerosi, tubo filiformi limbo tridentato, interni hermaphroditi limbo 5-dentato, omnes fertiles, nonullis sterilibus quandoque mixti: involucrum ovatum saepe apice acuminatum, squamis coriaceis inaequalibus numerosis pluriseriatim imbricatis : stigmata exerta : achenia oblonga saepe compressa glabra pilosave: pappus sessilis achenii longitudine, paleis simplicibus scabriusculis: receptaculi papillae medio cicatricosae. *Compositae-Asteroideae DC.*

Sect. II. Flores radiati.

* Receptaculo nudo aut vix vestito: seminibus papposis.

443. ERIGERON *L.* Calathi multiflori heterogami in corymbo vel pa-

nicula: flosculi radii foeminei anguste lingulati, tubulosis filiformibus quandoque mixti, disci hermaphroditi regulares limbo 5-fido: involucrum cylindricum squamis linearibus erectis adpressis 2-3-serialibus: achenia exilia compressa: pappus sessilis setis simplicibus 1-seriatis scabris: receptaculum alveolatum. *Ord. nat. ut in Conyza.*

444. JASONIA *Cass.* Calathi parvi multiflori heterogami in panicula erecta : flosculi radii foeminei ut plurimum lingulati, quandoque brevissimi, modo tubulosi exiles, disci hermaphroditi limbo 5-fido: involucrum subcylindricum, squamulis linearibus inaequalibus pluriseriatim imbricatis: synantherium caudato-setosum : achenia parva teretiuscula basi attenuata striata hirtula: pappus sessilis 2-serialis, serie externa brevissima, squamulis basi subconnatis, serie interna, setis simplicibus corollulis subaequalibus : receptaculi areolae papillares pentagonae, squamulis quandoque donatae. *Ord. nat. ut in Conyza.*

445. CUPULARIA *Gren. et Godr.* Calathi multiflori heterogami magnitudine varii in racemis elongatis : flosculi radiales foeminei uniseriales lingulati, involucro longiores, discoidei hermaphroditi 5-fidi : involucrum campaniforme, squamis inaequalibus pluriseriatim-imbricatis : synantherium basi setosum: achenia oblonga tereti-subcompressa hirtula, collo brevissimo angusto in patellulam expanso, terminata : pappus sessilis margini patellulae adnatus, setis simplicibus numerosis uniseriatis corollulas aequantibus: receptaculi alveoli pentagoni, angulis squamellosis. *Ord. nat. ut in Conyza.*

446. ASTER *L.* Calathi multiflori heterogami in corymbo vel panicula raro solitarii: flosculi radii foeminei lingulati involucro longiores, disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum squamis linearibus pluriseriatim imbricatis erectis vel apice revolutis, quandoque foliaceis: achenia oblonga compressa glabra vel pilosa anulo pilorum quandoque ad basim: pappus sessilis persistens, setis pluriserialibus scabris: receptaculum alveolatum, alveolis ore denticulatis. *Ord. nat. in Conyza.*

447. SOLIDAGO *L.* Calathi multiflori heterogami in racemis erectis vel cymoso-pendulis : flosculi radii foeminei lingulati involucro longiores, disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-fido: involucrum campaniforme squamis linearibus pluriseriatim imbricatis: stigmata hirta exerta: achenia teretiuscula pilosa: pappi sessilis multiseti, setae simplices uniseriales scabrae, flosculis disci aequales: alveolorum receptaculi ora denticulato-membranacea. *Ord. nat. ut in Conyza.*

448. INULA *L.* Calathi multiflori heterogami corymbosi racemosi terminales: flosculi radii foeminei 1-seriati involucro ut plurimum longiores, quandoque steriles, lingulis angustis numerosis apice 2-3-dentatis, radii hermaphroditi tubulosi, limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum squamis pluriseriatim imbricatis erectis quandoque squarrosis: synantherium basi caudatum: achenia striata teretiuscula aliquando tetragona glabra vel pilosa: pappi sessilis setae simplices scabrae 1-seriatae: receptaculum alveolatum vel papillosum. *Ord. nat. ut in Conyza.*

449. TUSSILAGO *Tourn.* Calathus solitarius multiflorus heterogamus terminalis: flosculi radii foeminei fertiles pluriseriati involucro longiores lingulis angustissimis, disci pauci hermaphroditi tubulosi limbo 5-fido, stigmate castrato, steriles: stigmata radii 2-fida: synantherium basi caudatum: achenia perfecta striata teretiuscula: pappi sessilis setae numerosae tenuissimae molles niveae in radio pluriseriales in disco uniseriales abbreviatae: receptaculum alveolatum. *Compositae-Eupatorineae DC.*

450. PETASITES *Tourn.* Calathi multiflori: flosculi radii foeminaei fertiles, corollulis tubuloso-filiformibus aut lingulatis, disci hermaphroditi stigmatibus castratis steriles: foeminei et hermaphroditi fertiles, jamdudum numero varii: involucrum campaniforme squamis 2-serialibus adpressis: achenia perfecta cylindracea utrinque attenuata: pappi sessilis multiseti, setae simplices tenues niveae scabridae, in acheniis imperfectis pauciores breviores: receptaculum alveolatum. *Ord. nat. ut in Tussillagine.*

451. SENECIO *L.* Calathi multiflori corymbosi raro solitarii modo homogami flosculis hermaphroditis tubulosis limbo 5-fido, modo heterogami flosculis radii foemineis lingulatis, disci tubulosis hermaphroditis: involucrum subcampanulatum squamis 1-seriatis margine ut plurimum scariosis apice saepe sfacelatis, squamulis inaequalibus frequenter calyculatum: achenia teretiuscula aut sulcato-angulata: pappi sessilis facile decidui setae tenuissimae numerosae simplices 1-seriales vix scabrae: receptaculum alveolatum. *Compositae-Senecionideae DC.*

452. CINERARIA *L.* Calathi multiflori hetorogami corymbosi: flosculi radii foeminei lingulati lingulis 3-dentatis, involucro longioribus, disci 5-fidi hermaphroditi: calathi quandoque homogami discoidei, involucrum campaniforme, squamis linearibus margine scariosis 1-seriatis: synantherium setoso-caudatum: achenia oblonga plana striata pubescentia vel glabra: pappus sessilis, setis simplicibus scabris flosculis brevior vel subaequalis: receptaculum planum. *Ord. nat. ut in Senecione.*

453. MARGARITA *Gaud.* Calathus solitarius multiflorus heterogamus e pedunculo radicali : flosculi radii foeminei lingulis apice 3-dentatis involucro longioribus, disci hermaphroditi tubulosi limbo acute 5-dentato : involucrum subcampanulatum, squamis linearibus adpressis biserialibus : achenia obovata compressa dorso subcarinata pilosa: pappi sessilis setae simplices numerosae 1-seriales scabridae: receptaculum conicum. *Compositae-Asteroideae DC.*

454. DORONICUM *L.* Calathi grandes multiflori heterogami solitarii terminales: flosculi radii foeminei lingulis 2-3-dentatis vel integris involucro longioribus , staminibus abortivis quandoque concomitatis , disci hermaphroditi corollulis tubulosis, limbo 5-fido : involucrum late campanulatum squamis lineari-subulatis alternis 2-serialibus: achenia oblonga polygona radii nuda disci papposa: pappi sessilis setae numerosae simplices rigidae scabrae pluriseriales: receptaculum villosum. *Compositae-Senecionideae DC.*

** Receptaculo nudo: pappo marginato vel nullo.

455. BELLIS *L.* Calathus multiflorus heterogamus solitarius in pedunculo radicali : flosculi radii foeminei numerosi 1-2-seriales lingulis 2-3-dentatis, disci hermaphroditi tubulosi , limbo 4-5-fido: involucrum hemisphaericum squamis foliaceis oblongis aequalibus adpressis 1-2-serialibus : achenia obovata compressa laevia : receptaculum alveolatum conicum, cono in fructu evoluto. *Compositae-Asteroideae DC.*

456. CHRYSANTHEMUM *Smith.* Calathi grandes vel mediocres multiflori heterogami caule ramisque terminales : flosculi radii lingulati, lingulis oblongis sub-3-dentatis, involucro duplo triploque longioribus, disci tubulosi limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum, squamis inaequalibus pluriseriatim-imbricatis margine scariosis : achenia obtusa 5-10-costata discoidea nuda, radialia brevi vel brevissime marginata: receptaculum alveolatum subconvexum. *Compositae-Senecionideae DC.*

457. XANTOPHTALMUM *Schult.* Calathi grandes vel mediocres multiflori heterogami caule ramisque terminales: flosculi radii lingulati, lingulis oblongis profunde 2-dentatis, disci tubulosi limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum basi umbilicatum , squamis inaequalibus ovatis concavis margine scariosis pluriseriatim-imbricatis: achenia brevia obtusa, radialia margine 2-alata facie externa 3, interna 4-5-costata , discoidea simpliciter 10-costata, costis jamdudum obtusis: receptaculum alveolatum. *Ord. nat. ut in Chrysanthemo.*

458. PINARDIA *Cass.* Calathi grandes solitarii multiflori heterogami ramis cauleque terminales: flosculi radii lingulati, lingulis oblongis profunde 2-dentatis, disci tubulosi limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum basi umbilicatum, squamis inaequalibus ovatis concavis margine scariosis pluriseriatim-imbricatis: achenia truncata, radialia turbinato-3-gona sub-10-costata alata, ala in angulo dorsali latiore, discoidea attenuata tereti-compressa similiter 3-costata, costa dorsali tantum alata, alis omnium jamdudum apice truncatis quidquam irregularibus: receptaculum convexum. *Ord. nat. ut in Chrysanthemo.*

459. PYRETHRUM *Hall.* Calathi ut plurimum mediocres multiflori heterogami solitari aut corymbosi: flosculi radii lingulati, lingulis oblongis sub-2-dentatis involucro duplo triploque longioribus, disci tubulosi limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum squamis inaequalibus lanceolatis vel oblongis margine scariosis pluriseriatim imbricatis: achenia truncata angulata corona membranacea terminata: receptaculum planum vel convexum quandoque alveolatum. *Ord. nat. ut in Chrysanthemo.*

460. MATRICARIA *L.* Calathi mediocres multiflori heterogami in corymbo: flosculi radiî foeminei lingulis 3-dentatis, disci hermaphroditi tubulosi limbo 4-5-dentato: involucrum scutelliforme, squamis adpressis subaequalibus pluriseriatim imbricatis: achenia parva vix costata nuda rarius corona terminata: receptaculum tandem conicum intus cavum. *Ord. nat. ut in Chrysanthemo.*

*** Receptaculo paleaceo: pappo marginato vel nullo.

461. ANACYCLUS *L.* Calathi multiflori heterogami caule ramisque terminales: flosculi radii foeminei steriles, lingulis oblongis apice sub-3-dentatis longitudine et numero ludibundi: involucrum hemisphaericum squamis lanceolatis pluriseriatim imbricatis: achenia compressa vix striata late alata, alae in acheniis centralibus successive abbreviatae, et in omnibus in coronam posticam dimidiatam irregularem continuatae: receptaculum paleaceum conicum vel convexum. *Ord. nat. ut in Chrysanthemo.*

462. ANTHEMIS *L.* Calathi magnitudine varii multiflori heterogami caule ramisque terminales: flosculi radii foeminei lingulis oblongis 2-3-dentatis involucro longiores raro deficientes, disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-fido: involucrum hemisphaericum aut campaniforme squamis inaequalibus pluriseriatim imbricatis: achenium obconicum multistriatum vel angulatum, corona integra vel dentata quandoque incompleta, vel auricula membranacea interne aucta,

marginatum: receptaculi convexi aut conici modo concavi paleae scariosae muticae vel arista rigida terminatae. *Ord. nat. ut in Chrysanthemo.*

463. ACHILLEA *L.* Calathi saepius parvi multiflori heterogami in corymbo composito: flosculi radii foeminei raro difformes unica vice majusculi, lingulis 2-3-dentatis vel integris, involucrum parvum, superantibus, disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-fido: involucrum ovoideum vel oblongum, squamis ovatis saepe margine scariosis pluriseriatim-imbricatis: achenia parva oblonga compressa striata apice convexa nuda vel breviter marginata: receptaculi plani vel elongati paleae oblongae scariosae hyalinae apice saepe lacerae flosculos subaequantes. *Ord. nat. ut in Chrysanthemo.*

464. ASTERISCUS *Vaill.* Calathi majusculi multiflori heterogami terminales axillaresque: flosculi radii foeminei 1-2-seriales, lingulis linearibus apice 2-3-dentatis, flosculi disci hermaphroditi tubulosi limbo 5-fido: involucrum duplex, externum squamis foliaceis basi cartilagineis patentibus radio longioribus, internum 2-seriale squamis cartilagineis apice breviter foliaceis arcte imbricatis radio brevioribus: synantherium longe caudatum: achenia difformia, radialia majora triquetra nunc acheniis disci minoribus similia, nunc compressa marginibus alatis, nervo carinali subobliterato, omnia marginulo brevi lacinulato coronata: receptaculi paleae carinatae cartilagineae persistentes. *Compositae–Asteroideae DC.*

Ord. III. Polygamia-Frustranea.

Compositae–Cynareae DC.

465. CENTAUREA *L.* Calathi saepe grandes pauci-multiflori heterogami ramis ut plurimum terminales: flosculi tubulosi limbo 5-fido, radiales neutri frequenter grandiores radiantes, disci hermaphroditi: involucrum ovoideum aut ventricosum, squamis inaequalibus pluriseriatim imbricatis apice modo nudis, modo lamina varimode scariosa vel spinosa terminatis: achenia oblonga plus minusque compressa: pappus multisetus, setis simplicibus scabris vel plumosis pluriseriatis inaequalibus, quandoque nullus: receptaculi plani paleae setaceae numerosae liberae vel in fasciculos coadunatae.

466. GALACTITES *Moench.* Calathi mediocres multiflori heterogami paniculati: flosculi tubulosi limbo 5-fido, radiales neutri majores radiantes, disci hermaphroditi: involucrum campaniforme squamis lanceolatis apice spinoso-

patulis pluriseriatim-imbricatis: achenia oblonga compressa striata: pappi plumosi setae deciduae basi anulo connexae : receptaculum planum paleaceum , paleis deciduis, pappo brevioribus, multipartitis, laciniis setaceis.

Ord. IV. Polygamia–Necessaria.

467. CALENDULA *L.* Calathi multiflori heterogami in apice caulis ramorumque : flosculi radii pluriseriales foeminei , lingulis linearibus apice 3-dentatis, disci masculi tubulosi limbo 5-fido: involucrum scutelliforme, squamis lanceolatis aequalibus distinctis vix 2-seriatis : achenia heteromorpha externa angusta ut plurimum incurva dorso echinata et saepe rostrata, successiva oblonga cymbiformia, dorso echinata, in latus inermia integra vel lacero-dentata, interiora minora anulatim incurva transverse rugosa: pappus nullus: receptaculum nudum. *Compositae-Cynareae DC.*

468. EVAX *Goert.* Calathi exigui pauciflori heterogami in capitulum congesti, foliis caulinis superioribus confertis stellatim patentibus, cinti : flosculi tubulosi externi graciles foeminei multiseriales, interni pauci majusculi 4-dentati: involucrum 1-2-seriale squamis ovalibus scariosis sfacelatis vel acuminato-aristatis: achenia acuminata hinc compressa nuda: receptaculum conicum paleis: coriaceis linearibus acuminatis ad flosculos tantum foemineos. *Compositae-Asteroideae DC.*

469. MICROPUS *L.* Calathi parvi pauci-multi-flori heterogami in axillis foliorum: flosculi tubulosi externi foeminei filiformes, interni masculi crassiusculi pauci apice 4-5-dentati: involucrum subglobosum squamis concavis erectis vel inflexis echinatis vel inermibus: achenia obovato-compressa glabra squamis involucri involuta, et cum ipsis decidua: pappus nullus: receptaculum angustum nudum. *Ord. nat. ut in Evace.*

Ord. V. Poloygamia–Segregata.

Compositae–Cynareae. DC.

470. ECHINOPS *L.* Flosculi homogami hermaphroditi in capitulum sphaericum, receptaculo nudo subgloboso inserti maturitate decidui, involucro communi destituti : involucrum proprium pentagonum, squamis multiseriatis, seriebus inferioribus lineari-setaceis, superioribus lanceolato-linearibus acuminato-

pungentibus ad medium marginis longe ciliatis: corollularum tubus brevis, limbus 5-fidus: synantherium elongatum corneum: achenia cylindrica hirsuta: pappus corona brevissima fimbriata, vel setae numerosae densae aequales brevissimae.

Syngenesia-Polygamia-aequalis.

LAPSANA.

1662. *communis L. Sp. Pl. p.* 1141. Caule paniculato-ramoso inferius piloso: foliis inferioribus lyratis lobo-impari maximo, successivis ovatis, superioribus lanceolatis, omnibus dentatis laxeque pilosis: involucri squamis corollulas aequantibus.

L. communis *Seb. et Maur. Fl.* Rom. *Prod. p.* 267. *n.* 946. – *Bert. Fl. It. t.* 8. *n.* 579.

In incultis et marginibus agrorum communis.

Ann. Flor. Junio. Flosculi lutei.

RAGADIOLUS.

1663. *stellatus Willd. Sp. t.* 3. *par.* 3. *p.* 1625. Glaber. Caule decumbente ramosissimo, ramis divaricatis: foliis inferioribus oblongis in petiolum dentatum sinuatumve decurrentibus, caulinis sessilibus lanceolato-acuminatis: acheniis externis elongatis stellatim patentissimis glabris, internis brevioribus incurvis hirtis

R. stellatus. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 58. *exl. syn. Seb. et Maur.*

In herbosis et marginibus viarum campestrium Piceni frequens.

Ann. Flor. Aprili in Junium. Flosculi flavi.

Vulgo. *Ragaggiolo, Erba cornetta.*

1664. *edulis Will. Sp. t.* 3. *part.* 3. *p.* 1625. Glaber quandoque pilosus. Caule erecto dichotome ramoso: foliis radicalibus lyratis lobis subrotundis obtusis impari rotundato maximo, rachide angustissima, superioribus ovato-lanceolatis lanceolatisve acutis subintegris: acheniis crassiusculis, externis glabris stellatim patentibus breviusculis, internis incurvis hirtis.

R. edulis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 583. – R. stellatus α β *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 268. *n.* 947. – R. foliis oblongis dentatis *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 14.

Ad vias campestres, secus sepes etc. communis.

Ann. Flor. Junio. Flosculi lutei.

Vulgo uti precedens.

Usus. In acetariis ad instar Cichorii a nonnullis usurpatur.

PHOENOPUS.

1665. *VIMINEUS* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 7. *p.* 176. Glaber. Caule erecto ramoso, ramis elongatis : foliis inferioribus pinnatifidis laciniis linearibus, rachide angusta, superioribus indivisis, omnibus in caulem longe decurrentibus: calathis racemosis.

Ph. vimineus. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 418.

Chondrilla saxatilis viscosa caule κνημιδοφόρῳ *Columη. Ecphr.* 1. *p.* 238 et C. viscosa Camplocarensis caule κνημιδοφόρῳ *l. c. p.* 240.

In aridis et muris Piceni. *Arcevia, alla Madonna della Neve, Macerata* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

PRENANTHES.

1666. *PURPUREA* *L. Sp. Pl. p.* 1121. Glabra. Caule erecto flexuoso, ramis paniculatis: foliis sessilibus ovato-oblongis subdenticulatis acutis laxe dentatis basi exquisite cordato-auriculatis subtus glaucis: calathis in paniculis nutantibus.

P. purpurea *Maur. Cent.* 13. *p.* 38. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 421. - Sonchus montanus purpureus τετραπτάλον *Columη. Ecphr.* 1. *p.* 244. et S. mont. *l. c. p.* 246.

In umbrosis apenninorum Umbriae et Piceni.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurei.

CHONDRILLA.

1667. *JUNCEA* *L. Sp. Pl. p.* 1120. Caule erecto alterne ramoso inferne strigoso, ramis flexilibus junceis : foliis inferioribus runcinatis acutis dentatis in petiolum attenuatis, superioribus linearibus integerrimis distantibus: calathorum fasciculis remotis.

C. juncea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 168. *n.* 949. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 415. C. prima Dioscoridis *Columη. Phyt. ed Neap. p.* 9. et Chondrilla *l. c. p.* 10.

In incultis et ad muros frequens.

Perenn. Flor. Julio. Flosculi lutei.

LACTUCA.

1668. *MURALIS* *DC. Prod. Syst. Nat. t.* 7. *p.* 139. Glabra. Caule erecto simplici superne paniculato-ramoso: foliis lyrato-pinnatifidis, lobis irregularibus angulato-dentatis impari maximo , rachide angusta inferius alata basique in auricula amplexicaule dilatata , auriculis adscendendo majoribus , foliis supremis lanceolatis indivisis : calathis in paniculis terminalibus.

L. muralis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 401. - Prenanthes muralis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 268. *n.* 948.

In umbrosis et muris aridis montium frequens.

Ann. Flor. aestate. Flosculi lutei.

1669. *virosa L. Sp. Pl. p.* 1119. Glabra. Caule erecto superius ramoso, ramis erecto-patulis: foliis obverse oblongis indivisis runcinatisve divaricatis superioribus horizontalibus basi sagittatis, omnibus nervo centrali et toto margine insigniter spinulosis: calathis in panicula racemosa patula.

L. virosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 269. *n.* 961. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 406.

In marginibus ad sepes non satis frequens. *A Grottaperfetta*, secus Romam, *a Viterbo* etc.

Bienn. Flor. Aestate. Flosculi sulphurei.

Vulgo. *Lattuga velenosa.*

Usus. Succo lactiginoso abundat, odoremque virosum exiccatione effundit. Succus condensatus Opio quodamodo aequivalet et in narcoticis felici exitu a medicis enumeratur.

1670. *Scariola L. Sp. Pl. p.* 1119. Glabra subglauca. Caule erecto superius ramoso, inferius setis hispido: foliis rucinato-pinnatifidis basi acute sagittatis, superioribus verticalibus, inferioribus horizontalibus saepe indivisis, omnibus nervo centrali totoque margine spinulosis: calathis in panicula racemosa erecta.

L. Scariola *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 51. *n.* 132. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 268. *n.* 950. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 407. - Endivia major Lactucina spinosa *Barr. Ic.* 135.

Ad sepes et in marginibus viarum circa urbem frequens.

Bienn. Flor. Aestate. Flosculi pallide citrini.

Vulgo. *Lattuga salvatica*, *Scariola.*

Usus. Praecedenti affinis , at vis narcotica mitior ; frequenter tamen a pharmacopolis pro *L. virosa* usurpatur.

1671. *saligna L. Sp. Pl. p.* 1119. Glabra. Caule gracili erecto superius et quandoque e basi paniculato-ramoso: foliis inferioribus runcinatis integrisve, superioribus linearibus subintegerrimis, caulinis basi hastatis, omnibus carina spinulosis: calathis laxis in racemo terminali composito.

L. saligna *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 269. *n.* 952. - *Bert. Fl. It t.* 8. *p.* 409. - Endivia minor Lactucina spinosa *Barrel. Ic.* 136.

In marginibus agrorum frequens.

Bienn. Flor. Augusto-Septembri. Flosculi sulphurei.

1672. PERENNIS *L. Sp. Pl. p.* 1120. Subglaucescens glabra. Caule erecto apice ramoso-corymboso : foliis horizontalibus pinnatifidis , laciniis numerosis linearibus runcinatisque superne dentatis integrisve , rachide angusta in petiolum breviter alatum producta, caulinis superioribus linearibus integerrimis sessilibus, auriculis rotundatis: calathis majusculis, pedunculis elongatis, laxe corymbosis.

L. perennis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 269 *n.* 953. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 412.

In montibus Latii, Sabinae, Umbriae et Piceni.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi coerulei.

SONCHUS.

1673. ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 1116. Glauco-virens. Caule erecto simplici superius parce ramoso, ramis corymbosis: foliis majusculis elongatis sinuatis runcinatisve argute denticulatis, lobo superiore elongato, lobis inferioribus sucessive minoribus, caulinis basi cordato-rotundatis, radicalibus in petiolum decurrentibus: pedunculis calathi majusculi, squamisque involucri glanduloso-hispidis.

S. arvensis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 387.

In arvis Piceni secus Asculum.

Perenn. Flor. Augusto-Septemb. Flosculi aurei.

1674. MARITIMUS *L. Sp. Pl. p.* 1116. Glaucus glaber. Caule erecto elongato subsimplici: foliis lanceolato-elongatis toto margine deorsum denticulatis, inferioribus in petiolum decurrentibus, superioribus sessilibus auriculis rotundatis, supremis paucis abbreviatis: calathis grandibus solitariis quandoque racemosis.

S. maritimus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 269. *n.* 956. — *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 389.

In udis maritimis. *Ai Ponticelli d' Ostia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

1675. OLERACEUS *L. Sp. Pl. p.* 1116. Glaber. Caule erecto alterne ramoso : foliis runcinatis , lobo impari maximo subtriangulari , longe petiolatis petiolis alatis, superioribus indivisis sessilibus, omnibus remotiuscule dentatis basique sagittato-auriculatis , auriculis horizontalibus adscendendo majoribus: calathis mediocribus corymboso-racemosis.

S. oleraceus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 390. - S. oleraceus α laevis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 71. *n.* 219. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 269. *n.* 954. - S. laevis *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 4.

In ruderatis hortis vineis communis.

Ann. Flor. tota aestate. Flosculi lutei.

Vulgo. *Grespigno*, *Crespigno*.

Usus. Folia radicalia in acetariis gratissima.

1676. ASPER *Vill. Dauph. t. 3. p.* 158. Glaucus. Caule erecto alterne ramoso: foliis inferioribus petiolatis runcinatis, lobis irregularibus, superioribus indivisis sessilibus, omnibus toto margine undulato-crispis crebre irregulariter rigideque denticulato-spinosis, auriculatis, auriculis in superioribus modo deficientibus: calathis mediocribus corymboso-ramosis.

S. asper *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 392. – S. oleraceus asper *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 71. *n.* 219. - S. oleraceus asper *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 269. *n.* 954. – S. asper *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 5.

In vineis hortis sylvulis frequens.

Ann. Flor. tota aestate. Flosculi lutei.

Vulgo. *Grespigno spinoso*.

Usus. In acetariis a vulgo usurpatur.

1677. TENERRIMUS *L. Sp. Pl. p.* 1117. Glaber subglaucus. Caule erecto simplici vel diffuso e basi ramoso: foliis pinnatifidis 2-pinnatifidisque, rachide angusta, laciniis gracilibus irregularibus subdentatis, inferioribus in petiolum productis, superioribus sessilibus, ultimis indivisis, omnibus basi auriculato-sagittatis: calathis corymboso-racemosis.

S. tenerrimus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 71. *n.* 220. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 269. *n.* 955. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 395.

Ad muros in ruderatis communis.

Perenn. Flor. Vere et aestate. Flosculi sulphurei.

Vulgo. *Crespigno dei muri*.

Usus. Planta refrigerans uti aliae species hujus generis. In acetariis gratissima et apud nos ad refrigerandas parvas aves et praesertim *Canari* usurpatur.

PICRIDIUM

1678. VULGARE *Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 221. Glaber subglaucus. Caule erecto parce ramoso, ramis strictis: foliis sinuato-pinnatifidis vel indivisis, inferioribus in petiolum alatum productis, superioribus sessilibus cordato-amplexicaulibus, omnibus integerrimis dentatisve: pedunculis squamosis: involucris denuo basi ventricosis.

P. vulgare *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 270. *n.* 957. - Soncus

picroides *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 71. n. 221. - Bert. Fl. It. t. 8. p. 398.*

In pratis, vineis, marginibus viarum commune.

Ann. Flor. Julio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Caccialepre.*

Usus. Planta succo lactiginoso replata, et inter refrigerantia ab antiquitus enumerata. Folia radicalia in acetariis desideratissima, quamobrem in hortis nostris frequenter colitur.

HIERACIUM.

* Pedunculis radicalibus ut plurimum unifloris.

1679. AUREUM *Vill. Dauph. t. 3. p. 96. tab. 33.* Breviter laxeque pilosum. Radice praemorsa fibris lateralibus simplicibus robustis: foliis obverse lanceolatis dentatis runcinatisve: pedunculo superne incrassato: squamis involucri lanceolato-linearibus pubescentibus hirsutisve.

H. aureum. *Sang. Cent. tres p. 111. n. 249. - Bert. Fl. It. t. 8. p. 449.* - H. alterum minus IV *Columm. Ecph. 2. p. 31. tab. 29.*

In pratis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio. Flosculi aurantiaci.

1680. BULBOSUM *Willd. Sp. t. 3. par. 3. p. 1562.* Glabrum. Radice repente, fibris elongatis apice in tuberibus subrotundis incrassatis: foliis obverse lanceolatis in petiolum productis: involucri squamis lanceolato-linearibus, externis, pedunculoque erecto apice piloso-glandulosis.

H. bulbosum *Bert. Fl. It. t. 8. p. 453.* - H. tuberosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 170. n. 958.* - Chondrilla altera Dioscoridis putata *Colum. Phytob. p. 14. f. 19.*

In pratis frequens.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flosculi lutei.

1681. PILOSELLA *L. Sp. Pl. p. 1125.* Setis exilibus longis laxis pilosum. Radice stolonifera: foliis integris obverse oblongo-lanceolatis in petiolum productis subtus albo-tomentosis: pedunculo erecto: involucri squamis linearibus piloso-glanduliferis, pilis saepe nigrigantibus.

H. Pilosella *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 270. n. 959. - Bert. Fl. It. t. 8. p. 455.*

In collibus et pascuis siccis commune. *M. Mario, V. Pamfili* etc.

Perenn. Fl. Majo ad Julium. Flosculi sulphurei.

Vulgo. *Pilosella, orecchia di Sorcio.*

Usus. In materia medica Linnaei *Auriculae muris herba* inter adstringentia enumeratur, nunc prorsus absoleta.

1682. MACRANTHUM *Ten. Fl. Nap. t.* 5. *p.* 198. *tab.* 184. *f.* 3. Albo-tomentosum, setis longis exilibus interpositis. Stolonibus radicalibus brevibus: foliis obverse oblongo-lanceolatis in petiolum breviusculum productis: pedunculo erecto: calathis majusculis: involucri squamis oblongis obtusis, pedunculisque apice brevius setosis, setis nigrigantibus hirtis.

H. macranthum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 457.

In pratis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Aestate. Flosculi sulphurei.

** Pedunculis radicalibus corymbosis.

1683. DUBIUM *L. Sp. Pl. p.* 1125. Glaucescens. Radice fibrosa, stolonibus lateralibus effusis repentibus: foliis sessilibus, radicalibus obverse oblongo-lanceolatis obtusis semiamplexicaulibus inferne ciliatis, peduncularibus paucis linearibus: pedunculo adscendente erectove basi laxe piloso: corymbo depauperato: calathis parvis: involucri squamis pedicellisque piloso-glandulosis.

H. dubium *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 462.

In apenninis. Umbriae et Piceni. *M. Priore* etc.

Perenn. Flor. Junio ad Augustum. Flosculi citrini.

1684. FLORENTINUM *Willd. Sp. t.* 3. *par.* 3. *p.* 1565. Glaucescens. Laxe pilosum. Radice fibrosa, stolonibus nullis: foliis lanceolato-elongatis acuminatis obtusisve in petiolum attenuatis: pedunculo erecto tereti inferne folioso nudove: corymbo ramoso laxo: calathis parvis: involucri squamis lineari-acuminatis, pedicellisque piloso-glandulosis, modo hirsutis.

H. florentinum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 465. - H. cymosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 271. *n.* 962.

In nemorosis circa Urbem frequens.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

1685. SABINUM *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 1. *p.* 8. *tab.* 1. Hirsutum. Radice fibrosa stolonibus nullis: foliis radicalibus ovato-oblongis in petiolum attenuatis, peduncularibus sessilibus lineari-lanceolatis: pedunculo erecto elongato in-

ferne parce folioso: corymbo ramoso conferto: calathis parvis: involucri squamis pedicellisque inter hirsutiem pubescenti-glandulosis.

H. Sabinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 270. *n.* 960. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 468. - Pilosella major umbellifera μακρόκαυλος montana et pratensis. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 248. et P. macrocaulos umbellifera *l. c. p.* 294.

In montibus Sabinae Umbriae et Piceni. *Monte Gennaro*, *Monte Priore* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flosculi lutei.

*** Caule folioso.

1686. PRUNELLAEFOLIUM *Gouan. Ill. p.* 57. *tab.* 22. *fig.* 3. Glabriusculum, humile. Radice fusiformi, fibris crassiusculis descendentibus: caule terete suberecto tortuoso parce ramoso: foliis lyratis lobis exiguis alternis, impari maximo ovato: calathis grandibus ut plurimum solitariis longe pedunculatis: involucri campaniformis squamis lineari-acutis, apiceque pedunculi flocceso-tomentosis.

H. prunellaefolium *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 479. - H. alpinum incanum saxatile Prunellae foliis integris. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 33. *t.* 24.

In pascuis alpestribus. *Nel prato superiore al Santuario della Trinità di Valle Pietra.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Corollulae luteae.

1687. JAQUINI *Vill. Dauph. t.* 3. *p.* 123. Hirsutum. Radice praemorsa transversa, fibris lateralibus descendentibus: caule humili divaricato-ramoso: foliis inferioribus ovato-oblongis acute laciniatis grosseve dentatis attenuatis, superioribus lanceolatis integris, radicalibus in petiolum attenuatis, coeteris sessilibus: calathis majusculis solitariis in apice caulis ramorumque.

H. Jaquini *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 480.

In sylvaticis apenninorum Piceni. *Monte Birro.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi luteo-aurei.

1688. MURORUM *L. Sp. Pl. p.* 1028. Hirto-scabrum. Radice crassa transversa fibris lateralibus descendentibus: caule erecto quandoque glabro: foliis inferioribus ovato-acuminatis grosse dentatis basique saepe lacinulatis, mediis

ovatis laxe dentatis, superioribus subintegris ovato-elongatis: calathis mediocribus simplicibus vel conjugatis: involucri squamis acuminatis.

H. murorum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 481. - Pulmonaria Gallorum rotundifolia laevior. *Barr. Ic.* 342.

In alpestribus Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi luteo-aurei.

1689. *SYLVATICUM Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1578. Hirsutum pilis scabridis. Radice transversa fibris exilibus : caule erecto subsimplici ut plurimum toto foliato: foliis inferioribus ovatis oblongisque grandidentatis in petiolum longe decurrentibus, mediis sessilibus ovato-acuminatis laxe acuteque dentatis, superioribus minoribus laxe breviterque dentatis: corymbo terminali racemulisque axillaribus numerosis, nubilibus nutantibus : calathis mediocribus campaniformibus: squamis involucri obtusis.

H. sylvaticum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 485. - H. murorum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 271. *n.* 963.

In sylvis Latii et Umbriae commune. *Presso Albano, la Riccia, il Soratte, il Vettore* etc.

Perenn. Flor. Majo–Autumno. Flosculi lutei.

1690. *TOMENTOSUM All. Flor. Ped. t.* 1. *p.* 216. Dense lanatum. Radice crassa lignosa descendente: caule adscendente basi folioso parce ramoso: foliis crassis ovatis vel ovato–acuminatis, supremis lanceolatis, infimis in petiolum brevem decurrentibus , caeteris sessilibus , omnibus integris vel remote dentatis: floribus corymbosis longe pedunculatis: calathis majusculis: involucri hemisphaerici squamis lineari–acuminatis.

H. tomentosum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 488.

In alpestribus australibus Umbriae et Piceni *Vettore* etc.

Perenn. Flor. Majo-Augusto. Flosculi lutei.

1691. *VILLOSUM L. Sp. Pl. p.* 1130. Glaucescens, molliter villosum villis saepe elongatis. Radice crassiuscula perpendiculari parce ramosa: caule erecto simplici mono-paucifloro: foliis inferioribus oblongis in petiolum decurrentibus, caulinis inferioribus sessilibus elongatis , superioribus late ovatis caulem amplexantibus: calathis solitariis majusculis : squamis involucri lanceolato–linearibus.

H. villosum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 489.

In alpestribus Umbriae. *Monte Corona.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi luteo-aurei villosi.

1692. *AMPLEXICAULE* *L. Sp. Pl. p.* 1129. Pubescens pilisque glanduliferis viscidum. Radice robusta praemorsa, radiculis numerosis : caule erecto paniculato-ramoso. foliis radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis grosse dentatis breviterve lobatis, caulinis sessilibus cordato-amplexicaulibus auriculis rotundatis, inferioribus ovato-elongatis laxe dentatis , supremis ovato-acuminatis subintegris: floribus corymbosis : calathis majusculis: squamis involucri lanceolato-acuminatis.

H. amplexicaule *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 497.

In rupestribus alpinis Umbriae et Piceni. *M. Vettore* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei pilis ornati.

Obs. Odore balsameo potius ingrato redolet.

1693. *PRENANTHOIDES* *Vill. Dauph. t.* 3. *p.* 108. Laxe piloso-glandulosum. Radice crassa brevi, fibris lateralibus robustis: caule erecto parce ramoso: foliis remote dentatis integrisve , radicalibus lanceolato-elongatis in petiolum productis, caulinis sessilibus cordato-amplexicaulibus lanceolatis acutis, adscendendo minoratis acutiusculis: calathis mediocribus in corymbo terminali compacto: squamis involucri linearibus obtusiusculis.

H. prenanthoides *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 500.

In alpestribus Umbriae. *Monte de' Fiori*, *Valle Canetra* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

1694. *SABAUDUM* *L. Sp. Pl. p.* 1131. Scabriusculum. Radice brevi crassa: caule erecto superne parce ramoso : foliis crebris remote arguteque serratis acuminatis , inferioribus oblongo-lanceolatis in petiolum breviter constrictis , superioribus sessilibus semiamplexicaulibus abbreviatis : calathis mediocribus corymbosis: involucri squamis linearibus acutis pedicellisque bracteolatis subtomentosis.

H. sabaudum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 503.

In sylvaticis montanis. *Da Subiaco per la via di Vallepietra*.

Perenn. Flor. Autumno. Corollulae luteo-aureae.

Obs. Planta succo lacteo referta.

BARKHAUSIA.

1695. *BURSIFOLIA*. *DC. Prod. Syst. nat. t.* 7. *p.* 155. Glabriuscula. Radice perpendiculari elongata, fibris lateralibus paucis : caule tereti parce ramoso: foliis radicalibus rosulatis obverse lanceolatis pinnatifido-lobatis dentatisve, lobo supremo majore saepe rotundato, caulinis paucis linearibus inte-

gris : calathis parvis corymbosis solitarisve : involucri squamis calyculantibus anguste marginatis.

B. bursifolia *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 509. – Hieracium siculum Bursae pastoris folio *Bocc. Mus. di Piant. p.* 147. *tab.* 106, *et* 112.

In pratis secus Viterbium.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flosculi sulphurei.

1696. SCARIOSA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 7. *p.* 153. Hirto-scabra. Caule erecto sulcato superius ramoso, ramis erectis elongatis: foliis inferioribus runcinatis acute dentatis, caulinis sessilibus amplexicaulibus basi laciniatis, summis integerrimis: calathis mediocribus in corymbo composito, bracteis navicularibus squamisque involucri calyculantibus concavis.

B. scariosa *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 522. – Crepis scariosa *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 39. *n.* 75. – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 271. *n.* 964. – Cichorium sylvestre vessicarium pratense *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 238. et C. pratense vessicarium *l. c. fig.* 237.

In pascuis et marginibus communis.

Ann. Fl. Aprili-Majo. Flosculi lutei.

1697. FOETIDA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 7. *p.* 158. Hirsuta pilis albidis. Caule erecto superne ramoso, ramis paniculatis : foliis radicalibus subintegris in petiolum decurrentibus, caulinis inferioribus pinnatifidis runcinatisve acute dentatis, superioribus lanceolatis basi lacinulatis : pedunculis elongatis : calathis mediocribus solitariis, squamis involucri calyculantibus laxis non marginatis: stipite pappi elongato.

B. foetida *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 523. – Crepis foetida *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 39. *n.* 77. – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 271. *n.* 967.

In ageribus et incultis obvia.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

Obs. Folia contrita odorem ingratum Amygdali amarae spargunt.

1698. SETOSA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 7. *p.* 155. Hispida pilis patentibus: caule erecto sulcato valde ramoso, ramis patulis: foliis radicalibus subintegris runcinatisve in petiolum productis, caulinis sessilibus basi laciniato-sagittatis inferioribus runcinatis superioribus lanceolatis : calathis numerosis parvis in corymbis compositis: squamis involucri hispidis, calyculantibus minoribus patentibus.

B. setosa *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 525. – Crepis setosa *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 39. *n.* 77. – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 271. *n.* 966.

β glabra. Foliis profundius lacinatis glabris.

In umbrosis et ad vias communis. *β Nel Foro Romano.*

Ann. Flor. Aestate. Corollulae luteae.

CREPIS.

1799. LACERA *Ten. Fl. Nap. t. 2. p.* 74. Glabra vel hispidula. Caule erecto sulcato superne ramoso, ramis paniculato-racemosis: foliis oblongis acutis, inferioribus pinnatifidis in petiolum productis laciniis inaequalibus integris dentatisve, superioribus sessilibus lineari-acuminatis basi saepe laciniatis: calathis majusculis in racemo terminali saepe composito: involucri albo-tomentosi squamis linearibus margine membranaceis, calyculantibus brevissimis adpressis.

C. lacera *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 529. – C. latialis *Sebast. Rom. Pl. fasc. alt. p.* 16. *tab.* 5. – C. biennis *Seb. et Maur. Fl.* Rom. *Prod. p.* 272.

In montibus calcareis Latii. *Monte Lucretile* etc.

Bienn. Flosculi lutei.

Obs. Planta valde venenata hominibus et bestiis praesertim suillis.

1700. PULCHRA *L. Sp. Pl. p.* 1134 *α β*. Hirsutie brevi scabriuscula. Caule subsimplici erecto sulcato: foliis inferioribus oblongis in petiolum longe productis, superioribus ovato-lanceolatis basi breviter hastatis: calathis parvis paniculato-corymbosis: squamis involucri glabri lineari-acuminatis anguste marginatis, calyculantibus ovatis brevissimis.

C. pulchra *Seb. et Maur. Flor. Rom. Prod. p.* 272. *n.* 969. – *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 531. – Hieracium montanum alterum λεπτομαχρόκαυλον *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 248, et II. leptomacrocaulos *l. c. p.* 249. *fig.*

In ageribus sylvaticis. *All'Arco scuro, alla Marcigliana* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

1701. LEONTODONTOIDES *All. Auct. p.* 13. Glabra. Caule erecto saepe caespitoso superius ramoso: foliis radicalibus runcinatis, lobis crebris acute dentatis integrisve, impari majore delthoideo, caulinis unico paucis ut plurimum integris: pedunculis elongatis bifidis : calathis mediocribus, squamis involucri lanceolato-linearibus, calyculantibus brevissimis laxiusculis ovato-lanceolatis.

C. leontodontoides *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 533.

In montanis mare versus. *Alle Allumiere della Tolfa.*

Bienn. Flor. Majo. Flosculi lutei.

1702. NEGLECTA *L. Mant.* 1. *p.* 107. Ut plurimum glabra. Caule erecto ramoso: ramis paniculatis: foliis radicalibus sinuato-laciniatis in petiolum de-

H. ragadioloides *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 556. - Hyoseris hedypnois y *Fl. Rom. Prod. p.* 273. *n.* 972.

In apricis et ageribus viarum circa Urbem. *Monte Mario.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

1710. *cretica Sibt. et Smith. Fl. Graec. t.* 9. *p.* 9. *tab.* 813. Pilis raris brevibus scabra. Caule diffuso folioso ramis suprius ut plurimum denudatis foliis oblongis sessilibus sinuato-dentatis: pedunculis fructiferis superne parum incrassatis.

H. cretica *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 557. - Hyoseris hedypnois αβ *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 273. *n.* 972. – H. hedypnois *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 47. *n.* 114. - Hedypnois annua *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 12.

In ageribus et viis suburbanis satis frequens et in maritimis.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

LEONTODON.

1711. *Taraxacum L. Sp. Pl. p.* 1112. Glaberrimum. Foliis inaequaliter et acute runcinatis, lobis triangularibus antice dentatis, in petiolis anguste alatis longe decurrentibus: scapis mono-pluribus 1-floris: calathis majusculis, involucri squamis corniculatis muticisve, externis plerumque retroflexis.

L. Taraxacum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 424. – Taraxacum Dens-leonis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 273. *n.* 973.

β alpinum. Laciniis foliorum minoribus saepe et angustioribus.

L. Taraxacum β *Bert. l. c. p.* 425.

In pascuis et marginibus viarum etiam in Urbe obvium, β in pascuis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Februario ad aestatem. Flosculi lutei.

Vulgo. *Tarassaco, Dente di Cane, Pisciacane, Capo di Frate.*

Usus. Ab antiquitus in materia medica laudatum et jamdudum uti diureticum et amaricans usurpatur praesertim in ictero. Folia in acetariis quoque adhibetur, at nimis amarum.

Obs. Varietas recensita L. alpino Ten. respondet; quae varietas dum lacinias triangulares praesefert, L. alpino Hoppe, dum lacinias angustissimas L. Taraxacoidi Hoppe respondet.

1712. *apenninum Ten. Viagg. in Abruz. p.* 83. *n.* 734. Glabrum nitidum. Foliis primordialibus lanceolatis in petiolum brevem productis, successivis runcinato-lacinulatis, lobis triangularibus acutis exquisite incurvis, in pe-

tiolum latiusculum productis: scapis ut plurimum solitariis: calatho majusculo: squamis involucri saepe corniculatis, externis patulis.

L. apenninum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 426.

In pratis alpinis Umbriae abbundat. *Vettore* et *Vettoretto.*

Perenn. Flor. Junio-Septembri. Flosculi lutei.

Obs. Herba cocta et varimode condita ab indigenis valde expetita: cruda in acetariis communiter adhibita uti Cichorium.

1713. PALVSTRE *Smith. Engl. Fl. t.* 3. *p.* 350. Glabrum glaucum. Foliis lanceolatis linearibusque dentatis in petiolum angustum longe productis raro runcinatis: scapo solitario: calatho majusculo: involucri squamis internis linearibus, externis ovato-lanceolatis patulis, duplo longioribus.

L. palustre *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 428.

In viis campestribus. In semita quae a Tibure ad *Vetriano* ducit.

Perenn. Flor. Februario-Majo. Flosculi lutei externi subtus livido-purpurascentes.

APARGIA.

1714. HISPIDA *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1552. Pilis furcatis hirto-scabra. Foliis lanceolatis dentatis vel pinnatifido-runcinatis in petiolum angustum plus minusque longum productis : scapo ut plurimum solitario foliis longiore superius bracteolato: calatho majusculo: involucri squamis externis patulis.

A. hispida *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 432. - Leontodon hispidum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 274. *n.* 974. - Hieracium alterum saxatile montanum *Columm. Ecph. t.* 1. *p.* 244, et H. montanum saxatile *l. c. p.* 243. *fig.*

α major. Foliis pedalibus parcius hirtis, scapo apice fistuloso.

β saxatilis. Foliis hispidis sinuatis, pilis involucri simplicibus albidis.

γ glabra. Pilis simplicibus rarissimis.

A. hispida β glabra *Bert. l. c. p.* 434.

In montanis frequens. *Monte Cavi, M. Gennaro* etc. α circa Tiburem, β in alpinis Umbriae *Monte de' Fiori, Monte li Catini,* γ *Monte de' Fiori* in Umbria.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

1715. VILLARSII *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1552. Setis simplicibus hispida. Foliis pinnatifidis laciniis lobisque acutis integris distantibus, terminali majore trifido in petiolum brevem productis: scapo tenui nudo ut plurimum solitario: calatho majusculo: involucri squamis externis adpressis nunc patulis.

A. Villarsii *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 436.

In apricis montanis. *A Corneto, a Riofreddo,* et in alpinis Umbriae. *M. Bove.*

H. ragadioloides *Bert. Fl. It. t. 8. p.* 556. - Hyoseris hedypnois γ *Fl. Rom. Prod. p.* 273. *n.* 972.

In apricis et ageribus viarum circa Urbem. *Monte Mario.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

1710. CRETICA *Sibt. et Smith. Fl. Graec. t.* 9. *p.* 9. *tab.* 813. Pilis raris brevibus scabra. Caule diffuso folioso ramis suprius ut plurimum denudatis foliis oblongis sessilibus sinuato-dentatis: pedunculis fructiferis superne parum incrassatis.

H. cretica *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 557. - Hyoseris hedypnois αβ *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 273. *n.* 972. – H. hedypnois *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 47. *n.* 114. - Hedypnois annua *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 12.

In ageribus et viis suburbanis satis frequens et in maritimis.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

LEONTODON.

1711. TARAXACUM *L. Sp. Pl. p.* 1112. Glaberrimum. Foliis inaequaliter et acute runcinatis, lobis triangularibus antice dentatis, in petiolis anguste alatis longe decurrentibus: scapis mono-pluribus 1-floris: calathis majusculis, involucri squamis corniculatis muticisve, externis plerumque retroflexis.

L. Taraxacum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 424. – Taraxacum Dens-leonis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 273. *n.* 973.

β alpinum. Laciniis foliorum minoribus saepe et angustioribus.

L. Taraxacum β *Bert. l. c. p.* 425.

In pascuis et marginibus viarum etiam in Urbe obvium, β in pascuis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Februario ad aestatem. Flosculi lutei.

Vulgo. *Tarassaco, Dente di Cane, Pisciacane, Capo di Frate.*

Usus. Ab antiquitus in materia medica laudatum et jamdudum uti diureticum et amaricans usurpatur praesertim in ictero. Folia in acetariis quoque adhibetur, at nimis amarum.

Obs. Varietas recensita L. alpino Ten. respondet; quae varietas dum lacinias triangulares praesefert, L. alpino Hoppe, dum lacinias angustissimas L. Taraxacoidi Hoppe respondet.

1712. APENNINUM *Ten. Viagg. in Abruz. p.* 83. *n.* 734. Glabrum nitidum. Foliis primordialibus lanceolatis in petiolum brevem productis, successivis runcinato-lacinulatis, lobis triangularibus acutis exquisite incurvis, in pe-

tiolum latiusculum productis: scapis ut plurimum solitariis: calatho majusculo: squamis involucri saepe corniculatis, externis patulis.

L. apenninum *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 426.

In pratis alpinis Umbriae abbundat. *Vettore* et *Vettoretto.*

Perenn. Flor. Junio-Septembri. Flosculi lutei.

Obs. Herba cocta et varimode condita ab indigenis valde expetita: cruda in acetariis communiter adhibita uti Cichorium.

1713. PALUSTRE *Smith. Engl. Fl. t.* 3. *p.* 350. Glabrum glaucum. Foliis lanceolatis linearibusque dentatis in petiolum angustum longe productis raro runcinatis: scapo solitario: calatho majusculo: involucri squamis internis linearibus, externis ovato-lanceolatis patulis, duplo longioribus.

L. palustre *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 428.

In viis campestribus. In semita quae a Tibure ad *Vetriano* ducit.

Perenn. Flor. Februario-Majo. Flosculi lutei externi subtus livido-purpurascentes.

APARGIA.

1714. HISPIDA *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1552. Pilis furcatis hirto-scabra. Foliis lanceolatis dentatis vel pinnatifido-runcinatis in petiolum angustum plus minusque longum productis : scapo ut plurimum solitario foliis longiore superius bracteolato: calatho majusculo: involucri squamis externis patulis.

A. hispida *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 432. - Leontodon hispidum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 274. *n.* 974. - Hieracium alterum saxatile montanum *Columm. Ecph. t.* 1. *p.* 244, et H. montanum saxatile *l. c. p.* 243. *fig.*

α major. Foliis pedalibus parcius hirtis, scapo apice fistuloso.

β saxatilis. Foliis hispidis sinuatis, pilis involucri simplicibus albidis.

γ glabra. Pilis simplicibus rarissimis.

A. hispida β glabra *Bert. l. c. p.* 434.

In montanis frequens. *Monte Cavi, M. Gennaro* etc. α circa Tiburem, β in alpinis Umbriae *Monte de' Fiori, Monte li Catini,* γ *Monte de' Fiori* in Umbria.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

1715. VILLARSII *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1552. Setis simplicibus hispida. Foliis pinnatifidis laciniis lobisque acutis integris distantibus, terminali majore trifido in petiolum brevem productis: scapo tenui nudo ut plurimum solitario: calatho majusculo: involucri squamis externis adpressis nunc patulis.

A. Villarsii *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 436.

In apricis montanis. *A Corneto, a Riofreddo,* et in alpinis Umbriae. *M. Bove.*

Perenn. Flor. Julio-Septembri. Flosculi luteo-aurei, dorsi medio purpurascentes.

1716. AUTUMNALIS *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1550. Glabra, raro laxe pilosa. Foliis lanceolatis runcinatis pinnatifidisve basi in petiolum breve dilatatum productis laciniis lobisque irregularibus integris: scapis uno-pluribus ramosis declinatis bracteis linearibus laxe vestitis: calathis majusculis: squamis involucri omnibus adpressis.

A. autumnalis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 438. - Leontodon autumnale *Sang. Cent. tres p.* 112. *n.* 251.

In sylvaticis et pascuis montanis Umbriae. *Monte Bove.*

Perenn. Flor. Julio. Flosculi lutei.

1717. TUBEROSA *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1549. Pilis bifurcis vel simplicibus hirsuta, rarius subglabra. Tuberculis radicalibus fasciculatis fusiformibus: foliis obverse lanceolatis laxe dentatis runcinatisve in petiolum angustum longe productis : scapis unico-pluribus laxe bracteolatis : calatho solitario submajusculo: involucri nigrescentis squamis adpressis.

A. tuberosa *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 442. - Thrincia tuberosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 274. *n.* 976. - Hieracium tuberosum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 49. *n.* 123.

In pratis communis.

Perenn. Flor. Autumno. Flosculi lutei.

1718. CICHORACEA *Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 166. *tab.* 71. Laxe pilosa, pilis longiusculis albis. Tuberculis radicalibus fasciculatis : foliis obovatis inferne retrorsum dentatis in petiolum angustum longe productis: scapis uno-pluribus folia longe superantibus superne praesertim bracteatis : calatho submajusculo : squamis involucri viridi-nigrescentis adpressis , externis quandoque laxiusculis.

A. cichoracea *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 443. – Leontodon cichoraceum *Sang. Cent. tres p.* 111. *n.* 250.

In montibus albanis tusculanis ciminis ad oras sylvarum.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flosculi lutei.

THRINCIA.

1719. HIRTA *Roth. Cat.* 1. *p.* 98. *n.* 1. Hispidula, pilis simplicibus vel brevissime 2-furcis. Foliis lanceolatis dentatis pinnatifidisve in petiolum angustum longe productis: scapis uno-pluribus ebracteatis glabriusculis folia longe superantibus: calatho parvo: involucri squamis jamdudum vix pilosis, externis brevissimis.

T. hirta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 274. *n.* 975. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 445.

In pratis praesertim siccis frequens.

Perenn. Flor. aestate. Flosculi lutei.

ZACINTHA.

1720. VERRUCOSA *Goert. de Fr. t.* 2. *p.* 358. *tab.* 157. Glabriuscula. Caulibus dichotomis : foliis radicalibus rosulatis obverse lanceolatis remote dentatis pinnatifidisve: calatho parvo.

Z. verrucosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 274. *n.* 977. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 577. - Zacintha seu Cichorium verrucosum *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 6.

In marginibus agrorum circa Urbem, et mare versus. *Al Pidocchio, presso Ostia* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

PICRIS.

1721. HIERACIOIDES *L. Sp. Pl. p.* 1115. Hispida. Caule erecto ramoso, ramis sparsis patulis: foliis lanceolatis, sinuato-dentatis inferioribus in petiolum productis, superioribus sessilibus amplexicaulibus: calathis corymbosis: acheniis erostribus.

P. hieracioides *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 48. *n.* 115. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 274. *n.* 978. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 374.

Ad muros in ageribus vulgaris.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

HELMINTIA.

1722. ECHIOIDES *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1607. Hispida. Caule erecto ramoso : foliis superioribus oblongis amplexicaulibus, inferioribus in petiolum productis , omnibus remote dentatis : calathis mediocribus, involucri squamis externis cordato-ovatis.

H. echioides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 274. *n.* 979. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 379.

In campis et vineis passim.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

SCORZONERA.

1723. HUMILIS *L. Sp. Pl. p.* 1112. Radice crassa carnosa perpendiculari collo fibrillosa: caule simplici paucifolio 1-floro: foliis caulinis linearibus distantibus, radicalibus ovato-cuspidatis lanceolatis linearibusque: calathis grandibus: involucri squamis ovato-lanceolatis marginatis: acheniis laevibus.

S. humilis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 359.

In ageribus montanis Umbriae. *Al Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Scorsa nera, Castra Cane.*

Usus. In materia medica Linnaei radices et semina Scorzonerae numerabantur ad morsos animalium veneficos curandos, nunc prorsus obsoleverunt.

1724. HISPANICA *L. Sp. Pl. p.* 1113. Radice crassa perpendiculari collo squamoso: caule erecto superne ramoso, ramis 1-floris: foliis caulinis paucis distantibus lineari-elongatis, inferioribus majoribus oblongo-lanceolatis longe acuminatis: calathis majusculis: involucri squamis internis lanceolatis, externis ovato-acuminatis triplo longioribus: striis acheniorum laxe muricatis.

β graminifolia. Foliis inferioribus linearibus lanceolatis.

S. hispanica β *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 365.

γ montana. Foliis linearibus.

S. graminifolia γ *Bert. l. c.*

In pascuis maritimis, et alpinis β *A Civitaveccia.* γ *Monte Pulino* in apennino Piceni.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Scorzonera o Viperina di Spagna.*

Usus. Apud hispanos praedicatur uti praestantissima in morsu Viperae. Communiter comeditur cocta ad instar radicis Cichoreae.

1725. PURPUREA *L. Sp. Pl. p.* 1113. Radice crassa perpendiculari elongata, collo fibrillosa: caule ramoso vel simplici, ramis jamdudum 1-floris: foliis anguste linearibus canaliculatis, caulinis superioribus carinatis: calathis majusculis: involucri elongati squamis internis lanceolatis, externis ovato-acuminatis duplo longioribus: acheniis apice tantum scabris.

S. purpurea *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 367.

β rosea. Caule subsimplici, foliis radicalibus latiusculis.

S. purpurea β *Bert. l. c.*

In pratis alpinis Umbriae *Al Castelluccio di Norcia,* β *Monte Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurei.

1726. LACINIATA *L. Sp. Pl. p.* 1114. Radice crassa fusiformi-elongata nuda: caule valde ramoso, ramis patulis 1-floris: foliis sessilibus lineari-elongatis, caulinis inferioribus radicalibusque pinnatifido-laciniatis, laciniis linearibus: calathis potius majusculis: involucri squamis marginatis internis lineari-lanceolatis, externis ovato-acuminatis, quadruplo longioribus: acheniis laevibus striatis basi crassioribus.

S. laciniata *Bert. Fl. It. t. 8. p.* 369. - Trapopogon lacininiatis foliis *Columm. Pl. nov. hist. in Phyt. ed. Neap. p.* 22. *fig. p.* 21. - T. Resedae minoris fol. erectum *Barrel. Ic.* 779.

β intermedia. Foliorum laciniis ovatis lanceolatisve.

S. laciniata β *Bert. l. c. p.* 370. – Podospermum laciniatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 275. *n.* 981. - Trapogon Resedae min. fol. supinum *Barrel. Ic.* 800.. - Scorzonera vulgaris *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 9.

In pratis depressis et pascuis montanis. *A Civitavecchia* , *Roma* etc. β *Ad Ostia, Corneto.*

Perenn. Flor. Majo. Flosculi lutei.

TRAGOPOGON.

1727. PRATENSE *L. Sp. Pl. p.* 1109. Glabrum. Caule fistuloso subramoso: foliis linearibus carinatis margine subundulatis, basi dilatata, amplexicaulibus apice attenuato cirrhiformibus : pedunculis teretibus : calathis majusculis: involucri squamis octonis radium subaequantibus: acheniis minute squamulosis: pappi stipite apice barbato.

T. pratense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 275. *n.* 981. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 344.

In pratis prope Urbem, et in montibus. *Alla Farnesina, Valle dell' Inferno* etc.

Bienn. Flor. Majo-Julio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Salsifi, Salsifino, Barba di Becco.*

Usus. Barbae Hirci radix olim in stranguria et tussi a medicis propinabatur, nunc obsolevit. Radix cocta grata et in mensis desiderata, quamobrem a nonnullis in hortis colitur.

1728. MAJUS *Lamk Ill. t.* 7. *tab.* 646. *f.* 1. Glaberrimum. Caule fistuloso erecto simplici: foliis anguste lanceolato-linearibus strictis basi amplexicaulibus : pedunculo superne longe incrassato : calathis grandibus : involucri squamis 12-15 radium aequantibus superantibusve: acheniis dense squamato-muricatis: pappi stipite apice villoso.

T. majus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 346.

In apricis ad radices montium. *A S. Gregorio presso Tivoli.*

Bienn. Fl. Majo. Flosculi pallide flavi.

1729. PORRIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 1110. Glabrum. Caule erecto elato fistuloso simplici ramosove : foliis rectis lanceolatis longe acuminatis basi dilatata semiamplexicaulibus : pedunculis apice incrassato-conicis : calathis ma-

jusculis: involucri squamis octonis flosculos longe superantibus: acheniis dense squamato-muricatis: pappi stipite apice subnudo.

T. porrifolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 275. *n.* 983. – *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 347. – T. purpureo-caeruleum *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 10.

In pratis frequens.

Bienn. Flor. Majo-Junio. Flosculi subviolacei.

Obs. Colitur a nonnullis loco *T. pratensis* et iisdem nominibus vulgaribus indicatur.

1730. CROCIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 1110. Glabrum. Caule simplici ramosove subfistuloso: foliis strictis elongatis angustissime linearibus basi semiamplexicaulibus: pedunculis gracilibus apice subincrassatis: calathis majusculis: involucri squamis 5-8 corollulas superantibus : acheniis densissime squamoso-muricatis: pappi stipite apice nudo.

T. crocifolium *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 350. - T. angustifolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 275. *n.* 984. - T. Theophrasti et Dioscoridis *Columm. Ecph. t.* 1. *p.* 229. et T. crocifol. mont. flore atropurp. *p.* 230. *fig.*

In montibus calcareis inter saxa. *Sul monte Lucretile.*

Bienn. Flor. Julio. Flosculi violacei.

UROSPERMUM.

1731. DALECHAMPII *Desf. Cat. Hort. Paris. ed.* 1. *p.* 90. Tomentosum. Caule terete erecto parce ramoso quandoque multiplo: foliis runcinatis inferioribus in petiolum productis, successivis basi sagittatis, superioribus sessilibus subternis simpliciter dentatis: pedunculis apice incrassatis: calathis majusculis: squamis involucri inermibus.

U. Dalechampii *Bert. Fl. it. t.* 8. *p.* 352. - Arnopogon Dalechampii *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 276 *n.* 985. - Hieracium purpureum incisis foliis mont. *Barrel. Ic.* 209.

In pascuis et pratis vulgare.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi sulphurei.

Vulgo. *Lattugaccio.*

1732. PICROIDES *Desf. Cat. Hort. Paris. ed.* 1. *p.* 90. Laxe hispidum. Caule erecto striato ramoso: foliis runcinatis dentatis, primordialibus quandoque indivisis, radicalibus in petiolum productis, caulinis sessilibus auriculatis semiamplexicaulibus: pedunculis teretibus: calathis majusculis: involucri squamis hispido-spinulosis.

U. picroides *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 354. – Arnopogon picroides *Seb. et et Maur Fl. Rom. Prod. p.* 376. *n.* 986.

β ruderale. Foliis indivisis.

U. picroides β *Bert. Fl. It. l. c. p.* 355.

In ageribus pascuis ruderatis commune , β in Amphiteatro Flavio.

Ann. Flor. Junio. Flosculi lutei.

HYPOCHAERIS.

1733. GLABRA *L. Sp. Pl. p.* 1140. Glabriuscula. Caule erecto solitario quandoque multiplo subnudo apice ramoso: foliis radicalibus rosulatis obverse lanceolatis dentatis sinuatisve: calathis mediocribus: involucri cylindrici squamis acuminatis flosculos aequantibus: pappo radiali sessili.

H. glabra *Fior. Gior. de' Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 129. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 571. - H. Balbisii *Maur. Cent.* 13. *p.* 88. - Hieracium alterum levius minimum *Columm. Ecphr. t.* 2. *p.* 28.

In collibus sterilibus circa Urbem et in maritimis. *Al Pigneto di Bighi, alla Valle dell' Inferno, a Terracina* etc.

Ann. Flor. Aprili. Flosculi lutei.

1734. RADICATA *L. Sp. Pl. p.* 1140. Caule junceo erecto simplici ramosove, ramis elongatis bracteolatis: foliis radicalibus rosulatis obverse lanceolatis sinuatis runcinatisve hirsutis: calathis campanulatis majusculis: involucri squamis lanceolatis, flosculis dimidio subbrevioribus: nervo carinali squamarum ut plurimum setoso: pappo radiali sessili.

H. radicata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 276. *n.* 987. – *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 573. – H. Dimorpha *Sang. Cent. tres p.* 112. - Hieracium tertium *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 2.

In pascuis et ageribus vulgatissima.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

SERIOLA.

1735. AETHNENSIS *L. Sp. Pl. p.* 1139. Caule simplici vel paniculato-ramoso: foliis radicalibus obovatis integris dentatisve laxe denseve hirtis, caulinis paucis distantibus oblongis vel linearibus integerrimis: pedunculis cylindricis: involucri squamis hirtis.

S. aethnensis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 70. *n.* 112. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 276. *n.* 988. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 560.

In siccioribus comunis. *Sul Testaccio, al Colosseo* etc.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei, extus saepe rubro-crocei.

1736. *cretensis* *L. Sp. Pl. p.* 1139. Caule subramoso hispidulo superne saepe glabriusculo, ramis bracteolatis : foliis radicalibus runcinato-pinnatifidis laciniis lanceolatis obtusiusculis subintegris, caulinis paucissimis linearibus: foliorum costa et involucri squamis hispidis, pilis simplicibus albis: pedunculis apice incrassatis.

S. cretensis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p*, 562. - Hypochaeris pinnatifida *Sang. Cent. tres. p.* 112. *n.* 253.

In pratis subalpinis montium Umbriae frequens. *M. Bove* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flosculi lutei.

ROBERTIA.

1737. *taraxacoides* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 7. *p.* 97. Foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis : scapis uno-pluribus laxissime bracteolatis : calatho mediocri.

R. taraxacoides *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 564.

In alpestribus apenninorum Umbriae. *Salita del Castelluccio.*

Perenn. Flor. Majo-Augusto. Flosculi lutei extus saepe purpurascentes.

ANDRYOLA.

1738. *integrifolia* *L. Sp. Pl. p.* 1136. Molliter tomentosa pilis nonnullis glanduliferis: caule erecto superne ramoso, ramis ut plurimum adscendentibus: foliis inferioribus lanceolatis dentatis sinuatisve in petiolum productis, superioribus oblongis sessilibus: calathis parvis in corymbis abbreviatis.

A. integrifolia *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 276. *n.* 989. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 547.

In aridis secus vias frequens.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

CICHORIUM.

1739. *Intybus* *L. Sp. Pl. p.* 1142. Caule erecto divaricato-ramoso : foliis radicalibus numerosis runcinatis vel integris dentatis in petiolum brevem productis, caulinis sessilibus cordato-lanceolatis: calathis axillaribus subsessilibus, unico longe pedunculato.

C. Intybus *Sebast. En. Pl Amph. Flavii. p.* 36. *n.* 63. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 277. *n.* 990. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 588. - C. sylvestre *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 13.

In pascuis pratis novalibus nil communius.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi coerulei.

Vulgo. *Cicoria.*

Usus. Radice herba floribus seminibus Cichorei in veteri medicina utebamur, nunc herbae succo tantum utimur uti amaricans et corroborans. Radix cocta, herba cocta vel cruda in acetariis communiter appetitur. Radi et herba insimul torrefactae et in pulverem redactae ingenti copia, commercio, nunc traduntur sub vulgari nomine *Caffè di Cicoria*.

SCOLYMUS.

1740. MACULATUS *L. Sp. Pl. p.* 1143. Glauco-virens, inferne laxe villosus. Caule erecto superius ramoso, ramis corymbosis: foliis radicalibus in petiolum productis, caulinis sessilibus decurrentibus, omnibus sinuatis, crasseque cartilagineo marginatis, valide dentato-spinosis, spina lobi terminalis longiore: calathis grandibus: involucri squamis externis pectinatis: pappo nullo.

S. maculatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 277. *n.* 991 - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 592.

In agris mare versus. *Al Pisciarello, a Ponte Galera* etc.

Ann. Flor. Julio. Flosculi lutei extus nigro-pilosi.

Obs. Antherae coeruleo-nigrae. Folia saepe albo maculata.

1741. HISPANICUS *L. Sp. Pl. p.* 1143. Albicans villosus. Caule decumbente erectove inferne interrupte alato, ramis patulis inferioribus longioribus adscendentibus: foliis radicalibus in petiolum productis, caulinis sessilibus decurrentibus, omnibus sinuatis subtiliterque cartilagineo marginatis, valide dentato-spinosis, spina terminali robustiore: calathis grandibus solitariis spicatim dispositis: involucri squamis paucis externis dentato-spinosis: pappo 2-4-seto.

S. hispanicus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 69. *n.* 205. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 277. *p.* 992. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 594. - S. chrysanthemum *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 15.

Ubique in ageribus ruderatis novalibus.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi lutei.

Obs. Antherae luteae. Folia maculis reticulatis albis percursa.

Usus. Cortex radicis et folia teneriora varimode cocta magno in pretio sunt apud nos sub hyeme, et sub nomine *Radice di pastinaca* venduntur.

CATANANCHE.

1742. LUTEA *L. Sp. Pl. p.* 1142. Villosa. Caule ut plurimum simplici: foliis lanceolato-elongatis integris vel aliquando remote denticulatis trinerviis: pedunculis elongatis laxe scarioso-bracteatis: calathis majusculis: involucri squamis externis ovatis, internis lanceolato-acuminatis.

C. lutea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 277. *n.* 993. - *Bert. Fl. It.*

t. 8. *p.* 586. – Condrylla cyanoides lutea coronopi fol. non diviso *Barrel. Ic.* 1135.

In agro cornetano frequens.

Ann. Flor. Majo. Flosculi lutei.

KENTROPHYLLUM.

1743. LANATUM *DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 610. Viscidulum, et arachnoideo-lanuginosum praecipue superne. Caule erecto ramoso-corymboso: foliis cartilagineis, inferioribus pinnatifidis in petiolum productis, laciniis brevibus paucidentatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus grosse dentato-spinosis: involucri squamis externis foliis conformibus.

K. lanatum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 66. – Carthamus lanatus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 277. *n.* 994. – Atractilys Theophrasti et Dioscoridis succo sanguineo *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 19. *et* A. tractylis *fig. p.* 23.

In sterilibus et ageribus commune.

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

Obs. Odor subbalsameus.

CARDUNCELLUS.

1744. COERULEUS *DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 615. Subfloccosus. Caule erecto adscendentove ut plurimum simplici: foliis lanceolatis reticulato-venosis grosse serrato-spinulosis, caulinis sessilibus, radicalibus longe petiolatis.

C. coeruleus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 69. – Carthamus coeruleus *α Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 278. *n.* 995.

β tingitanus. Foliis inferioribus pinnatifidis laciniis serratis.

C. coeruleus *β Bert. l. c. p.* 70. – Cartamus coeruleus *β Seb. et Maur. l. c.*

x pinnatifidus. Foliis inferioribus profundissime pinnatifidis, laciniis linearibus acutis dentatis, rachide angustissima.

C. coeruleus *α Bert. l. c.*

In sterilibus pascuis circa urbem et in locis maritimis. *Alla Crescenza* , *alla Farnesina* etc. *α Ostia*, *Civitavecchia*, *β Sul monte Mario.* etc.

Perenn. Flor. Junio–Julio. Flosculi coerulei.

CARLINA.

1745. ACAULIS *L. Sp. Pl. p.* 1160. Glabra. Caule brevi simplici , nullove: foliis pinnatifidis laciniis inaequalibus inciso-dentatis margine valide spinosis, radicalibus rosulatis petiolatis, petiolo inermi, caulinis sessilibus amplexicaulibus: calatho maximo solitario: involucri squamis internis, ligula lineari albo-argentina, terminatis.

C. acaulis *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 48. - C. acaulis α et β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 278. *n.* 996.

In montibus Latii, et Umbriae non rara. *Monte Lucretile, Monte Calvo presso Subiaco, Col Fiorito* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi albi.

Vulgo. *Carlina. Carlina bianca.*

Usus. Carlinae radix a materia medica immerito fere expulsa. Utpote aromatica jam inter stomatica et antiputrida recensita. Montium incolae anthodium et teneras radices comedunt, more *Cynarae vulgaris*, cibum vere gratum. Radices saccharo quoque condiuntur.

1746. ACHANTIFOLIA *All. Fl. Ped. t.* 1. *p.* 156. *tab.* 51. Tomentoso-floccosa, acaulis. Foliis radicalibus grandibus rosulatis longe petiolatis sinuato-pinnatifidis, laciniis inaequaliter angulato-dentatis valideque spinosis : calatho magno solitario : involucri squamis externis valide spinosis , spinis 3-partitis squamis internis, lingula scariosa albo-flavescenti nitida, terminatis.

C. achantifolia *Sang. Cent. tres p.* 113. *n.* 255. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 51.

In apricis montium elatiorum Latii. *Monte Lucretile.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi pallide sulphurei.

1747. LANATA *L. Sp. Pl. p.* 1160. Tomentoso-floccosa. Caule simplici ramosove, ramis subcorymbosis: foliis cartilagineis lanceolatis sinuato-dentatis, dentibus spinis acicularibus terminatis, superioribus sessilibus, inferioribus in petiolum breviter productis: calatho grandiusculo : involucri squamis internis purpureo-roseis, externas foliaceas, aequantibus.

C. lanata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 278. *n.* 997. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 52. - Achantoides parva apula *Columm. Ephr. t.* 1. *p.* 29, et Achantoides *l. c. p.* 27 *fig.* - Acarna flore purpureo rubente *Bocc. Rech. et Obsv. p.* 185. - A. Atractylis folio amplo pur. capite prolifera *Barr. Ic.* 483.

In marginibus agrorum mare versus frequens et ad ripas Tyberis. *Acqua acetosa.*

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutescentes.

1748. VULGARIS *L. Sp. Pl. p.* 1161. Caule simplici ramosoque: foliis lanceolatis inaequaliter laciniato-dentatis, radicalibus in petiolum brevem productis, caulinis sessilibus, supremis abbreviatis, omnibus supra glabris subtus, laxe tomentosis : calathis mediocribus solitariis corymbosisve: involucri squamis internis lineari-lingulatis pallide stramineis extus purpurantibus, externas foliaceas, superantibus.

C. vulgaris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 278. *n.* 998. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 54.

In montibus Tusculanis Albanis Ciminis etc. frequens.

Bienn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi purpurei.

1749. CORYMBOSA *L. Sp. Pl. p.* 1160. Caule glabro ramoso-corymboso: foliis cartilagineis floccoso-tomentosis glabrisve lanceolatis remote sinuato-dentatis, dentibus inaequalibus rigidis spinosis, spinis saepe conjugatis, inferioribus breviter petiolatis, superioribus semiamplexicaulibus: calathis mediocribus: involucri squamis internis lingulatis luteo-albis, squamas externas foliaceas, superantibus.

C. Corymbosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 279. *n.* 999. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 58. - Acarna, sive Acorna altera *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 28. et A. Apula umbellata *l. c. fig. p.* 27. - Atractylis hispanica tenuifolia fl. luteo *Barr. Ic.* 594. - Carlina sylvestris incana Cornucopioides Savonensis *Bocc. Mus. di piant. p.* 169. et C. cornucopioides *l. c. tab.* 125.

In ageribus circa Romam vulgaris.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

ARCTIUM.

1750. *LAPPA L. Sp. Pl. p.* 1143. Caule erecto sulcato alterne ramoso: foliis subundulatis acute denticulatis subtus tomentosis, superioribus ovatis, inferioribus subcordatis grandibus longeque pedunculatis: calathis crassis mediocribus racemosis arachnoideo-tomentosis cito glabratis: involucri squamis longe acuminatis apice uncinatis senio patentibus.

A. Lappa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 279. *n.* 1000. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 598. - Lappa sive Bardana major flore albo. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 63.

Secus fossas in umbrosis commune.

Bienn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi purpurei raro albi.

Vulgo. *Lappone*, *Bardana*.

Usus. Decoctum radicis, et melius corticis radicis vi diuretica depurativa et purganti gaudet, ideo saepe levaminis est in morbis flogisticis et praesertim in nephritide et artrhitide.

1751. *BARDANA Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1632. Caule erecto parce ramoso: foliis cordato-ovatis integerrimis leviterve dentantis subtus dense breviterque tomentosis, inferioribus praeamplis: calathis majusculis crassis in racemis vel

corymbis longe pedunculatis: involucri squamis longe subulatis apice uncinatis patentibus arachnoideo-tomentosis.

A. Bardana *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 600. - A. tomentosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 279. *n.* 1001.

In umbrosis praecedenti minus frequens.

Bienn. Flor. Julio. Flosculi purpurei.

Obs. Nomen vulgare et usus praecedentis speciei, nam Rizhotomi indiscriminatim radices utriusque speciei colligunt.

ONOPORDUM.

1752. *ACANTHIUM* L. *Sp. Pl. p.* 1158. Albo-tomentosum. Caule erecto alterne ramoso: foliis ovato-oblongis sinuato-lobatis, lobis inaequalibus acutis spinis lutescentibus terminatis, radicalibus prostratis, caulinis sessilibus in alis latis decurrentibus: calathis grandibus solitariis terminalibus: involucri squamis subconcavis, spinis longis acutis patulis squarrosisve terminatis.

O. Acanthium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 279. *n.* 1002. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 42. - Acanthium tomentosum capite et sem. maj. crispantibus caulium alis *Barrel. Ic.* 502.

In Latii et Sabinae montibus *Monte Gennaro* etc.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurei.

1753. *TAURICUM* Willd. *Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1687. Intense virens, pubescenti-viscidum quandoque glabrum. Caule elato erecto ramoso : foliis oblongis sinuato-lobatis, lobis irregularibus acutis valide spinosis, radicalibus prostratis, caulinis sessilibus in alis latiusculis decurrentibus: calathis grandibus solitariis terminalibus: involucri squamis lanceolatis viscidis in spinis validis productis, internis erectis, externis patententissimis.

O. tauricum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 43. – O virens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 280. *n.* 1004. - Acanthium virens majoribus capitis spinis *Barrel. Ic.* 501.

In ruderatis ad vias frequens in Urbe ipsa.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurei.

1754. *ILLYRICUM* L. *Sp. Pl. p.* 1158. Albo-tomentosum. Caule crasso ramoso : foliis angustis oblongo-lanceolatis sinuato-dentatis dentibus acute spinosis , radicalibus oblongis , caulinis praesertim inferioribus abbreviatis in alas angustas continuatas decurrentibus: calathis grandibus terminalibus solitariis: involucri squamis ovato-lanceolatis acuminato-spinosis, internis patulis squarrosisve, caeteris recurvatis.

O. illyricum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 44. – O. arabicum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 279. *n.* 1003. – Carduus tomensosus acanthifolio altissimus, lusitanicus *Barrel. Ic.* 591.

In agro romano vulgatissimum.

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurei.

CYNARA.

1755. HORRIDA *Ait. Hort. Kew. ed.* 1. *t.* 3. *p.* 148. Caule humili tomentoso superne ramoso-corymboso: foliis grandibus pinnatifidis, pinnis angustis oblongis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus, omnibus dentibus petioloque in latus spinosis, spinis validis basi laciniarum saepe geminatis: calathis maximis: involucri squamis lata basi lanceolatis mucrone crasso valido terminatis.

C. horrida *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 46. – C. Cardunculus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 280. *n.* 1005.

In pascuis marginibus agrorum mare versus.

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi coerulei.

Obs. Species prorsus diversa a *C. Cardunculo.* Vulgo. *Carciofoli* in qua cultura numquam transit ut aliqui autumarunt.

JURINEA.

1756. MOLLIS *DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 676. Caule erecto parce ramoso basi tomentoso apice subnudo: foliis pinnatifidis, integris quandoque intermixtis, floccosis subtus cano-tomentosis revolutis crispeque undulatis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus, omnium lobis ovatis oblongisque integris: calathis majusculis terminalibus: involucris lanuginosis.

J. mollis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 608. – Carduus mollis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 281. *n.* 1110.

In montibus subapenninis. *Monte Calvo presso Subiaco.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi purpurei.

CARDUUS.

1757. LEUCOGRAPHUS *L. Sp. Pl. p.* 1149. Arachnoideo-floccosus. Caule erecto non raro superne ramoso, ramis elongatis saepe longissimis unifloris: foliis oblongis sinuato-pinnatifidis dentato-spinosis, radicalibus in petiolum breviter productis, caulinis in alas quandoque incompletas decurrentibus: calathis majusculis nutantibus: involucri hemisphaerici squamis internis inermibus.

C. leucographus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 280. *n.* 1006. – *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 815.

In ageribus et arvis frequens.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi purpurei.

1758. NUTANS *L. Sp. Pl. p.* 1150. Incano-villosus quandoque simpliciter pubescens. Caule erecto ramoso, ramis 1-floris: foliis sinuato-pinnatifidis, laciniis subtrilobis ciliato-spinulosis lobis dentibusque spina solida terminatis, radicalibus in petiolum productis, caulinis in alas decurrentibus: calathis hemisphaericis amplis nutantibus, involucri squamis externis reflexis.

C. nutans. *Sebast. En. Pl Amph. Flavii. p.* 34. *n.* 50. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 280. *n.* 1007. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 617. - Onopixus amplo capite purp. angustifolius *Barrel. Ic.* 1116.

β montosus. Caule, excepto apice, glabro, foliis glabris subtus glaucis.

C. nutans *β Bert. l. c. p.* 618. - Chameleon Alpinus, sonchi spinoso lucido folio, radice nigra, alato caule. *Bocc. Mus. di piant. p.* 148.

Ad vias et in ruderatis vulgaris nec non in elatis montium, *β* in aridis elatiorum montium. *Vettore* in Umbria, *Sasso Borghese* in Piceno.

Ann. Flor. Majo-Junio, in editis Julio. Flosculi purpurei.

Obs. Planta admodum polymorpha, tomento, lobis foliorum, acumine spinarum, magnitudine varimode ludens. Pagina superior foliorum saepe albo-maculata.

1759. PERSONATA *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1651. Caule erecto superne ramoso leviter floccoso: foliis tenuiter ciliato-spinosis supra viridibus subtus tomento brevi canescentibus, inferioribus pinnatifidis lobo impari majore laciniato-dentato quandoque ovato, superioribus lanceolatis inaequaliter dentatis in alas angustissimas semidecurrentibus: calathis parvis glomeratis: involucri hemisphaerici squamis mollibus apice recurvis.

C. personata *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 624.

In apennino umbro. *Monte li Catini.*

Bienn. Flor. Junio-Julio. Flosculi kermesini.

1760. PYCNOCEPHALUS *L. Sp. Pl. p.* 1151. Floccoso-tomentosus. Caule erecto praecipue superne ramoso: foliis pinnatifido-sinuatis acute dentatis ciliato-spinulosis, inferioribus in petiolum brevem productis, superioribus in alas plus minusve latas decurrentibus, omnium laciniis dentibusque spina robusta terminatis: pedunculis brevibus nudis racemosis raro solitariis: calathis submediocribus: involucri cylindrici squamis erectis imbricatis, externis quandoque recurvis.

C. pycnocephalus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 33. n. 49. - Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 280. n. 1008. - Bert. Fl. It. t. 8. p. 625.*

In ageribus et ad sepes vulgaris.

Ann Flor. Majo-Junio. Flosculi purpurei.

1761. SIMPLICIFOLIUS *Nob.* (*Sang. Fl. Rom. Prod. tab.* 2.) Glaber. Caule erecto valde ramoso, ramis elongatis : foliis sessilibus albo-verrucosis ovato-acuminatis, peduncularibus parvis lanceolatis, omnibus in alas angustas inferius continuatas decurrentibus, foliis alisque dentato-denticulatis tenuiter spinosis : calathis submediocribus racemosis: involucri squamis lineari-acuminatis in spina exili subinnocua productis, tandem patulis.

In sylvis montium Umbriae. *Monti li Catini.*

Ann. Flor. Augusto. Flosculi purpurei.

Obs. Species inter acicularem, et pycnocephalam media, ab utraque praecipue distincta glabritie, caule ramosissimo toto angustissime alato, foliis simplicibus verrucosis maculatis, pedunculis elongatis, spinis tenuissimis.

1762. AFFINIS *Guss. Pl. Rar. p.* 334. Caule erecto striato apice floccoso, ramis corymbosis : foliis subtus tomentosis oblongo-lanceolatis decurrentibus pinnatifido-lobatis, laciniis lobisque dentatis ciliato-spinosis, spinis terminalibus validis: calathis grandiusculis in corymbo depauperato, pedicellis incano-tomentosis superne aphyllis: involucri ovati squamis exterioribus lineari-subulatis subpatulis, interioribus longioribus lanceolatis inermibus, omnibus flosculis brevioribus.

C. affinis *Sang. Cent. tres p.* 113. *n.* 254. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 632.

In apricis montium Umbriae. *Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Julio. Flosculi rosei vel purpurei.

1763. CEPHALANTHUS *Viv. Fl. Cors. Diagn. p.* 14. Breviter molliterque pilosus. Caule crasso elato fistuloso superne ramoso: foliis pinnatifidis inferioribus in petiolum longe productis , superioribus sessilibus in alas latiusculas decurrentibus, omnium laciniis lobato-grandi-dentatis, dentibus lobisque spina terminatis: calathis parvis numerosis in corymbo abbreviato condensato, foliis linearibus pinnatifidis longe valideque spinosis auctis: involucri ovato-cylindrici squamis lanceolatis, externis spinosis, internis inermibus.

C. cephalanthus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 628.

In maritimis. *All' isola del Giglio* reperit et communicavit Joseph Riccioli Musaei nostri Mineralogici primus Custos solertissimus.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Flosculi laete purpurei.

1764. *MARIANUS* *L. Sp. Pl. p.* 1153. Arachnoideo-floccosus nudusve. Caule tereti striato erecto simplici ramosove: foliis amplis albo maculatis dentato-spinulosis, caulinis semiamplexicaulibus oblongis, radicalibus pinnatifido-sinuatis crispo-undulatis: calathis maximis solitariis terminalibus: squamis involucri lanceolato-elongatis patentibus canaliculatis ciliato-spinulosis, spina robusta tandem recurva terminatis.

C. marianus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 33. *n.* 48. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 281. *n.* 1009. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 637.

In ruderatis et ad vias communis.

Ann. Flor. Majo. Flosculi purpurei.

Vulgo. *Cardo asinino, Cardo mariano, Erba del latte.*

Usus. In materia medica Linnaei herba et semina Cardui Mariae enumerantur utpote sudorifera, et diuretica; nunc prosus oblita. Radices hyeme exeunte effodiuntur, earumque cortex venditur sub nome *Radiche di Pastinaca* una cum radicibus *Scolymi hispanici.*

CNICUS.

1765. *POLYANTHEMUS* *Bert. Amoen. It. p.* 41. *n.* 1. Arachnoideo-subfloccosus. Caule elato erecto ramoso, ramis elongatis: foliis oblongo-lanceolatis spinuloso-ciliatis pinnato-lobatis, lobis palmatis spina longa robusta terminatis, radicalibus in petiolum productis, caulinis in alas completas decurrentibus, omnibus subtus dense tomentosis, calathis minusculis spicato-glomeratis: involucri squamis oblongis ciliatis spina longa terminatis.

C. polyanthemus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 5. - C. pungens *Sebast. Rom. Pl. Fas.* 1. *p.* 9. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 281. *n.* 1011. *Tab.* 7. - Carduus pycnocaephalus palustris. *Triumf. Obser. p.* 103.

Ad fossas circa Urbem vulgaris.

Bienn. Flor. Junio Flosculi purpureo-rosei.

1766. *STRICTUS* *Ten. Cat. Pl. Hort. Reg. Neap. ann.* 1813. *p.* 28. Caule glabro erecto angulato ut plurimum simplici: foliis cartilagineis lanceolato-acuminatis pinnatifido-lobatis subtus valide nervosis, nervis in spinas acutas robustas continuatis, caulinis in alas breves completas, radicalibus in petiolum decurrentibus, omnibus subtus subfloccoso-arachnoideis: calathis majusculis solitariis axillaribus, supremis approximatis brevissime pedunculatis: involucri squamis ovato-lanceolatis arachnoideis, spina longa patenti terminatis.

C. strictus *Sebast. Rom. Pl. Fasc.* 2. *p.* 18. - *Seb. et Maur. Fl. Rom.*

Prod. p. 282. *n.* 1015. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 7. – Carduus nemorosus italicus *Barrel. Ic.* 417. - C. pycnocaephalus sylvestris *Triumf. Obs. p.* 100.

In montibus Sabinae et Latii vulgaris.

Perenn. Flor. Augusto. Flosculi purpurei.

1767. LANCEOLATUS *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1666.. Caule elato erecto subpiloso, ramis numerosis patulis: foliis supra setoso-scabris subtus arachnoideo-tomentosis vel glabriusculis pinnatifidis toto margine spinuloso-ciliatis, laciniis palmato-lobatis, lobis acutis spina valida terminatis: calathis majusculis cauli ramisque terminalibus, supremis quandoque paniculatis: involucri ut plurimum arachnoidei squamis lanceolato-linearibus apice spinosis, spinis patentibus.

C. lanceolatus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 37. *n.* 66. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 282. *n.* 1013. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 8.

In ruderatis ad vias vulgaris.

Bienn. Flor. Junio. Flosculi purpurei.

1768. ITALICUS *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 282. *n.* 1014. Caule humili erecto ramosissimo ut plurimum arachnoideo-villoso: foliis strictis supra scabris subtus arachnoideo-tomentosis, margine spinuloso-ciliato, pinnatifidis, pinnis remotis lanceolato-linearibus subtrilobis, lobis acutis spina longa tenui terminatis , caulinis basi cordata breviter decurrentibus : calathis parvis terminalibus solitariis involucratis : involucri squamis oblongo-lanceolatis , spina longa robusta erecto-patula basi callosa, terminatis.

C. italicus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 282. *n.* 1015. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 10.

In Sabinae montibus non infrequens. *Monte Lucretile* etc.

Bienn. Flor. Julio-Augusto Flosculi purpurei.

1769. ACARNA *L. Sp. Pl. p.* 1158. Incano-tomentosus. Caule erecto alterne ramoso , ramis superioribus corymbosis : foliis lanceolato-acuminatis breviter remoteque pinnatifido-lobatis spinosis , spina media terminali robustiore elongata , caulinis in alas latiusculas complete decurrentibus : calathis majusculis solitariis cauli ramisque terminalibus, folio extimo bracteante quidquam superatis: involucri cylindrici , squamis adpressis lanceolato-linearibus , spina pinnata terminatis.

C. Acarna *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 281. *n.* 1012 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 11.

In montibus calcareis Latii. *Intorno S. Polo.*

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flosculi dilute purpurei.

1770. *monspessulanus* *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1666. Caule elato ut plurimum simplici: foliis lanceolatis parvidentatis inaequaliter setoso-ciliatis repandis, radicalibus in petiolum, caulinis in alas mediocres quandoque completas decurrentibus: calathis parvis in racemo congesto pedicellis cano-tomentosis. involucri subglobosi squamis lanceolatis spina brevi terminatis, internis inermibus.

C. monspessulanus *Fior. in Gior. dei Letter. di Pisa* 1828. *t.* 17. *p.* 129. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 12.

In ageribus, et secus canales Pontinos.

Perenn. Flor. Majo. Flosculi rosei.

1771. *Erisithales* *L. Sp. Pl. p.* 1157. Glaber. Caule erecto ramoso, ramis elongatis: foliis grandibus laxis pinnatifidis, laciniis dilatatis approximatis nervoso-venosis crebre et inaequaliter spinuloso-ciliolatis laxe obscureque dentatis, caulinis amplexicaulibus, radicalibus breviter petiolatis: calathis majusculis terminalibus solitariis vel 2-3 approximatis: involucri glutinosi squamis lanceolatis squarrosis externis brevioribus.

C. Erisithales *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 19.

In sterilibus apenninorum Umbriae et Piceni *Vettore* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi ochroleuci quandoque purpurei.

1772. *oleraceus* *L. Sp. Pl. p.* 1156. Glaber. Caule erecto sulcato simplici parceve ramoso: foliis pinnatifidis, pinnis ovato-acuminatis dentato-spinosis totoque margine spinuloso-ciliatis, inferioribus in petiolum productis, mediis sessilibus basi auriculato-amplexicaulibus ultimis subintegris: calathis grandiusculis solitariis vel fasciculatis terminalibus: involucri squamis lanceolato-linearibus erectis imbricatis spinula innocua terminatis, foliisque supremis involucratis.

C. oleraceus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 24.

In apennino Piceni. *Infernaccio di S. Leonardo.*

Perenn. Flor. aestate. Flosculi pallide ochroleuci.

1773. *eriophorus* *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1669. Caule erecto striato tomentoso-floccoso, ramis patulis: foliis pinnatifidis supra spinuloso-hispidis subtus albo-tomentosis, laciniis angustis saepe divaricato-bipartitis spina valida terminatis: calathis magnis solitariis cauli ramisque terminalibus foliis que supremis bracteatis: involucri lanati squamis lineari-acuminatis erectis apice spinosis, externis tandem recurvis.

C. eriophorus *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 282. *n.* 1016. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 25.

In montibus calcareis. *Monte Calvo di Subiaco*, *Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi purpurei.

1774. FEROX *L. Mant.* 1. *p.* 109. Caule erecto sulcato alterne ramoso: foliis pinnatifidis supra margineque spinuloso-hispidissimis subtus albo-tomentosis, pinnis angustissimis, frequenter 2-3-partitis, partibus spina valida terminatis : calathis magnis terminalibus folio extimo bracteante superatis : involucri aracnoideo-lanati squamis lineari-acuminatis erectis spina longa terminatis.

C. ferox *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 27.

In pascuis alpinis sterilibus Umbriae et Piceni. *Monte la Ventosa.*

Bienn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi albi vel purpurei.

1775. ARVENSIS *Smith. Engl. Fl. t.* 3. *p.* 389. Subtomentosus. Caule erecto sulcato-ramoso, ramis paniculatis: foliis lanceolatis sinuato-dentatis undulatis spinulosis, caulinis sessilibus, radicalibus profundius partitis in petiolum productis: calathis parvis corymbosis: involucri squamis ovato-lanceolatis arcte imbricatis muticis mucronulove terminatis.

C. arvensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 283. *n.* 1018. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 31. - Ceanothus Theophrasti *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 45. - Cirsium arvense Sonchi folio. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 77.

In vineis arvis ageribus communis.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurei.

Vulgo. *Stoppione.*

1776. SYRIACUS *Willd. Sp. t.* 3. *p.* 1683. Glaber. Caule erecto sulcato superne saepe ramoso : foliis oblongis albo-maculatis sinuato-lobatis, caulinis sessilibus amplexicaulibus inaequaliter dentatis, dentibus valide spinosis, inferioribus majoribus in petiolum productis lobis latioribus spinis brevioribus : calathis majusculis in racemo denso, folio extimo validissime spinoso superatis: involucri squamis lanceolato-elongatis spina brevi terminatis.

C. syriacus *Sebast. Rom. Pl. Fasc. Alter. p.* 10. *tab.* 6. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 283. *n.* 1017. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 35. - C. syriacus β floribus albis *Maur. Cent.* 13. *p.* 39.

In arvis et viis mare versus. *A Ponte Galera*, *a Civitavecchia* abbunde.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurei vel albi.

Usus. Omnes Carduorum species dum campis et arvis infestae Alkali *Potassa* abbundant, ita ut, dum sedulo a campis eliminamus, eorum cineres vel aeconomiae utilissimae vel ad fertilitatem agrorum promovendam aptissimae.

SERRATULA.

1777. *tinctoria* *L. Sp. Pl. p.* 1144. Glabra. Caule erecto superne ramoso: foliis ovato-oblongis toto margine crebe arguteque serrulatis, primis radicalibus integris, caeteris caulinisque adscendendo angustatis pinnatifidis, pinnis lanceolatis distinctis: calathis parvis in corymbis terminalibus: involucri cylindrici squamis ovatis acutis margine pubescentibus.

S. tinctoria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 283. *n.* 1019. - *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 601. – Jacea praealta Centauroides montana Italica *Bocc. Mus. di Piant. p.* 45. *tab.* 37. – et J. praealta altera angusto Plantaginis folio *l. c. p.* 45. *tab.* 32. - J. nemorensis quae serratula vulgo. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 79.

In montani calcareis Latii. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi purpurei.

Vulgo. *Serratola.*

Usus. In arte tinctoria valet ad lintea colore luteo inficienda.

1778. *nudicaulis* *DC. Prod. Syst. nat. part.* 6. *n.* 669. Glabra glaucescens. Caule simplici erecto basi parce folioso: foliis ovatis lanceolatisve integris dentatis ciliatis, inferioribus in petiolum longe productis, caeteris sessilibus: calatho mediocri solitario terminali: involucri squamis ovatis externis in mucronulum, internis in lingulam scariosam dilatatam terminatis.

S. nudicaulis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 606. – Jacea Intybacea cap. rubro spinoso *Barrel. Ic.* 1218. - *Bocc. Mus. di Piant. p.* 60. *tab.* 48. et Centaurium alpinum glabro angusto Bistorto folio *l. c. p.* 65. *fig.* 55.

In alpestribus apenninorum Nursiae. *A Capo d'acqua.*

Perenn. Fl. Junio-Julio. Flosculi purpurei.

ADENOSTYLES.

1779. *alpina* *De Not. Rep. p.* 205. Caule erecto simplici ramosove: foliis irregulariter dentatis glabris, inferioribus reniformibus in petiolum exauriculatum productis, mediis triangularibus, supremis sessilibus lanceolatis: calathis 3-5-floris in corymbo fastigiato.

A. alpina *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 79. - Cacalia alpina *Sang. Cent. tres p.* 113. *n.* 256.

In subalpinis Umbrosis. *Radici del Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurascentes.

EUPATORIUM.

1780. *cannabinum* *L. Sp. Pl. p.* 1173. Pubescens. Caule erecto ramoso,

ramis ut plurimum oppositis: foliis petiolatis serratis pinnato 3–5-partitis integrisve: calathis in corymbis fastigiatis densis: acheniis pappo brevioribus.

E. cannabinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 283. *n.* 1020. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 84. - *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 86.

In umidis et secus fossas frequens.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi pallide rosei.

Vulgo. *Eupatorio.*

Usus. Uti amaricans, et corroborans in materia medica olim recensitum, nunc, forsan immerito, oblitum.

1781. CORSICUM *Gren. et God. Fl. de Fran. t.* 2. *p.* 85. Tenuiter puberulum. Caule erecto-ramoso, ramis oppositis: foliis petiolatis ovato-lanceolatis integris vel trisectis: calathis in corymbis abbreviatis laxiusculis: acheniis pappo subaequalibus, quandoque brevioribus.

E. corsicum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 87.

Ad fossas in maritimis. *Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi dilute rosei.

Obs. Facies *E. cannabini* at humilior, et omnibus in partibus minor.

CHRYSOCOMA.

1782. LINOSYRIS *L. Sp. Pl. p.* 1178. Scabrida. Caule erecto simplici ramosove quandoque decumbente: foliis crebris sparsis linearibus strictis: calathis in corymbo terminali subconferto pedicellis dense foliosis: involucri squamis inferioribus patulis superioribus squarrosis.

Ch. linosyris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 283. *n.* 1021. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 89. - Crysocome Dioscoridis et Plinii *Columnn. Ephr. t.* 1. *p.* 81. et Ch. *l. c. p.* 82.

In collibus et in maritimis. *Sul monte Mario, ad Ostia* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

1783. PALUSTRIS *Sav. Pugill di Piant. n.* 12. Glaucescens. Caule simplici ramosoque ut plurimum erecto : foliis crassiusculis lanceolato-linearibus obtusiusculis patentibus reflexisque : calathis in corymbo terminali laxiusculo pedicellis densè foliosis: involucri squamis apice recurvis.

C. palustris *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 91.

In maritimis. *Ostia, lungo i canali Pontini, a Terracina* etc.

Perenn. Flor. Octobri. Flosculi lutei.

STAEHELINA.

1784. DUBIA *L. Sp. Pl. p.* 1176. Tomentoso-floccosa. Caule ramosis-

simo erecto , ramis strictis : foliis linearibus denticulatis integrisve margine revolutis supra viridibus subtus niveis: tubo corollae limbo longiore.

S. dubia *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 87. – Chamaechrysocome praelongis purpurascentibus Jaceae capitulis. *Barrel. Ic.* 406.

In rupestribus australibus Nursiae. *S. Pellegrino.*

Suffrut. Flor. Julio in Autumnum. Flosculi purpurei.

SANTOLINA.

1785. *Chamaecyparissus L. Sp. Pl. p.* 1179. Cinereo-tomentosa. Caule erecto ramosissimo, ramis strictis fastigiatis superne nudis: foliis quadrifariam pectinato-pinnulatis, pinnulis crassiusculis brevibus obtusis: calathis hemisphaericis minusculis : involucri squamis lanceolatis nervo carinatis apice subsfacelatis.

β ericoides. Humilior saepe glabrata, pinnulis foliorum tenujoribus.

S. Chamaecyparissus *β Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 93. – Santolina foliis rosmarini folio. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 89.

In marginibus viarum campestrium apenninorum. *Vicino Terni.*

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flosculi luteo-aurei.

Vulgo. *Abrotano femmina. Santolina.*

Usus. Santolinae herba amara et aromatica in verminatione infantium jam frequenter usurpata, nunc vix in usu.

1785. *leucantha Bert. Amoen. It. p.* 43. Glabra. Caule erecto ramoso, ramis adscendentibus superne nudis: foliis inferioribus quadrifariam, superioribus simpliciter pinnatis, pinnulis subulatis longiusculis patentibus: calathis hemisphaericis minusculis : involucri squamis lanceolato-linearibus nervo carinatis externis acutis, internis obtusis vix apice sphacelatis.

S. leucantha *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 94.

In aridis apenninorum Umbriae inter saxa.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi albi.

Vulgo. *Camomilla, Erba da tagli.*

Usus. Loco Matricariae Chamomillae a montium incolis usurpatur; vulnerariae quoque nomen habet.

BIDENS.

1787. *tripartita L. Sp. Pl. p.* 1165. Glabra. Caule striato erecto alterne ramoso : foliis planis 3-partitis, partibus lanceolatis acutis serratis impari majore; bracteis involucrantibus ovato-oblongis calatho multo longioribus: acheniis 2-aristatis.

B. tripartita *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 284. *n.* 1023. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 75.

In inundatis et ad fossas. *A S. Pietro Montorio , intorno il lago della Villa Pamfili* etc.

Ann. Flor. Augusto-Septembri. Flosculi flavi.

DIOTIS.

1778. *candidissima Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 261. Cano-tomentosa, tomento brevi mollissimo. Caule caespitoso, foliis numerosis sessilibus, toto vestito: calathis mediocribus corymbosis : involucri campaniformis squamis adpressis.

D. candidissima *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 97. - Santolina maritima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 284. *n.* 1022.

In litore arenoso maris nostri. *Ostia*, *Fiumicino*, *Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Junio. Flosculi lutei.

Syngenesia-Polygamia-superflua.

TANACETUM.

1789. *vulgare L. Sp. Pl. p.* 1184. Glabrum. Caule erecto angulato simplici vel superne ramoso : foliis interrupte pinnatifidis superioribus sessilibus inferioribus in petiolum productis, superiorum laciniis pectinato-serrulatis, inferiorum pinnatifido-serratis: calathis in corymbo composito fastigiato: acheniorum margine lobulato.

T. vulgare *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 284. *n.* 1024. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 104.

In montosis ad margines sylvarum.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

Vulgo. *Aniceto*, *Tanaceto*.

Usus. In materia medica Linnaei Tanaceti flores semina herba enumerantur , nunc flores tantum usurpantur , at praesertim a vulgo uti tonicum , antelminticum, febrifugum. Medicamentum sane non aspernendum.

ARTEMISIA.

1790. *spicata Jacq. Fl. Aust. t.* 5. *p.* 46. Incano tomentosa. Caule humili caespitoso adscendente vel erecto: foliis inferioribus biternatifidis, pinnatifidisve laciniis trifidis, successivis pinnatifidis trifidisve, supremis indivisis: calathorum glomerulis breviter pedicellatis in racemo spicaeformi: involucri hemisphaerici squamis oblongis obtusis margine scariosis.

A. spicata *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 112. - Absinthium pumilum palmatum minus argenteo sericeoque folio *Bocc. Mus. di Piant. p.* 81 et Absinthium pumilum palmatum minus argenteo sericeoque folio hisp. et ital. *l. c. tab.* 71.

In aridis apenninorum Umbriae, et Piceni praesertim ad margines viarum campestrium.

Suffruticul. Flor. Junio-Augusto. Fosculi lutei.

1791. CAMPHORATA *Vill. Dauph. t.* 3. *p.* 242. Tomentoso-viscosa. Caule simplici adscendente vel erecto : foliis caulinis inferioribus bipinnatifidis in petiolum productis, superioribus simpliciter pinnatifidis, laciniis jamdudum filiformibus , floralibus simplicibus: calathis cernuis in racemo elongato laxo : involucri globosi squamis angustis, internis ellipticis margine scariosis.

A. camphorata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 285. *n.* 1028. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 115. - Abrotanum mas incanum *Columm. Ecph. t.* 2. *p.* 54.

In montium sterilibus non rara. *Intorno Tivoli* etc.

Suffrut. Flor. Julio-Augusto. Flosculi luteoli.

Vulgo. *Abrotano maschio.*

1792. ARBORESCENS *L. Sp. Pl. p.* 1188. Incano-tomentosa. Caule terete erecto alterne multiramoso : foliis inferioribus tripinnatifidis, sucessivis bipinnatifidis, ultimis sessilibus subsimplicibus, simplicibusque linearibus : calathis in racemo composito: involucri globosi crassi squamis externis lanceolato-linearibus, internis ovatis obtusis margine scariosis.

A. arborescens *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 121. - A. argentea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 285. *n.* 1027.

In muris antiquis Urbis. *Sepolcro di Cecilia Metella , Colosseo , Tempio di Minerva medica* etc.

Frutex. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

Vulgo. *Assenzio arboreo.*

1793. ABSINTHIUM *L. Sp. Pl. p.* 1188. Tomento brevi incana. Caule erecto ex inferne ramoso, ramis alternis: foliis caulinis inferioribus pinnatifidis laciniis pinnatifido-subflabellatis lacinulis planis apice subtridentatis, in superioribus laciniis minoratis, floralibus sessilibus simplicibus linearibus: calathis secundis in racemo composito pyramidato : involucri globulosi squamis externis linearibus, internis oblongis apice scariosis.

A. Absinthium *Seb. et Maur. El. Rom. Prod p.* 285 *n.* 1029. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 123.

In ruderibus pagorum frequens.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

Vulgo. *Assenzio, Assenzio romano.*

Usus. Herba *Absinthii* notissima et inter amaricantia praestantissima, in debilitate stomachi in febbribus intermittentibus et putridis nec non in verminatione communiter adhibita Tinctura aquosa et alcoolica, extractum, syrupus etc. in usu sunt, at praesertim potio vinosa quae commercio traditur sub nomine *Vermuth.*

1794. VULGARIS *L. Sp. Pl. p.* 1188. Caule elato erecto ramoso, ramis alternis subfastigiatis : foliis caulinis pinnatifidis laciniis latis inciso-dentatis, successivis depauperatis, floralibus linearibus ascendendo angustioribus, omnibus supra glabris viridibus subtus albo-tomentosis : calathis numerosissimis in racemo composito stricto: involucri ovoidei sublanati squamis externis linearibus, internis oblongis margine scariosis.

A. vulgaris *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 27. *n.* 23 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 284 *n.* 1025. - *Bert. Fl. It. t.* 9 *p.* 126.

In cultis ruderatis ageribus vulgaris.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

Vulgo. *Assenzio salvatico.*

Usus. In officinis jam sub nomine Artemisiae albae et rubrae cognita uti amaricans, nunc vix in usu. Radix contrita in Moxa, et Carbonibus adhibita, nunc oblita.

1795. COERULESCENS *L. Sp. Pl. p.* 1189. Viridi-coerulescens subtomentosa vel glabrata. Caule erecto parce ramoso, ramis subpatulis: foliis ludibundis, inferioribus ut plurimum uni-bi-pinnatifidis laciniis angustis linearibus vel lanceolato-linearibus, successivis lanceolatis utrinque attenuatis quandoque parce pinnatifidis, floralibus jamdudum simplicibus linearibus: calathis parvis in racemo composito pyramidato, racemulis nutantibus erectisve : involucri cylindrici canescentis squamis externis carinatis, internis vix apice scariosis.

A. coerulescens *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 130. - Absinthium latifolium rarius Artemisiae folio. *Columm. Ecphr. t.* 2 *p.* 75. *fig.* 76.

In maritimis ad saxa et in ruderatis. *Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Augusto-Septembri. Flosculi lutei.

XERANTHEMUM.

1796. INAPERTUM *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1902. Tomento flocceso incanum. Caule erecto ramoso, ramis patulis: foliis lanceolato-linearibus supra virescentibus : calathis solitariis terminalibus : involucri campaniformis squamis

internis, lingula scariosa colorata terminatis: flosculorum foemineorum pappo rudimentali, hermaphroditorum 5-squamato.

X. inapertum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 285. *n.* 1030. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 168. – Jacea pusilla oleae folio purpureis congestisq. floribus *Barrel. Ic.* 1126.

In subapenninis apricis. *Nei monti vicino Tivoli.*

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flosculi purpurascentes.

1797. CYLINDRACEUM *Sibth. et Smith. Flor. Graec. Prod. t.* 2. *p.* 172. Tomento lloccoso incanum. Caule erecto paniculato ramoso, ramis numerosis patulis elongatis superius nudis: foliis lanceolatis supra virescentibus: calathis solitariis terminalibus: involucri cylindrici squamis apice scariosis dorso tomentosis internis lingula brevissima colorata terminatis: pappo florum foemineorum rudimentali, hermaphroditorum 9-12 squammato.

X. cylindraceum *Bert. Fl. It. t.* 9 *p.* 170. – *Sang. Cent. tres p.* 114. *n.* 257.

In montium petrosis secus *L'Allumiere della Tolfa.*

Ann. Flor. Junio. Flosculi purpurei.

GNAPHALIUM.

1798. CITRINUM *Lamck Fl. Fr. ed.* 2. *t.* 2. *p.* 62. Incano-tomentosum. Caulibus caespitosis simplicibus erectis: foliis linearibus margine revolutis: calathis parvis in corymbo contracto: involucri subrotundi squamis ovatis obtusis scariosis, externis brevioribus.

G. citrinum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 134. – G. angustifolium ex parte *Seb. et Maur Fl. Rom. Prod. p.* 285. *n.* 1031. – Chrysocome seu Stoecas citrina minor. *Barrel. Ic.* 410.

In aridis ad muros et in maritimis. *Roma, Tivoli, Fiumicino* etc.

Suffrut. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei, squamae aureae.

1999. STOECHAS *L. Sp. Pl. p.* 1193. Adpresse cano-tomentosum. Caule erecto ramis strictis: foliis sparsis angustissime linearibus margine revolutis: calathis parvis in corymbo composito, corymbulis convexo-subrotundis: involucri ovati squamis scariosis ovato-oblongis obtusis externis minoribus.

G. Stoechas *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 138. - G. angustifolium ex parte *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 285. *n.* 1031. – Chrysocome major roris marini folio *Barrel. Ic.* 278.

In collibus aridis et ad saxa. *Ronciglione, monti Tiburtini, Albani* etc.

Suffr. Flor. Junio in Septembrem. Flosculi luteo-citrini, squamae pallide stramineae.

Obs. Odor totius plantae ingratus.

1800. LUTEO-ALBUM *L. Sp. Pl. p.* 1196. Albo-lanatum. Caule erecto inferne subramoso: foliis integerrimis oblongo-spathulatis, superioribus lanceolato-acuminatis: calathis parvis in capitulis subcorymbosis, corymbosisve raro solitariis: involucri subcampaniformis squamis scariosis oblongis externis acutis, internis obtusis, omnibus senio stellato-patentibus.

G. luteo-album *Bert. Fl. It t.* 9. *p.* 142. - Chrysocome cetrina supina latifolia Ital. *Barrel. Ic.* 367.

In humidis et ad ripas Tiberis. *Ponte molle.*

Perenn. Flor. Junio ad Septembrem. Flosculi lutescentes, squamae inferne lutescentes superne albo-argentinae.

1801. RECTUM *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1885. Caule simplici erecto albolanato: foliis inferioribus anguste lanceolatis longe in petiolum productis superioribus lanceolato-linearibus, omnibus supra glabris viridibus subtus albo-tomentosis: calathis parvis in racemo spicaeformi basi saepe composito, racemis praesertim inferioribus folio flovali multo brevioribus: involucri cylindracei squamis oblongis obtusis scariosis externis brevioribus.

G. rectum *Maur. Cent.* 13. *p.* 39. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 144.

In sylvaticis apenninorum Umbriae et in montibus Latii. *Valle Canetra, Bosco de' Cavalieri* etc. *S. Polo, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Julio ad Septembrem. Flosculi pallide flavescentes, squamae stramineae apice rubro-fuscae.

1802. SUPINUM *L. Syst. nat. ed.* 2. *t.* 2. *p.* 234. Incano-lanatum pusillum. Caulibus caespitosis adscendentibus ut plurimum simplicibus: foliis linearibus integerrimis, radicalibus caespitosis, caulinis alternis: calathis paucis in capitulis terminalibus sessilibus vel laxe racematis: involucri campaniformis in fructu laxati squamis lanceolato-acutis obtusisve, apice saepe laceris.

G. supinum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 148. – G. alpinum nanum seu pusillum *Bocc. Sic. p.* 40. *et p.* 41. *tab.* 20. *f.* 1.

In herbidis alpinis humidis Piceni. *Monte la Ventosa.*

Perenn. Flor. Julio ad Septembrem. Flosculi lutei, squamae ferrugineae aut fuscae.

1803. ULIGINOSUM *L. Sp. Pl. p.* 1200. Incano-lanatum. Caule decumbente

raro erecto valde ramoso, ramis inordinatis: foliis lanceolato-linearibus lana in pagina superiore minorata, inferioribus in petiolum productis, caulinis sessilibus: calathis parvis in capitulis terminalibus, foliis superioribus involucrantibus superatis: involucri campaniformis squamis internis lanceolatis acutis, externis ovatis, omnibus tandem stellato-patentibus.

G. uliginosum *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 150.

In arenosis ad ripas Tiberis in ipsa civitate. *Alla renella.*

Ann. Flor. Septembri. Flosculi lutei, squamae flavido-lividae vel ferrugineae.

1804. *DIOICUM L. Sp. Pl. p.* 1199. Albo-lanatum. Caule simplicissimo stolonibus reptantibus: foliis radicalibus spathulatis in petiolum productis, caulinis lineari-lanceolatis sessilibus lana in pagina superiore quandoque minorata: calathis parvis in corymbo simplici coarctato: involucri campaniformis squamis obtusis interioribus elongatis: floribus dioicis.

G. dioicum *Sang. Cent. tres p.* 115. *n.* 260. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 151. - G. syriacum flore purpureo. *Barrel. Ic.* 34.

In petrosis montium elatiorum. *Monti della Sibilla.*

Perenn. Flor. Julio. Flosculi masculini lutei, foeminei lutei vel purpureo-rosei: squamae maris albae raro roseae, foeminae ut plurimum pulchre roseae.

Vulgo. *Bambagia salvatica.*

Usus. *Gnaphalii flores* in materia medica Linnaei enumerantur; eorum infusio in morbis pulmonum jam adhibita, vel uti sudorifera.

1805. *LEONTOPODIUM Jacq. Fl. Aust. tab.* 86. Albo-tomentoso-floccosum. Caule humili adscendente simplicissimo foliis obverse lanceolatis attenuatis subtus tomentosioribus: calathis parvis in capitulo terminali bracteis oblongis crassis circumdato: involucri hemisphaerici squamis lanceolatis acutis apice vix erosis.

G. Leontopodium *Sang. Cent. tres p.* 115. *n.* 259. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 154. - G. Leontopodium erectum *Barrel. Ic.* 127. *f.* 8. *et* 128. *f.* 8.

In verticibus montium Umbriae. *Monti della Sibilla.*

Perenn. Fl. Julio. Flosculi flavi, squamae fuscae.

FILAGO.

1806. *GERMANICA L. Sp. Pl. p.* 1311. Cinereo-tomentosa. Caule terete erecto superne [illegible] ramis adscendentibus: foliis lanceolatis acutis: ca-

lathis parvis in capitulis globosis terminalibus et in dichotomia ramorum: involucri pentagoni squamis acuminatis nervosis, nervo in aristam producto.

F. germanica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 286. *n.* 1033. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 157.

In siccioribus et ageribus frequens.

Ann. Flor. Majo–Augusto. Flosculi lutei, squamae flavescentes.

1807. ERYOCEPHALA *Guss. Pl. rar. p.* 344. *tab.* 69. Dense et molliter albo-tomentosa. Caule abbreviato quandoque caespitosulo, ramis divaricatis supremis erectis: foliis crebris lanceolatis acutis: calathis parvis in capitulis globosis axillaribus terminalibusque lana prorsus involutis: involucri cylindrici squamis concavis acuminatis nervosis, nervo in aristam brevem producto.

F. germanica β *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 158.

In saxosis ad radices apenninorum. *S. Pellegrino presso Norcia.*

Ann. Flor. Augusto. Corollulae luteae squamae dilute flavidae.

1808. ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 1312. Tomento molli lanato incana. Caule erecto superne ramoso, ramis paniculatis: foliis oblongo-lanceolatis : calathis parvis in capitulis globosis lateralibus terminalibusque: involucri oblongi squamis acutis muticis.

F. arvensis *Maur. Cent.* 13. *p.* 39. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 160. – Gnaphalium montanum *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 47. *n.* 111.

In arenosis montium , et ad Tiberis ripas , nec non in Amphiteatro Flavio.

Ann. Flor. Junio–Augusto. Flosculi lutei, squamae argentino-stramineae.

1809. MINIMA *Fries Nov. Fl. Suec. ed alt. p.* 268. Incana tomento floccoso. Caulibus tenuibus inferne simplicibus strictis superne dichotomis: foliis brevibus adpressis lineari-lanceolatis: calathis parvis paucifloris glomerulatis in racemis et in dichotomia ramorum: involucri conico-pyramidati squamis ovato-lanceolatis obtusiusculis muticis basi tomentosis apice glabratis tandem stellatim patentibus.

F. minima *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 161. – Gnaphalium minimum *Sang. Cent. tres p.* 114. *n.* 258.

In petrosis montanis Umbriae.

Ann. Flor. Julio. Flosculi lutei, squamae pallide stramineae.

1810. HETERANTHA *Guss. Syn. t.* 2 *par.* 2. *p.* 864. Cinerea et lanuginoso–floccosa. Caule humili simplici vel basi ramoso, ramis erectis: foliis brevibus lanceolato-acuminatis subpatulis: calathis subparvis in glomerulis solitariis

alternis racematis, supremis approximatis omnibus subsessilibus foliisque floralibus patentissimis elongatis insidentibus : involucri ovoideo-conici tumentis squamis externis ovatis internis acutis.

F. heterantha *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 162.

In montibus calcareis mare versus. *Allumiere della Tolfa.*

Ann. Flor. Junio. Flosculi luteoli , bracteae externae cinereae internae apice stramineae.

1811. GALLICA *L. Sp. Pl. p.* 1312. Incano-tomentosa. Caule erecto ramoso, ramis superne dichotomis: foliis linearibus margine revolutis: calathis paucis parvis, folio florali superatis, in glomerulis alaribus terminalibusque racematis: involucri conico-pyramidati squamis lanuginosis externis ovato-acuminatis, internis multo longioribus lañceolatis apice glabratis.

F. gallica *Seb· et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 186. *n.* 1032. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 163.

In aridis, collibus, marginibus communis.

Ann. Flor. Junio-Junio. Flosculi luteoli, squamae cinereae.

CONIZA.

1812. SQUARROSA *L. Sp. Pl. p.* 1205. Scabriuscula. Caule erecto ramoso, ramis superioribus fastigiato-corymbosis : foliis ovato-oblongis subtus tomentosis sessilibus , inferioribus in petiolum productis : calathis mediocribus corymbosis: involucri cylindracei squamis lanceolatis squarrosis internis longioribus.

C. squarrosa *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 38. *n.* 70. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 286. *n.* 1035. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 175.

In incultis et ad muros vulgaris.

Bienn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei, squamae sub virides apice nigrescentes.

1813. SORDIDA *L. Mant. Alt. p.* 466. Cano-tomentosa. Caule erecto superius ramoso inferius dense folioso, ramis patulis: foliis linearibus integerrimis margine revolutis : calathis parvis subternis solitarisque caule ramisque terminalibus: involucri ovoidei squamis ovatis imbricatis inaequalibus externis angustioribus.

C. sordida *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 38. *n.* 71. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 286. *n.* 1036. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 178. - Chrysocome muralis paucioribus congestis fuscisq. capitellis *Barrel. Ic.* 257. et Sthoecas citrina spuria longioribus foliis *l. c. p.* 368.

In muris omnibus vulgaris.

Suffrutic. Flor. Junio-Augusto. Flosculi lutei , squamae sordide flavescentes.

1814. *rupestris* *L. Mant.* 1. *p.* 113. Niveo-tomentosa. Caule decumbenti-adscendente dense folioso: foliis lanceolatis linearibusve margine undulato-dentatis revolutisque supra sordide viridibus : pedunculis longissimis saepe geminatis monocalathis : involucri campanulati squamis erectis externis oblongis obtusis, internis linearibus.

C. rupestris *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 181. – C. geminiflora. *Fior. in Gior. dei Letter. di Pisa t.* 17. *p.* 129. - Chrysocome latifolia minima singulari flore *Barrel. Ic.* 425.

In rupestribus frequens apud *Terracina.*

Suffrutic. Flor. Majo-Junio. Flosculi sordide albi squamis ferrugineis.

ERIGERON.

1815. *canadense* *L. Sp. Pl. p.* 1210. Scabrum. Caule erecto subangulato superne ramoso: foliis lineari–lanceolatis acutis, inferioribus dentatis superioribus integerrimis : calathis parvis in panicula terminali ramosissima erecta : involucri cylindracei tandem ventricosi squamis linearibus inaequalibus imbricato-triseriatis: semiflosculis radialibus involucro sublongioribus.

E. canadense *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 43. *n.* 96. – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 287. *n.* 1040. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 184. – Conyza Canadensis annua acris alba Linariae folio *Bocc. Sic. p.* 85. *fig. p.* 86. *t.* 48.

In ruderatis et in cultis communisimum.

Ann. Flor. aestate autumno. Flosculi pallide luteoli.

Obs. E Canada allata dicitur; at opinio legibus geographicis adversatur.

1816. *linifolium* *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1955. Hirsutum. Caule erecto superne ramoso: foliis lanceolatis confertis remote leviter profundeve dentatis superioribus lineari–acutis integerrimis: calathis parvis in panicula subcorymbosa tyrsoidave: involucri cylindrici squamis linearibus acuminatis imbricato-biserialibus: flosculis radii involucrum subaequantibus.

E. linifolium - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 186. - Conyza ambigua *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 287. *n.* 1037.

In ruderatis ad vias et muros vulgare.

Perenn. Flor. Junio ad Hyemem. Flosculi sordide albi.

1817. *acre* *L. Sp. Pl. p.* 1211. Hirsutissimum. Caule simplici alterne ramoso, quandoque ramosissimo: foliis caulinis sessilibus lanceolato-linearibus,

radicalibus oblongis ovalibusque in petiolum productis: calathis subparvis solitariis longiuscule pedunculatis in racemo laxo: involucri oblongi squamis linearibus 2-seriatis vix inaequalibus: flosculis radialibus angustissimis involucro longioribus.

E. acre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 287. *n.* 1041. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 31. – Amellus montanus Aequicolonum *Columm. Ecphr. t.* 2. *p.* 25. *tab.* 26. *fig.* 2

In apricis montium frequenter occurrit.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi coerulescentes.

1818. ALPINUM *L. Sp. Pl. p.* 1211. Hirtum vel hirsutum. Caule erecto simplici basive caespitoso raro parceque ramoso: foliis superioribus lanceolato-linearibus, inferioribus oblongis spathulatisve in petiolum productis omnibus uninerviis : calathis parvis solitariis vel in corymbo longe pedunculatis : involucri squamis linearibus 2-seriatis, externis acutis multo minoribus : flosculis radii numerosis approximatis involucro multo longioribus.

E. alpinum *Sang. Cent. tres p.* 115. *n.* 261. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 190.

In subalpinis umbrosis. *Radici del Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi purpurascentes.

Obs. Species polymorpha, caulis solitarius vel basi caespitosus simplex vel superne corymboso-ramosus, pauci vel multi-foliosus.

JASONIA.

1819. SICULA *DC. Prod. Syst. nat. t.* 5. *p.* 476. Scabrida. Caule terete superne paniculato-ramoso, ramis sparsis: foliis inferioribus lanceolatis dentatis, superioribus rameisque linearibus integerrimis basi subauriculato-amplexicaulibus : calathis caule ramisque terminalibus : involucri squamis linearibus laxis flosculos superantibus.

J. sicula *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 193. - Erigeron siculum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 287. *n.* 1038. - Conyza sicula annua, lutea, foliis atro-viridibus, caule rubente. *Bocc. Sic. p.* 62. *tab.* 31. *fig. IV.*

In maritimis ad stagna. *Ai Ponticelli d' Ostia.*

Ann. Flor. Autumno. Flosculi lutescentes.

CUPULARIA.

1820. GRAVEOLENS *Gren. et Godr. Fl. de Franc. t.* 2. *p.* 180. Glandulosa, et piloso-viscosa. Caule ramosissimo: foliis inferioribus lanceolatis remote subdentatis superioribus linearibus integerrimis: calathis parvis in racemo com-

posito laxo elongato foliato: involucri squamis lanceolatis: flosculis radialibus, involucri squamis flosculisque disci, sublongioribus.

C. graveolens *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 195. - Erigeron graveolens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 287. *n.* 1039. - Conyza minor vera lob. lutea *Barrel. Ic.* 370. figura minor.

In pascuis et agris requietis communis.

Ann. Flor. Augusto-Septembri. Flosculi lutei.

Vulgo. *Coda di Volpe, Coda dei Fanelli.*

Obs. Tota planta Terebinthi graviter redolet.

1821. viscosa *Gren. et Godr. Fl. de Franc. t.* 2. *p.* 181. Pilosa et glanduloso-viscosa. Caule erecto superne ramoso, basi quandoque caespitoso: foliis lanceolatis laxe serratis: calathis grandiusculis solitariis axillaribus in racemo thyrsoideo composito terminali stricto elongato foliato: involucri squamis latiuscule linearibus: flosculis radii, involucri squamis flosculisque disci, duplo-longioribus.

C. viscosa *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 197. - Inula viscosa *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 50. *n.* 127. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 289. *n.* 1048. - Conyza capitata seu gibbosa *Bocc. Sic. p.* 13. *tab.* 7. *fig. B.* - C. minor vera lob. lutea *Barrel. Ic.* 370. fig. major.

In sterilissimis in rupestribus et ad muros communis.

Ann. Flor. Augusto, Octobri. Flosculi lutei.

Vulgo. *Coda di Volpe.*

Obs. Tota planta odorem gravem foetidum spargit.

ASTER.

1822. alpinus *L. Sp. Pl. p.* 1226. Scabro-hirtus. Caule erecto humili: foliis integerrimis radicalibus spathulato-linearibus, caulinis lanceolato-linearibus: calatho majusculo solitario: involucri patentis squamis lanceolatis obtusiusculis subaequalibus.

A. alpinus *Sang. Cent. tres p.* 116. *n.* 262. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 252.

In pascuis alpinis Umbriae. *Vettore.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi disci lutei, radii cyanei.

1823. Tripolium *L. Sp. Pl. p.* 1226. Glaber subglaucus. Caule erecto ramoso-corymboso: foliis lineari-lanceolatis crassiusculis trinerviis subintegerrimis: calathis mediocribus cauli ramisque terminalibus: involucri squamis oblongis obtusis, externis brevioribus.

A. Tripolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 288. *n.* 1042. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 253.

In maritimis udis. *Ai Ponticelli d' Ostia.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi disci lutei radii coeruleo-purpurascentes.

SOLIDAGO.

1824. *Virgaurea* *L. Sp. Pl. p.* 1235. Glabra. Caule erecto subflexuoso: foliis ovatis oblongisve serratis lanceolatisve subintegris : catathis parvis in racemo compacto stricto : involucri squamis inaequalibus lanceolatis : lingulis radialibus involucro duplo longioribus.

S. Virgaurea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 288. *n.* 1043. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 162.

In montium sylvaticis. *M. Gennaro, Albano, Artemisio* etc.

Perenn. Flor Julio-Septembri. Flosculi lutei.

INULA.

Pappo nudo *Inulae auct.*

2825. *Helenium. L. Sp. Pl. p.* 1236. Caule erecto striato, ramis patentibus: foliis ovato-oblongis dentatis rugosis subtus tomentosis, superioribus sessilibus cordato-amplexicaulibus, inferioribus majusculis in petiolum decurrentibus : calathis amplis corymbosis : involucri hemisphaerici squamis inaequalibus patentibus, externis foliaceis ovatis tomentosis, internis scariosis linearibus : lingulis augustissimis 2-3-dentatis involucro duplo longioribus.

I. Helenium. *Sang. Cent. tres p.* 120. *n.* 274. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 267.

In pascuis humidis cisca Romam. *A Porcareccio.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi aurei.

Vulgo. *Enula campana, Elenio,*

Usus. In officinis sub nomine Henulae campanulae species agnoscitur; radice magna aromatica gaudet, jam a medicis plurimi habita uti expectoranti anthelmintica etc, nunc vix commemoratur. In formula vivi medicati *Vermuth* dicti, aromatis gratia, ingreditur.

1826. *salicina. L. Sp. Pl. p.* 1238. Glabra. Caule erecto simplici parce ramoso : foliis lanceolatis patenti-recurvis margine scabris flexilibus : calathis majusculis solitariis corymbosisve : involucri hemisphaerici squamis scariosis squarrosisquae inaequalibus : lingulis denticulatis involucrum vix superantibus.

I. salicina. *Seb. et Maur Fl. Rom. Prod. p.* 289. *n.* 1047. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 278.

In nemorosis secus Urbem. *Pigneto di Bighi.*

Perenn. Flor Junio-Julio. Flosculi aurei.

1827. HIRTA *L. Sp. Pl. p.* 1239. Hirsuta scabra. Caule erecto ut plurimum simplici: foliis lanceolatis integris parceve denticulatis rigidis subamplexicaulibus, superioribus strictis, inferioribus patulis: calatho grandiusculo solitario terminali: involucri hemisphaerici patentis squamis foliaceis lanceolatis subaequalibus spinuloso-ciliatis: lingulis angustis 2-3 dentatis involucro duplo longioribus.

I. hirta *Bert. Fl. It. t.* 9. *p* 280.

In rupestribus apenninorum Piceni. *Monte Corona.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi luteo-aurei.

1828. SQUARROSA. *L. Sp. Pl. p.* 1240. Scabra. Caule erecto superne ramoso-corymboso: foliis crebris rigidis sessilibus ovatis regulariter serrulatis distortis: calathis mediocribus ramis terminalibus: involucri campaniformis squamis lanceolatis inaequalibus imbricatis apice squarrosis: lingulis anguste linearibus 2-3-dentatis, involucro ut plurimum duplo longioribus.

I. squarrosa. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 281.

In aridis montium. Prope *Vallepietra verso il confine napolitano.*

Perenn. Flor. Julio. Fosculi luteo-aurati.

1829. MONTANA. *L. Sp.* Pl. *p.* 1241. Villoso-sericea. Caule erecto ut plurimum simplici: foliis lanceolatis subintegerrimis venosis, caulinis remotis sessilibus descendendo basi magis constrictis: radicalibus in petiolum productis: calathis majusculis solitariis terminalibus: involucri hemisphaerici densius villosi squamis externis foliaceis lanceolato-linearibus obtusiusculis, internis membranaceis acuminatis: lingulis profunde 2-3-dentatis inolucro duplo longioribus.

I. montana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 289. *n.* 1050. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 285.

In sterilibus montium. *Monte Gennaro.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

1830. CRITHMOIDES *L. Sp. Pl. p.* 1240. Glabra. Caule erecto valde ramoso: foliis carnosis linearibus confertis apice saepe 3-cuspidatis: catathis majusculis solitariis breviter pedunculatis, corymbosis racemosisve: involucri hemisphaerici subpatuli squamis foliaceis inaequalibus anguste linearibus marginatis: lingulis 2-3-dentatis involucro subduplo longioribus.

I. crithmoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod p.* 289 *n.* 1049. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 287. - Aster maritimus folio tereti. *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 17.

In maritimis communis. *Ostia Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Fosculi lutei.

** Pappo basi coronula aucto - *Policariae DC.*

1831. *odora L. Sp. Pl. p.* 1236. Villosa. Caule terete leviter striato simplici vel superne ramoso, ramis corymbosis : foliis radicalibus ovatis rosulatis, caulinis inferioribus oblongis in petiolum productis, successivis numerosis lanceolatis sessilibus rameisque angustis cordato-auriculatis : calathis majusculis terminalibus : involucri hemisphaerici cito patuli squamis foliaceis linearibus acuminato-attenuatis inaequalibus : lingulis apice 3-dentatis involucro duplo longioribus : coronula brevissima integra.

I. odora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 288. *n.* 1044. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 270. - Asteris altera species Apula an Baccharis *Column Ecphr.* 1. *p.* 251, et Asteris species an Baccharis *l. c. p.* 253. *fig.* - Baccharis minor italico flore Asteris luteo *Barrel Ic.* 1145.

In apricis circa Urbem, et mare versus, *Villa Pamphili* abbunde etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

Obs. Planta aromatica balsami quodammodo redolens.

1832. *Britannica L. Sp. Pl. p.* 1237. Pubescens. Caule erecto subangulato alterne ramoso, ramis subcorymbosis : foliis elongato-lanceolatis integerrimis, superioribus basi auriculato-amplexicaulibus, inferioribus in petiolum productis : calathis mediocribus terminalibus : involucri campaniformis squamis foliaceis inaequalibus lineari-subulatis patenti-recurvis : lingulis 3-dentatis involucro plus duplo longioribus : coronula integra.

I. Britannica *Bert. Fl. It. t.* 9 *p.* 272.

In planitiebus aeque ac in montibus praesertim Piceni et Umbriae.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi luteo-aurei.

1833. *dysenterica L. Sp. Pl. p.* 1237. Villosa foetida. Caule adscendente vel erecto ab imo ramoso, ramis patentibus : foliis oblongo-lanceolatis undulatis subtus villosioribus, superioribus auriculato-amplexicaulibus, inferioribus in petiolum breviter decurrentibus : calathis mediocribus solitariis terminalibus subcorymbosisve : involucri hemisphaerici squamis inaequalibus foliaceis

margine scariosis : lingulis angustissimis 3-dentatis involucro vix duplo longioribus : coronula integra.

I. dysenterica *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 50. *n.* 128. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 288. *n.* 1045. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 274.

In humidis ad vias, et ad sepes vulgaris.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei..

Vulgo. *Menta salvatica.*

1834. *Pulicaria L. Sp. Pl. p.* 1238. Pubescens foetida. Caule erecto pyramidato-ramoso : foliis auriculato-amplexibaulibus subintegerrimus undulatis inferioribus oblongis superioribus lanceolatis : calathis parvis lanatis ramis caulique terminalibus : involucri subglobosi squamis foliaceis linearibus setaceis : coronula brevissima multifida.

I. Pulicaria *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 288. *n.* 1046. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 276.

In humidissimis sabulosis circea Urbem non infrequens.

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

TUSSILAGO.

1835. *Farfara L. Sp. Pl. p.* 1214. Foliis cordato-subrotundis angulato-dentatis ut plurimum histeranthiis subtus albo-tomentosis cito glabratis : pedunculo radicali erecto albo-flocсoso crebre squamoso, squamis foliaceis.

T. Farfara *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 76. *n.* 242 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 289 *n.* 1051. - *Bert. Fl. It. t.* 9 *p.* 203. T. vulgaris *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 22.

In solo argillaceo communis

Perenn. Flor. Martio-Aprili Flosculi lutei.

Vulgo. *Farfara, Tussillagine.*

Usus. Radix, herba, flores Tussillaginis jam in affectionibus pulmonum ac praesentim in tussi communiter usurpabantur unde nomen ; sed nunc parum in usu, licet a vulgo non obliti.

PETASITES

1836. *fragrans Presl. Sic. p.* 28. Foliis hysternanthiis synanthiisve cordato-ovatis remiformibusve longe petiolatis margine subaequaliter denticulatis : pedunculo radicali erecto squamoso albo-flocсoso : squamis foliaceis oblongo-acutis paucis remotis : pedicellis in thyrso abbreviatis, calathis mediocribus : squamis involucri acuminatis : flosculis radialibus lingulatis.

P. fragrans *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 206. - P. minor *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 85.

In vineis non rara.

Perenn. Flor. Januario-Martio. Flosculi radii albi vel leviter carnei disci rubei, Vanillae grate redolentes.

1837. ALBUS GOETN *De fruct. t. 2. p.* 405. *tab.* 166. Foliis hysteranthiis remiformi-rotundatis longe petiolatis margine angulatis inaequaliterque dentato-denticulatis, subtus tormentosis: pedunculo radicali erecto ascendentove squamoso piloso-flocculoso, squamis lanceolatis remotisculis: pedicellis in thyrso saepe abbreviato simplici compositove: calathis mediocribus: involucri pilosi squamis foliaceis margine membranaceis lanceolato-linearibus: flosculis radialibus filiformibus.

P. albus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 207.

Secus cursus aquarum, et in umbrosis humidis ad margines sylvarum. *Boschi del Cavaliere presso Norcia.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flosculi albi.

1838. VULGARIS *Desf. Fl atl. t.* 2. *p.* 270. Foliis hysteranthiis saepe et synanthiis cordato-reniformibus nonullis quandoque maximis margine vix angulatis subinaequaliterque denticulatis subtus pubescentibus: pedunculo radicali elato albo lanuginoso-floccoso squamato squamis lanceolato-acuminatis: pedicellis in thyrso pyramidato-elongato: calathis mediocribus: involucri squamis foliaceis lineari-oblongis obtusis: flosculis radialibus filiformibus.

P. vulgaris *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 209. - Tussillago Petasites *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 290. *n.* 1052.

Ad rivos et fossas frequens.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Flosculi carnei, aut intese rosei.

Vulgo *Farfaraccio, Tussillagine maggiore.*

Usus. Petasitidis radix olim uti antiputrida, nunc oblita.

SENECIO.

1839. VULGARIS *L. Sp. Pl. p.* 1216. Crassiusculus glaber. Caule erecto simplici ramosove: foliis inferioribus obovatis in petiolum productis, superioribus amplexicaulibus obtusis sinuato-dentatis: calathis minusculis in corymbo coartato: involucri cylindrici squamis linearibus acutis, squamulis calyculantibus 3-seriatis: semiflosculis brevissimis nullisque.

S. vulgaris *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 69. *n.* 209. - *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 290. *n.* 1053. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 212. - S. minor vulgaris *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 88.

In vineis ageribus herbosis ubique.

Ann. Flor. Januario-Martio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Erba cardellina.*

Usus. Fructus et herba tenera a *Fringilla Cardueli* summopere apetita unde nomen vulgare.

1840. SYLVATICUS *L. Sp. Pl. p.* 1217· Pilosiuculus. Caule erecto striato simplici ramosove : foliis inferioribus integris in petiolum angustum productis, superioribus sessilibus auriculatis anguste pinnatifido-laciniatis dentatis: calathis parvis in corymbo composito : involucri cylindrici squamis linearibus margine membranaceis apice sphacelatis, squamulis calyculantibus 1-seriatis: semiflosculis involucro longioribus apice revolutis.

S. sylvaticus *Sang. Cent. tres p.* 119. *n.* 272. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *n.* 215.

In sylvaticis non rarus. *Allumiere della Tolfa.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

1841. LIVIDUS *L. Sp. Pl. p.* 1216. Rare et sparse piloso-glandulosus mox glabratus. Caule erecto adscendentove ramoso : foliis inferioribus ovatis successivisque oblongis, superioribus lobatis lacinatisve basi auricolatis , omnibus crenato-dentatis in petiolum adscendendo breviorem productis : calathis parvis in corymbo depauperato : involucri cylindrici squamis linearibus acuminatis apice sphacelatis, squamulis calyculantibus conformibus laxis: semiflosculis involucro dimidio longiolibus apice cito revolutis.

S. lividus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 216.

In ageribus humidis. *Presso Viterbo vicino il Bullicame.*

Ann. Flor. Martio ad Majum. Flosculi lutei.

Obs. Planta Phoeniculum redolens.

1842. CRASSIFOLIUS *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 1982. Glaber vel parce pilosus. Caule adscendente vel erecto caespitoso ab imo ramoso: foliis subcarnosis dentatis, radicalibus obovatis in petiolum productis, successivis sessilibus oblongo-spatulatis, supremis pinnatifidis basi auriculato-amplexicaulibus : calathis parvis corymbosis longe pedunculatis : involucri cylindracei squamis linearibus acutis margine membranaceis apice integris, squamulis calyculatibus conformibus laxiusculis : semiflosculis elongatis tandem revolutis.

S. crassifolius *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 217. - S. leucanthemifolius *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 290. *n.* 1054. - Iacobaea humilis, Vernalis subrotundo Senecionis folio *Bocc. Mus. di Piant. p.* 169 et I.humilis Senecionis folio *l. c. tab.* 100. I. maritima minima glabra Senecionis folio Italica *Barrel. Ic.* 261. - I. supina maritima *Triumph. Obs. p.* 90.

In maritimis nostris communis. *Ostia, Fiumicino, Palo* etc.

Ann. Flor. Aprili-Julio. Flosculi lutei.

1843. *laciniatus Bert. Amoen. It. p.* 102. Caule glabro erecto striato simplici ramosove: foliis inferioribus ovatis duplicato-serratis in petiolum productis, superioribus sessilibus auriculato-amplexicaulibus profunde laciniato-pinnatifidis laciniis auriculisque dentatis , omnibus supra viridibus subtus saepe flocculosis: calathis mediocribus corymbosis: involucri campaniformis squamis margine membranaceis apice sphacelatis , squamulis conformibus calyculantibus: semiflosculis involucro triplo longioribus tandem revolutis.

S. laciniatus *Sang. Cent. tres p.* 119. *n.* 271. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 223.- S. mont. amplo aureo flore *Barrel. Ic.* 402.

In pratis elatioribus apenninis Umbriae *Vettore.*

Bienn. Flor. Julio. Flosculi aurei.

1844. *tenuifolius Jacq. Fl. Aust. t.* 3. *p.* 42. *tab.* 278. Aracnoideo-pilosus. Caule robusto simplici vel superne ramoso: foliis duriusculis margine subrevolutis, inferioribus ovatis dentatis in petiolum productis, caulinis sessilibus auriculato-amplexicaulibus pinnatifidis, laciniis angustis linearibus latisve integris dentatisve: calathis mediocribus in corymbo composito: involucri campaniformis squamis anguste lanceolatis margine membranaceis, squamulis conformibus laxiusculis calyculantibus: semiflosculis involucro triplo longioribus.

S. tenuifolius *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 233. - Jacobaea incana repens herba *Barrel. Ic.* 153.

In sylvaticis et collinis Piceni. *Presso Ascoli.*

Perenn. Flor. Augusto-Septembri. Flosculi aurei.

1845. *Jacobaea L. Sp. Pl. p.* 1219. Subglaber laxeve floccosus. Caule erecto striato superne dense ramoso: foliis inferioribus obovatis oblongisve in petiolum productis dentatis indivisis basive pinnatifidis , superioribus auriculato-amplexicaulibus pinnatifidis bipinnatifidisve laciniis angustis dentatis: calathis mediocribus numerosis in corymbo composito denso: involucri tandem campaniformis squamis oblongis apice acuminatis margine membranaceis, squamulis brevissimis conformibus calyculantibus: semiflosculis involucro duplo longioribus.

S. Jacobaea *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 235.

In pratis alpinis Piceni. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi luteo-aurei.

1846. *erraticus Bert. Rar. It. Pl. Dec.* 3. *p.* 62. Glabriusculus. Caule erecto superne ramoso, ramis sparsis divaricatisve: foliis inferioribus cordato-ovatis obtusis dentatis in petiolum productis, successivis sessilibus lyrato-pin-

natifidis basi auriculato-amplexicaulibus laciniis dentatis lacinulatisve: calathis parvis paucis in corymbo subsimplici: involucri tandem campanulati squamis oblongis margine membranaceis apice acuminatis, squamulis angustis 1-2 calyculantibus: semiflosculis sub-3-dentatis involucro triplo longioribus.

S. erraticus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 290. *n.* 1055. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 237. - S. aquaticus *Fior. Gior. dei lett. di Pisa t.* 17. *p.* 130.

In pratis umidis ad sepes, vias campestres communis.

Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

1847. NEMORENSIS *L. Sp. Pl. p.* 1221. Glaber. Caule erecto angulato-striato superne ramoso: foliis inferioribus in petiolum productis, superioribus sessilibus, omnibus ovatis lanceolatisve crebre serratis vel serrato-serrulatis: calathis sub mediocribus numerosis multifloris in corymbo composito: involucri subcylindrici squamis lanceolatis apice vix sphacelatis alternis margine membranaceis, squamulis filiformibus longis calyculantibus: semiflosculis involucro vix duplo longioribus.

S. nemorensis *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 242. - S. seracenicus ex parte *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 291. *n.* 1056.

In montium latinorum umbrosis. *Monte Cavi*, *Albano* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

1848. CACALIASTER *Lamck Fl. Fr. ed.* 2. *t.* 2. *p.* 132. Pubescens pilis nonnullis glanduliferis, mox glabratus. Caule erecto angulato insigniter striato superne ramoso: foliis inferioribus in petiolum productis, superioribus sessilibus, omnibus oblongo-lanceolatis serratis vel serrato-serrulatis margine subrevolutis: calathis mediocribus paucifloris in corymbo composito denso: involucri subcylindrici squamis lanceolatis apice vix sphacelatis alternis margine membranaceis, squamis linearibus filiformibus involucrantibus: flosculis omnibus tubulosis.

S. cacaliaster *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 244. - S. seracenicus exparte *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 291. *n.* 1056.

In montibus calcareis elatioribus Latii et Sabinae. *Monte Gennaro*, *Guadagnolo* etc.

Perenn. Flor. Julio-Septembri Flosculi lutei.

Obs. Herba faetens et a praecedente, cui summopere affinis, flosculis omnibus tubulosis apprime distinguenda.

1849. DORONICUM *L. Sp. Pl. p.* 1222. Incano-floccosus, lanatus, glaberve. Caule simplici vel superne parce ramoso: foliis crassiusculis superioribus saepe denudatis, inferioribus obovatis oblongisve in petiolum productis, successivis ses-

silibus oblongo-acuminatis sub integris, semiamplexicaulibus, supremis lineari acuminatis distantibus : calathis mediocribus solitariis vel in corymbo depauperato : involucri hemisphaerici squamis lineari-acuminatis margine membranaceis apice sphacelatis, squamulis laxis angustis inaequalibus calyculantibus : semiflosculis numerosis patentibus involucro duplo longioribus.

S. Doronicum *Sang. Cent. tres p.* 120. *n.* 273 — *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 245 - Jacobaea Doronici foliis et flore montana *Barrel. Ic.* 229.

In pascuis subalpinis Umbriae.

Perenn. Flor. Julio. Flosculi aurei.

1850. LANATUS *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *t.* 2. *p.* 165. Albo-floccosus. Caule simplici erecto : foliis inferioribus ovatis crenatisve in petiolum productis, successivisque lanceolato-acuminatis dentatis, superioribus lineari-lanceolatis integris : calatho solitario grandi dense floccoso : involucri campaniformis squamis linearibus longe acuminatis, squamulis angustis inaequalibus calyculatis : semiflosculis patentibus involucro duplo longioribus.

S. lanatus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 247.

β. Floccosus. Caule humiliori, calatho saepe maximo, flosculis croceis.

S. lanatus *β Bert. l. c. p.* 248 - Conyza mont. Bellid fol. croceo flore singul. Ital. *Barrel Ic.* 361.

In apenninis Umbriae ad saxa *Vettore. β Monte Corona.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi citrini.

1851. CORDATUS *Koch in Bot. Zeit. v.* 17. *p.* 612. Caule erecto angulato sulcato superne ramoso floccoso glabrove : foliis cordato-ovatis inaequaliter dentatis in petiolum, quandoque sparse foliolato-pinnulatum basique quidquam dilatatum, productis, supremis linearibus integris, omnibus subtus ut plurimum flocculosis : calathis grandiusculis in corymbo composito : involucri flocculosi hemisphaerici squamis lanceolato-linearibus acutis margine membranaceis, squamulis subnullis : semiflosculis involucro duplo longioribus.

S. cordatus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 249 – Jacobaea mont. integro rotundo fol. *Barrel. Ic.* 145 - *Bocc Mus. di Piant. p.* 61 *tab.* 49.

In paludosis alpinis Umbriae et Piceni *Monte Vettore al piano grande, al laghetto del Castelluccio di Norcia* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi luteo-aurei.

CINERARIA.

1852. LONGIFOLIA *Jacq. Fl. Aust. t.* 2. *p.* 49. *tab.* 181. Floccoso-lanata

quandoque fere glabrata. Caule simplici erecto striato : foliis radicalibus ovatis subcordatis caulinisque inferioribus oblongis dentatis basi in petiolum productis, caeteris sessilibus, mediis lanceolatis, supremis linearibus integerrimis, in omnibus lana paginae superioris passim minorata : calathis grandiusculis in corymbo-umbellato stricto , pedicellis sepe numerosis vix striatis erectis elongatis jamdudum monocephalis : pappo brevi tandem tubo flosculorum subaequali.

C. longifolia *Bert Fl. It. t. 9. p.* 291 - C. campestris *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 291. *n.* 157 - Jacobaea montana polyanta. fl. aureo fol. longis, et integr. Italica *Barrel. Ic.* 266, et J. montana Betonicae fol. *Ic.* 801- *Bocc. Mus. Piant. p.* 6. *tab.* 49.

In montibus calcareis Latii, et in apenninis Umbriae. *Monte Artemisio*, *Monte Gennaro, Vettore, Monte Bernardo sopra Valle Canetra* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

1853. *MARITIMA L. Sp. Pl. p.* 1244. Cano-tomentosa tomento in pagina superiore foliorum cinereo-viridi. Caule caespitoso erecto vel adscendente ut plurimum ramoso : foliis crassis 1-2-pinnatifidis rachide saepe tenui in petiolum producta, laciniis angustis apice irregulariter subtrilobis dentatisve : calathis parvis in corymbo composito fastigiato : pappo flosculos subaequante.

C. maritima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 291. *n.* 1058 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 294.

In maritimis obvia Civitavecchia, etc.

Suffrut. Flor. Majo in Augustum. Flosculi lutei.

MARGARITA.

1854. *BELLIDIASTRUM Gaud. Fl. Helv. t.* 5 *p.* 336. Hirsuta. Foliis obovato-spathulatis radicalibus : pedunculo radicali erecto folia superante.

M. Bellidiastrum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 313 – Arnica Bellidiastrum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 291. *n.* 1059.

In jugis elatioribus subapenninis. *Sul Monte Calvo presso Subiaco.*

Perenn. Fl. Junio-Julio. Flosculi disci lutei, radii albi.

DORONICUM.

1855. *PARDALIANCHES L. Sp. Pl. p.* 1247. Molliter pubesceus. Radice repente tuberifera, stolonibus horizontalibus, collo fibris vestito : caule simplici vel superne parce ramoso : foliis exquisite cordatis inferioribus grandibus in petiolo longo productis, successivis parum minoratis sessilibus, petiolo basi in alam dilatato, mediis spatulato-cordatis, supremis ovato-acuminatis : acheniis radii glabris.

D. Pardalianches *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 292. *n.* 1060 – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 306. D. radice scorpi *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 23.

In montium sylvaticis. *Alla Ruffinella, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Aprili : Flosculi aurei magni.

Vulgo *Doronico*

Usus. Doronici radix in materia medica Linnaei enumeratur, et jam a medicis in colica, et vertigine usurpata, nunc oblita.

1856. *Columnae Ten. in Gior. Enc. di Nap. ann.* 1816 *t.* 1. *p.* 27. Glabriusculum. Radice longa praemorsa tuberifera collo nuda : caule simplici monocalatho : foliis radicalibus continuatis, cordato-reniformibus obtusis acutisve crenato-dentatis, in petiolum longum augustum caulinis sessilibus ovatis vel oblongis irregulariter dentatis lata basi caulem amplexantibus, paucis ex inferioribus in petiolum basi grandi-alatum productis : acheniis radii pilosis.

D. Columnae *Sang. Cent. tres. p.* 120 *n.* 275 – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 309 – D. nigra radice Campoclarense *Columm. Ecphr.* 2. *p.* 36.

In saxosis montanis praesertim umbrosis Latii et Umbriae. *Monte Gennaro, Vettore* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi aurei speciosi.

BELLIS.

1857. *perennis L. Sp. Pl. p.* 1248. Subhirsuta, acaulis. Foliis obovato-spathulatis crenato-subdentatis in petiolum productis radicalibus : pedunculis radicalibus nudis monocalathis : calathis mediocribus : involucri hemisphaerici squamis oblongis obtusis.

B. perennis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 29. *n.* 33 – *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 292. *n.* 1061 – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 316.

In pratis pascuis hortis ubique.

Perenn. Flor. fere toto anno, et etiam primo vere. Flosculi radii albi disci lutei interdum purpurantes.

Vulgo. *Margheritine, Primavere, Primofiore, Ingrassa mariti.*

Usus. Jam uti resolvens et vulneraria a medicis adhibita nunc oblita. In acetariis optima praesertim sub hyeme.

1858. *sylvestris Cyrill. Pl. rar. reg. Neap. f.* 2. *p.* 12. *tab.* 4. Hirsuta, acaulis Foliis oblongis obtusis in petiolum longe productis radicalibus: pedunculis radicalibus nudis elongatis monocalathis : calathis majusculis : involucri hemisphaerici squamis oblongis acutiusculis.

B. sylvestris *Seb. et Maur. Fl. Rom. p. 292. n. 1062 - Bert. Fl. It. t. 9. p. 317.*

In sylvis viridariis circa Romam Albanum etc communis, et copiose *a Testaccio.*

Perenn. Flor. Autunno. Flosculi disci lutei, radii albi extus purpurascentes.

Vulgo. *Margheritine.*

Obs. Ab affini *Bellide perenni* distinquenda partibus omnibus majoribus, et florendi tempore.

1859. HYBRIDA *Ten. Flor. Nap. t. 4. in Syll. p. 125.* Pubescens, caulescens. Caulibus ramosis foliatis brevibus adscendentibus: foliis oblongo-spathulatis obovatisve remote dentatis in petiolum productis, supremis sessilibus: pedunculis nudis terminalibus axillaribusque monocalathis: calathis mediocribus: involucri hemisphaerici squamis oblongis obtusis.

B. hybrida. *Bert. Fl. It. t. 9 p. 319.*.

In vineis, viridariis, ad sepes haud infrequens.

Peren. Flor. Aprili-Majo. Flosculi radii albi, disci lutei.

Obs.. Media inter *B. perennem et sylvestrem*, caule ramoso statim distinguenda.

1860. ANNUA *L. Sp. Pl. p. 1249.* Hirtula humilis caulescens. Caule simplici ramosove basi folioso: foliis obverse lanceolatis obovatisve obtusis integris dentatisve, rameis angustatis: pedunculis brevibus: caule ramisque terminalibus: calathis parvis solitariis: involucri hemisphaerici squamis oblongis obtusis vel acutiusculis.

B. annua. *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p. 29. n. 33 - Maur. Cent. 13. p. 40 - Bert. Fl. It. t. 9. p. 320* - B. minima pratensis caule folioso *Bocc. Mus. di Piant. p. 46. tab. 35* - B. minima annua. *Triumf. observ. p. 80.*

In pratis et agris requietis abbunde.

Ann. Flor. Februario Majo. Flosculi radii albi disci lutei.

CHRYSANTHEMUM.

1861. LEUCANTHEMUM *L. Sp. Pl. p. 1751.* Glabrum. Caule erecto simplici vel basi ramoso, ramis patulis: foliis inferioribus obovato-spathulatis dentatis in petiolum productis, primordialibus cito diffluis, superioribus sessilibus semiamplexicaulibus lingulatis serratis incisove-dentatis: calathis majusculis solitariis cauli ramisque terminalibus: involucri squamis margine albo scariosis.

Ch. Leucanthemum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 292. n. 1063 - Bert. Fl. It. t. 9. p. 326.*

β montanum. Foliis radicalibus parvis obovatis, caulinis inferioribus lanceolato-spathulatis superioribus, linearibus integris.

Ch. Leucanthemum β *Bert. l. c.*

In sylvaticis montium et circa Romam species et varietas. *Monti Gennaro, Albano, Mario, Ville suburbane etc.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi majusculi radii albi disci lutei.

Vulgo. *Occhio di Bove.*

Usus. Jam in materia medica Bellidis pratensis herba enumerabatur uti diuretica et vulneraria, nunc deleta.

1862. ATRATUM *L. Sp. Pl. p.* 1252. Glabrum. Caule simplici erecto raro parce ramoso: foliis carnosulis inferioribus cuneato-oblongis in petiolum productis, superioribus lanceolatis acutis, omnibus argute serratis: calatho grandi solitario terminali: involucri squamis margine nigro-scariosis.

Ch. atratum *Sang. Cent. tres p.* 117. *n.* 265. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 329.- Bellis mont. maj. hirsuta caule folioso non ramosa *Barrel. Ic.* 437. et Leucanthemum alpinum latifolium Angustifolium, Tenuifolium *Ic.* 458. *fig. I II III.*

In aridis apenninorum Umbriae et Piceni. *Al Vettore, Pietra Camela* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi grandes radii albi disci lutei.

Vulgo. *Occhio di Bove.*

1863. GRAMINIFOLIUM *L. Sp. Pl. p.* 1252. Glabrum. Caule erecto simplici superne nudo: foliis inferioribus palmato-pinnatifidis in petiolum exilem longe productis, caeteris linearibus, mediis pinnatis pinnis paucis linearibus remotis, superioribus integerrimis: calatho mediocri solitario terminali: involucri squamis margine fusco-scariosis.

Ch. graminifolium *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 331.

In montanis inter saxa. *Sul monte della Trinità di Vallepietra.*

Perenn. Flor. Augusto. Corollulae disci luteae radii albae.

XANTOPHTALMUM.

1864. SEGETUM *Schultz Veber. die Tanac p.* 17. Glaucescens. Caule ramoso, ramis monocalathis apice nudis : foliis grosse serratis laciniatisve superioribus sessilibus, inferioribus in petiolum productis, omnibus amplexicaulibus: calathis mediocribus, squamis obtusis late scariosis.

X. segetum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 332. - Chrysantemum segetum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 293. *n.* 1064.

In arvis commune.

Ann. Flor. Aprili-Junio. Flosculi aurei.

Vulgo. *Piè di Gallo.*

Usus. In acetariis usurpatur et non ingratum.

PINARDIA.

1865. *CORONARIA Gren. et Godr. Fl. de France. t. 2. p.* 147. Glabra, laete virens. Caule erecto alterne ramoso: foliis crebris 1-2-pinnatifidis laciniis angustis inciso-dentatis superioribus sessilibus, inferiorum rachide in petiolo producta, omnibus basi amplexicaulibus: calathis grandiusculis solitariis caule ramisque terminalibus: achenis glandulosis.

P. coronaria *Bert. Fl. It. t.* 9. *n.* 334. – Chrysanthemum coronarium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 293. *n.* 1066.

In maritimis haud infrequens. *Terracina Civitavecchia* etc.

Ann. Flor. Martio. Flosculi aurei radio palliodiore.

PYRETHRUM.

1866. *ACHILLEAE DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 57. *n.* 25. Subvillosum. Caule erecto angulato apice ramoso: foliis bipinnatifidis laciniis parvis ovatis linearibusque acute dentatis, rachide angusta usque ad basim vestita: calathis mediocribus in corymbo terminali laxo: involucri squamis oblongo-lanceolatis carinatis obtusis ferrugineis, superioribus apice latius scarioso-laceris.

P. Achilleae *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 342. – P. corymbosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 293. *n.* 1067. – Chrysanthemum inodorum tenuifolium magno Bellidis flore *Barrel. Ic.* 785.

In sylvaticis montanis. *M. Gennaro*, *Guadagnolo* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi radii albi disci lutei.

1867. *CORYMBOSUM DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 57. *n.* 29. Glabriusculum. Caule erecto striato superne ramoso: foliis grandibus binnatifidis, laciniis lanceolatis serratis, pinnula suprema subtrifida, rachide angusta in foliis inferioribus basi nuda: calathis mediocribus in corymbo terminali stricto: involucri squamis lanceolatis fuscis inferioribus acutis superioribus obtusis apice scariosis.

P. corymbosum *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 344. – Tanacetum inodorum latif. magno Bellidis flore *Barrel. Ic.* 786.

In sylvaticis montanis Umbriae *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi radii albi, disci lutei.

1868. *PARTHENIUM Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2155. Saturate virens, sub pubescens. Caule erecto superne praecipue ramoso, ramis alternis: foliis planis bipinnatifidis, rachide inferius nuda, pinnulis ovatis superius confluentibus,

laciniis oblongis dentatis: calathis parvis in corymbis strictis: involucri squamis oblongis obtusis apice tenuiter scarioso-laceris.

P. Parthenium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 293. *n.* 1068. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 345. – Matricaria vulgaris *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 33.

In sylvaticis praesertim montanis commune.

Perenn. Flor. Aestate. Flosculi disci lutei, radii albi.

Vulgo. *Matricaria.*

Usus. Planta sapore amaro odore homogeneo sat nota. A vulgo et a villicis praedilecta, communiter colitur etiam domi. In hysterismo in colicis in debilitate stomachi, in febribus intermictentibus, in verminatione ab antiquitus feliciter propinabatur et adhuc propinatur. Cultura flos facile plenus evadit, vel folia crispantur, qua de causa in hortis late colitur.

1869. *Myconis DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 61. Glauco-virens. Caule erecto ramoso subhirsuto: foliis indivisis argute serratis, superioribus sessilibus lingulatis, inferioribus obovato-spathulatis in petiolum constrictis: involucri squamis ovali-oblongis obtusissimis subaequalibus, margine tenuiter apice late scarioso-laceris.

P. Myconis *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 347. - Chrysanthemum Myconis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 40. *n.* 79. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 293. *n.* 1065. – Ch. Bellidis folio, seu Bellis lutea *Barrel. Ic.* 1244.

In incultis et sterilibus commune.

Ann. Flor. Majo. Flosculi lutei.

Vulgo. *Occhio di Bove.*

MATRICARIA.

1870. *Chamomilla L. Sp. Pl. p.* 1256. Glabra. Caule erecto vel decumbente, ramis paniculatis elongatis: foliis pinnatifidis bipinnatifidisve pinnis pinnulisque capillaceis: calathis parvis: involucri squamis angustis oblongis obtusis apice albo-scariosis.

M. Camomilla *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 293. *n.* 1069. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 350.

In sterilibus secus Tyberim, et ad vias communis.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi radii albi disci lutei.

Vulgo. *Camomilla.*

Usus. Flores et folia oleo volatili abundant, ideo grate redolent et tonica sunt; quamobrem plurimis in morbis tam externe quam interne infusum ejus praestat.

ANACYCLUS.

1871. *tomentosus* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 16. *n.* 4. Laxe villosus, villis albis. Caule decumbente vel erecto, ramis elongatis patulis: foliis bipinnatifidis pinnis angustis pinnulisque lineari-subulatis, rachide angusta in foliis inferioribus basi denudata: calathis mediocribus : involucri hemisphaerici squamis lanceolatis acutis apice anguste scariosis: paleis receptaculi apice pilosis.

A. tomentouss *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 353.

In pratis maritimis Piceni. *A Grotte a mare, al Porto d'Ascoli* etc.

Ann. Flor. Aprili–Majo. Flosculi radii albi disci lutei.

1872. *radiatus* *DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 16. *n.* 6. Dense villosus pilis fulvidis. Caule decumbente vel erecto dense ramoso, ramis erecto-patutulis: foliis bi-tripinnatifidis, pinnis angustis pinnulis lineari-subulatis : calathis majusculis: involucri turbinati squamis externis linearibus, internis spathulatis margine late scarioso: receptaculi paleis apice mucronatis.

A. radiatus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 354. – Anthemis valentina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 295. *n.* 1076.

In arvis ad vias communis.

Ann. Flor. Junio–Julio. Flosculi radii flavi disci lutei.

ANTHEMIS.

1873. *Cota* *L. Sp. Pl. p.* 1259. Glabriuscula, saturate virens. Caule adscendente erectove, ramis alternis divaricatis : foliis bipinnatifidis pinnis angustis lanceolato-dentatis, dentibus rigide mucronulatis erectis inferiore recurvo : calathis grandibus: involucri squamis externis nudis internis apice scarioris: achenii anguste alati coronula integra : receptaculi late obconici paleis obovatis rigide abrupteque aristatis, flosculos superantibus.

A. Cota *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 294. *n.* 1070 – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 357.

In pascuis praesertim maritimis. *Attorno Ostia in abbondanza.*

Ann. Flor. Majo–Junio. Flosculi disci lutei radii albi.

Vulgo. *Cota*; *Brucia occhi.*

1874. *triumfetti* *Re Tor.* 2. *p.* 82. Canescenti–subvillosa. Caule erecto ramis elongatis strictis : foliis bipinnatifidis pinnis oblongis, pinnulis integris dentatisve mucronulatis : calathis mediocribus : involucri squamis externis lanceolatis acutis, internis obtusis latius marginatis : achenii angustissime alati coronula membranacea oblique secta : receptaculi conoidei paleis obovato-cuneatis, cuspide lanceolato-subulato terminatis, flosculos aequantibus.

A. Triumfetti *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 294. *n.* 1071 - Buphtalmum alpinum flore candido *Triumf. Obs. p.* 79 - Chamaemelum Tanaceti fol. flor. albo Mont. Ital. *Barrrel. Ic.* 466.

In sylvaticis umbrosis montium. *Presso Albano, dai Cappuccini per andare a Palazuola.*

Ann. Flor. Julio-Augusto. Flosculi disci lutei radii albi.

1875. *mixta L. Sp. Pl. p.* 1260. Pubescens. Caule decumbente erectove e basi alterne ramoso, ramis divaricatis : foliis pinnatifidis rachide foliacea, pinnis apice 2-3-fidis integrisve : calathis submediocribus : involucri squamis externis lanceolatis internis obtusis latiuscule albo marginatis : acheniis apteris ecoronatis: receptaculi conici paleis lanceolatis acutis flosculos superantibus.

A. mixta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 295. *n.* 1075 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 362.

In marginibus circa Urbem frequens et in maritimis.

Ann. Fl. Junio-Julio. Flosculi radii albi basi lutescentes disci lutei.

Obs. Tota planta laeviter olens.

1876. *maritima L. Sp. Pl. p.* 1259. Pubescens glabra. Caule decumbente vel erecto basi radicante alterne ramoso : foliis carnosis punctatis pinnatifidis rachide foliacea, laciniis apice incisis integrisve : calathis grandibus : involucri squamis lato margine albo-membranaceis externis lanceolatis internis oblongis obtusis : acheniis teretiusculis breviter coronatis : receptaculi paleis oblongo-lanceolatis mucronulatis flosculos subaequantibus.

A. maritima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 294. *n.* 1072. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 364.

In maritimis et prasertim apud Ostiam ubi copiosa.

Peren. Flor. aestate. Flosculi radii albi, disci lutei.

Obs. Pyrethrum Parthenium intense redolet.

1877. *secundiramea Biv. Ber. Cent.* 2. *p.* 10. *n.* 10. *tab.* 2. Glauescens. Caule diffuso ramoso, ramis secundis : foliis bipinnatifidis subcarnosis, rachide inferius unda, laciniis abbreviatis muticis trifidis : pedunculis demum fistulosis apice incrassatis : calathis mediocribus : involucri squamis lanceolatis margine membranaceis apice eroso-ferrugineis, externis multo abbreviatis: acheniis apteris, coronula brevi: receptaculo conico-cylindrico, paleis ovato lanceolatis mucronulatis flosculos vix superantibus.

A. secundiramea. *Sang. Cent. tres. p.* 117. *n.* 267. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 365.

In apricis maritimis frequens. *Ostia*, *Fiumicino*, *Civitavecchia* etc.

Annua. Floret Junio. Floscu[i disci lutei radii albi.

1878. *mucronulata* *Bert. Amoen. Ital. p.* 46. Vividi-pubescens. Caulibus caespitosis simplicibus decumbentibus : foliis radicalibus decomposite bipinnatifidis, caulinis subpinnatifidis, laciniis in omnibus linearibus acuminatis : calatho grandiusculo terminali : involucri squamis oblongis obtusis, margine scarioso nigro : acheniis anguste alatis brevissime coronulatis : receptaculi convexo-conici paleis oblongis obtusis nigro marginatis flosculis subbrevioribus.

A. mucronulala *Sang. Cent. tres p.* 118. *n.* 268 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 369 - Pyrethrum alt. min. caesp. radice Anthemidis flore *Stab. Barrel Ic.* 522.

In regione subalpina montium Umbriae. *Monti della Sibilla.*

Perenn. Flor. Julio. Flosculi disci lutei radii albi.

1879. *Barrelieri* *Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 245. Sericeo-tomentosa. Caulibus procumbentibus simplicibus monocalathis: foliis radicalibus bipinnatifidis, caulinis pectinato-pinnatifidis laciniis brevibus: calatho grandiusculo longe pedunculato : involucri squamis oblongis obtusis, lato margine scarioso eroso-fusco, externis brevioribus : achenii compressi angustissime alati coronula obsoleta : receptaculi convexi paleis oblongis apice sublaceris, flosculis brevioribus.

A. Barrellieri *Sang. Cent. tres p.* 118. *n.* 269 - *Bert. Fl. It. ?.* 9. *p.* 372 - Chamaemelum montanum incanum absynthoides Italicum *Barrel. Ic.* 457.

In jugis saxosis montium Umbriae copiosa etiam ex Michelio. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi disci lutei radii albi.

1880. *montana* *L. Sp. Pl. p.* 1261. Subsericeo-tomentosa. Caulibus simplicibus vel ramosis , ramis monocalathis elongatis superius subnudis : foliis pinnatifidis, laciniis linearibus, pinnis superioribus subtrifidis : calathis grandiusculis : involucri squamis margine scarioso suberoso nigro, inferioribus lanceolatis, superioribus oblongis latius marginatis : achenii compresso-subtetragoni coronula crenulata: receptaculi convexi paleis oblongis albo-scariosis apice laceris, nervoque centrali in mucrone rigido terminatis, flosculos subaequantibus.

A. montana *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 374 — A. tomentosa *Sang. Cent. tres p.* 119. *n.* 270 - Absiuthium montanum Abrotani foeminae flore *Columm. Pl. nov. Hist. in calce Phytob. ed. Neap. p.* 23. *f. p.* 24 - Bellis incana Chrysanthemi Cretici folio *Bocc. Mus. di Piant. p.* 136. *tab.* 98.

Ad oras nemorum in Umbriae montibus. *Vettore.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi disci lutei, radii albi.

Obs. Confricata laevem Absinthi odorem manat.

1881. *arvensis L. Sp. Pl. p.* 1261. Pubescens pilis albis laxiusculis. Caule decumbente erectove saepe dense ramoso ramis patulis : foliis 2-3-pinnatifidis laciniis anguste linearibus mucronulatis : calathis mediocribus longe pedunculatis : involucri squamis lanceolatis externis acùtis margine albo-membranacco, internis oblongis margine latiore : acheniis tetragonis marginulo tumidiusculo vix crenulato coronatis : receptaculi conici paleis lanceolatis longe mucronatis flosculos quidquam superantibus.

A. arvensis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 26. *n*- 16 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 295. *n.* 1073 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 378.

In marginibus et pascuis nil communius.

Ann. Flor. Aprili ad Julium. Flosculi radii albi disci lutei.

Vulgo. *Camomilla bastarda.*

1882. *Cotula L. Sp. Pl. p.* 1261. Virens parce pilosa. Caule decumbente erectove valde ramoso, ramis paniculatis : foliis bipinnatifidis, laciniis linearibus tenuissimis mucronulatis : calathis submediocribus breviter pedunculatis : involucri squamis subaequalibus lanceolatis obtusis anguste albo-marginatis : acheniis subturbinatis ecoronatis : receptaculi ludibundi paleis lineari-setaceis, fosculis brevioribus.

A. Cotula *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 26. *n.* 17. - Seb. *et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 295. *n.* 1074 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 381.

In pascuis et marginibus communis.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi disci lutei radii albi.

Vulgo. *Camomilla puzzolente.*

Usus. In materia medica Linnaei Cotulae foetidae herba et flores enumerantur, et tunc medici in epilepsia, et in hydrope laudabiliter utebantur, nunc oblita, et tantum nonnullis in locis pro *Camomilla* usurpata. Ab ista tamen diversa florum forma, paleis receptaculi, foectore.

1883. *fuscata Brot. Fl. Lusit. t.* 1 *p.* 394. Glabra. Caule adscendente erectove e basi ramoso, ramis erectis : foliis bipinnatifidis pinnis pinnulisque remotis lineari-filiformibus muticis, pinnis aliquando simpliciter 3-partitis: calathis submediocribus breviter longeve pedunculatis: involucri squamis oblongis obtusis subaequalibus margine late scariosis : acheniis obovatis ecoronatis : receptaculi paleis oblongis obtusis muticis flosculis brevioribus.

A. fuscata. *Sang. Cent. tres p.* 117. *n.* 266 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 383.

Ad oras nemorum circa Urbem, et in montanis. *Pigneto di Sacchetti, Albano, Bracciano* etc.

Ann. Flor. Aprili. Flosculi disci lutei radii albi.

1884. *TINCTORIA* *L. Sp. Pl. p.* 1263. Incano-pubescens. Caule erecto ut plurimum ramoso, ramis patulis : foliis bipinnatifidis pinnis pinnulisque brevibus uniformiter pectinatis mucronulatis, rachide dentata : calathis majusculis quam saepissime longe pedunculatis : involucri squamis inaequalibus arcte imbricatis externis lanceolatis acutis, internis fimbriatis : acheniis compressis brevissime coronatis : receptaculi conico-hemisphaerici paleis lanceolatis longe acuminato-mucronatis flosculos subaequantibus.

A. tinctoria *Seb. et Maur. Fl. Rom Prod. p.* 295. *n.* 1077 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 385 - Chrysanthemum Tanaceti fol. fl. aureo Italium *Barrel. Ic.* 465.

In viis et muris vulgaris.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Occhio di Bue.*

Usus. Succus corollularum calorem flavo-citrinum ad miniandum suppeditat.

ACHILLEA.

1885. *AGERATUM* *L. Sp. Pl. pl.* 1264. Glabra. Caule solitario vel caespitoso, simplici vel superne aliquoties ramoso : foliis oblongis obtusis acute serratis utrique punctatis, serraturis simplicibus vel duplicatis , inferioribus in petiolum decurrentibus : calathis in corymbo coarctato , involucri conico-cylindrici squamis ovatis ovalibusque concavis : lingulis 3-5 integris emarginatisve.

A. Ageratum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 295. *n.* 1078 - *Bert. Fl. It t.* 9. *p.* 388.

In muris et in sabulosis ad Tyberim frequens.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Eupatorio giallo.*

Usus. Agerati herba inter vulneraria in materia medica Linnaei enumerata.

1886. *TOMENTOSA* *L. Sp. Pl. p.* 1264. Albo denseque tomentosa. Caule erecto ut plurimum simplici : foliis angustis uniformiter bipinnatifidis laciniis omnibus linearibus confertissimis mucronulatis : calathis in corymbo composito coarctato : involucri ovati squamis obtusis anguste marginatis : lingulis 4-6 obovatis vix lobatis.

A. tomentosa B*ert. Fl. It. t.* 9. *p.* 390.

In apenninis Piceni inter saxa. *Monte de Fiori.*

Perenn. Flor. Majo in Augustum. Flosculi lutei.

1887. *TANACETIFOLIA* *Willd. Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2207. Villosa. Caule erecto simplici vel superne ramoso: foliis pinnatifidis pinnis distantibus lanceolatis argute inciso-dentatis mucronulatis, rachide alata dentata vel integra: calathis in corymbo composito: involucri ovato-oblongi squamis oblongis obtusis, margine scarioso angustissimo: lingulis 3-5 dentatis.

A. tanacetifolia *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 400.

In pratis montanis Piceni. *Ad Arapietra.*

Perenn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi albi odorosci.

1888. *MILLEFOLIUM* *L. Sp. Pl. p.* 1267. α. β. Subpubescens. Caule erecto saepe alterne ramoso: foliis bipinnatifidis pinnis pinnulisque linearibus mucronulatis, rachide angusta integerrima in inferioribus basi denudata: calathis in corymbo composito: involucri ovato-oblongi squamis inaequalibus oblongis margine angustissimo nigro scarioso: lingulis 4-5 obovatis vix dentatis.

A. Millefolium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 296. *n.* 1079 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 403 - Tanacetum min. albo Millefol. flor. odor. *Barrel. Ic.* 992.

β ochroleuca. Hirsuta, foliis tenuioribus corollis pallide ochroleucis.

A. Millefolium β *Bert. l. c. p.* 404.

In argis frequens. β in appennino Piceni. *Pizzo di Sivo.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi albi vel rosei.

Vulgo. *Millefoglio.*

Usus. Planta grate at leviter olens jam inter tonica et vulneraria adscripta nunc vix commemorata.

1889. *LIGUSTICA* *All. Flor. Ped. t.* 1. *p.* 181. *tab.* 58. Puberula. Caule erecto ramoso: foliis radicalibus decomposito-pinnatifidis, caulinis bipinnatifidis laciniis linearibus argute serratis, rachide alata integerrima: calathis in corymbo composito fastigiato: involucri oblongi squamis acutis: lingulis 5 acute 3-dentatis.

A. ligustica *Sang. Cent. tres p.* 116. *n.* 203 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 405.

Juxta sepes communis, in montibus, et circa Urbem.

Perenn. Flor. Julio, Augusto. Flosculi albi.

1890. *NOBILIS* *L. Sp.* Pl. 1268. Pubescens. Caule erecto superne ramoso: foliis bipinnatifidis pinnis pinnulisque aequidistantibus linearibus tenuiter mucronulatis, rachide angustissima quandoque lacinulata: calathis in corymbis compositis caule ramisque terminalibus: involucri ovoideo-turbinati squamis oblongis inaequalibus tenuiter marginatis: lingulis 5 subrotundis 3-dentatis.

A. nobilis *Bert Fl. t. 9. p.* 407 - Tanacetum album montanum tenuifolium flore candido. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 33. *tab.* 25.

In apennino Umbro in aridis. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flosculi albi.

Obs. Planta grate olens etiam in sicco, dispositione pinnularum foliorum elegantissima.

1891. PUNCTATA *Ten. Fl. Nap. t.* 2 *p.* 253. *tab.* 83 - Villosa. Caule striato simplici erecto: foliis inferioribus bipinnato-partitis, superioribus pinnatifidis pinnulis trifidis mucronato-dentatis utrinque punctatis, rachide alata integerrima: calathis in corymbo composito subconferto: involucri ovato-oblongi squamis acutis nigro marginatis: lingulis subquinis 3-dentatis.

A. Punctata *Sang. Cent. tres p.* 116 *n.* 262 - *Bert. Fl. It t.* 9. *p.* 410.

In subapenninis apricis Umbriae.

Perenn. Flor. Junio in Augustum. Flosculi pallide ochroleuci.

ASTERISCUS.

1892. SPINOSUS *Gren. et Godr. Fl. de France. t.* 2. *p.* 172. Villosus. Caule erecto: foliis inferioribus obovatis vel obovato-lanceolatis in petiolum productis, superioribus cordato-lanceolatis amplexicaulibus: calathis ramis caulique terminalibus: squamis utriusque involucri spinescentibus.

A. spinosus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 416 - Bupthalmum spinosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 296. *n.* 1080 - Aster legitimus Clus. alter seu spinosus luteus *Barrel. Ic.* 551 - Asteriscus annuus *Hort. Rom. t.* 8. *tab.* 42.

In arvis et marginibus communis.

Ann. Flor. Junio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Astrino spinoso.*

1893. AQUATICUS *Moench. Meth. p.* 592. Villosus: caule erecto 2-3-chotomo: foliis oblongis, inferioribus in petiolum productis: calathis terminalibus sessilibus alaribus: squamis utriusque involucri inermibus.

A. aquaticus *Bert- Fl. It. t.* 9. *p.* 418 - Asteriscus legitimus Clus. mollior luteus *Barrel. Ic.* 552.

In incultis maritimis *Civitavecchia.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flosculi lutei.

Otd. IV. Polygamia necessaria.

CENTAUREA.

* Jaceae Linn. *Squamis involucri nudis.*

1894. CRUPINA *L. Sp. Pl. p.* 1285. Caule erecto subsimplici: foliis ra-

dicalibus integris spathulatis in petiolum productis, caulinis sessilibus pinnatifidis, laciniis linearibus, omnibus margine denticulato-spinulosis : calathis mediocribus in corymbis terminalibus : involucri cylindrici squamis inaequalibus lanceolato-acuminatis tenuiter marginatis : pappi setis divergentibus, externis brevissimis.

C. Crupina *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 296. *n.* 1081 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 425 – Senecio Carduus *Columm. Ecphr. t.* 2. *p.* 32 et S. Apulus *l. c. fi.* 34.

In collibus apricis siccis. *Monte Mario, Valle dell' Inferno, Tivoli* etc.

Ann. Flor. Majo-Junio. Flosculi purpurescentes.

** Cyani Linn. *Squamis involucri apice plumosis, vel margine superiore membranaceo-ciliatis.*

1895. *Phrygia L. Sp. Pl. p.* 1287. Subhirsuto-scabra. Caule erecto superius ramoso : foliis indivisis oblongis acuminatis margine integro vel remote dentato-mucronato, superioribus sessilibus, inferioribus in petiolum productis : calathis majusculis terminalibus solitariis : involucri ovati squamis triangolo acuminatis , apendice nigra pectinatim plumosa, plumis recurvis : pappi setis erectis brevissimis.

C. Phrygia *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 429.

In alpinis herbosis Umbriae. *Valle Canetra.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi purpurei externi radiantes.

1896. *nigrescens* Willd. *Sp. Pl. t.* 3. *p.* 2288. Breviter pilosa. Caule decumbente erectove superne ramoso : foliis inferioribus sinuato-lyratis ovatisve dentatis in petiolum longe productis superioribus lanceolatis sessilibus : calathis submajusculis solitariis terminalibus : involucri ovalis squamis ovatis vel ovato-lanceolatis, appendice nigra margine ciliata, ciliis intense badiis longitudine squamae aequalibus duplove longioribus : pappo nullo.

C. nigrescens *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 432 - C. jacea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 297. *n.* 1084.

β nigra. Corollulis omnibus flosculosis.

C. nigrescens *β*. *Bert. l. c. p.* 433.

Inter segetes praesertim montium. *Monte Gennaro. β* in Umbriae montibus. *Vettore.*

Perenn. Flor. aestate. Flosculi purpurascentes.

1897. *Cyanus L. Sp. Pl. p.* 1289. Incano-floccosa. Caule erecto valde

ramoso: foliis superioribus linearibus, mediis pinnatifidis utrisque sessilibus, inferioribus lanceolatis in petiolum productis: calathis parvis numerosis paniculatis: involucri campaniformis squamis ovato-lanceolatis margine membranaceo albo-nigrove ciliato: pappi setis erectis scabris.

C. Cyanus *Seb. et Maur Fl. Rom. Prod. p.* 297. *n.* 1085 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 439 - Panax Heracleum Theophrasti et Dioscoridis *Columu. Phyt ed Neap. p.* 93. *fig.* 92 - Cyanus segetum flore coeruleo. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 81.

– Inter segetes praesertim montium frequens.

Ann. Bienn. Flor. Majo-Junio. Flosculi coerulei dilute purpurei ant rosei.

Vulgo. *Fior d' Aliso.*

Usus. Succus corollularum in arte tinctoria valet. Medici Cyani flores jam in ophtalmia hadibuerunt nunc obliti.

1898. *montana L. Sp. Pl. p.* 1289. Flocculosa tomento plus minusque denso. Caule ut plurimum erecto simplici vel parce ramoso: foliis lanceolatis linearibusque denticulatis sinuatisve, superioribus quidquam decurrentibus, inferioribus in petiolum productis: calathis majusculis solitariis terminalibus: involucri campaniformis squamis ovatis, appendice nigra, margine albo-membranaceo, pectinato-ciliata: pappo brevi multiseto.

C. montana *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 297. *n.* 1086 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 436 – Cyanus montanus medius caule folioso seu multifolius *Barrel. Ic.* 389 et C. mont. angustifol. purp. *Ic.* 1323 - C. montanus caule folioso capitulo oblongo. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 20 *t.* 22 - C. major alpinus foliis incisis *Triumf. Obs. p.* 26 *fig.* - C. montanus latifolius. *Hort. Rom. t.* 7 *tab.* 82.

In Sabinae montibus *Monte Gennaro, Guadagnolo* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto Flosculi coerulei.

1899. *paniculata L. Sp. Pl. p.* 1289. Canescens tomento floccoso-arachnoideo Caule erecto paniculato-ramoso: foliis inferioribus bipinnatifidis, successivis pinnatifidis, pinnis jamdudum lanceolatis linearibusque, supremis integris linearibus: calathis mediocribus solitariis teminalibus: involucri ovoidei squamis ovatis vel ovato-lanceolatis apice intense nigro-rufis ciliato-mucronatis: pappi setis longitudine ludibundis.

C. paniculata *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.*441.

β maculosa. Appendice nigra squamarum latiore.

C. paniculata *β Bert. l. c.*

In apricis apenninorum Umbriae et Piceni species et varietas. *Monte de Fiori, Pizzo di Sivo, Vettore, Vettoretto* etc.

Bienn. Flor. Majo in Augustum. Flosculi purpureo-rosei, externi quandoque radiantes.

1900. CINEREA *Lamck. Enc. Meth. t.* 2. *par.* 2. *p.* 632. Cinereo-tomentosa tomento brevi. Caule erecto superius ramoso ramis corymbosis: foliis pinnatifidis, pinnis oblongo-lanceolatis obtusis, superioribus sessilibus, inferiorum rachide in petiolo longe producta, supremis paucis indivisis linearibus: calathis mediocribus terminalibus solitariis: involucri ovoidei squamis ovatis vel ovato-oblongis, appendice triangulari ciliata intense badia decurrente, ciliis mucronulatis: pappi albi setis longitudine variis.

C. cinerea *Bert Fl. It. t.* 9. *p.* 448.

Ad rupes in maritimis. *Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Majo. Flosculi purpureo-rosei.

1901. CINERARIA *L. Sp. Pl. p.* 1290. Dense cano-tomentosa. Caule erecto corymboso-ramoso: foliis bipinnatifidis, inferioribus in petiolum productis, superioribus sessilibus, supremis paucis pinnatifidis simplicibus, omnium pinnis lanceolato-linearibus obtusis integris: calathis majusculis numerosis solitariis terminalibus: involucri ovoidei crassi squamis late ovatis appendice triangulari fusco ciliata, ciliis longiusculis mucronulatis: pappi albi setis achenio longioribus.

C. cineraria *Maur. Cent.* 13. *p.*40 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 448 - Stoebe tenuifol. incana magno capite Italica *Barrel. Ic.* 348.

In rupium fessuris et ad margives viarum frequens circa Anxurem.

Suffrut. Flor. Aprili-Junio. Flosculi rosei.

1902. DISSECTA *Ten. Prod. in Fl. Nap. t.* 2. *p.* 51. Subtomentosa tomento cano saepe minorato. Caule adscendente vel erecto superne ramoso, ramis apice nudis: foliis primordialibus lyratis integrisve successivis bipinnatifidis, superioribus simpliciter pinnatifidis, omnium pinnis distantibus linearibus lanceolatisve quandoque dentatis: calathis mediocribus terminalibus solitariis: involucri ovoidei crassi squamis late ovatis, appendice nigra majuscula ciliata, ciliis ut plurimum albis: pappi setis achenio triplo brevioribus.

C. dissecta *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 450 - C. dissecta *α. β. Sang. Cent. tres. p.* 121 *n.* 277.

In herbidis et petrosis Umbriae et Piceni.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi purpurei.

1903. CERATOPHYLLA *Ten. Cat. H. Neap.* 1819. *p.* 72. Incano-flocculosa, quandoque tomento minorato subviridis. Caule humili ececto parce ramoso:

foliis inferioribus 2-pinnatifidis in petiolum productis, superioribus pinnatifidis, laciniis omnium linearibus acutis integris : calathis grandibus solitariis breviter pedunculatis, caule ramisque terminalibus : involucri subglobosi squamis late ovatis ciliatis, spina longa subpatente inferne spinulosa, terminatis: pappi setis achenio multo brevioribus.

C. ceratophylla *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 453 - Jacea montana minima tenuifolia *Columm. Ecphr. 2. p. 36. f. p.* 35.

In Umbriae pratis elatis. *Monte Cavalli.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi lutei.

1904. RUPESTRIS *L. Sp. Pl. p.* 1298. Virescens et basi tantum floccis canescens. Caule erecto angulato-sulcato parce ramoso, ramis elongatis subnudis : foliis primordialibus et superioribus rimpliciter pinnatifidis, intermediis bi-tripinnatifidis pinnis linearibus lanceolatisve subintegerrimis nonullis falcatis : calathis grandibus solitariis terminalibus : involucri crassi subglobosi, squamis late ovatis, appendice triangula fusco-ferruginea brevi breviterque ciliata, ciliis inermibus vel vix spinulosis : pappi setis tandem fuscis, acheniis subaequalibus.

C. rupestris *Sang. Cent. tres. p.* 122. *n.* 279 - *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 454.

In sylvatis ad rupes. *Terni, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Julio-Augusto Flosculi lutei.

1905. SCABIOSA *L. Sp. Pl. p.* 1291. Virescens. Caule angulato erecto ramoso: foliis coriaceis, inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis, pinnis in omnibus lanceolatis linearibusque integris serratisve: calathis grandibus mediocribusque: involucri squamis ovatis lanceolatisve tenuiter marginatis, margine et appendice ciliata nigro-badiis, ciliis acuminato-mucronulatis : pappi setis tandem purpurascentibus acheniis subaequalibus.

C. Scabiosa *Maur. Cent.* 13. *p.* 40 - *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 458.

In montanis nostris inter saxa, et in apennino Umbro. *Felettino, Monte de Fiori* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Fosculi purpurascentes.

*** Rhapontica Linn. *Appendicibus squamarum involucri scariosis, erosis vel scissis.*

1906. AMARA *L. Sp. Pl. p.* 1292. Laxe floccoso-tomentosa. Caule decumbente erectove, ramis patulis : foliis inferioribus lanceolatis subdentatis tri-

tidisve in petiolum productis, caulinis sessilibus linearibus integris, supremis calathum involucrantibus: involucri ovoidei squamis ovatis appendice subrotuoda concava scariosa integra vel erosa : pappo nullo.

C. amara et C. jacea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 297. *n.* 1083 *et* 1084 – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 461 – Jacea saxatilis, longo, incano, angusto Helichrysi ereti folio montana, erecta, flore purpureo. *Bocc. Mus. di Piant. p.* 31. *tab.* 17.

In arvis collibus communis circa Urbem.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flosculi dilute purpurei, vel albi.

Obs. In speciminibus nostris tomentum constanter floccoso-laxum ideo herba tetre virescit.

1907. ALBA *L. Sp. Pl. p.* 1293. Scabra virens. Caule erecto angulato ramoso, ramis paniculatis : foliis inferioribus pinnatifidis pinnis pinnulisque linearibus remotis lanceolatis serratis integrisve : calathis submajusculis solitariis terminalibus : involucri subglobosi squamis ovatis, appendice ampla albo-scariosa concava mucronulata: pappi quandoque nulli setis albis achenis multo brevioribus.

C. alba *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 464. – C. splendens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 296. *n.* 1082.

β deusta. Appendicibus squamarum involucri macula fusca notatis.

C. alba β *Bert. l. c. p.* 465 – C. splendens β *Seb. et. Maur. l. c.*

In collibus apricis siccis species et varietas. *Monte Mario presso villa Madama, Tivoli, M. Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi purpurascentes.

1908. ROMANA *L. Sp. Pl. p.* 1295. Virens, piloso-scabra. Caule decumbente adscendente erectove superne ramoso: foliis dentatis inferioribus lyratis vel runcinato-lyratis, lobo supremo rotundato maximo, et in petiolum caulem amplexante productis, sucessivis lyratis, supremis ultimisque calathum involucrantibus lanceolatis in caulem complete decurrentibus : calathis submediocribus solitariis terminalibus: involucri ovoidei squamis ovatis vel ovato-oblongis appendice callosa alba, spinis 5–7 palmatis reflexis vel suberectis terminata : pappi setis niveis, externis brevioribus.

C. romana *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 472 – C. napifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 298. *n.* 1088. - Stoebe Erucae fol. rubro Cyani flore Italicus *Barrel. Ic.* 504.

In marginibus viarum agrestium ab occidente Urbis et speciatim extra Portam S. Pancratii. *Vicolo di Bravetta.*

Ann. Flor. Junio–Augusto. Flosculi purpurei radio quandoque deficiente.

Obs. Sententiae Clm̃i Bertoloni accedimus, dum nostra et Barrellieri planta nomine *C. Romanae Linn.* donanda statuit.

1909. CRISTATA *Bartl. in Wendl. Beirt t. 2 p.* 119. Scabra. Caule erecto ramoso, ramis numerosis divaricatis : foliis inferioribus bipinnatifidis, caulinis pinnatifidis, pinnis pinnulisque integris, supremis simplicibus linearibus, lacinula ut plurimum utrique ad basim : calathis minusculis terminalibus axillaribusque : involucri ovato–oblongi squamis externis lanceolatis, appendice albo–membranacea decurrente abscure maculata brevi ciliata, ciliis vix mucronais : pappo nullo.

C. cristata *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 443.

In montanis non procul a mare. *Nei Monti della Tolfa.*

Bienn. Flor. Junio-Augusto. Flosculi purpureo-rosei, externi quandoque radiantes.

**** Stoebe Linn. *Spinis squamaum involucri palmatis.*

1910. SONCHIFOLIA *L. Sp. Pl. p.* 1294. Virens piloso-scabrida. Caule adsendente erectove ramoso: foliis inferioribus runcinatis in petiolum productis, lobo supremo rotundato, superioribus oblongis obtusis, ultimis involucrantibus attenuatis, omnibus dentato-spinulosis: calathis submajusculis solitariis terminalibus : involucri ovoideo-conici squamis ovatis, appendice calloso-spinosa, spinis tenuibus 5-7 erectis reflexisque, terminali longiore: pappi tenuiter striati setis albis, achenio brevioribus.

C. sonchifolia *Bert. Fl. It. t.* 9 *p.* 470. - Jacea laciniato sonchifolio, sive Jacea latifolia purpurea, capitulo spinoso. *Bocc. Rech. et Observ. p.* 201.

In agro romano, et in montanis proximis. *Frascati* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flosculi externi purpurei interni albidi.

1911. SPHAEROCEPHALA *L. Sp. Pl. p.* 1295. Hirto-scabra virescens. Caule decumbente ramoso: foliis runcinatis, lobis dentato-mucronulatis impari subdeltoideo, inferioribus in petiolum productis, superioribus sessilibus basi auriculato-amplexicaulibus : calathis mediocribus solitariis terminalibus : involucri ovoideo–ventricosi squamis ovatis appendice calloso-spinosa, spinis 5–7 patentibus reflexisque, impari paulo longiore: pappi setis albis dimidia achenii longitudine.

C. sphaerocephala *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 297. *n.* 1087. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 473. - Jacea marit. incana cap. purpur. spinoso major. *Barrel. Ic.* 1217.

In pratis et sylvis maritimis. *Ostia, Castel Fusano, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi purpurei, radio quandoque deficiente.

1912. SOLSTITIALIS *L. Sp. Pl. p.* 1297. Cono-tomentosa. Caule erecto ramoso, ramis paniculatis : foliis inferioribus lyratis lobis lateralibus lanceolatis, impari maximo rotundato, caulinis lanceolatis subintegerrimis in caulem complete angusteque decurrentibus omnibus dentatis: calathis parvis terminalibus axillaribusque foliis extimis auctis: involucri ovoideo-conici squamis ovatis spinis 3-5, centrali longissima: pappi setis achenii longitudine, quandoque deficientibus.

C. solstitialis *Seb. et Maur. Fl. Rom. p.* 299. *n.* 1090. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 475. - Spina solstitialis mitior apula *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 31.

In ageribus et viis passim.

Ann. Flor. Julio Septembri. Flosculi citrino-lutei.

Obs. Herba intense amara.

1913. ASPERA *L. Sp. Pl. p.* 1296. Pubescenti-viridis. Caule erecto angulis scabro, ramis teretibus elongatis divaricatis: foliis inferioribus lyratis vel pinnatifido-dentatis in petiolum brevem productis, superioribus sessilibus lanceolato-linearibus subdentato-mucronatis, supremis subintegris, omnibus margine scabris : calathis parvis solitariis caule ramisque terminalibus : involucri ovoidei tandem basi inflati squamis flavidis ovato-lanceolatis, spinis 3-5 palmatis squama plus dimidio brevioribus erectis tandem reflexis: pappi setis achenio plus duplo brevioribus.

C. aspera *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 481.

In maritimis. *Presso Civitavecchia, Corneto* etc.

Perenn. Flor. Majo, Autumno. Flosculi purpurei.

***** Calcitrapae Lin. *Spinis squamarum involucri solitariis compositis.*

1914. BENEDICTA *L. Sp. Pl. p.* 1296. Virens, et arachnoideo-pilosa. Caule erecto foliato, superne ramoso: foliis sessilibus semiamplexicaulibus sinuatis pinnato-lobatis , supremis lanceolatis breviter decurrentibus , omnibus venosis margineque dentato-spinulosis : calathis grandibus solitariis caule ramisque terminalibus, foliis supremis involucrantibus superatis: involucri cam-

paniformis squamis lanceolatis externis spina simplici internis composita terminatis pappi setis achenio subaequalibus.

C. Benedicta *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 482. - Carduus sylvestris hirsutus sive Carduus Benedictus. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 84.

In montibus Latii. *Vicino Rocca di Papa.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flosculi lutei.

Vulgo. *Cardo santo.*

Usus. Cardui Benedicti herba uti sudorifera, tonica etc. olim frequentissime, nunc raro adhibita: nichilo tamen minus a villicis et a vulgo uti amaricans in febbribus intermitentibus saepe saepius usurpata.

1915. *Calcitrapa L. Sp. Pl. p.* 1297. Glabra, pubescens, flocculosa. Caule erecto ramosissimo, ramis divaricatis: foliis pinnatifidis, inferioribus in petiolum productis, superioribus sessilibus, inferiorum pinnis ovatis subdenticulatis, superiorum linearibus dentato-spinulosis: calathis subparvis axillaribus terminalibusque foliis supremis linearibus subintegris apice spinosis acutis: involucri ovoidei squamis externis delthoideis internisque oblongis, spina longa robusta inferne canaliculata et composita jamdudum patente tandem revoluta terminatis, squamis intimis apice simpliciter scarioso-laceris: pappo nullo.

C. Calcitrapa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 298. *n.* 1089. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 483. - Hyppophaestum *Columm. Ecphr. ed. Neap. p.* 107.

Vulgatissima in ruderatis et viis.

Ann. Flor. Julio. Flosculi purpurascentes vel albi.

Vulgo. *Cacatreppala.*

1916. *Pauzini DC. Prod. Syst. nat. t.* 6. *p.* 597. Glabra viridis. Caule erecto ramoso, ramis divaricatis: foliis sessilibus inciso-dentatis pinnatifidisve, laciniis linearibus dentato-mucronulatis, supremis indivisis dentatis: calathis parvis solitariis ramis terminalibus foliis supremis insidentibus: involucri conici squamis externis ovatis internisque oblongis, spina longa valida composita, inferne non caniculata jamdudum patente spinulis lateralibus utrinque tribus validiusculis, terminatis: acheniis disci breviter papposis radii nudis.

C. Pauzini *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 485.

Ad vias campestres in maritimis. *Presso Corneto.*

Bienn. Flor. Aestate. Flosculi rosei.

****** Crocodiloidea Lin. *Spinis squamarum involucri solitariis.*

1917. *cichoracea.* *L. Sp. Pl. p.* 1299. Glabriuscula. Caule erecto simplici vel parce ramoso, ramis erectis: foliis late-lanceolatis irregulariter dentato-mucronatis, radicalibus in petiolum productis deorsum pinnatifidis integrisque, caulinis decurrentibus: calathis grandibus solitariis ramis terminalibus, pedunculo elongato subnudo: involucri campaniformis squamis lanceolatis acutis, spina longa setacea tandem recurva, terminatis: pappi setis achenio plus duplo longioribus.

C. cichoracea *Sang. Cent. tres p.* 122. *n.* 278. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 488.

In maritimis *Civitavecchia* juxta locum dictum. *La Torre di Orlando.*

Perenn. Flor. Julio. Corollulae rubrae.

1918. *salmantica* *L. Sp. Pl. p.* 1299. Inferius hirsuta superius pubescens vel-glabrata. Caule erecto ramoso quandoque subsimplici, ramis erecto-patulis elongatis: foliis inferioribus lyratis, mediis lanceolatis, summis linearibus omnibus toto margine dentato-spinulosis: calathis mediocribus, caule ramisque terminalibus: involveri ventricosi squamis ovatis, spina brevissima sub-recurva, terminatis: pappi setis scabridis achenio multo brevioribus.

C. salmantica *Maur. Cent.* 13. *p.* 41. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 489.

In muris secus portam Divi Pancratii.

Perenn. Flor. Julio. Corollulae albae.

GALACTITES.

1919. *tomentosa* *Moench. Meth. p.* 558. Albo-tomentosa. Caule erecto ramoso-corymboso: foliis pinnatifidis decurrentibus, laciniis lanceolato-acuminatis spinosis, pagina superiore denudata albo-viridibus: calathis grandiusculis: involucri campaniformis squamis lanceolatis arachnoideis.

G. tomentosa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 299. *n.* 1091. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 491.

Vulgatissima in agris et viis.

Ann. Flor. Junio-Julio Corollulae intense roseae.

Syngenesia-polygamia necessaria.

CALENDULA.

1920. ARVENSIS *L. Sp. Pl. p.* 1303. Pubescenti glandulosa. Caule ramoso decumbente vel erecto: foliis lanceolatis acutis remate dentatis, inferioribus in petiolum productis, superioribus amplexicaulibus, nonnullis e acheniis exterioribus lineari-canaliculatis demum suberectis.

C. arvensis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 299. *n.* 1092. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 498. – C. officinalis *Sebast. En. Pl. Amph. Flavvi pag.* 32 *n.* 44.

In arvis viis vineis vulgatissima.

Ann. Flor. hyeme et vere. Corollulae citrinae.

Vulgo. *Calta, Primo fiore.*

EVAX.

1921. PYGMAEA *Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 422. *n.* 1. Cinereo-tomentosa, humilis. Caule erecto ut plurimum simplici toto folioso: foliis sessilibus spathulatis obtusis, supremis involucrantibus patentibus, calathorum glomerulo duplo longioribus: acheniis scabris.

E. pygmaea *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 501 – Gnaphalium rorseum supinum caules. *Barr. Ic.* 127. *f.* 4. et Gn. leontop. erectum *l. c.*

In pratis maritimis. *Porto di Ascoli.*

Ann. Flor. Vere et Autumno. Corollulae luteae.

1922. ASTERISCIFLORA *Pers. Syn. Pl. t.* 2. *p.* 423. *n.* 2. Albo-tomentosa, pusilla. Caule simplici vel parce ramoso, foliis sessilibus lanceolatis acutis supremis involucrantibus patentibus, calathorum glomerulo, plus duplo longioribus: acheniis ciliatis.

E. asterisciflora *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 502. – Micropus pygmaeus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 286. *n.* 1034.

In pratis mare versus non infrequens. *Casetta Mattei, Pozzo Pantaleo, Civitavecchia* etc.

Ann. Flor. Junio. Corollulae spurco-luteae.

MICROPUS.

1923. ERECTUS *L. Sp. Pl. p.* 1313. Albo-lanatus, lana saepius floccosa. Caule ut plurimum solitario ramoso, ramis bifidis aut dichotomis: foliis obverse lanceolatis integerrimis: involucri squamis inermibus.

M. erectus *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 506.

In aridis montium Umbriae, et Piceni *alla Sibilla, al M. de'Fiori.*

Ann. Flor. Junio-Julio Corollulae luteae.

Syngenesia-Polygamia segregata.

ECHINOPS.

1924. *spaerocephalus*. *L. Sp. Pl. p.* 1314. Glanduloso-viscidus alboque tomentosus: foliis desuper simpliciter pilosis spurco-viridibus. Caule erecto ramoso: foliis sinnato-pinnatifidis, pinnis dentato-spinosis, superioribus sessilibus cordato-amplexicaulibus, inferioribus in petiolum productis: capitulo grandi: involucri proprii squamis externis, internis dimidio brevioribus: achenii corona brevissima denticulata.

E. spaerocephalus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 299. *n.* 1093. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 509. - Carduus sphaerocephalus latifol. albens. *Barrel. Ic.* 143.

In locis montanis. *Presso Tivoli, sul Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Julio, Augusto. Corollulae albo-coerulescentes.

1925. *elegans* *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 513. Incano-tomentosus, foliis supra denudatis viridiusculis: caule erecto simplici ramosove: foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus simpliciter pinnatifidis, rachide angusta, laciniis lacinulisque valde dentato-spinosis: calatho grandiusculo: involucri proprii squamis externis, internis triplo brevioribus: achenii corona brevissima setaceo-lacinulata.

E. Ritro *Sang. Cent. tres p.* 122. *n.* 280.

In sterilibus montium et ad vias in Umbria, et in Piceno.

Perenn. Flor. Julio. Corollulae cyaneae.

CLASSIS XX GYNANDRIA

Sect. 1. *Gynostemium irregulare* (1) *Orchideae Lin*

Ord. 1. Monandria.

471. ORCHIS. Perigonium orchideum ovario adaerens sex partitum: (2)

---

(1) Partes praecipuae Gynostemi irregularis cum Richardo denominantur.

Gynizus, cicatrix impressa in parte inferiore, et interna perigonii, stigmati respondens.

Rostellum, processus superior Gynizi, qui plus minus ad instar rostri in parte superiore Gynizi anterius producitur, eumque quodamodo occultat.

galea petalis aequalis: opercula, galea et petalis, breviora: partes omnes vel in fornicem conniventes, vel saepius petala patentia aut reflexa, galea cum operculis connivens: labellum lobatum vel integrum calcaratum: anthera 2-locularis, loculis contiguis parallelis: massae pollineae retinaculo bursiculato, quandoque nudo, retentae, et in caudiculas productae: gynizus concavus: ovarium saepius contortum.

472. PLATANTHERA *Rich.* Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum: galea petalis patentibus aequalis: opercula petalis breviora: galea et opercula insimul fornicata: labellum lineare obtusum, calcar attenuatum ovario multo longior: anthera 2-locularis loculis latis explanatis aut convexiusculis parallelis patentibus: massae pollineae retinaculo nudo retentae et in caudiculam productae: massulae distinctae hinc inde ad latus loculorum sero hiantium: rostellus nullus: ovarium non contortum.

473. HYMANTOGLOSSUM *Spr.* Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum: galea petalis aequalis, opercula linearia galea et petalis breviora, omnia inisimul in cucullum parvum coadunata: labellum elongatum tripartitum laciniis angustis lateralibus breviusculis, media longissima 2-fida: calcar saccatum saepe brevi crasso pendulo: anthera 2-locularis: massae pollineae retinaculo unico bursiculato retentae, et in binis caudiculis productae: ovarium stipitatum non contortum.

———

Proscolla, glandulae in parte anteriore Rostelli, fecundationis tempore madidae, stigmatis opus coadiuvantes.

Retinaculum, membrana mucosa elastice extensibilis, quae massam pollineam involvit loculosque determinat. Membrana haec quandoque basi duplex; scilicet recipitur ab alia breviori, tunc retinaculum bursiculatum dicitur, nam haec peculiaris membrana, quae ab extremitate anteriori Rostelli exurgere videtur, *Burzicula* nuncupatur.

Caudicula, pars inferior retinaculi successive attenuata, qua loculi, ut plurimum, Proscollae adhaerent.

Massa pollinea, quidquid Pollinis in quoque loculo continetur.

Massula Pollinea, partes in quibus massae quandoque dividuntur.

(2) Partes Perigonii ut plurimum sex, tria externa, tria interna: duo ex interioribus, et tria externa labium superius ut plurimum constitunt (labium simpliciter dicendum) et nominibus peculiaribus sic distinguntur. Ex externis media *Galea* noncupatur, lateralia *Petala*, duo interna superiora *Opercula*, tertium ex internis omnium majus inferius quam saepissime productum *Labellum*.

474. PERISTYLUS *Blume*. Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum: galea et petala ovato-lanceolata, opercula linearia, omnia in cucullum parvum campanulatum conniventia: labellum oblongum angustum, sepalis vix longior, apice trifidum, lacinis linearibus media brevissima: anthera 2-locularis: massae pollineae retinaculis nudis distinctis involutae et in caudiculas productae: ovarium contortum.

475. NIGRITELLA *Ric*. Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum resupinatum: galea et petala lanceolata, opercula breviora et angustiora, labellum erectum ovatum subundulatum, omnia insimul erecto-patentia: calcar scrotiforme vel cylindraceum semper obtusum et ovario brevius: anthera 2-locularis: massae pollineae modo nudae, modo a retinaculo bursiculato semiobvolutae in caudiculas elongatas, jamdudum productae: ovarium non contortum.

476. ACERAS *R. Brown*. Perigonium orchideum sex partitum ovario adhaerens: galea petalis aequalis et cum opercula minora in cocullum conniventia: labellum planum ecalcaratum dependens profunde trisectum, segmentis linearibus, medio longiore et saepe bifido: anthera erecta bilocularis: massae pollineae retinaculo unico bursiculato retentae et in caudiculas distinctas productae: gynostemium breve obtusum: ovarium contortum.

477. OPHRIS *L*. Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum: galea et petala aequalia patentia sub concava: opercula minora erecta: labellum sub carnosum ecalcaratum porrectum ut plurimum convexum indivisum, vel trifidum, lobo medio integro emarginato vel bifido, pectore varimode pictum, basi saepe bicolliculosum: anthera erecta, denuo super gynizum concavum non raro recurvata, bilocularis: massae pollineae retinaculis bursiculatis retentae et in caudiculas productae: apex gynostemii saepius elongatus et apice rostratus: ovarium non contortum.

478. SERAPIAS *L*. Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum, partibus inferne connatis vel liberis: galea petala et opercula in cucullum acuminatum inclinatum coadunata: labellum ecalcaratum trilobum basi gibbum, lobo medio longiore saepius cuspidatum et medio refractum, lateralibus rotundatis erectis vel ascendentibus, cucullo inclusis vel exertis: anthera versatilis 2-locularis, loculis parallelis contiguis: massae pollineae retinaculo unico bursiculato retentae et in caudiculas distinctas productae. gynostemium elongatum, rostro apice compresso: ovarium non contortum.

479. SPIRANTHES *Rich*. Perigonium orchideum ovario adhaerens sex-

partitum erectum ringens: petala libera et ad labellum deflexa: galea et opercula connata insimul fornicata : labellum integrum sepalis subaequale breviter unguiculatum ecalcaratum , facie superiore inferius canaliculatum, facie inferiore medio bicallosum: anthera mobilis acuminata: massae pollineae retinaculo unico nudo retentae et caudiculis proscollae insidentes: gynostemium breve deflexum, in canaliculo labelli, receptum: ovarium non contortum. Flores spicati spiraliter dispositi.

480. NEOTTIA *Ric.* Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum: galea petala et opercula inter se fere aequalia et in fornicem campanulatum insimul conniventia: labellum porrettum, galea plus duplo longior, basi concavum, apice 2-lobum, lobis divergentibus: gynosteminm breve apice reflexo antheriferum: anthera libera 2-locularis: massae pollineae parvae pulverulentae nudae ecaudiculatae proscollae communi junctae : ovarium stipitatum non contortum.

481. LISTERA *R. Brown.* Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum: galea et petala aequalia ovato-subacuminata, cum operculis angustibus et brevioribus, in cucullo patenti,disposita: labellum dependens,labio multo longior, basi foveolatum longitudinaliter sulcatum, sulco nectarifero, ecalcaratum bifidum, laciniis linearibus, lacinulaque brevi prope basim hinc inde quandoque auctum, apice antheriferum: massae pollineae pulverulentae ecaudiculatae proscollae communi adfixae: ovarium subrotundum longe stipitatum.

482. EPIPACTIS *Rich.* Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum, partibus subaequalibus: petala, reflexa, galea et opercula conniventia : labellum ecalcaratum patens medio refractum, postice cartilagianeum concavo-saccatum et cristulis duobus elevatis basi hinc inde donatum, antice petaloideum ovatum indivisum vel trilobum : gynostemium breve acutum, anthera biloculari terminatum : loculi contigui paralleli : massae pollineae pulverulentae retinaculo unico retentae ecaudiculatae : ovarium non contortum longiuscule stipitatum.

483, CEPHALANTHERA *Rich.* Perigonium orchideum ovario adhaerens sex partitum, partibus subaequalibus: petala patentia, galea et opercula conniventia, labellum trifidum ecalcaratum basi saccatum pectore sulcatum antherius ovatum vel lanceolatum jamdudum integrum: gynostemium elongatum: anthera terminalis bilocularis operculata lobis contiguis : massae pollineae pulverulentae bilobae ecaudiculatae : ovarium vix contortum.

484. LIMODORUM *Tourn.* Perigoninm orchideum ovario adhaerens sex partitum, partibus erectis campanulato-patentibus : galea rostrata petalis de-

clinatis, aequalis: opercula minora erecto-patula: labellum basi constrictum et in calcar angustum dependens ovarium subsuperans, productum: gynostemium elongatum: anthera terminalis libera obtusa bilocularis, loculis contiguis : massae pollineae indivisae, retinaculo communi junctae ecaudiculatae: ovarium stipitatum contortum.

SECT. 2. GYMNOSTEMIUM REGULARE

ARISTOLOCHIAE Juss.

ORD. VI. HEXANDRIA.

485. ARISTOLOCHIAE *L.* Perigonium simplex petaloideum ovario adhaerens superne liberum tubulosum, tubus primo inflatus dein rectus vel curvus, post nutias deciduus : limbus unilateralis ligulatus, ligula integra vel bifida : antherae subsessiles dorso stylo adnatae, biloculares, loculis parallelis : stylus brevis : stigma sexlobum, lobis radiatis : capsula coriacea 6-locularis: semina triangularia depressa, in unoquoque loculo uniseriata.

GYNANDRIA-MONANDRIA.

ORCHIS.

* Tuberibus indivisis.

1926. RUBRA *Jacq. Coll.* 1. *p.* 60. Tuberibus subrotundis : scapo toto vestito: foliis vaginantibus, inferioribus lanceolato-linearibus canaliculatis , superioribus squamiformibus abbreviatis acutis: floribus in spica ovata crassiuscula: bracteis coloratis nervosis ovarium quidquam superantibus: labii partibus conniventibus: labello integro obovato unquiculato venoso anterius denticulato : calcare cylindrico dependente ovario breviore.

O. rubra. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 516. — O. papilionacea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 306. *n.* 1104.

In pascuis apricis et viridariis abunde.

Perenn. Flor. Aprili Maio. Perigonium plus minus saturate rubrum.

1927. EXPANSA *Ten. Syll. p.* 455. Tuberibus subrotundis : scapo toto vestito: foliis vaginantibus, inferioribus lanceolato-linearibus, superioribus squamiformibus obtusiusculis abbreviatis : floribus paucis in spica ovata laxiuscula: bracteis coloratis exquisite nervosis vix ovario longioribus : labii partibus conniventibus obtusiusculis nervosis : labello obovato-delthoideo planiu-

solo exquisite venoso anterius denticulato: calcare cylindraceo suberecto obtusiusculo ovario breviore, partibus perigonii longiore.

O. expansa *Sang. Cent. tres. p.* 123. *n.* 281.

In colle prope Romam vulgo dicto *Porcareccio.*

Perenn. Fl. Aprili. Perigonium saturate rubrum.

Obs. *O. Expansa Ten* perfecte congruit cum *O. Morio papilionacea Tumbalii* apud Gren. et Godr. Fl. de France t. 3. p. 185. Nomen Cllmi Tenoris servavi, ut legibus philosophiae botanicae obtemperarem, licet nomen Tumbalii aptius ad originem speciei indicandam.

1928. PYRAMIDALIS *L. Sp. Pl. p.* 1332. Tuberibus subrotundis : scapo laxe vestito : foliis vaginantibus linearibus canaliculatis, superioribus squamiformibus acuminatis: floribus in spica densa conica: bracteis lanceolato-linearibus ovario brevioribus: labii partibus lanceolatis acutis: sepalis patentibus, galea cum operculis connivente: labello trilobo basi desuper bilamellato, lobis longitudine subaequalibus apice integris aut dentatis: calcare lineari-elongato, ovarium subsuperante.

O. pyramidalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 306. *n.* 1105 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 518.

In apricis pascuis viridariis nec non in sylvulis. *Villa Borghese, Pamfili, Macchia Mattei* etc.

Perenn. Flor. Aprili Maio. Perigonium kermesinum quandoque album.

1929. CORIOPHORA. *L. Sp. Pl. p.* 1332. Tuberibus parvis subrotundis: scapo vestito: foliis vaginantibus lanceolato-linearibus acutis canaliculatis, superioribus abbreviatis squamiformibus : floribus parvis in spica cylindracea subconferta : bracteis lanceolatis nervosis ovario vix longioribus : labii partibus inferius connatis in cucullum dispositis: labello 3-fido, laciniis lateralibus deflexis crenatis, media sublongiore integra lanceolata: calcare conico ovario subdimidio breviore.

O. coriophora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 302. *n.* 1096. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 522.

In montibus collibus ericetis, oris nemorum mare versus etc.

Perenn. Flor. Maio Junio. Perigonium viridi-rubellum odore nunc grato, nunc cimicino.

1930. *Morio L. Sp. Pl. p.* 1333. Tuberibus subglobosis: scapo vestito: foliis vaginantibus lanceolatis, inferioribus obtusis, successivis acutis, supremis squamiformibus laxe vaginantibus: floribus in spica abbreviata laxiuscula:

bracteis lanceolatis nervosis ovarium subaequantibus : labii partibus obtusis in galeam conniventibus: labello trilobo, lobis latis, lateralibus crenatis, medio latiore submarginato : calcare cylindraceo obtuso, ovario subreviore.

O. Morio *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 304. *n.* 1099. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 524.

In apricis etiam prope urbem frequens. *Villa Borghese*, *Pamfili*, etc.

Perenn. Fl. Aprili. Perigonium subviolaceum, odore grato fugaci.

1931. MASCULA *L. Sp. Pl. p.* 1333. Tuberibus ovalibus: scapo superius nudo : foliis oblongis obtusis nervosis saepius maculatis , superioribus squamiformibus vaginantibus acutis: floribus in spica laxa elongata: bracteis membranaceis lanceolato-acuminatis coloratis, ovarium quidquam superantibus: labii partibus lanceolatis acutis, galea cum operculis connivente, petalis patentibus retroflexisve : labello trifido superne puberulo, laciniis lateralibus subintegris vel apice dentatis , media maiore apice dilatata crenata emarginata : calcare cylindrico obtuso obliquo vel pendulo ovarium subaequante.

O. masculae *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 303. *n.* 1098. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 527.

In montium sylvis. *Albano* abbunde.

Perenn. Flor. Apriii Majo. Perigonium purpureum labellum punctis saturatioribus notatum.

1932. USTULATA. *L. Sp. Pl. p.* 1333. Tuberibus ovalibus : scapo laxe vestito : foliis acutis inferioribus oblongis nervosis, superioribus squamiformibus : floribus in spiga congesta cylindrico-ovata: bracteis ovato-acuminatis ovario brevioribus: perigonio parvo: labii partibus ovatis in cucullum acutum coadunatis : labello trifido punctato-scabro, laciniis lateralibus oblongis, media obcordato-bifida: calcare tenui subuncinato obtuso ovario quadruplo breviore.

O. ustulata *Sang. Cent. tres. p.* 124. *n.* 283. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 531.

In montibus tiburtinis. *Monte Catillo*, *S. Polo*, *S. Gregorio* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium albidum denuo purpureo-nigrigans punctis labelli purpureis.

1933. SECUNDIFLORA *Bert. Amoe. p.* 82. *n.* 8. Tuberibns ovalibus: scapo vestito: foliis inferioribus ovato-lanceolatis subcongestis, superioribus vaginantibus squamiformibus : floribus secundis deorsum imbricatis in spica cylindrica densa : bracteis lanceolatis ovario duplo brevioribus : perigonio parvo : labii partibus acutis in cucullum inclinatum coadunatis : labello trifido laci-

niis linearibus angustissimis, media duplo latiore bifida vel subtridentata: calcare recurvo ovario triplo breviore.

O. secundiflora *Sang. Cent. tres p.* 125 *n.* 284. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 533.

In nemoribus prope Albanum.

Perenn. Flor. Aprili. Perigonium subcarneum suaveolens.

1934. VARIEGATA *Wild. Sp. t.* 4. *p.* 21. Tuberibus ovalibus: scapo superne nudo: foliis inferioribus oblongis, superioribus ascendendo minoratis squamiformibus: floribus in spica densa subglobosa: bracteis lanceolato-acunatis ovario brevioribus: labii partibus ovato-acuminatis basi connatis in cucullum inclinatum coadunatis: labello plano trifido maculato, laciniis apice denticulatis cranatisve, lateralibus oblongis angustis, media latiore biloba vel indivisa, quandoque apiculata: calcare crassiusculo apice obtuso dependente ovario breviore.

O. variegata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 306. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 534.

In sylvaticis, incultis, apricis, viridariis non rara.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium albo-roseum quandoque prorsus album, maculis sanguineo-rubris totum elegantissime pictum.

1935. UNDULATIFOLIA *Biv. Bern. Sic. Pl. cent.* 2. *p.* 44. Tuberibus ovalibus oblongisve: scapo superius nudo: foliis inferioribus crebris oblongis margine undulatis, superioribus squamiformibus lanceolato-acuminatis: floribus numerosis in spica subglobosa densa: bracteis ovato-acuminatis ovario triplo quadruploque longioribus: labii partibus liberis ovato-acuminatis in cucullum conniventibus: labello 3-partito puntato scabro, laciniis linearibus angustissimis, obtusis trivenosis, lateralibus integris, media bifida, mucronulo lineari-subulato interiecto: calcare dependente emarginato, ovario duplo breviore.

O. undulatifolia *Fior. Giorn. de'Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 130. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 537. - O. antropophora altera *Columm. Ecph.* 2. *p.* 8. et O. antropophora oreades *l. c. p.* 9. *fig.*

In apricis montium. *Terracina al Circello.* Prope Romam. *Monte Mario* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium majusculum elegantissimum suaveolens albo-carneum.

1936. TEPHROSANTHOS *Willd. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 21. Tuberibus ovalibus:

scapo superne longo tractu nudo : foliis inferioribus oblongis, sucessivis squamiformibus, omnibus obtusis: floribus in spica ovata laxiuscula: bracteis ovatis acutis ovario triplo quadruploque brevioribus: labii partibus conniventibus basi coalitis: labello porretto 3-partito punctato glabro, laciniis lateralibus integris, media longiore bifida, appendicula lineari interiecta, omnibus augustissimis obtusis univenis: calcare subscrotiforme ovario quadruplo breviore.

O. tephrosanthos *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 306. *n.* 1104. – *Bert. Fl. It t.* 9. *p.* 538. – O. Zoophora Cercopithecum referens Oreades *Columη. Ecphr.* 1. *p.* 139 et O. altera Oreades Cercopithecophorae *l. c. p.* 320 *fig.*

In collibus pascuis apricis et sterilibus communis.

Perenn. Flor. Aprili. Perigonium albido-purpurascens grate redolens.

1937. MILITARIS *L. Sp. Pl. p.* 1333. Tuberibus ovalibus: scapo superius longe denudato : foliis inferioribus ovali-oblongis, successivis squamiformibus, omnibus acutis: floribus in spica ovoidea vel oblonga laxiuscula: bracteis ovatis acutis ovario triplo vel quadruplo brevioribus: labii partibus ovatis acutis multinerviis in cucullum conniventibus: labello porretto tripartito, laciniis linearibus, media longiore apice dilatata biloba , lobis brevibus divaricatis venosis truncatis vel rotundatis, dente brevissimo recto interposito: calcare dependente ovario dimidio circiter breviore.

O. militaris *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 305. *n.* 1101. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 540. – O. galeata *Sang. Cent. tres p.* 124. *n.* 282.

Circa Romam, Albanum etc. non rara.

Perenn. Flor. Maio. Perigonium cinereo-roseum labello saturatiore.

1938. FUSCA *Willd. Sp. t.* 4. *p.* 23. Omnibus in partibus grandis. Tuberibus ovalibus vel oblongis : scapo superne nudo basi dense folioso : foliis oblongis venosis, superioribus paucis acutis squamiformibus: floribus in spica densa ovali vel oblonga: bracteis seties et ultra ovario brevioribus: labii galea et petalis ovatis breviter acuminatis, operculis linearibus, omnibus in cucullum conniventibus: labello elongato 3-partito laciniis lateralibus linearibus, media successive dilatata, lateque apice biloba, lobis truncatis aut denticulatis, dente parvo in sinu lobulorum sepius adjecto: calcare dependente ovario vix dimidio longiore.

O. fusca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 305. *n.* 1102. – *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 541.

β angustata *Gren. et God. Fl. de France t. 3. p.* 290. Lobis laciniae mediae, laciniis lateralibus parum majoribus.

In collibus et marginibus viarum circa urbem non infrequens. *Monte verde, Acqua bollicante* etc. β *Villa Pamfili.*

Perenn. Flor. Majo. Perigonium atro-purpureum, pectore labelli albo, maculis purpureis fluscis hispidis.

1939. PROVINCIALIS. *Balb. Misc. Bot. att. p.* 33. *tab.* 2. Tuberibus rotundis aut ovalibus: scapo superius nudo: foliis inferioribus oblongo-lanceolatis acutis maculatis, superioribus paucis distantibus squamiformibus: floribus in spica subcylindrica laxa: bracteis lanceolatis acutis ovarium subaequantibus: labii partibus omnibus ovato-lanceolatis obtusis, internis minoribus: labello trilobo papulis puberulis rubris maculato, lobis lateralibus deflexis obtusis subcrenatis, medio emarginato vel subtrilobo: calcare cylindrico horizontali-adscendente ovarium subaequante.

O. provincialis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 303. *n.* 1097. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 546.

Abbundat in montium sylvis. *Albano, Ariccia, Tivoli, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Aprili Majo. Perigonium luteum, odore sambucino quandoque vix sensibili.

1940. LAXIFLORA *Lamark Fl. Franc ed.* 2. *t.* 3. *p.* 504. Tuberibus parvis subrotundis ovatisve: scapo toto vestito: foliis canaliculatis lanceolato-linearibus acuminatis: floribus paucis in spica elongata admodum laxa: bracteis lanceolato-linearibus nervosis ovario ut plurimum brevioribus: labii partibus omnibus obtusis: petalis retroflexis, galea et operculis erecto-conniventibus: labello porretto trilobo, lobiis rotundatis, lateralibus deflexis, medio breviori nullove, calcare oblique ascendente obtuso ovario breviore.

O. laxiflora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 304. *n.* 1100. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 549.

In pratis argillosis vulgaris.

Perenn. Flor. Aprili Majo. Perigonium purpureum exicatione purpureo-fuscum.

1941. PALUSTRIS. *Jacq. Coll.* 2. *p.* 75. Majuscula. Tuberibus subrotundis ovatisve: scapo toto vestito: foliis canaliculatis lanceolato-linearibus elongatis: floribus in spica cylindracea densiuscula: bracteis lanceolato-linearibus ovario longioribus: labii partibus omnibus obtusis, petalis subretroflexis, galea et operculis conniventibus: labello porretto cuneiformi basi constricto apice dilatato-

trilobo, lobis aequalibus, lateralibus rotundatis deflexis, medio ut plurimum emarginato, aliquando angustiore aut longiore : calcare crassiusculo dependente vel erecto, ovario breviore.

O. palustris *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 551 - O. laxiflora α ensifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 304. *n.* 1100.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium purpureum exsicatione roseum.

1942. *Morio-laxiflora. Reuter ex Gren. et God. Fl. de France* t. 3. *p.* 294. Tuberibus subrotundis vel ovalibus: scapo toto laxe vestito: foliis canaliculatis lineari-acuminatis : floribus in spica cylindrica vix laxa : bracteis lanceolatis acuminatis membranaceis 1-nerviis, inferioribus latioribus 3-nerviis : labii partibus ovato-obtusis, petalis retroflexis, galea et operculis conniventibus: labello profunde trilobo, lobis lateralibus rotundatis, medio truncato aut retuso: calcare cylindrico obtuso ovarium subaequante.

In pratis et sylvulis prope mare. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. . Flor. Majo. Perigonium purpureum exiccatione pallide roseum.

Obs. Facies *O. Morionis* at planta exilior jamdudum erecta, et ad formam *O. laxiflorae* accedens.

** Tuberibus palmatis

1943. *maculata. L. Sp. Pl. p.* 335. Tuberum divisionibus fusiformibus: scopo toto laxe vestito : foliis oblongo-lanceolatis erectis ascendendo minoribus quam saepissime nigro maculatis : floribus in spica cylindracea laxiuscula: bracteis lanceolato-linearibus, inferioribus longioribus, sucessivis aequalibus, supremis ovario brevioribus : labii partibus lanceolatis : petalis patentibus vel retroflexis, galea apice reflexa cum operculis connivente : labello plano orbiculari trilobo, lobis lateralibus latis crenulatis, medio angustiore integro ut plurimum lanceolato : calcare cylindrico dependente ovario breviore.

O. maculata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 307. *n.* 1105 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 554.

In montium sylvaticis communis. *Albano, la Riccia, Frascati, la Fajola* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium roseum quandoque album.

1944. *sambucina L. Sp. pl. p.* 1334. Tuberibus digitato-lobatis: scapo humili crebre vestito : foliis inferioribus lanceolato-oblongis patentibus, superioribus lanceolato-acuminatis : floribus in spica ovata laxa : bracteis foliaceis lanceo-

latis inferioribus flore longioribus: labii partibus oblongo-lanceolatis obtusiusculis: petalis patentibus retroflexisve : galea operculisque erecto-conniventibus : labello obscure trilobo, lobis lateralibus rotundatis crenulatis subdeflexis, medio angustiore subemarginato : calcare obconico obtuso dependente ovarium subaequante.

O. sambucina *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 556

β purpurea. Floribus purpureis. O. sambucina β *Bert. l. c. p.* 557.

In alpestribus Umbriae. *Pian grande del Castelluccio*. β in Piceno *Castel Manardo*, et ex Umbria *Monte la Forchetta*.

Perren. Flor. Junio. Perigonium flavum, in β purpureum.

1945. PSEUDO-SAMBUCINA. *Ten. Fl. Nap. t.* 2. *p.* 284 *tab.* 86*A*. Tuberibus oblongis integris vel palmatis : scapo basi crebre, apice laxe vestito : foliis lanceolato-linearibus canaliculatis, superioribus angustioribus: floribus in spica oblonga crassiuscula: bracteis foliaceis lanceolatis florem subsuperantibus : labii partibus ovato-lanceolatis obtusis: petalis patenti–retroflexis: galea erecta apice retrocurva,operculis conniventibus: labello trilobo, lobis subovatis crenulatis, medio angustiore subemarginato : calcare gracili ascendente ovario longiore.

O. pseudo-sambucina *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 559.

β romana. Perigonio purpureo. O. Romana *Sebast. Rom. Pl. Fas. alter tab.* 3 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 308. *n.* 1107.

In montanis secus Viterbium, β circa Romam frequens. *Pigneto Sacchetti, Monte Mario, Villa Borghese* etc.

Perenn. Fl. Aprili. Perigonium flavum , in β purpureum quandoque albidum.

1946. CONOPSEA *L. Sp. Pl. p.* 1335. Tuberibus palmatis : scapo erecto toto vestito : foliis inferioribus lanceolatis linearibusque canaliculatis, superioribus bractaeiformibus laxis acute lanceolatis : floribus numerosis in spica cylindrica elongata subconferta : bracteis ovato-lanceolatis ovarium aequantibus, inferioribus superantibus : perigonio parvo : labii partibus aequalibus : petalis ovato-lanceolatis patenti-declinatis : galea et operculis ovatis obtusis conniventibus : labello basi angustato apice dilatato–trilobo, lobis ovalibus integerrimis : calcare tenui subulato ovario semper dimidio breviore.

O. conopsea. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 562.

In apenninis Umbriae et Piceni. *Vettore, Monte de Fiori* etc.

Perenn. Flor. Junio in Augustum. Perigonium kermisinum aliquando album.

PLATANTHERA.

1947. BIFOLIA. *Rich. Annot. in Mem. du Mus. d' hist. nat. t. 4. p.* 57. Tuberibus majusculis ovoideo-elongatis : scapo laxe vestito : foliis radicalibus geminis raro pluribus obovatis nervosis basi constrictis majusculis, superioribus parvis lanceolato-acutis squamiformibus : floribus laxis in spica cylindrico-elongata : bracteis ovato-lanceolatis acuminatis ovarium superantibus : labii partibus inaequalibus, petalis ovato-lanceolatis acutis, galeaque late-ovata obtusa, in triangulum patentibus, operculis linearibus obtusis conniventibus, brevioribus : labello integro lineari-oblongo : calcare filiformi apice subinflato compresso, ovario duplo longiore.

P. bifolia *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 564 - Orchis bifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 302. *n.* 1094.

In sylvaticis montium non infrequens. *Albano, Frascati, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium album, labellum et calcar apice viridulum.

HIMANTOGLOSSUM.

1948. HIRCINUM. *Spr. Syst. Veg. t.* 3. *p.* 694. Tuberibus ovalibus : scapo fistuloso toto vestito: foliis oblongis lanceolatisve acutis supremis minoratis squamiformibus: floribus laxis in racemo simplici longissimo : bracteis lanceolato-linearibus ovario longioribus, supremis abbreviatis : labii partibus venosis cucullato-conniventibus : galea petalisque ovato-obtusis, operculis linearibus : labello angusto longissimo basi pubescente trifido, laciniis linearibus, lateralibus integris crenatis undulato-crispis, media longissima in prefloratione spiraliter contorta tandem explanata arcuato-pendula 2-furca, furcationibus truncatis apice 2-3-dentatis : calcare saccato brevissimo pendulo.

H. hircinum. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 568 - Satyrium hircinum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 508. *n.* 1108.

In pascuis sterilibus ad margines et in umbrosis *Ville suburbane, Monte Mario* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium albo-rubellum.

PERISTILUS.

1949. VIRIDIS. *Lindl. Orchid pl. p.* 299. Tuberibus palmatis : scapo brevi superius nudo : foliis paucis elliptico-alatis obtusis, ultimis acutis: floribus in spica ovato-cylindrica basi laxiuscula: bracteis foliaceis trinerviis praesertim inferioribus florem superantibus: labii partibus inaequalibus in cucullum conniventibus: galea et petalis ovato-lanceolatis obtusis, operculis linea-

ribus: labello porretto oblongo-lineari apice 2-fido, laciniis linearibus brevibus integris dente minimo interposito: calcare scrotiformi ovario quaduplo, quintuplove breviore.

P. viridis. *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 570 - Satyrium viride. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 308. *n.* 1109.

In montanis umbrosis Latii Umbriae et Piceni. *Monte Gennaro, Guadagnolo, Vettore, Monte de Fiori* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio Perigonium subviride.

1850. ALBIDUS. *Lindl. Orchid. pl. p.* 299. Tuberibus digitato-partitis: scapo toto laxe folioso: foliis abovato-oblongis obtusis, superioribus lanceolatis acutis:floribus confertis subunilateralibus in spica tenui cylindrica: bracteis foliaceis lanceolato-acuminatis ovarium aequantibus: labii partibus ovatis obtusis in cucullum coadunatis: labello apice 3-fido, laciniis lanceolatis, lateralibus angustioribus acutis: calcare crasso obtuso, ovario duplo breviore.

P. albidus. *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 572.

In elatioribus montium Piceni. *Pizzo di Sivo.*

Perenn. Flor. Augusto. Perigonium parvum albo-luteolum.

NIGRITELLA.

1951. ANGUSTIFOLIA *Rich. Annot. in Mem. du Mus. t. 4. p.* 86. Tuberibus compressis palmatis: scapo toto vestito basique vaginato: foliis linearibus margine denticulatis, inferioribus congestis: floribus numerosis in spica densa ovato-conica: bracteis lanceolato-acuminatis florem aequantibus: labii partibus aequalibus campanulato-patentibus: labello ovato crenato integro vel obscure trilobo margine undulato: calcare scrotiforme ovario subquadruplo breviore.

β rosea. Floribus roseis - N. angustifolia β *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 573.

In elatioribus montium Piceni. *Pizzo di Sivo.*

Perenn. Fl. Junio-Augusto. Perigonium in speci atro-purpureum exiccatione nigrum, in varietate nostra roseum Vainillae suaviter redolens.

ACERAS.

1952, ANTROPOPHORA. *Rob. Brow. in Ait. Hort. Kew. t. 3. p.* 191. Tuberibus ovalibus ant subrotundis: scapo superius subnudo: foliis inferioribus approximatis oblongo-lanceolatis ut plurimum obtusis patentibus, superioribus paucis squamiformibus acutis: floribus numerosis tandem laxatis in spica cylindrica elongata: bracteis lineari-acuminatis membranaceis ovario brevioribus: labii partibus externis ovatis, internis angustioribus, omnibus in cucullum inclinatum coadunatis: labello pendulo trifido laciniis linearibus longissimis, media latiuscula longiore apice bifida, basi in foveolam, denticulo utrinque elevato instructam, excavata.

A. antropophora *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 576 - Satyrium antropophora *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 309. *n.* 1110 - Orchis antropophora oreades. *Columm. Ecphr. t.* 1. *p.* 318. *fig.* 320.

In apricis collibus et montibus frequens. *Monte Gennaro, Testaccio, Villa Borghese* etc.

Perenn. Fl. Junio. Perigonium viridi-luteolum , oris laciniarum purpureis, leviter odorum.

OPHRIS.

1953. MYODES *Willd. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 64. Tuberibus parvis ovalibus : scapo sursum nudo: foliis lanceolatis acutis sub-glaucis: floribus remotis in spica exili : bracteis foliaceis lanceolato-linearibus , inferioribus ovario longioribus : perigonio parvo: labii partibus patentibus, externis oblongis obtusis in triangulum dispositis, internis linearibus facie antica hirtis: labello trilobo, lobis lateralibus brevibus acutis, medio latiore et longiore obcordato mutico, pectore glabro coeruleo, macula quadrangulari nitida albo-coerulea donato caeteroquin fusco pubescenti-vellutino: apice gymnostemii erostre.

O. myodes *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 581.

In montibus Tiburtinis. *Alla sommità del monte della Croce nella direzione di S. Polo.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo.

1954. APIFERA *Willd. Sp. pl. t.* 4. *p.* 66. Tuberibus ovalibus : scapo laxe vestito: foliis oblongo-lanceolatis ascendendo acutioribus : floribus paucis in spica laxa: bracteis foliaceis lanceolatis striatis ovario aequalibus, inferioribus longioribus: perigonio grandi: labii superioris partibus patentibus, externis ovato-oblongis roseis viridi-nervosis in triangulum dispositis, internis minoribus angustioribus roseo-viridibus facie interna pubescentibus: labello purpureo-ferrugineo convexo trilobo, lobis lateralibus brevibus triangularibus basi gibberosis denseque villosis , medio majusculo suborbiculari vellutino ambitu recurvo-trilobo, laciniis lateralibus rotundatis media elongato-cuspidata antice denuo recurva , pectore macula glabra viridi periferice luteola eleganter picto: gymnostemii apice in rostro longo flexuoso producto.

O. apifera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 311. *n.* 1114 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 582.

In umbrosis et montanis frequens. *Albano , Valle dell' Inferno , Monte Mario, Ville suburbane* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio.

1955. *ARACHNITES Willd. Sp. pl. t. 4. p.* 67. Tuberibus ovalibus: scapo apice nudo: foliis ovatis oblongisve obtusis ascendendo angustioribus acutis: floribus paucis in spica laxa: bracteis foliaceis lanceolatis flore longioribus: perigonio majusculo: labii partibus patentibus oblongis albidis roseisve nervo dorsali viridi, externis in triangulum dispositis, internis minoribus angustioribus antice pubescentibus glabrisve: labello lato integro convexo holosericeo, antice rotundato-truncato, cristulaque carnosula dentata sursum incurva, postice prominentiis duabus triangularibus, pectore macula polymorpha glabra flavida, lineolis fuscis anostomasantibus circumscripta: gymnostemii apice breviter rostrato.

O. arachnites *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 310. *n.* 1112 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 584.

In collibus et ericetis circa Urbem frequens. *Monte Mario, Valle dell' Inferno* etc.

Perenn. Flor. Junio.

1956. *ARANIFERA Willd. Sp. pl. t. 4. p.* 66. Tuberibus subrotundis ovatisve: scapo superne subnudo: foliis ovatis oblongisve ascendendo angustioribus acutis: floribus laxis in spica cylindrica: bracteis foliaceis lanceolato-acuminatis ovarium aequantibus inferioribus paulo superantibus perigonio medioeri: labii partibus lanceolatis obtusis patentibus, externis pallide viridibus, nervis exquisite saturatioribus in triangulum dispositis margine revolutis, internis quidquam brevioribus glabris margine crispulis: labello ovali-oblongo convexo subquadrilobo fusco-holosericeo margine revoluto, postice protuberantiis acutis quandoque obsoletis, pectore teniolis duabus longitudinalibus glabris, tertia tranversali conjunctis, antice emarginatura breviter appendiculata donato: gymnostemii apice brevi.

O. aranifera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 310. *n.* 1113. - *Bert. Fl. It t.* 9. *p.* 586.

β atrata. Labio holosericeo atropurpureo, teniolis pectoralibus liberis.

O. aranifera *β Bert. l. c.*

In collibus sterilibus, pascuis, viridariis circa Urbem vulgaris. *β A Villa Pamfili.*

Perenn. Flor. Martio-Aprili.

1957. *EXALTATA Ten. ad Cat. hort. Neap. app. alter. p.* 83. Tuberibus crassis subrotundis: scapo superius nudo: foliis ovato-lanceolatis, superioribus

bracteiformibus acutis: floribus laxis in spica cylindrica: bracteis foliaceis ovarii longitudine, inferioribus majoribus flores etiam superantibus: perigonio magno: labii partibus patentibus, externis oblongis obtusis albo-roseis viridi-nervosis in triangulum dispositis, internis linearibus sulcatis margine undulatis pubescentibus: labello late obovato convexo subintegro retuso, basi giberibus duobus vix prominulis, pectore macula pallidiore glabra subreniformii, apice appendicula lanceolata longiuscula inflexa, donato: gymnostemi apice brevi acuto inclinato.

O. exaltata *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 588.

In sylvaticis montium. *Alla macchia di Marino vicino la Cappelletta*, *presso S. Polo* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo.

1958. TENTREDINIFERA *Willd. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 67. Tuberibus ovalibus subrotundisve: scapo brevi superius nudo: foliis acutis inferioribus ovatis, successivis lanceolatis: floribus paucis majusculis in spica laxa: bracteis foliaceis lanceolatis acutis ovarium aequantibus, inferioribus florem superantibus: perigonio majusculo: labii partibus patentibus albidis roseisve viridi-nervosis, externis brevibus late ovatis concavis in triangulum dispositis, internis oblongis brevissimis antice villosis: labello convexo bilobo flavido-virenti in latus deflexo in ambitu dense villoso prope apicem setoso-barbato, pectore macula fusca glabra romboidali lineolisque irregularibus picto, basi brevissime bicolliculoso, colliculis quandoque deficientibus, antice in sinu loborum appendicula inflexa glabra: apice gymnostemii erecto obtuso erostre.

O. tentredinifera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 309. *n.* 1111. - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 589.

In sterilibus apricis circa Romam. *Testaccio, Villa Borghese* etc.

Perenn. Flor. Martio-Aprili.

1959. TENOREANA *Lindl. Orchid. pl. p.* 376. Tuberibus ovalibus submajusculis: scapo breviusculo superius nudo: foliis acutis inferioribus ovatis, sucessivis lanceolatis: bracteis foliaceis lanceolatis acutis ovarium aequantibus, inferioribus florem superantibus: perigonio magno: labii partibus patentibus albidis roseisve viridi-nervosis quandoque albo-viridibus, externis oblongis obtusiusculis subconcavis in triangulum dispositis, internis brevissimis lata basi ovatis, margine reflexis villosis: labello obovato convexo bilobo luteo in ambitu vix villoso, pectore macula fusca vario-picta, lineolis perifericis et transversis albidis venisque percurso, basi colliculoso, colliculis brevissimis quan-

doque deficientibus, apice in sinu lobulorum appendice lanceolata longa incurva luteo-viridula: gymnostemii apice incurvo acute rostrato.

O. Tenoreana *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 591.

In pratis montanis non procul a Roma. *Malagrotta.*

Perenn. Flor. Martio-Aprili.

1960. *Speculum. Morett. dec.* 6. *p.* 8. Tuberibus ovalibus: scapo superius laxe vestito: foliis ovatis lanceolatisve, superioribus acuminatis: floribus paucis in spica erecta laxissima: bracteis foliaceis lanceolatis acutis ovarium subsuperantibus: perigonio majusculo: labii partibus oblongis virentibus: petalis patentissimis, galea erecta apice incurva, operculis lineari-acuminatis recurvis puberulis viridi-nigrescentibus apice gymnostemi brevioribus: labello obovato basi angustato trilobo hirsuto atro-purpureo, marginibus reflexis, lobo medio majore emarginato mutico, pectore macula ampla glabra coerulescente percurso: gymnostemii apice elongato erecto.

O. Speculum. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 592.

In montibus Latii. *Quadagnolo.*

Perenn. Flor. Majo.

Obs. Scapus et folia exiccatione nigro-virentia.

1961. *Bertoloni. Morett. Dec.* 6. *p.* 9. Tuberibus subrotundis: scapo superius nudo: foliis inferioribus oblongis, superioribus lanceolatis acutis: floribus paucis in spica laxa saepius incurva, bracteis foliaceis lanceolato-acuminatis, inferioribus flores superantibus: perigonio majusculo: labii partibus roseis vel albidis patentibus, externis oblongis obtusis in triangulum dispositis, internis minoribus lanceolatis: labello oblongo convexo quidquam ad superiora vergente, marginibus reflexis bilobo, et in sinu lobulorum, appendicula brevi incurva glabra donato, atro-purpureo lato margine holosericeo, centro macula pallidiore glabra nitida maculaque minore basi adjecta: apice gymnostemii elongato rostrato super labellum inclinato.

O. Bertoloni. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 593 – O. Speculum. *Maur. Cent.* 13. *p.* 42.

In montibus tiburtinis. *Sul Monte Catillo.*

Perenn. Flor. Majo.

Obs. Scapus et folia exiccatione simpliciter sordescunt.

1962. *lutea. Willd. Sp. pl. t.* 4 *p*. 70. Tuberibus subrotundis: scapo superius nudo: foliis inferioribus ovato-oblongis sucessivis paucis squamiformibus ovato-acuminatis: floribus in spica cylindrica laxiuscula: bracteis fo-

liaceis lanceolato-acutis , inferioribus flores superantibus: perigonio mediocre: labii partibus externis viridibus late–ovatis obtusis concavis patentibus, internis brevioribus lineari-oblongis luteis glabris : labello oblongo basi angustato pubescenti-trilobo, lobis obtusis integris, medio obcordato mutico, pectore macula sanguinea glabra apice quandoque biloba maculaque minore albida postice adjecta, ambitu luteo-subglabro, margine sinuato: gymnostemii apice brevi obtuso.

O. lutea *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 595.

In apricis montium tiburtinorum. *S. Gregorio.*

Perenn. Flor. Majo.

1963. BOMBILIFERA. *Guss. Syn. t.* 2 *par.* 2. *p.* 549. Tuberibus subrotundis: scapo superius nudo: foliis ovato-oblongis obtusis superioribus lanceolatis acutis: floribus 1-3 in spica brevi laxa: bracteis foliaceis ovatis acutis omnibus ovario brevioribus: perigonio mediocri: labii partibus ellipticis obtusis pallide viridibus patentibus, media concaviuscula, internis oblongis brevioribus anterius subhirsutis: labello convexo holosericeo trilobo, lobis lateralibus triangularibus deflexis villosis, medio puberulo obovato convexo subbilobo, lobulis deflexis unidentatis, appendicula inflexa glabra emarginaturae lobulorum interposita, basi fovea conspicua, margine hinc inde tridentata, pectore fascia latiuscula glabra notatis: apice gymnostemii breve obtuso erostre.

O. bombylifera *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 597 – O. hiulca. *Maur. Cent.* 13. *p.* 43. *tab.* 2. *fig.* 2.

In sterilibus montanis aeque ac in apricis. *Monte Mario*, *Testaccio*, *Villa Pamfili* etc.

Perenn. Flor. Aprili.

1964. FUSCA. *Guss. Syn. t.* 2. *par.* 3. *p.* 550. Tuberibus subrotundis : scapo superius nudo: foliis inferioribus oblongis caeteris lanceolato-acutis: floribus paucis in spica laxa: bracteis foliaceis inferioribus ovario aequalibus, superioribus brevioribus: perigonio mediocre : labii partibus externis oblongis obtusis viridi-luteolis patentibus subconcavis , internis linearibus subbrevioribus luteo-virentibus: labello elongato porrecto holosericeo trilobo, lobis lateralibus brevibus obtusis, medio majore bilobo mutico basi bigiberoso, pectore macula lato-lineari glabra antice biloba donato: apice gymnostemii brevissimo crasso obtuso.

O. fusca *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 598.

In montibus Latii. *Quadagnolo.* Flor. Martio ad Majum.

SERAPIAS.

1965. LONGIPETALA *Poll. Fl. Ver. t. 3. p. 30.* Tuberibus ovatis: scapo toto dense vestito: foliis lanceolato-acuminatis: floribus in spica ovato-oblonga bracteis majusculis ovato-lanceolatis acuminatis florem exquisite superantibus: labii partibus externis lanceolatis acuminatis connatis, internis basi late ovatis apice longe acuminatis: labello trilobo lobis lateralibus obtusis erecto-conniventibus, medio lanceolato-acuminato reflexo-pendulo, prope basim bicalloso, sulco callis nitidis prominulis interposito, linea mediana pectoris pubescente.

S. Lingua. *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 600 - Helleborine pseudo-cordigera. *Sebast. Rom. Pl. fas. 1. p. 14. tab. 4. f.* 1 - H. longipetala. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 312. n.* 1115.

In collibus aridis circa Urbem frequens. *Testaccio, Monte Mario, Valle dell' Inferno etc.*

Perenn. Flor. Majo. Perigonium et bracteae rubro-violaceae venosae.

1966. CORDIGERA. *Poll. Fl. Ver. t. 3. p. 29.* Tuberibus subrotundis: scapo toto latiuscule vestito: foliis lineari-lanceolatis canaliculatis: floribus in spica ovoidea abbreviata: bracteis ovatis acuminatis, flores quidquam superantibus: labii partibus externis ovatis acutis acuminatisve connatis, internis basi subrotundis apice longe acuminatis: labello trilobo, lobis lateralibus obtusis erecto-conniventibus, medio cordato-lanceolato dependenti-reflexo supra basim nitido bicalloso, sulcoque callis prominulis interposito, pectore vix puberulo.

S. Lingua β latifolia *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 601 - Helleborine cordigera. *Sebast. Rom. Pl. Fasc. 2. p. 13. taq.* 4 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p. 312. n. 1116. tab. 10. fig. 2.*

In collibus arenosis circa Urbem. *Monte Mario, Valle dell' Inferno, Testaccio, Ostia, Terracina* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium et bracteae rubro-violaceae venosae.

Obs. Planta saepe praecedenti humilior, at forma labelli semper distincta.

1967. LINGUA. L. *Sp. Pl. p.* 1344. Tuberibus subrotundis: scapo basi densiuscule, superne laxe vestito: foliis lanceolatis acutis canaliculatis: floribus paucis laxis in spica oblonga: bracteis oblongis acuminatis concavis flore brevioribus: labii partibus externis lanceolatis connatis, internis lanceolato-acuminatis, acumine in aristam mutato: labello trilobo basi angustato, lobis late-

ralibus subrotundis erectis, medio late ovato, apice acuminato-deflexo, basi callo unico conspicuo subelliptico, pectore glabro vel vix pubescente.

S. oxyglottis. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 605 – Helleborine Lingua. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 313. *n.* 1117.

In collibus et arvis sterilibus circa Urbem communis. *Villa Pamfili* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium et bracteae rubro-violaceae venosae.

Obs. Planta, duobus praecedentibus, omnibus in partibus minor.

SPIRANTHES.

1968. AUTUMNALIS. *Rich. Annot. in Mem. du Mus. d' hist. nat. t.* 4. *p.* 59. Tuberibus radicalibus plurimis brevibus crassis ovalibus aut fusiformibus: scapo florifero, squamis lanceolato-acuminatis laxis toto vestito: foliis ovatis nervosis fasciculatis in scapo sterili laterali: floribus secundis parvis approximatis in spica exili contorta: bracteis lanceolatis canaliculatis margine membranaceis ovario longioribus: labii laciniis connatis inclinatis: labello ovato-obtuso margine crenulato-crispo: partes floris fructusque pubescenti-glandulosae.

S. autumnalis. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 610 - Neottia spiralis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 313. *n.* 1118.

In pratis et pascuis apricis frequens. *Villa Pamfili, Borghese* etc.

Perenn. Flor. Octobri. Perigonium album labello viridulo, suaveolens odore Vainillae.

1969. AESTIVALIS. *Rich. Annot. in Mem. du Mus. d'hist. nat. t.* 4. *p.* 58. Tuberculis radicalibus duobus pluribus longiusculis subcylindricis: scapo toto vestito: foliis inferioribus fasciculatis lanceolato-elongatis acutis erectis, superioribus abbreviatis squamiformibus: floribus minusculis subremotis in spica contorta: bracteis lanceolato-acuminatis inferioribus latioribus ovario paulo longioribus: labii laciniis erecto-campanulatis: labello ovali oblongo margine crenulato-crispo: partes floris fructusque tenuiter pubescenti-glandulosae.

S. aestivalis. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 612.

In humentibus prope *Macerata.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigonium sordide album inodorum.

Usus. Tubera Orchidearum huc usque enumeratarum vulgo cognita sub nomine *testicolo* di *Cane* fecula replentur. Exiccata *Salep* in commercio sat notum jam subministrabant, droga primitus ab Ollanda petita, cui fama aphrodisiacae invaluit. Idem salep a quacumque Orchidearum specie obtineri ab analysi *Chevalier* cognovimus, unde frustra drogam ab externis petimus. Salep in medicina nunc vix commemoratur.

NEOTTIA.

1970. *Nidus avis*. *Rich. Annot. in Mem. du Mus.* d' *hist. nat. t.* 4. *p.* 59. Radice brevi transversa, fibris crassis numerosis congestis: scapo aphyllo squamis vaginantibus latiusculis ascendendo attenuatis laxe vestito: floribus in spica oblonga densa tandem basi laxata: bracteis lineari-acuminatis membranaceis ovario brevioribus: labii laciniis concavis: labello labio longiore bifido, lobis divaricatis: ovario pedunculato.

N. Nidus avis *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 614 - Epipactis Nidus avis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 315. *n.* 1123.

In sylvis opacis montium Latii. *Monti Albani, Tusculani, Tiburtini* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium sordide album denuo, et praesertim exiccatione fuscum uti tota planta.

LISTERA.

1971. *ovata*. *Rob. Brow. in Ait. Hort. Kew. t.* 4. *p.* 201. Radice carnosa in fibras simplices crassiusculas non intricatas soluta: scapo inferne vaginato, supra vaginam folioso, superne squamis paucis brevibus distantibus vestito: foliis oppositis late ellipticis nervosis obtusis: floribus pedicellatis in racemo spicaeformi laxo: labelli laciniis obtusis subparallelis: ovario subgloboso..

L. ovata. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 616 - Epipactis ovata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 316. *n.* 1124 - Orchis bifolia. *Hort. Rom. t.* 7. *tab.* 72.

In montium sylvis. *Monte Compatri, Monte Gennaro, S. Polo* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigonium viridi-luteolum.

EPIPACTIS.

1972. *palustris*. *Swartz in Act. Holm. ann.* 1800. *p.* 232. Radice repente, fibris crassiusculis: scapo toto folioso: foliis ovato lanceolatis distantibus superioribus lineari-lanceolatis: bracteis foliis superioribus conformibus saepe retroflexis flore longioribus: perigonio grandiusculo: floribus pendulis in racemo laxo: labii partibus lanceolatis carinatis: labello obovato obtuso margine crispulo labium subaequante: capsula cylindrica basi attenuata. Scapus superne, et partes floris plus minus pubescentes.

E. palustris. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 620 - Serapias palustris. *Sang. Cent. tres p.* 125. *n.* 286.

In pratis depressis hyeme inundatis; copiosa circa *Hostiam*.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigonium album purpureo-striatum.

197.3 *microphylla*. *Swartz in Act. Holm. an.* 1800. *p.* 232. Radice brevi in fibras crassiusculas soluta: scapo laxe vestito: foliis parvis lanceolatis acutis canaliculatis: bracteis foliaceis lanceolato-acuminatis saepius retroflexis ovario

longioribus: floribus cernuis in racemo brevi laxato: perigonio parvo: labii partibus ovato-lanceolatis acutis: labello ovato acuto labio breviore basi giberibus duobus crispis, margine crenulato-crispo: ovario obverse conico. Scapus superne partesque floris plus minus pubescentes.

E. microphylla. *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 622 - Serapias microphylla. *Sang. Cent. tres p.* 125. *n.* 285 - S. latifolia foliis brevibus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 314. *n.* 1119 *in descrip.*

In montibus Latii. *Sul Tuscolo, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium albo-luteolum.

1974. LATIFOLIA. *Swartz in Act. Holm. ann.* 1800. *n.* 232. *Radice* breviuscula in fibras crassas intricatas soluta: scapo puberulo toto vestito: foliis inferioribus crebris late ovatis exquisite nervosis basi scapum amplexantibus, successivis ovato-oblongis ultimisque lanceolatis acuminatis: bracteis foliis supremis conformibus inferioribus florem multo superantibus, caeteris successive abbreviatis: floribus numerosis subsecundis in racemo longiusculo: perigonio subgrande: labii partibus acutis: labello postice cartilagineo cymbaeformi medio bicristulato, cristis laevibus, postice cordato-ovato integro vel trilobo, lobo medio acuto, lateralibus rotundatis: ovario ovato basi angustato puberulo.

E. Latifolia. *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 623 - Serapias latifolia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 314. *n.* 1119.

In sylvaticis etiam montanis. *Macchia di Marco Simone, Monte Gennaro, Monte Pizzo* in Piceno etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium viridi-rubescens leviter grate olens.

CEPHALANTHERA.

1975. GRANDIFLORA. *Bab. Man. ed.* 3. *p.* 313. Radice horizontali brevi in fibras crassiusculas elongatas soluta: scapo toto folioso basi vaginato: foliis ovatis vel ovato-lanceolatis acutis exquisite nervosis: floribus erectis in spica laxa: bracteis foliaceis lanceolato-linearibus acuminatis, inferioribus florem multo superantibus: perigonio grande: labii partibus obtusis: galea petalis aequale: operculis galea et petalis brevioribus: labello late ovato, labio subdimidio breviore, basi plicis tribus elevatis, antice prope marginem macula saturate lutea donato: ovario glabro.

C. grandiflora. *Bert. Fl. It. t. 9. p.* 626 - Serapias grandiflora. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 314. *n.* 1120.

In nemorosis umbrosis. *Boschetto della Villa Ceva incontro il porto di Ripetta, Bosco del Cavaliere nell' Umbria.*

Perenn. Flor. Majo. Perigonium pallide ochroleucum.

1976. ENSIFOLIA. *Rich. Annot. in Mem. du Mus. d' hist. nat. t. 4. p.* 60. Radice transversa fibris crassis perpendicularibus: scapo subflexuoso toto dense vestito basique late vaginato: foliis subdisticis nervosis lanceolatis elongato-acuminatis: floribus saepe paucis in spica laxa: bracteis minutis brevissimis: perigonio mediocri: labii partibus externis lanceolato-acuminatis, internis oblongis obtusis, brevioribus: labello obtusissimo, labio dimidio breviore basi plicis quatuor elevatis, antice prope marginem, macula saturate lutea donato: ovario glabro.

C. ensifolia. *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 628 - Serapias ensifolia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 315. *n.* 1121.

In sylvaticis collinis et montanis communis. *Monti Albani, Tusculani, Sabini, Monte Mario, Villa Pamfili* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Perigonium albo-candidum.

1977. RUBRA. *Rich. Annot. in Mus. d' hist. nat. t. 4. p.* 60. Radice repente brevi fibris ramosis: scapo subflexuoso folioso basi vaginato apice nudo: foliis lanceolatis acuminatis subdistantibus: floribus saepe paucis in spica laxa: bracteis foliaceis inferioribus flore longioribus: perigonio submajusculo, partibus omnibus lanceolatis acuminatis erectis: operculis galea et petalis brevioribus: labello plicis elevatis. flexuosis maculaque alba notato, labio subaequale.

C. rubra. *Bert. Fl It. t.* 9. *p.* 629 - Serapias rubra. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 315. *n.* 1122.

In montium sylvis. *Sul Tuscolo, ad Albano, sul Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Aprili. Perigonium rubrum.

LIMODORUM.

1978. ABORTIVUM. *Swartz in Nov. act. Holm. t.* 6. *p.* 80. Radice repente nodosa: scapo lato aphyllo vaginis distantibus subinflatis toto vestito: floribus erectis in racemo spicaeformi laxo: bracteis foliaceis concavis ovato-lanceolatis acuminatis flore brevioribus: labellum ovale integrum margine undulatum: ovario oblongo angulato non contorto.

L. abortivum. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 316. *n.* 1125 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 631.

In collibus circa Romam frequens. *Villa Pamfili, Monte Mario* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Perigonium violaceum uti tota planta, exiccando violaceo-ferrugineum.

Ord. VI. Hexandria.

ARISTOLOCHIA.

1979. *rotunda*. *L. Sp. Pl. p.* 1314. Tubere subgloboso majusculo, radicibus paucis: caule solitario vel multiplo prostrato erectove simplici inferne ramoso : foliis subsessilibus cordatis ovatis obtusis retusisve sinu angusto lobis approximatis, floribus solitariis: perigonii ligula erecta elliptico-oblonga: capsula subglobosa erecta ab apice dehiscente.

A. rotunda. *Seb. et Maur· Fl. Rom. Prod. p.* 316. *n.* 1126 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 643 - A. rotunda flore ex purpureo nigro. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 80.

In nemoribus circa Urbem, et in montanis communis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores atro rubri.

Vulgo. *Aristolochia rotonda, Astrologia rotonda.*

Usus. Tubera sub nomine radicis ab antiquitus in arte medica ad Cachexiam, Clorosim, Podagram sanandam magni habita: nunc in febribus intermittentibus communiter usurpata in decotionibus amaricantibns. Drogarum sofisticatores, radicibus Columbae (*radice di Colombo* , Menispermum palmatum) immiscent in damnum aegrotantium.

1980. *pallida*. *Willd. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 162. Tubere subgloboso minusculo, radicibus paucis: caule flexuoso erecto simplici ramosove : foliis petiolatis cordatis obtusis emarginatis sinu lato, lobis divaricatis: floribus solitariis: perigoni ligula erecta retusa: capsula pyriformi reflexa ab apice dehiscente.

A. pallida. *Sang. Cent. tres p.* 126. *n.* 287 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 644. A. rotunda altera. *Bocc. Pl. Sic. p.* 9. *tab.* 3. *fig. F.* G.

In umbrosis montium. *Albano presso Palazuola, monte Gennaro, monti delle Marche.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores lurido-ochroleuci fusco lineati intus macula atro-purpurea.

Obs. In officinis promiscue venditur cum precedente sub nomine Aristolochiae rotundae.

1981. *Clematitis*. *L. Sp. Pl. p*, 1364. Radice ramosa late repente : caule elato erecto subflexuoso inferne ramoso: foliis petiolatis cordato-ovatis retusis sinu lato , lobis amplis divaricatis: pedunculis axillaribus fasciculatis unifloris: perigonii angusti ligula ovato-lanceolata erecta tandem deflexa: capsula pyriformi pendula ab apice dehiscente.

A. Clematitis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 317. *n.* 1127 - *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 647. A. longa vera. *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 81.

In nemorosis maritimis frequens. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Majo. Flores luteo-virides.

SPECIES ADDENDAE CLASSIBUS EXARATIS

Monandria-Monogynia.

CENTRANTHUS.

1982. *angustifolius. DC. Fl. Franc. t.* 4. *p.* 239. Caule e basi ramoso, ramis brachiatis: foliis linearibus integerrimis: floribus corymbosis.

Valerianella angustifolia. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p* 164.

In Piceno ad radices montis *la Sibilla.*

Perenn. Flor. Julio. Flores pulchre rosei.

Obs. Species a Cent. rubro prorsus distincta: floribus paulo majoribus.

484. ZIZIPHORA. *L.* Calyx tubulosus tubo cylindrico elongato stricto fauce barbata, limbo 5-dentato: corollae ringentis tubus infundibuliformis, longitudine calycis limbus brevis labio, superiore reflexo, inferiore trifido patente: fructus gymnobasicus. *Labiatae Juss.*

1983. *capitata. L. Sp. Pl. p.* 31. Tenuiter pubescens. Caule erecto ramoso, ramis brachiatis: foliis lacneolatis integerrimis: floribus quaternis ovatis multinerviis ciliatis: floribus fasciculatis caule ramisque terminalibus: calycibus hispidis.

Z. capitata. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 132

In campis apricis Piceni. *Macerata.*

Ann. Flor. Junio. Flores purpurei.

SALVIA.

1984. *garganica. Ten. Syll. p.* 18. *n.* 8. Hirsuta, pilis apice glanduliferis. Radice ramosa: foliis rugosis scabris eroso-crenatis inferioribus oblongo-cordatis longe petiolatis, superioribus acutis: bracteis brevibus cordato-acuminatis: spicarum fasciculis 3-5-floris: corollae galea compressa falcata erectiuscula, calycem duplo superante.

S. garganica. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 143.

Ad margines viarum in alpestribus. *Nei dintorni di Vallepietra.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flor. intense roseo-violacei.

VERONICA.

serpillifolia δ tenella. Pusilla. Foliis subrotundis: caule florifero erecto.

V. serpillifolia δ *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 90.

In pratis. alpinis Umbriae. *Al Castelluccio.*

CIRCAEA.

1985. *intermedia. Ehrh. Beytr.* 4. *p.* 42. Pubercula pilis laxis. Caule erecto: foliis cordatis vel ovato-cordatis acuminatis repando-denticulatis, dentibus remotis: racemo simplici laxo.

In umbrosis ad oras nemorum *Presso Tivoli.*

Perenn. Flor. Majo decedente. Petala rubentia, calyx ru-viridis.

Obs. Statura humiliore, herba viridi-nigrescente, forma foliorum a *C. alpina* distinguitur, licet a nonullis uti *C. alpinae* varietas retineatur.

SALIX.

1986. *viminalis. L. Sp. Pl. p.* 1448. Foliis lanceolato-linearibus linearibusque elongatis integerrimis margine revolutis acuminatis supra glabris subtus argenteis: stipulis nullis: amentis subcoetaneis sessilibus elongato-cylindricis : capsulis sessilibus sericeo-pubescentibus : stylis elongatis, stigmatibus bifidis.

Ad ripas fluminum, et ad ripas canalium in Piceno non infrequens. *Presso Macerata.*

Frut. Flor. Aprili. Flores herbacei.

Obs. Rami rubro-fusci ad vincendum insignes, cortex amarissimus.

1987. *pentandra L. Sp. Pl. p.* 1442. Glutinosa. Foliis ovato-ellipticis lanceolatisve superioribus acuminatis glabris regulariter denticulato-glandulosis: stipulis subnullis : amentis coetaneis pedunculatis petiolatis cylindraceo-elongatis: staminibus tetra-polyandris pentandrisve: capsulis pedicellatis basi globulosis in stylo elongatis: staminibus bifidis.

S. pentandra *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 311.

In apricis. *Monte Mario.*

Frut. Fl. Majo ad Julium. Flores herbacei.

Obs. Odor plantae balsamicus diu etiam in sicco perdurans.

1988. *myrsinites L. Sp. Pl. p.* 1445. Foliis ovatis lanceolatisve opacis regulariter denticulato-glandulosis, utrinque reticulato-venosis acutis obtusisve:

stipulis subnullis: amentis coetaneis cylindricis pedunculatis, pedunculis basi foliolatis: capsulis breviter pedicellatis ovoideo-conicis: stylo elongato: staminibus integris bifidisve.

S. myrsinites *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 320.

Ad ripas fluminum et canalium in Piceno. *Arcevia*, *Ascoli* etc.

Frut. Flor. Junio–Julio. Flores herbacei.

Triandria-Monogynia.

VALERIANELLA.

1989. ECHINATA *DC. Fl. Franç. t.* 4. *p.* 242. Glabra. Caule terete striato dichotomo: foliis inferioribus petiolatis spathulatis, superioribus sessilibus obverse lanceolatis, omnibus serratis incisisve: bracteis linearibus flores subsuperantibus: achenio recto, corona 3-dentata, dente medio majore, omnibus demum recurvatis.

V. echinata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 184 - V. cornocupiodes carinata. *Columm. Ecph. p.* 226. *fig.*

In apricis et cultis inter sata Piceni.

Ann. Fl. Aprili–Majo. Flores albo coerulei.

1990. CORONATA *Dufr. Hist. de Valer. p.* 60. *tab.* 3. *f.* 2. Caule erecto scabriusculo superius parce ramoso, ramis dichotomis, foliis lanceolatis dentatis incisisve superioribus inciso-pinnatifidis: bracteis acutis crebre ciliatis: floribus capitatis: achenio subtetragono hirsuto, corona cyatiformi intus villosa, extus reticulato-venosa sexdentata, dentibus aristatis apice amosis.

V. coronata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 192

In pratis montanis. *Presso Vallepietra.*

485. GYNANDRIRIS *Parl.* Spatha bivalvis scariosa: perigonium liliaceum ovario adhaerens, tubo filiformi elongato, limbo sexpartito, laciniis inaequalibus, externis majoribus reflexis, internis minoribus erectis: staminum filamenta, et facies interna antherarum stylo stigmatique ita aglutinata ut gymnostemium regulare quodamodo exurgat: stylus cylindricus: stigma petaloideum bifidum: ovarium triloculare, capsula pedunculata cylindrica maturitate subtiliter scariosa: semina horizontalia alterna.

1991. SISYRINCHIUM *Parl. nov. gen. e nov. spec. p.* 49. Scapo subflexuoso quandoque ramoso: foliis canaliculatis lineari-acuminatis scapum superantibus: floribus solitariis vel spicatis 1-6: spathis diphyllis, phyllis inaequalibus striatis subventricoso-canaliculatis: radice bulbosa tunicata, tunicis filamentosis.

Iris Sisyrinchium *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 244.

In pratis humidis. *Incontro l' Osteria di Monte Rosi vicino il laghetto.*

Perenn. Flor. Aprili–Majo. Flores coerulei, venis saturatioribus.

IRIS.

1992. *Italica Parl. nov. gen. e nov. spec. p.* 37. Scapo erecto simplici unifloro, raro bifloro: foliis ensiformibus scapo brevioribus: spathae phyllis obtusis subinaequalibus inflatis: perigonii segmentis subaequalibus, externis reflexis, internis erecto-conniventibus.

I. pumila *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 235.

In maritimis. *Sui monticelli che circondano il mare presso Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Aprili. Flores violacei.

Triandria-Digynia.

PHLEUM.

1993. *tenue Spr. Syst. Veg. t.* 1. *p.* 241. Radice fibroso-ramulosa: culmis caespitosis ut plurimum erectis glaberrimis superius nudis: foliis lineari-acuminatis margine scabris: vaginis laxiusculis: ligula oblonga obtusa. Racemo spicaeformi composito cylindrico gracili apice attenuato: perigonii glumae calycinae valvis ovatis scabris brevissime mucronulatis, carina nuda: glumae corollinae bivalvis, valvis inclusis dimidio brevioribus insigniter nervosis, apice denticulatis, valva externa latiore.

Ph. tenue *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 301. - Phalaris subulata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 32. n. 82 - Gramen typhinum longissimum spica Phalaridis molli albicante *Barrel. Ic.* 14. *fig.* 1.

In maritimis non rara. *Ostia, Fiumicino, Civitavecchia* etc.

Ann. Flor. Majo–Junio. Spiculae albo–virentes.

MILIUM.

1994. *scabrum Röm. et Schult. Mant.* 3. *p.* 561. Radice fibrosa: culmo erecto gracili parce caespitoso sursum scabro apice denudato: foliis brevibus anguste linearibus planis: vaginis scabris: ligula lanceolata obtusa: panicula stricta, ramis paucis alternis fasciculatis scabris supremis solitariis: perigonii glumae calycinae valvis lanceolato-acutis minute tuberculato-scabris, glumae corollinae brevis valvis glabris obtusis, externa latiore internam involvente: caryopside acute tunicata.

M. scabrum *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 384.

In sylvis umbrosis et ad muros humidos. *Frascati.*

Ann. Flor. Aprili–Majo. Spiculae virescentes.

1995. MUTICUM *Jan. Elench. p. 2. n. 8.* Radice fibrosa : culmo glabro simplici vel caespitoso erecto vel ascendente saepe geniculato: foliis linearibus vaginisque scabris: ligula lanceolata erecta lacera : racemo spicaeformi, pedicellis abbreviatis strictis exacte cylindricis: perigonii glumae calycinae valvis falcatis acutis scabris vix basi ventricosis: glumae corollinae subbrevioris valva externa truncata apice denticulata mutica, in paucissimis aristata, internam involvente: arista longa torta: caryopside acute tunicata.

M. muticum *Bert. Fl. It. t. 1. p. 391.*

In pratis maritimis. *Civitavecchia*

Ann. Flor. Aprili–Majo. Spiculae albo-virentes.

AGROSTIS.

1996. OLIIETORUM *Gren. et God. Fl. de Franc. t.3. p.483.* (*Sang. Fl. Rom. Prod. tab. 4. n. 2.*) Radice fibrosa, quandoque breviter stolonifera: culmo erecto: foliis inferioribus linearibus planis, superioribus anguste linearibus subulatis, omnibus erectis margine scabris: vaginis strictis superioribus elongatis: ligula oblonga erecta. Paniculae laxae ramis patulis tandem erectis: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus lanceolatis acutis carina vix scabris : glumae corollinae valvis inaequalibus, externa acuta dentata nuda, interna, apice bifida triplo breviore.

In sylvis mare versus. *Alla macchia dei Mattei.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae rubicundae tandem flavae.

DIGITARIA.

1997. GLABRA *Röm. et Schult. Syst. Veg. t. 2. p. 471.* Radice fibrosa fibrillis exilibus: culmo caespitoso decumbente: foliis linearibus margine scabris vaginisque glabris: ligula brevi obtusa. Spicis erectis subgeminatis rachide filiformi articulata basi nodosa: floribus geminatis secundis, superioribus saepe solitariis: perigonii glumis imbricatis, corollina parum exerta, calycinae valvis majoribus nervosis , nervis glabris , tertia minutissima obtusissima , valvulis interpositis pubescentibus.

D. glabra *Bert. Fl. It. t. 1. p. 417.*

In agris Piceni. *Presso Macerata.*

Ann. Flor. Julio-Augusto. Spiculae atro-purpureae.

Obs. Species *D. sanguinali* gracilior, foliisque glabris cito distinguenda.

PHALARIS.

1998. TRUNCATA *Guss. Fl. Sic. Prod. p. 64.* Radice fibrosa, fibris elongatis robustis: culmo erecto apice nudo: foliis linearibus longe acuminatis sca-

bris: ligula diaphana latiuscula apice lacera. Racemo spicaeformi cylindrico elongato : perigonii glumae calycinae valvis oblongis basi angustatis ala carinali integra superius dilatata, et apice oblique truncata : corollinae quadrivalvis, valvis externis minimis lanceolatis acutis subpilosis, internis lanceolatis adpresse villosis.

F. truncatae *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 777.

In pratis maritimis. *Ostia*, *Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae albo-virides, valvis calycinis linea laete viridi notatis.

AIRA.

1999. CRISTATA *L. Sp. pl.* 94. non *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod.* Radice caespitosa fibrosa: culmo erecto apice nudo: foliis linearibus rigidiusculis involutis : vaginis tenuiter striatis: ligula brevi truncata. Racemo spicato cylindrico inferius subinterrupto: spiculis minusculis 2–4-floris : perigoni glumae calycinae valvis subaequalibus compresso-carinatis carina scabris basi trinerviis: gluma corollinae valva externa majori mutica vel breviter aristata , valva interna apice acute bifida.

A. cristata *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 434.

In pratis alpinis Umbriae et Piceni. *Castelluccio*, *Pizzo di Sivo* etc.

Perenn. Flor. Julio. Spiculae nitidae viridi-violaceae.

Obs. Radice fibrosa, floribus minoribus, spicularum colore ab *A. grandiflora* praesertim distinguenda.

2000. CUPANIANA *Guss. Syn. t.* 1. *p.* 145. Radice fibrosa capillari: culmo exili erecto saepe caespitoso: foliis inferioribus setaceis approximatis , superioribus linearibus canaliculatis: vaginis protensis sulcatis glabris: ligula elongata apice lacera. Panicula erecta trichotoma, ramis capillaribus apice scabriusculis : perigonii glumae calycinae valvis ovato-acuminatis subaequalibus denticulatis bifloris , flosculo altero mutico altero aristato: glumae corollinae valvis externis acuminatis, in flore aristato apice bifidis, arista secus basim orta exerta.

In apricis agri romani.

Ann. Fl. Aprili-Majo. Spiculae scariosae albo-translucidae.

MELICA.

2001. NEBRODENSIS *Parl. Fl. Palerm. t.* 1. *p.* 120. Radice repente : culmo caespitoso gracili erecto apice scabro : foliis auguste linearibus subtus asperis tandem convoluto setaceis: vaginis vix striatis, ligula elongata. Pani-

cula spicaefoimi abbreviata laxa floribus unilateralibus, inferius subcomposita: perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus lanceolato-acuminatis 5-7-nerviis: glumae corollinae floris fertilis valva externa toto margine longe ciliata, interna breviori bidentata.

In sterilibus maritimis. *Presso Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae viridi-stramineae.

2002 *Bauinii Villd. En. t.* 1. *p.* 101. Radice repente: culmo erecto subcaespitoso, folisque linearibus tandem involutis glabris substriatis: vaginis pubescentibus: ligula subtriangulari apice vix lacera. Floribus in racemo elongato laxo secundo inferius ramoso: perigonii glumae calycinae subtriflorae vavis subaequalibus ovato-lanceolatis apice quidquam acuminatis, glumae corollinae imi flosculi fertilis valva externa infra medium utrinque longe barbata, caeterum nuda, valva interna pubescenti glabra, nervo utrinque ad marginem inflexum minutissime ciliata, flosculo altero ut plurimum fertili stipitulato, tertium minimum abortivum involvente.

M. Bauinii Bert. Fl. It. t. 1. *p.* 490.

Ad rupes inmontanis prope *Ronciglione.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae stramineae vel stramineo-virentes.

ANDROPOGON.

2003. *pubescens. Vis. Pl. rar. in Dalm. Dec. p.* 3. Radice robusta fibris longis: culmo caespitoso erecto superius ramoso: foliis lineari-acuminatis laeviter striatis, vaginis strictis protensis: ligula lacera. Panicula ramosa pedunculis apice pubescentibus, spicis conjugatis: pergonii floris hermafroditi glumae calycinae valva externa villosa, interna nuda: glumae corollinae valva externa mutica calycinas aequante, interna augustissima infra apicem bidentatum aristata, arista flosculo sexies longiore: floris masculi pedicello compresso villoso: glumae corollinae valva interna minori apice lacera.

In collinis et pascuis circa Romam.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae viridi-purpurantes.

Obs. Facile cum A. hirto confunditur.

PANICUM.

2004. *eruciforme Röm. et Schult. Syst. Veg. t.* 2. *p.* 426. Radice tenui fibrosa: culmis caespitosis tenuibus decumbentibus, nodisque infractis ascendentibus erectisve: foliis brevibus lineari-acuminatis margine scabris, vaginisque striatis laxiusculis pilosis: ligula e fasciculo denso piloso. Raceme

composito spicaeformi, racemulis simplicibus erectis: floribus ovatis biseriatim secundis muticis: rachide flexuosa: perigonii glumae calycinae valva minori ovato-oblonga acutiuscula: glumae corollinae floris neutri valva externa majori ovato villosa, valva interna minori plana obtusissima glabra, nervo utriusque ad marginem inflexum.

P. cruciforme. *Bert. Fl. It. t.* 1 *p.* 427.

In arvis Piceni. *Loreto*, *Macerata* etc.

Ann. Flor. aestate decedente. Spìculae flavo-virides.

2005. AMBIGUUM. (*Sang. Flor. Rom. Prod. tab.* 6. *n.* 1.) Radice fibrosa fibrillis tomentosis : culmo caespitoso ramoso nodis infracto: foliis lineari-acuminatis deorsum scabris: vaginis laevibus; ligula pilosa lacera. Racemo composito spicaeformi cylindraceo , racemulis subverticillatis in anthesi patentibus , seta solitaria vel binata ad basim cujusque floris ovoidei, aculeis sursum scabrida: perigonii gluma calycina valva externa, interna 7–nervea, triplo breviore: glumae corollinae floris hermaphroditi valva externa scabra , valvae calycinae majori conformi, valva interna bidentata enervi angusta dimidio breviori, marginibus inflexis.

In hortis viis cultis ubique.

Ann. Flor. Angusto Septembri. Spiculae virides.

Obs. Foliis angustioribus minus scabris , caule magis ramoso a *P. verticillato* primitus distinquitur, quibus caracteribus *P. glauco* plurimum accedit.

TRITICUM.

2006. PUNGENS. *Pers. Syn. t.* 1. *p.* 109. Radice repente, fibris lanatis : caule caespitoso erecto basi crebre folioso: foliis erectis patentibos reflexisque glaucis lineari–subulatis pungentibus subtus glabris supra retrorsum scaberrimis: vaginis strictis: ligula brevissima. Spica elongata densa, rachide canaliculata glabra, spiculis planis disticis alternis lanceolatis 8-12floris : perigonii glumae calycinae valvis lanceolatis mucronulatis 7–nerviis: gluma corallina externa acuta mucronulata quandoque aristata, interna breviter ciliata.

In arenosis maritimis. *Porto d' Ascoli.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae glauco–virentes.

2007. HEMIPOA. *Delil. in Ten. Fl. Nap. t.* 4. *p.* 18. Radice fibvosa : culmo erecto inferius geniculato superius nudo: foliis lineari–acuminatis margine et superius scabris: vaginis strictis: ligula elongata lacera. Racemus longiusculus strictus , floribus subunilateralibus basi interruptis , ramis erectis crassis brevibus scaberrimis ascendendo elongatis , spiculis linearibus subgeminatis: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus lanceolatis carinatis 1-3-

nerviis carina scabris: gluma corallina externa snbacuta, breviter muoronulata acute carinata, carina utrinque uninervia.

In montanis prope mare. *A S. Felice presso Terracina.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Spiculae virentes.

2008. LITORALE. *Host. Gram. Aust. t. 4. p. 5. tab. 9.* Radice stolonifera late repente, fibrillis descendentibus: culmo erecto laevi: foliis angustis rigidis supra scabris subtus laevibus cito involutis et apice pungentibus: vaginis striatis glabris: ligula brevissima ciliolata. Spica elongata composita: spiculis approximatis alternis disticis oblongis compressis subdecemfloris: rachide articulata marginibus spinulosa: perigonii glumae calycinae valvis erosis scabris subaequalibus oblongis, flosculos inferiores subaequantibus, externa 5 interna 7 inervia nervis obscuris, carinali conspicuo spinuloso in acumine producto: valva corollina externa 5-nervia, valvis calyciniis subconformi, nervo carinali apice libero aristam brevem simulante, interna mutica utroque margine ciliato-spinuloso.

In udis maritimis. *Ostia.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae stramineae.

Obs. Planta glauca, at notis datis a *T. glauco* prosus diversa et pro *T. litorali* Host. ex auctoris descriptione, omnino retinendum.

LOLIUM.

L. PERENNE *β* tenue. *Schrad. Fl. Germ. t. 1. p.* 397 - Gracile spica tenui laxa, spiculis 3-4floris.

In graminosis passim. *Tor di Quinto.*

2009. ITALICUM. *Koch. Syn. Fl. Germ. et Helv. ed. 2. p.* 936. Radice fibrosa, fibris flexuosis, culmos fertiles sterilesque emittente: culmis fertilibus caespitosis erectis fere ex integro vestitis: foliis lineari-acuminatis, vaginisque striatis scabriusculis: ligula lata truncata. Spica erecta elongata, rachide leviter flexuosa: spiculis numerosis lanceolatis planis alternis disticis sub 10 floris: gluma calycina lineari-acuminata 5-nervi, spiculae dimidiam partem superante: glumae corollinae valvis subaequalibus externa obtusiuscula apice scarioso-lacera, in omnibus vel in aliquibus tantum flosculis aristata, interna apice ciliato-lacera, nervo conspicuo utrinque ad marginem involutum.

In viis et ageribus passim.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae stramineo-virides.

2010. MULTIFLORUM. *Gaud. Fl. Helv. t. 1. p.* 354. Radice fibrosa, fibris exilibus: culmis erectis ascendentibusve glabris totis vestitis: foliis anguste li-

nearibus vaginisque striatis laevibus: ligula brevi truncata. Spica mediocri erecta, spiculis lanceolatis planis disticis approximatis 12-20-floris, rachide nervosa flexuosa laevi: gluma calycina lineari apice breviter acuminata exquisite nervosa spiculis subdimidio breviore: glumae corolline valvis subaequalibus externa obtusiuscula obscure trinervia longe subtiliterque aristata in flosculis inferioribus mutica, interna angustiore, nervo valido utriunque ad marginem inflexum.

L. multiflorum. *Seb. et Maur. Fl Rom Prod. p. 64. n.* 162 - L. perenne α multiflorum. *Sang. p.* 72.

In pascuis agris graminosis.

Ann. Flor. Majo. Spiculae virides sero stramineae.

2011. *SICULUM. Parl. Fl. Palerm. t.* 1. *p.* 252. Radice fibrosa, fibris simpliciusculis: culmis erectis ascendentibus basi saepe ad articulos infractis totis vestitis: foliis anguste linearibus vaginisque striatis: ligula brevissima truncata. Spica erecta densa, spiculis ovato-lanceolatis approximatis planis disticis 10-12-floris muticis: gluma calycina obtusa apice lacera 5-nervi flosculis plus dimidio longiore: glumae corollinae valvis subaequalibus, externa lanceolata obscure nervosa apice scarioso-lacera, interna ad marginem distincte nervosa maturitate caryopsidem involvente.

In marginibus agrorum. *A Tor de Quinto.*

Bienn. Flor. Majo. Spiculae viridi-stramineae.

Obs. Planta speciebus proximis omnibus in partibus humilior, spiculisque dilatatis approximatis, et fere imbricatis apprime distincta.

2012. *ROMANUM.* (*Sang. Fl. Rom. Prod. tab.* 4. *n.* 1.) Laeve. Radice exili fibrosa: culmo gracili erecto fere ex integro vestito: foliis anguste linearibus, vaginisque laxiusculis striatis: ligula membranacea brevi irregulariter lacera, et ad latos in auriculas producta. Spica erecta tenui, spiculis numerosis ovatis planis, superioribus approximato-imbricatis, infimis laxiusculis, omnibus sub-10-floris: gluma calycina lineari-acuminata flosculum inferiorem non superante: glumae corollinae valvis subaeqalibus, externa majore lanceolata vix nervosa in flosculis omnibus longe subtiliterque aristata, interna ad marginem nervosa maturitate caryopsidem involvente.

In marginibus agrorum at non frequens. *Alla Cafarella, attorno i prati di Tor di Quinto.*

Ann. Flor. Majo. Spiculae maturae pallide stramineae.

Obs. Spiculis planis ascendendo confertius approximato-imbricatis, valva

corollina in omnibus flosculis longe subtiliterque aristata, arista in flosculo interno inferiore abbreviata, gluma calycina flosculum inferiorem non superante, et produtionibus ligulae ab affinibus prorsus distincta.

2013 STRICTUM. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 49. Radice fibrosa fibris, simpliciusculis: culmis caespitosis erectis ascendentibusve robustis: foliis linearibus acuminatis planis vaginisque laxiusculis striatis glabris: ligula brevissima truncata in latus accreta. Spica stricta rigida erecta vel incurva, spiculis lanceolatis obtusis remotiusculis rachidi flexuosae insigniter excavata marginibus scabris approximatis sub-10-floris: gluma calycina lanceolata spiculis quidquam breviore exquisite 5-nervia, in spiculis inferioribus obtusa in superioribus acuta: glumae corollinae valvis subaequantibus jamdudum muticis, externa 5-nervia, obtusa, interna ad margines exquisite 1-nervia, ad caryopsidem includendam involuta.

L. perenne β strictum. *Sang. p.* 72 - L. perenne β *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 757.

In aridis ad margines agrorum. *Solfatara di Tivoli.*

Perenn. Flor. Majo decendente. Spiculae intense virides.

Obs. Cum. recentioribus in speciem recipimus licet p. 72 pro viatate recensita.

L. TEMULENTUM β *robustum*. Gluma corollina externa mutica vel brevissime aristata.

L. temulentum β *Bert. t.* 1 *p.* 761 - Inter sata. *Presso acqua bullicante.*

SESLERIA.

2014. TENUIFOLIA. *Schrad. Fl. Germ. t.* 1. *p.* 272. Radice stolonifera, stolonibus caespitosis: caule erecto tereti glabro superius longo tractu nudo, inferius dense folioso, vaginis laxis superimpositis externis tandem stuppeis: foliis linearibus convolutis laevibus obtusis saepius breviter acutis quandoque obtusis: ligula scariosa brevissima. Racemo spicaeformi composito saepe brevi, spiculis ut plurimum trifloris: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus ovato-lanceolatis flosculos aequantibus, nervo carinali in aristam brevem producto: glumae corollinae valva externa 5-nervia, nervis in aristis productis, media longiore, valva interna 2-dentata: stigmatibus exertis pilosis: caryopside valva corollina interna obvoluta.

S. coerulea β tennifolia. *p.*74.

In apenninis Umbriae. *Vettore,*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae viridi-coeruleae.

2015. ARGENTEA. *Sav. Bot. Etr. t. 1. p.* 68. Radice stolonifera, stolonibus robustis fibrillosis : culmo erecto basi dense folioso superius longo tractu nudo: foliis linearibus elongatis planis apice mucronatis margine scabris: ligula triangulari adnata. Racemo spicaeformi composito elongato spiculis 2-3-floris: perigonii glumae calycinae valvis aequalibus lanceolatis acuminatis nervo carinali in aristam producto: glumae corollinae valva externa 5-nervi, nervis in aristis inaequalibus productis, media longiore, valva interna breviter 2-dentata: stigmatibus exertis pilosis: caryopside valva corollina interna involuta.

S. coerulea x cylindrica *p.* 74.

In Latii montibus. *Monte Lucretile.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae stramineae.

AVENA.

2016. BARBATA. *Brot. Fl. Lus. t.* 1. *p.* 108. Radice fibrosa fibris tenuibus: culmo erecto striato: foliis planis lineari-acuminatis vix scabris : vaginis strictis inferioribus pubescentibus: ligula truncata. Panicula erecta unilaterali ramis exilibus inferioribus semiverticillatis: spiculis ut plurimum 4-floris : perigonii glumae calycinae valvis subaequalibus 7-9-nerviis, corollinis sublongioribus : glumae corollinae valvis inaequalibus, externa apice biloba, lobis arista molli erecta terminatis, inferius piloso-sericea medio aristata , arista rigida geniculato-contorta flore subduplo longiore, interna acuta glabra ciliata: flosculis inferioribus fertilibus, tertio hermaphrodito sterili, quarto, neutro.

A. fatua β haterantha p. 79.

In agris sterilibus et ad muros. *Civitavecchia.*

Ann. Fl. Julio. Spiculae albo-viridulae.

POA.

2017. FESTUCEFORMIS. *Host. Gram. Aust. t.* 3. *p.* 12. *tab.* 17. Radice fibrosa: culmis caespitosis erectis rigidis : foliis linearibus acuminatis patulis convolutis, vaginisque laxiusculis nervosis: ligula lanceolato-lacera. Panicula aequali sublaxa apice quandoque subnutante simplici compositave, ramis scabris laeviter flexuosis inferioribus basi denudatis: spiculis erectis lanceolatis distinctis 5-10-floris floribus approximatis: perigonii glumae corollinae valvis inaequalibus lanceolatis margine apiceque late scariosis, glumae corollinae valvis obscure nervosis externa obtusa et fere truncata , interna minore apice sublacera.

In arenosis prope mare. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Junio. Spiculae albo et violaceo variegatae.

P. alpina γ *brevifolia*. Foliis radicalibus angustioribus brevioribus superioribus brevissimis.

P. alpina brevifolia. *Gaud. Agr. Helv. t.* 1. *p.* 190.

In pascuis montanis Latii. *Quadagnolo.*

P. pratensis β *angustifolia*. Foliis omnibus angustissimis convolutis.

P. pratensis β *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 49.

In pratis ut serquilinis haud frequens.

CYNOSURUS.

2018. AUREUS. *L. Sp. Pl. p.* 107. Radice tenui fibrosa saepe pilosa: culmo solitario vel caespitoso ascendente vel erecto quandoque infracto: foliis lanceolato-linearibus acuminatis carinatis margine et carina, in vaginam laxam decurrente, scabris. Racemo oblongo composito floribus secundis hirsutis, rachide glabra subflexuosa: racemulis nutantibus bis bifidis, ramulis tribus externis sterilibus, quarto interno fertili: florum sterilium glumis imbricatis, inferioribus oppositis lineari-acutis, superioribus alternis obovatis apice denticulatis dorso scabris: ramulo fertili bifloro flosculo inferiori fertili superiore abbortivo: perigonii utriusque floris valvis calycinis subaequalibus angustissime linearibus muticis carinato-scabris: glumae corollinae valva externa ovato-lanceolata breviter bidenticulata intrer denticulos aristata, arista valva triplo longiore, valva interna mutica brevissima bifida.

C. aureus. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 590 - Gramen sciurum seu alopecurum minus heteromalla panicula.

In aridis, muris, tectis. *Civitavecchia* etc.

Ann. Flor. Aprili-Majo. Spiculae viridi-luteolae, maturitate flavo-auratae.

TETRANDRIA–MONOGYNIA.

SCABIOSA.

AVENSIS β *pinnatifida*. Foliis omnibus pinnatifidis.

In Latii montibus. *Monte Lucretile.*

GALIUM.

2019. ELATUM. *Thuill. Fl. Par. p.* 76. Glabrum. Caule debli tetrogono divaricate ramoso geniculis tumidis: foliis verticillatis suboctonis ovatis vel oblongo-lanceolatis mucronulatis margine scabris: floribus in paniculis patentissimis trichotomis terminalibus lateralibusque: laciniis corollinis ovati-acutatis breviter aristatis: achenio ovato-didymo.

In umbrosis et sylvaticis ad sepes. *Alla Casetta della Macchia Mattei.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores sordide albi.

PLANTAGO.

2020. SERRARIA. *L. Sp. Pl. p.* 166. Foliis lanceolatis in petiolum attenuatis 5-nerviis pectinato-serratis, serraturis acutis angustis: scapis teretibus pubescentibus folia ut plurimum superantibus: spicis cylindricis continuis erectis: bracteis ovatis planis margine membranaceis, calyce brevioribus: foliolis calycinis ovato-oblongis: laciniis corollinis minutis ovato-acuminatis: capsula oblonga 2-spermia, calycem subaequante.

P. serraria. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 172 - P. apula lacinata bulbosa *Columm. Ecphr. p.* 258, et P. pilosa lacinata apula *p.* 259 *fig.* - P. bulbosa montana lacinata apula *Bocc. Recherch. et Observ. p.* 207 - P. angustifolia serrata hispanica. *Barrel. Ic.* 749.

In montibus argillosis prope *Fermo.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albo-virides.

2021. SUBULATA *L. Sp. Pl. p.* 166. Foliis radicalibus confertis triquetris striatis basi dense pubescentibus marginibus breviter rigiduleque ciliatis: scapo tereti pubescente folia plus duplo superante: spica cilindrica longiuscula minute pubescente: bracteis ovalibus apice acuminato florem superantibus: foliolis calycinis lanceolatis: laciniis corollinis lenceolatis acutis: capsula oblonga disperma calycem aequante.

P. subulata. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 172.

In apenninis Umbriae. *Vettore, al monte Capo d' acqua* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores spurco-albidi.

TETRANDRIA-DIGYNIA.

186. MORUS. L. Flores monoici quandoque dioici in amentis ovoideis breviter pedunculatis. *Fl. mas.* perigonium quadripartitum, partibus ovatis concavis alternis, externis quidquam majoribus: stamina opposita filamentis subulatis, antheris bilocularibus introrsis. *Fl. faem.* perigonium maris persistens: ovarium sessile: stigmata duo filiformia elongata interne villosa: pericarpium (Sorosus) e nuculis membranaceis monospermiis perigonio incrassato obtectis et insimul conferruminatis.

2022. NIGRA *L. Sp. Pl. p.* 1398. Trunci cortice crasso senio rugoso: gemmis sparsis: foliis cordato-ovatis palmatisque inaequaliter dentatis scabris, pericarpio maturite nigro. 96

M. nigra *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 177.

In incultis et sepibus agri romani Umbriae et Piceni.

Arbusc. Flor. Majo. Perigonia albo-virentia.

Obs. Arbor ab antiquitus nota, et apud nos ab immemoratu culta. Amenta foemina primo albo-viridia rubescunt, et tandem nigrescunt.

Usus. In medicina Rob, et syrupus baccae Mori, uti refrigerantes, jam involuerunt; nunc dessueti. In mensis Romanorum fructus afferebantur nunc cibus pauperum, vel fermentationis ope in liquorem alkoolicum conversi.

Pentandria-Monogynia.

PRIMULA.

2023. *elatior.* α *Wild.Sp. Pl. t.* 1. *p.* 801. Pubescens. Foliis oblongo-obovatis ovatisve in petiolum alatum sinuato-dentatum decurentibus : scapis umbellatis paucifloris foliis longioribus : calyce tubuloso pentagono, dentibus lanceolatis acuminatis: corollae tubo fauce subaequali, limbo plano.

P. elatior. *Bert. Fl. It. t.* 1. *p.* 372.

In apennino Umbriae. *Monte de Fiori.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Floris pallide sulphurei fauce saturatiore.

Vulgo *Primavera.*

487. *Menianthes Linn.* Calyx mosepalus liberus 5-partitus , partibus ovatis erecto-patulis : corolla infundibuliformis tubo crasso , limbo 5-partito, partibus lanceolatis acutis margine integris, facie superiore barbatis: staminum filamenta tubum superantia: antherae subulatae: capsula globosa 1-locularis 2-valvis *Gentianeae Juss.*

2024. *trifoliata. L. Sp. Pl. p.* 308. Caule ramoso, ramis horizontalibus erectisve: foliis ternatis longe petiolatis, foliolis grandibus, late obovatis, margine integro saepe undulatis.

M. trifoliata. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 410.

Ad lacus et canales in montanis. *Fra Sermoneta, e Bassiano.*

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Flores albi vel albo rosei elegantissimi.

Vulgo et in officinis. *Trifolio fibrino.*

Usus. *Trifolii aquatici* herba etiam in veteri medicina nota uti corroborons et antiperiodica: in pretio haduc est praesertim apud villicos.

ERYTHRAEA.

2025. *grandiflora. Bivon. manip.* 4. *p.* 17, Caule erecto subangulato

parce ramoso, ramis alternis elongatis: foliis oblongis obtusis exquisite 3-nerviis, radicalibus rosulatis, caulinis oppositis adpressis: floribus corymboso-fasciculatis, fasciculis basi bracteolatis: laciniis calycinis tubo corollino brevioribus: diametro limbi corollini, longitudinem, tubi multo superante.

E. Centaurium β grandiflora *p.* 181.

In pratis montanis Umbriae. *Valle Canetra*.

Ann. Flor. Julio. Flores amoene rosei grandes.

2026. PULCHELLA. *Smith. Engl. Fl. t.* 1. *p.* 322. Caule erecto simplici ramosove, ramis dichotome corymbosis: foliis oblongis obtusis, radicalibus rosulatis, caulinis oppositis : floribus laxe corymbosis pedicellis inaequalibus ebracteatis : laciniis calycinis corollae tubum subaequantibus, diametro limbi corollini, longitudine tubi minore.

E. Centaurium γ pulchella *p.* 181 – Chironia pulchella. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 89. *n.* 275.

In pratis et pascuis non rara.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores rosei.

Obs. A rhizotomis in officinis cum *E. Centaurio* indiscriminatim adducitur, cui in medica amaritie prorsus similis.

SOLAMUM.

NIGRUM β moscatum. Caule perennante : foliis integris vel basi leviter dentatis.

In incultis umbrosis non rarum. *Villa Corsini*.

Obs. Monscum intense redolet.

CAMPANULA.

2027. MICRANTHA. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 623. Glabra. Caule simplici erecto toto crebre folioso: foliis strictis linearibus acuminatis dentatis, dentibus remotis callosis panicula terminali ramosissima contracta : tubo calycis brevissimo, laciniis linearibus subulatis, corolla turbinato-campanulata subtriplo brevioribus: stylo elongato exerto scabro.

Ad ripas fluminis *Lambor* in Piceno prope *Monte Fortino*.

Perenn. Fl. Junio. Flores coerulei.

2028. *MEDIUM. L. Sp. Pl. p.* 336. Hirsuto-scabra. Caule subangulato erecto simplici ramosove: foliis inferioribus ovato-spathulatis in petiolum productis, caeteris lanceolatis semiamplexicaulibus, omnibus crenatis: floribus solitariis in apice caulis ramorumque: laciniis calycinis ovato-lanceolatis auriculis deflexis majusculis: corolla grandi campanulato-elongata : capsula 5-locularis, foraminibus lateralibus inferne hiante.

C. Medium. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 501.

In apricis mare versus. *Fra Porto e Fiumicino.*

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores coeruleo-purpurei quandoque albi.

Vulgo *Medio*

VIOLA.

2029. *cenisia. L. Sp. Pl. p.* 1325. Hirsuta. Radice fibrosa ramis exilibus: caule filiformi decumbente superius erecto: foliis integerrimis in petiolum productis, radicalibus subrotundis, caeteris oblongis, supremis approximatis: stipulis lanceolato-linearibus subintegris: floribus solitariis axillaribus longiuscule pedunculatis: petalis ovatis, majore obovato-cuneato calcarato, calcare petalis subaequale: capsula ovoidea obtuse trigona.

V. cenisia . *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 710.

In apennino Piceni. *Vettore.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores coeruleo-violacei.

2030. *hirto-alba. Gren. et God. Fl. de Franc. t.* 1. *p.* 176. Hirtula. Radice late ramosa stolonibus arhizis : foliis crenatis primordialibus reniformi-cordatis, coeteris cordato-ovatis, sinu brevi : stipulis lanceolato-acuminatis glanduloso-ciliatis : scapis elongatis unifloris : sepalis ovali-oblongis apice rotundatis: petalis oblongis lateralibus dense barbatis : capsulis tomentosis.

In nemorosis et umbrosis. *Villa Panfili, Orto romano sponte* etc.

Perenn. Flor. Februario-Martio. Flores albi calcare violaceo inodori majores quam in V. hirta.

2031. *lutea. Smith. Engl. Flor. t.* 1. *p.* 306. Glabra. Radice fibrosa exili : caulibus caespitosis longiusculis : foliis ovatis oblongisve crenatis : stipulis palmato-lobatis, laciniis linearibus integerrimis : floribus axillaribus longe pedunculatis : sepalis oblongis obtusis : calcare obtuso petalis breviore : capsulis obtusis subtrigonis.

V. lutea. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 714.

In alpestribus apenninorum Umbriae. *Monte Vettore, Monte Corno* etc.

Perenn. Flor. Julio. Flores luteo-lilacini.

THESIUM.

2032. *humifusum. DC. Fl. Fran. t.* 5. *p.* 366. Caulibus exilibus caespitosis prostratis ad medium ramosis, ramis divaricatis : foliis lineari-lanceolatis trinerviis : floribus spicato-racemosis, pedunculis divaricatis margine scabris, pedicellis unifloris 3-bracteolatis , bracteis lateralibus florem aequantibus, in-

termedia superante : perigonium campanulato-quinquefium : drupa ovoidea costata.

In montium elatiorum sylvis. *Pizzo di Sivo.*

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores luteo-virides.

PENTANDRIA-DIGYNIA.

GENZIANA.

VERNA γ *elongata*. Caule elongato subnudo unifloro, calyce oblongo aequali.

In Umbriae montibus. *Monte Priare.*

488. CRESSA. *L.* Bracteae binae lanceolatae oppositae sub flore. Calyx monoseplus 5-partitus persistens : corolla infundibuliformis limbo 5-partito laciniis planis ; stamina longe exerta , filamentis filiformibus, antheris bilocularibus : stili filiformes longitudine staminum : capsula 2-valvis 1-2- locularis, loculis 1-olygospermis. CONVOLVULACEAE VENT.

2033. CRETICA. *L. Sp. Pl. p.* 325. Pubescenti-cinerea. Caule erecto vel prostrato valde ramoso, ramis alternis diffusis : foliis sessilibus alternis ovatis lanceolatisve acutis basi rotundatis : floribus terminalibus capitatis : corollae laciniis ovato-lanceolatis acutis extus villosis : capsula ovoidea monosperma.

C. cretica. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 61 - Chamaepitis tertia Math. *Bocc. Recherc. et observ. nat. p.* 190.

Licet copiosa circa Salinas Ostienses pirmus legit, et benevole communicavit Reverendus JNDES ex institutoChristianarum Scholarum, subantistes Romae in scholis gallicis apud palatium vulgo. *Poli*, fervidus historiae naturalis cultor.

Ann. Flor. Augusto. Flores lutei.

APIUM.

2034. PETROSELINUM. *L. Sp. Pl. p.* 379. Laete virens. Caule striato farcto, ramis ultimis verticillatis : foliis bipinnatifidis inferiorum segmentis cuneato-ovatis inciso dentatis, superiorum linearibus: involucellis polyphyllis foliolis filiformibus brevissimis.

A. Petroselium. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 257 - Petroselinum seu Apium hortense vulgare. *Columm. Ecph.* 1. *p.* 113.

Ab hortis aufugum huc illuc erraticum. *Alla Valle dell' Inferno.*

Perenn. Flor. Junio. Flores albo-viriduli.

Vulgo. *Prezemolo*, et communius *Erbetta*.

Usus. Radix inter divretica enumeratur et prae aliis in syrupo de quinque radicibus, et in quinque radices operientes ingreditur. Herba aromatica in culinis notissima· Semina loco Staphisagriae ad necandos pediculos usurpata.

TRINIA.

VULGARIS γ *Dalechampii DC.* Foliorum segmentis linearibus abbreviatis, caule digitali, umbellis numerosis.

In apenninorum rupibus. *Vettore a Pietra Camela.*

BUPLEURUM.

ARISTATUM β *robustum*. Robustior et major omnibus in partibus: caule basi ramoso, ramis dichotomis erectiusculis.

In maritimis. *Ostia.*

2035. TENUISSIMUM. *L. Sp. Pl. p.* 343. Glabrum subglancum. Caule erecto striato *ramoso*, ramis *alternis* divaricatis; foliis lineari-angustissimis trinerviis: umbellis axillaribus terminalibusque 2-3-radiatis, simplicipusve: involucris setaceis 2-3-phyllis, foliolis inaequalibus umbella ut plurimum brevioribus: involucellis subconformibus umbellula longioribus: cremocarpiis subglobosis acute costatis granulato-scabris.

B. tenuissimum. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 140 – Bupleurum tertium minimum *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 85, et. B. minimnm *p.* 247. *fig.* - B. 3 minimum Fab. Columm. *Barrel. Ic* 1248.

In arvis maritimis. *Civitavecchia.*

Ann· Fl. Augusto-Septembri. Flores lutei.

2036. GLAUCUM. *DC. Prod. t.* 4. *p.* 127. Intense glaucum. Caule diffuso divaricate ramoso: foliis inferioribus lanceolatis basi angustatis, superioribus lineari-acuminatis: involucris pentaphyllis lanceolato-mucronatis margine et carina denticulatis: umbella subquinqueradiata brevioribus: involucellis conformibus umbellula longioribus: cremocarpiis subdydimis tuberculato-scabris.

B. glancum. *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 148.

In maritimis Piceni. *Lungo il litorale d' Ascoli.*

Ann. Flor. Junio. Flores lutei.

PASTINACA.

2037. DIVARICATA *DC. t.* 4. *p.* 189. Cinereo-pubescens. Caule 3-4-pedali tereti vix striato, ramis superioribus alternis divaricatis: foliis pinnatifidis segmentis ovatis lato margine dentato-serratis: umbellis pauciradiatis, radiis inaequalibus divaricatis: facie commissurali 4-vittata vittis fere completis.

In sylvis et locis humidis. *Macchia d' Albano*, *Lago di Castello* etc. Perenn. Flor. Majo-Junio. flores albo-luteoli.

HERACLEUM.

2038. FLAVESCENS. *Willd, Sp. t.* 1. *p.* 1421. Piloso-scabrum Caule suborgiali sulcato fistuloso, ramis alternis: foliis inferioribus quinato-pinnatifidis, superioribus ternatifidis, segmentis oblongis acuminatis crebreque serratis: cremocarpiorum vittis irregulariter inaequalibus.

H. flavescens. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 428 - Panax Heracleum albo fl. altius incisis acutioribusque foliis. *Barrel. Ic.* 707.

In montanis umbrosis. *Rocca Priora* in Latio, *Vettore* in Umbria, *Monte la Rosa* in Piceno.

Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores. albi

JOULIS.

HELVETICA *β divaricata. DC.* Caule subspithameo e basi divaricate ramoso, ramis pedunculisque abreviatis.

In arvis et ad vias, at satis rara.

489. *Coristospermim.* *Bert.* Umbella plana multiradiata, radiis aequalibus elongatis: umbellulae multiflorae in umbella terminali fertiles in axillaribus intus steriles: involucrum universale foliolis integris lacinatisque, umbella brevius, quam saepissime nullum: involucella polyphylla foliolis lineari-acuminatis, umbella brevioribus: calycis limbus obsoletus: petala ovata aequalia quandoque bifida inflexa: staminum filamenta petalis longiora: styli erecti in fructo accreti recurvati: cremocarpium ovato-oblongum: dorso convexum in latus subcompressum: carphorum filiforme maturitate liberum bipartitum: mericarpia dorso convexula 5-jugata, jugis aequalibus alaeformibus, duobus marginalibus tribus dorsalibus: vittis dorsalibus commissuralibusque nullis.

2039. CUNEIFOLIUM. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 467. Caule erecto vel ascendente striato, ramis brevioribus alternis: foliis 3-pninatiscetis pinnulis lanceolatis subspathulatis integris supremis 3-fidis.

In Piceni alpestribus. *Monte Cucco dietro il Romitorio.*

DAUCUS.

3040. MURICATUS. *Guss. Pl. rar. p.* 126. Strigoso-hispidus. Caule erecto ramoso, ramis patulis: foliis subtripinnatifidis, pinnis cuneiformibus, pinnulis brevibus minutis acuminatis: involucris pinnatifidis umbella multo brevioribus, involucellis simplicibus umbellulam aequantibus, omnibus setaceis quan-

doque trifidis: mericarpiorum aculeis elongatis, basique dilatata, connatis, apice glochidiatis.

D. muricatus. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 173.

In pascuis apricis ad marginem agrorum. *Frascati.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

CAUCALIS.

2041. PLATICARPOS. *L. Sp. pl. p.* 347. Glabra vel pilosiuscula. Caule decumbente, ramis divaricatis dichotomis : foliis bipinnatifidis, pinnis lanceolatis, pinnulis inciso-dentatis approximatis : involucro universali subtriphyllo, foliolis lanceolatis albo-marginatis : involucellis conformibus: umbellulis grandiusculis radiantibus : mericarpiorum aculeis coloratis basi parum dilatatis, apice hamatis.

C. platycarpos. *Seb. et Maur. Fl, Rom. Prod. p.* 112. *n.* 340 - *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 181 - Echinophora altera asperior πγανυκαρπος. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 95. *f. p.* 94.

In montium messibus aeque ac in maritimis. *A Roviano*, *a Terracina* etc.

Ann. Flor. Junio. Flores albi extus purpurascentes.

LINUM.

2042. NURBONENSE. *L. Sp. Pl. p.* 398. Glauco-virens. Caule erecto vel ascendente inferius ramoso, ramis corymbosis: foliis sparsis lanceolato-linearibus trinerviis scabris: floribus in racemulis terminalibus: petalis obovato-cuneatis: sepalis lanceolatis acuminato-subulatis nervosis margine albo-membranaceis, capsulam ovatam acuminato-rostratam, subduplo superantibus.

L. narbonense. *Bert. Fl. It. t.* 3. *p.* 342 - L. sylv. latis acutis foliis flo. amplo. *Barr. Ic.* 1007.

In pratis alpinis secus. *Vallepietra.*

Perenn. Fl. Majo. Fl. intense coerulei ampli speciosi.

HEXANDRIA-MONAGGINA

NARCISSUS.

2043. PATULUS. *Loisl. not. p.* 52. Spatha 2-6flora: perigonio hypocrateriformi : laciniis perigonialibus elliptico-ovatis mucronatis, tribus exterioribus latioribus, nectario scutellato sexfido duplo triploqoe longioribus : ne-

ctarii labiis latis subintegerrimis: scapo ancipiti, foliis canaliculatis, subcontortis, subaequali.

N. patulus *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 13.

In montibus Latii. *Albano nella macchia dietro i Capuccini.*

Perenn. Flor. Februario Martio. Flores albi vel leviter sulphurei, nectario luteo-aureo.

2044. SEROTINUS. *L. Sp. Pl. p.* 417. Spatha ut plurimum 1-3-flora: perigonio hypocrateriformi: nectario scutellato integerrimo, laciniis perigonialibus lanceolatis mucronatis, septies octove breviore: scapo tenui, foliis subsolitariis filiformibus convolutis hysterantiis, longiore.

N. serotinus *Bert. p. It. t. 4. p.* 15.

In collibus prope mare. *Corneto.*

Perenn. Fl. Septemb. Octob. Flores nivei fragrantes, nectario luteo-albo.

2045. *REMOPOLENSIS. Panizz. in Gior. Bot. It. t.* 2. *p.* 3. Spatha 1–8–flora: perigonio hypocrateriformi: nectario campanulato-scutellato erecto integro, ore subrepando, laciniis perigonialibus ovato–lanceolatis acuminatis, triplo breviore: scapo, foliis angusto-linearibus subglaucescentibus, longitudine aequali.

N. Remopolensis *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 643.

In Piceni agris prope Senogaliam.

Perenn. Fl. Mart. Aprili. Flores albi vel laeviter sulphurei, nectario aureo.

PANCRATIUM.

2046. HYLLIRICUM. *L. Sp. Pl. p.* 418. Spatha 2–valvi multiflora: perigonii tubo brevi, laciniis lanceolatis: nectarii fauce profunde 5-fida, laciniis bifidis: foliis lato-lingulatis medio canaliculatis glaucis scapum superantibus.

P. hyllíricum *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 23.

In maritimis. *Civitavecchia* in arena litoris.

Perenn. Fl. Majo. Flores spurco–albi, nectario intus luteo.

ORNITHOGALUM.

2047. FISTULOSUM. *Red. Lil. t. 4. tab.* 221. Bulbo parvo simplici: folio radicali subsolitario filiformi semiterete fistuloso synanthio, scapum fistulosum, subsuperante, floralibus geminis spathaceis lanceolatis: floribus paucis corymbosis, pedunculis pilosis glabrisve: petalis oblongis obtusis glabris: capsula turbinato-trigona.

O. fistulosum *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 90.

In agro asculano Piceni. *Castel Manardo* in cultis.

Perenn. Flor. Aprili Majo–Flores pallide lutei, striis viridibus.

2048. DIVERGENS. *Bor. Not. p.* 36. *n.* 3. *Tab.* 5. Bulbo ovoideo prolifero, bulbillis

numerosis foliiferis tunica inclusis: foliis lato-linearibus erectis canaliculatis, linea mediana argentina, notatis, scapum superantibus : floribus corymbosis : pedunculis elongatis inaequalibus erectis post anthesim statim divaricatis apiceque sursum infractis: bracteis lanceolato-linearibus acuminatis, pedunculis brevioribus: petalis lanceolato-ellipticis acutis , capsula ovoidea truncata sexangulari , plus duplo longioribus.

In apricis et viridariis Urbis. *Villa Patrizj.*

Perenn. Flor. Majo. Petala intus alba linea lata viridi extus notata.

Obs. Ab *O. umbellato* statim distinguitur, pedunculis post anthesim statim divaricatis apice refracto, ut flores denuo verticales evadant.

SCILLA.

2049. HYACINTOIDES. *L. fil. Sup. p.* 201. Bulbo magno tunicato sobolifero: foliis lato-linearibus elongatis synanthiis: floribus numerosis in racemo cylindrico elongato interrupto, pedunculis patulis subverticillatis flore subquadrupo longioribus.

S. hyacinthoides *Bert. Fl. It. t.* 9. *p.* 105.

In sylvulis et umbrosis. *Monte Mario, Villa Adriana presso Tivoli.*

Perenn. Flor. Majo. Perigonium coeruleum.

Obs. Raro floret, at foliis lato-linearibus, bulboque ingenti, facile determinatur.

MUSCARI.

2050. PARVIFLORUM. *Roem. et Schult. Syst. veg. t.* 7. *p.* 592. Foliis radicalibus sinanthiis exilibus teretibus subcaniculatis tandem laxatis: scapo erecto: floribus paucis in racemo laxo : bracteolis duabus altera sub flore altera paulo infra : perigonio obovato-angulato, denticulis erectis: capsula triquetra.

M. parviflorum *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 167.

In ericetis mare versus. *Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Autumno. Perigonium cum rachide et pedicellis pallide coeruleum leviter odorum.

ASPARAGUS.

2051. SCABER. *Roem. et Schult. Syst. veg. t.* 7. *p.* 318. Scaber. Caule herbaceo erecto striato : foliis paucis filiformibus fasciculatis: stipulis basi deorsum mucronatis: ramis, brevi tractu, inferius nudis.: floribus alaribus dioicis: florum pedunculis recurvatis prope florem articulatis: bacca grandiuscula maturitate rubra.

A. scaber *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 149.

In maritimis. *Presso Civitavecchia* in sylvulis.

Perenn. Flor. Majo. Flores luteoli, stria viridi, prope marginem notati.

Vulgo. *Sparaci amari.*

JUNCUS.

2052. CAPITATUS. *Willd. Sp. Pl. t. 2. p.* 209. Culmo caespitoso solitariove angulato: foliis radicalibus filiformibus basi vaginantibus, calamo brevioribus: floribus 3-8 in capitulo terminali: spatha bivalvi, valvis inaequalibus, majore erecta minore reflexa: bracteis ovato-lanceolatis concavis subaequalibus: glumis ovato-lanceolatis, exterioribus longioribus acuminato-aristatis, capsula ovato-trigona, subduplo longioribus.

J. capitatus *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 188.

In sabulosis humidis mare versus. *Nella macchia di Nettuno.*

Ann. Flor. Majo. Perigonium spadiceum.

Obs. Planta 1-3-pollicaris.

2053. SYLVATICUS. *Gren. et God. Fl. de Franc. t.* 3. *p.* 347. Calamis caespitosis erectis vestitis: foliis linearibus tereti-compressis erectis nodoso-fistulosis calamum non superantibus: vaginis longiusculis sublaxis striatis: spatha bivalvi pedunculis breviore, valva externa foliacea, interna margine membranacea: floribus 4-12 glomeratis in cyma corymbosa suberecta tandem patente: bracteis lanceolatis acuminato-aristatis subaequalibus: glumis conformibus, bracteis longioribus: capsula pyramidato-triquetra, maturitate glumas tertio superante.

J. sylvaticus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 132. *n.* 427. – J. acutiflorus *Sang. Cent. tres p.* 52. *n.* 114. - J. articulatus β acutiflorus *Sang. p.* 286. - *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 198.

In inundatis et palustribus communis.

Perenn. Flor. Æstate. Perigonium spadiceum.

Obs. Novo examine instituto super J. articulatum β acutiflorum nostrum, recentioribus botanicis adhaereo dum J. sylvaticum in optimam speciem recipiatur

2054. HETEROPHYLLUS. *Leon. Duf. ann. sc. nat.* 5. *p.* 88 (1825). Culmis caespitosis adscendentibus vel erectis vestitis : foliis glaucis, radicalibus exilibus elongatis immersis cylindrico-compressis, caulinis fistuloso-nodosis : vaginis laxis striatis, toto margine scariosis; spatharum valvis externis foliis conformibus adscendendo minoratis, internis ovato-lanceolatis : glomerulis numerosis 2-6-floris in panicula erecta: bracteis perigonique laciniis lanceolatis mucronatis, capsulam ovoideo-subtrigonam longe mucronatam, superantibus.

In aquosis et ad fossas non rarus. *Monte Mario*, *Pratalata* etc.

Perenn. Flor. Majo. Perigonium albo-spadiceum.

Octandria-Monogynia.

EPILOBIUM.

2055. virgatum. *Gren. et God. Fl. de Franc. t.* 1. *p.* 578. Viridi nigrescens. Caule prostrato basi stolonifero radicante deinde erecto, ramis adscendentibus strictis elongatis: foliis lanceolatis sessilibus basi rotundatis in alis brevissimis obscuris super caulem decurrentibus: floribus pedunculatis axillaribus in racemo foliato laxifloro: petalis calyce duplo longioribus: stylo erecto: stigmatibus congestis: capsula pubescente: seminibus minutissimis basi attenuatis.

In humidis et ad fossas. *Villa Borghese*, *Pamfili* etc.

Perenn. Flor. Julio, Augusto. Flores laete rosei.

Obs. Species stolonibus foliaceis, seminibus basi attenuatis, colore herbae obscuro-virenti ab *E. tetragono* rite distinguenda.

Decandria-trigynia.

STELLARIA.

media. β apetala. Planta minor floribus apetalis.

In ruderatis romanis obvia.

2056. latifolia. *DC. Prod. t.* 1. *p.* 396. Caule diffuso basi radicante, internodiis linea altera villosis: foliis ovatis acutis, superioribus sessilibus, inferiorum petiolis alatis: floribus axillaribus umbellato-aggregatis: petalis calyce aequalibus, laminis oblongis bifidis.

In ruderatis et ad vias. *Foro romano presso il Colosseo.*

Ann. Flor. Majo Junio. Flores albi.

ARENARIA.

2057. marginata. *DC. Prod. Syst. Nat. t.* 2. *p.* 408. Prostrata pallide virens: caule caspitoso alterne ramoso, ramis apice laxe pilosis: foliis lineari-subulatis crassiusculis enerviis: stipulis vaginantibus late-ovatis acutis: floribus axillaribus terminalibusque longe pedunculatis: corolla, laciniis calycinis albo-marginatis, subaequale: capsula 3-valvi seminibus subrotundis depressis albo-marginato-alatis.

In arena maritima litoris Centumcellarum.

Perenn. Flor. Majo. Flores dilute carnei.

SILENE.

2058. tenuiflora. *Guss. Pl. ras. p.* 177. *tab.* 36. Glabriuscula. Caule tereti erecto laxe ramoso, ramis tenuibus erectis: foliis radicalibus oblongo-spathulatis,

successivis lanceolatis, caeteris linearibus; floribus laxis in panicula dichotoma stricta: calyce tubuloso basi angustato 10-nerveo quinquedentato, nervis tenuibus, dentibus lanceolatis acutis, in fructu vix immutato: corollae squamis bipartitis acutis coronata, unguibus calycem subsuperantibus, laminis oblongo-cuneatis vix emarginatis: capsula ovali-oblonga, dentibus erecto-patentibus, dehiscente.

S. tenuifolia *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 610.

In marginibus agrorum. *Via Cassia salita di Tor di Quinto.*

Ann. Flor. Majo Junio. Flores pulcre rosei.

2059. CERASTOIDES. *L. Sp. Pl. p.* 596. Breviter pubescens. Caule terete erecto e basi ramoso, ramis alternis patulis: foliis radicalibus spathulatis, caulinis linearibus: floribus laxis disticis in racemo paucifloro terminali: calyce tubuloso 10-nerveo 5-dentato, dentibus lineari-subulatis, in fructu ovoideo: corolla squamis brevissimis, coronata, unguibus calycem aequantibus, laminis exiguis obovatis emarginatis: capsula ovoidea, dentibus recurvatis, dehiscente.

S. cerastioides *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 574.

In pascuis apricis. *A Villa Pamfili.*

Ann. Fl. Majo-Junio. Flores pulcre rosei.

2060. CORSICA. *Spr. Syst. Vegt. t. 2. p.* 404. Viscida pilisque confervoideis glandulosis hirta. Caule decumbente: foliis subcarnosis obtusis, inferioribus spathulatis, superioribus lanceolatis: floribus subsolitariis: calycibus tubulosis crasse nervosis in fructu clavatis: corollae squamis bipartitis denticulatis, unguibus longe exertis, laminis latis bifidis bipartitisve: capsula ovato-oblonga.

S. corsica *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 626 - Lychnis maritima pinguis ex Corsica *Bocc. Mus. di Piant. p.* 65. *tab.* 54.

In apricis. *Per la strada di Albano.*

Suffrut. Flor. Majo. Flores albi, venis viridibus.

2061. TENOREANA. *Coll. Herb. Ped. t.* 1. 328. Glabra subglauca. Caule erecto perennante: foliis lanceolatis longe attenuatis vel linearibus: floribus inaequaliter pedicellatis in panicula terminali subcorymbosa: calyce campanulato-ovoideo, dentibus acutis late adaperto, in fructu aucto: corollae fauce nuda, unguibus calyce subaequalibus, laminis bipartitis: capsula ovoidea apice constricto-conico calyce admodum minore.

S. inflata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 149. *n.* 489. - S. inflata β. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 630.

Frequens praesertim circa Urbem.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Flores albi.

Obs. Species omnino distincta, cultura in horto nostro non mutata.

2062. *Campellii.* Nob. (Sang. *Fl.* Rom. Prod. tab. 7.) Glabra, glaucescens. Caule gracili erecto simplici vel parce ramoso: foliis radicalibus spathulatis in petiolum longiuscule productis, caulinis distantibus ovato-acuminatis: floribus axillaribus simplicibus vel 2-3-fidis terminalibus paniculatis: tubo calycis tereti elongato, fauce ovata in fructu tubulosa 5-nervia breviter 5-dentata: corollae unguibus vix exertis, laminis 2-lobis, squamulis exilibus bifidis: capsula cylindrica e tecaphoro exili longitudine tubi, sustenta.

In umbrosis densium sylvarum. *Sotto Rocca di Papa* primus animadvertit et communicavit Reverendus Frater Jndes, jam laudatus.

Ann. Flor. Septembri. Flores intense rosei.

Elegantissima species ab omnibus apprime distincta clava calycis in fructu exacte cylindrica, tubo exili immutato, tecaphoro longitudine tubi.

Excellentissimo Comiti Paolo Campello non ultimo Botanices cultore, primo erga me benevolentia comitate officiis, inscribi volui, ut mei grati animi tessera, posteris etiam tradatur.

Decandria-pentagynia.

CERASTIUM.

2063. *semidecandrum.* *L. Sp. Pl. p.* 627. Sericeo-villosum pallide virens. Caule gracili erecto: foliis oblongis, radicalibus in petiolum productis: floribus in panicula divaricato-dichotoma, quandoque longe pedicellatis et magis alaribus: bracteis lato margine scariosis: corolla, sepalis late scariosis eroso-dentatis quidquam longiore, laminis vix bifidis: stamina 5 raro 10: capsula calyce subduplo longiore.

C. semidecandrum *Sebast. En. Plan. Amph. Flavii p.* 35. *n.* 55 - C. vulgatum β minus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 157. *n.* 522. - C. viscosum β macrius *Bert. Fl. It.* 4. *p.* 749. - *Sang. Prod. p.* 348.

In ageribus, umbrosis, siccis vulgare.

Ann. Flor. Aprili Majo. Flores albi.

1064. *arvense.* *L. Sp. Pl. p.* 628. Molliter villosum. Caule erecto basi frutescente: foliis ovato-lanceolatis vel lanceolato-linearibus: floribus in panicula depauperata, pedicellis inaequaliter elongatis: bracteis ovato-lanceolatis late scariosis: corolla, sepalis lanceolatis, plus duplo longiore, laminis latis obcordatis bifidis: capsula cylindrica vix exerta.

C. arvense *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 158. *n.* 526. - C. alpinum β *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 762.

In aridis apenninorum, et subapenninorum. *Vettore, Monte Leone, S. Felice presso Terracina* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi grandes.

LYCHNIS.

2065. VESPERTINA. *Sibth. Flor. Oxon. p.* 146. Hirsuta pilis glanduliferis. Caule erecto superne dichotome ramoso: foliis lanceolato-acuminatis margine subundulatis : floribus alaribus terminalibusque in corymbo dichotomo: calyce tubuloso, dentibus triangularibus obtusis, in fructu inflato ovoideo: petalorum ungue auriculata calyci aequale, squamis denticulatis coronata, laminis bifidis: capsula dentibus erectis dehiscente.

L. dioica β rubra *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 156. *n.* 519 – L. dioica γ floribus carneis *Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 741.

Ad sepes in umbrosis.

Perenn. Flor. a Majo in aestatem. Flores rosei inodori vespere adaperti.

SPERGULA.

2066. SATIVA. *Bonnines in Bert. Fl. It. t.* 4. *p.* 774. Intense glauco-virens pilis patentibus simplicibus. Caule adscendente vel erecto: foliis linearibus verticillatis subaequalibus: floribus in panicula trichotoma : petalis , calyces ovatos obtusos, superantibus: capsula calyce longiore: seminibus grandibus tumidis angustissime marginatis.

In pratis apenninorum. *Pian grande del Castelluccio.*

Ann. Flor. Julio. Flores albi.

Obs. *S. arvensis* robustior: foliis longioribus, verticillis remotioribus, seminibus multo majoribus, distinguitur.

ICOSANDRIA–MONOGYNIA.

MYRTUS.

COMMUNIS. β leucocarpus. Fructibus albis.

Abbunde circa Centumcellas.

POLYANDRIA–MONOGYNIA.

CISTUS.

2067. ALBIDUS. *L. Sp. Pl. p.* 737. Tomento brevi albidus. Caule erecto, ramis brachiatis: foliis sessilibus oblongis lanceolatisve inferne trinerviis : floribus ter-

minalibus subsolitariis : sepalis majusculis subcordiformibus nervosis , petalis plus duplo minoribus: capsula villosa calyce breviore.

In sylvis et ericetis prope mare. *Corneto.*

Frut. Flor. Majo. Flores rosei.

2068. LONGIFOLIUS. *Lam. Dict. t.* 2. *p.* 16. Viridi-nigrescens. Caule valde ramoso: foliis breviter petiolatis oblongo-lanceolatis margine undulato-crispis subtus tomentosis: floribus corymbosis, pedunculis bracteatis: sepalis cordiformibus, apice acuminato, petalis duplo minoribus: capsula glabra sepalis dimidio breviore.

In sylvis suburbanis. *Monte Mario, Valle dell'Inferno* etc.

Frut. Flor. Majo. Flores albi.

POLYANDRIA-POLYGYNIA.

ADONIS.

2069. AUTUMNALIS. *L. Sp. Pl. p.* 771. Glabriuscula. Caule sulcato simplici ramosove: foliis bipinnatifidis, segmentis linearibus multifidis: petalis obovatis concavis: nuculis hinc gibbis edentulis, rostro brevi incurvo, in spica densa ovali-oblonga.

A. aestivalis ex parte. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 493.

In apricis maritimis. *Presso Ostia.*

Ann. Flor. Junio. Flores purpurei basi nigro-maculata.

2070. FLAMMEA. *Jaqin Fl. Aust. tab.* 355. Glabra gracilis. Caule striato erecto subsimplici : foliis pinnatifidis segmentis multipartito-linearibus : petalis obovatis planis: nuculis hinc rectis in rostrum productis, inde vix dentatis, in spica cylindrica laxiuscula.

A. aestivalis ex parte *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 492.

In viis campestribus et in apricis. *Presso Tivoli.*

Ann. Flor. Julio. Flores lutei.

FICARIA.

2071. CALTHAEFOLIA. *Reich. Fl. Germ. exc. p.* 718. Glabra. Radice tuberosa, tuberibus fasciculatis: caule diffuso ramoso: foliis longe petiolatis cordato-subrotundis, lobis approximatis imbricatisve: floribus solitariis terminalibus: petalis numerosis calyce longioribus: nuculis oblongis hirtis in capitulum coadunatis.

In sylvis et umbrosis humidis. *Nei contorni di Civitavecchia.*

Perenn. Flor. Aprili, Majo. Flores flavi.

Obs. Planta omnibus in partibus *F. ranunculoidi* major, et imprimis, nuculis hirtis, prorsus distincta.

RANUNCULUS.

2072. *acris.* *L. Sp. Pl. p.* 779. Pilosus villosusve. Radice dense fibrosa: caule erecto multifloro: foliis palmato-partitis, segmentis laciniisque cuneatis inciso-dentatis, floralibus palmato-linearibus: petalis obovatis: nectari squama erecta truncata: nuculis laevibus in capitulo globoso: stylo brevissimo suberecto.

In apennino Umbriae. *Vettore al piano del Castelluccio.*

Perenn. Flor. Julio. Flores aurei.

Obs. Herba irritans vessicatoria.

104. ERANTHIS SALISB. Calyx subhexasepalus coloratus involucratus deciduus: coralla polypetala, petalis parvis tubulosis ore bilabiatis nectariferis: stamina calyci multo breviora, filamentis filiformibus, antheris oblongis bilocularibus oppositis: ovaria 4-7 erecta pedicellata, stylis subulatis, stigmatibus simplicibus: capsulae compressae carinatae uniloculares monospermae, carina externa in rostrum producta, interna incurva ab apice dehiscente.

2073. *hyemalis.* *Salisb. in Trans. linn. soc. v.* 8. *p.* 303. Radice tuberosa: scapo alte sepulto: foliis hysterantiis longe petiolatis peltatis multipartitis.

In sylvaticis et in pratis apenninorum Umbriae. *Boschi del Cavaliere.*

Perenn. Flor. Martio. Flores lutei, striis luridis.

Didynamia-angyospermia.

ANTIRRHINUM.

2074. *graecum.* *Bory. et Chaub. exped. mor. p.* 175. *tab.* 21. Pilosum. Caule decumbente alterne ramoso, ramis exilibus: foliis inferioribus ovatis oppositis, superioribus ovato-hastatis alternis, omnibus breviuscule petiolatis: pedunculis unifloris solitariis axillaribus folium superantibus: laciniis calycinis linearibus acutis ciliatis, calcare, lata base, longe subulato: capsula globosa calycem vix superante: seminibus muricato-squamosis.

In Latii montibus ad fessuras rupium. *Marino*, *Castel Gandolfo* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores sulphurei calcare luteolo.

Obs. Forma foliorum et magnitudine corollae ab affinibus *A. spurio* et *piloso* statim distinguitur.

Tetradynamia-synclistae.

SENEBIERA.

2075. *didyma.* *Smith. Engl. Fl. t.* 3. *p.* 190. Glabra prostrata. Foliis pin-

natifidis laciniis uniformibus oblongis dentatis incisisve: siliculis didymis reticulatis, lobis compressiusculis emarginatis.

S. didyma *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 530.

In pratis maritimis. *Civitavecchia.*

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores albi parvi.

Tetradynamia–siliquosa.

NASTURTIUM.

2076. anceps. *DC. Prod. t.* 1. *p.* 137. Pilosum. Caule erecto alterne ramoso: foliis pinnatisectis, segmentis lanceolatis inaequaliter serratis supremo trifido: floribus in corymbo terminali composito, fructibus laxe racemosis: siliquis lanceolatis pedunculo brevioribus.

N. anceps. *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 39 – N. sylvestre *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 216.

In humentibus et ad margines fossarum.

Perenn. Flor. Majo Junio. Flores lutei majusculi.

ARABIS.

2077. saxatilis. *All. Fl. Ped. t.* 1. *p.* 26. Molliter pilosa, pilis stellatis. Caule simplici erecto: foliis radicalibus oblongis breviter petiolatis, caulinis ellipticis oblongis remote dentatis erectis auriculato-amplexicaulibus: floribus corymbosis, fructibus laxe racematis: siliquis auguste linearibus subancipitibus elongatis: seminibus immarginatis.

A. saxatilis *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 123.

In montibus calcareis Lati. *Guadagnolo.*

Ann. Flor. Junio. Flores albidi.

2078. pumila. *Jacq. Flor. Aust. t.* 3. *p.* 44. *tab.* 211. Stellate pilosa. Caule simplici vel caespitoso: foliis subintegerrimis rosulatis obovato-spathulatis, caulinis paucis remotis sessilibis ovatis: floribus paucis corymbosis: fructibus laxe racemosis: siliquis late linearibus, margine compresso, subancipitibus divergentibus: seminibus late marginatis.

A. pumila *Bert Fl. It. t.* 7. *p.* 137.

In montanis ad rupes humidas. *Terni presso la Cascata delle Marmore.*

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores albi.

HESPERIS.

2079. heterophylla. *Ten. Fl. Nap. Prod. p.* 39. Caule ramoso ramis divari-

catis: foliis ovato-acuminatis remote calloso-dentatis: floribus majusculis dense corymbosis, fructibus longe racemosis: petalorum unguibus calyce duplo longioribus, laminis late cuneatis retusis: pedunculis fructiferis elongatis divaricatis: siliquis teretibus torulosis.

In oris sylvarum apenninorum. *Monte Vettore.*

Bienn. Flor. Julio. Flores roseo-purpurei.

SISYMBRIUM.

2080. ALTISSIMUM. *L. Sp. Pl. p.* 920. Basi, cilis retrorsis, hirrutum. Caule elato divaricate ramoso: foliis profundissime pinnatifidis, laciniis inferiorum lanceolatis breviter-dentatis, superiorum linearibus elongatis subintegerrimis: floribus corymbosis, fructibus laxe longeque racemosis: siliquis filiformibus ultra bipollicaribus erectis recurvisque.

S. altissimum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 62.

In ruderatis apenninorum Umbriae. *Castelluccio di Norcia.*

Ann. Flor. Julio. Flores pallide flavi.

ERYSIMUM.

2081. CHEIRANTHOIDES. *L. Sp. Pl. p.* 923. Albido-virens, pilis trifidis stellatisve. Caule simplici erecto striato, foliis oblongis basi apiceque contractis subintegerrimis: floribus corymbosis, fructibus longe racemosis: petalorum lamina, unguis longitudine: siliquis brevibus quandoque elongatis e pedunculo obliquo erectis.

E. cheiranthoides *Seb. et. Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 218. *n.* 716. – *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 81.

In siccis et petrosis commune.

Ann. Flor. Junio-Julio. Flores lutei.

2082. MURALE. *Desf. Cat. Hort. Mons ed.* 2. *p.* 129. Albo-virens, pilis brevibus basi saepius incrassatis. Caule erecto angulato basi caespitoso ramoso: foliis lanceolato-oblongis ut plurimum integerrimis: floribus dense corymbosis, fructibus longe racemosis: petalorum lamina ungue breviore: siliquis breviusculis e pedunculo divergente parallelis.

In siccis muris saxosis. *Al lago dei Tartari* magna manu.

Ann. Bienn. Flor. Junio. Flores lutei majusculi suaviter odori.

2083. AUSTRALE. *Gay Erys. diag. p.* 61. Griseo-virens, pilis brevibus apice incrassatis. Caule erecto angulato subsimplici: foliis lineari-oblongis basi apiceque attenuatis: floribus corymbosis, fructibus breviter racemosis: petalorum lamina ungue angusta duplo breviore: siliquis tenuibus rectis e pedicellis immutatis.

In aridis apenninorum Umbriae. *Presso Norcia.*

Ann. Bienn. Flor. Julio. Flores flavi.

BRASSICA.

2084. CAMPESTRIS. *L. Sp.* 931. Tuberculato-hispida superius quandoque glabrata. Caule erecto superne ramoso: foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis dentatis, superioribus lanceolatis basi auriculata amplexicaulibus : floribus corymbosis, fructibus longe racemosis: siliquis teretibus crassiusculis adpressis, rostro conico elongato.

B. campestris *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 152.

In arvis apenninorum. Prope. *Castelluccio di Norcia.*

Ann. Flor. Vere, et Autumno. Flores albi.

DIPLOTAXIS.

2085. BRACTEATA. *Gren. et God. Fl. de Franc. t.* 2. *p.* 81. Glabra glauca. Caule simplici ramosove: foliis pinnatifidis, laciniis oblongatis patentibus irregularibus: floribus terminalibus in corymbis nudis, axillaribus bracteato-pinnatifidis, pedicellis elongatis laxis: fructibus racemosis : siliquis linearibus planis erectis : tecaphoro cylindrico: rostro brevissimo aspermio.

In aridis et ad muros vetustos prope mare. *Ad Ostia.*

Ann. Flor. Majo. Flores lutei.

MONADELPHIA-POLYANDRIA.

488. HYBISCUS. L. Calyx liber duplex persistens, exterior polyphyllus raro pauciphyllus, foliolis quandoque inter se cohalitis, interior 5-fidus: corolla malvacea, laminis integris: androphorum columnare in filamentum antheripherum superius solutum: antherae reniformes 2-loculores : stylus 3-fidus : stigmata capitata: capsula 5-valvis 5-locularis, valvis latere interno dehiscentibus : loculis dissepimento duplicato bilocellatis polyspermis, aliquando monospermis. MALVACEA JUSS.

2086. *TRIONUM. L. Sp. Pl.* 981. Hispidulus pilis simplicibus furcatisve. Caule solitario erecto vel caespitoso decumbente simplici ramosove, ramis adscendentibus vel erectis: foliis petiolatis, inferioribus subrotundis, successivis trilobis, superioribus palmatis 3-5-partitis, lacinia media longiore, omnibus inciso-dentatis: pedunculis axillaribus solitariis unifloris folio brevioribus: corolla calyce duplo longiore petalis obovatis : calyce interiore in fructu inflato-ventricoso : capsula globosa.

H. Trionum *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 286 - Alcea veneta seu vessicaria trifolia hirsuta flore sulphur. unguibus purpureis *Barrel. Jc.* 471 - Ketmia vessicaria vulgaris. *Hot. Rom. t.* 2. *tab.* 55.

In argillosis salsis. *Alle saline d'Ostia.*

Ann. Fl. Augusto ad Octobrem. Flores citrini basi purpurei.

Diadelphia-decandria.

ANTHYLLIS.

2087. *Barba-jovis.* Molliter sericeo-argentea: caule fruticoso erecto dense ramoso, ramis strictis: foliis approximatis impari-pinnatis subdecemjugis, foliolis uniformibus alternis oblongo-lanceolatis acutis integerrimis: floribus densis in capitulis axillaribus breviter pedunculatis: leguminibus ovalibus acutis monospermiis: seminibus subreniformibus.

A. Barba-Jovis *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 407 – Barba Jovis lentifolia incana fl. lut. I Anguill. *Barrel. Jc.* 378.

In rupibus marinis. *Spiaggia di Nettuno.*

Frut. Fl. Majo. Flores pallide citrini.

2088. *Dillenii. Schult. in Herb. Balb. ex. DC. Prod. t.* 2. *p.* 170. Breviter et adpresse pubescens. Caule erecto vel adscendente subsimplici: foliis paucis impari-pinnatis, inferiorum foliolis ovatis oblongis impari maximo, superioribus 3-4-fugis lanceolatis, impari parum majore: floribus in capitulis terminalibus geminatis: involucro digitato, laciniis lanceolatis acutis: leguminibus monospermis.

A. vulneraria β flore rubro. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 237. *n.* 832 - A. vulneraria γ *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 401 - Vulneraria supina flore coccineo *Dill. Hort. Elth. t.* 2. *p.* 431. *tab.* 320. *fig.* 413.

In jugis apenninorum et subapenninorum, nec non in maritimis. *Monte Vettore, Monte de' Fiori, Monte Lucretile, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Flores purpureo-coccinei.

CYTISUS.

2089. *capitatus. Jacq. Fl. Aust. t.* 1. *p.* 22. *tab.* 33. Patenter hirtus. Caule humili ramoso-corymboso: foliis petialatis trifoliatis, foliolis ovato-oblongis opiculatis: stipulis nullis: floribus terminalibus fasciculatis: leguminibus erectis: hili strophialo circumflexo.

C. capitatus *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 559.

In sylvaticis apenninorum Umbriae ad sepes. *Vettore.*

Frut. Flor. Junio–Julio. Flores lutei.

PISUM.

2090. SATIVUM. *L. Sp. Pl. p.* 1020. Glauco-virens. Caule fistuloso, cirris ramosis alte scandente: foliis 1–3–jugis, foliolis ovatis obtusis subemarginatis mucronulatis: stipulis ovatis majusculis immaculatis basi crenulatis: pedunculis axillaribus 1–2–floris aristatis: leguminibus tumidis reticulato-venosis.

In apricis. *Villa Pamfili.*

Ann. Flor. Majo. Flores grandes albi.

VICIA.

2091. LEUCANTHA. *Biv. Bern. Mant.* 2. *p.* 3. Pubesecus pilis denuo fulvis. Caule angulato cirris scandente: foliis 6-8-jugis, foliolis petiolatis oblongo-lanceolatis obtusis mucronulatis: stipulis semilunatis lacinulatis: pedunculis axillaribus folio subaequalibus 8-12-floribus secundis cernuis: leguminibus subpendulis, rostro brevi incurvo.

V. leucantha *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 504.

In maritimis. *Littorale d'Ostia.*

Ann. Flor. Majo. Flores pallide rosei, vexillo coeruleo-striato.

ERVUM.

2092. GRACILE. *DC. Cat. Hort. Mons. p.* 109. Glacile subglabrum. Caule cirris ramosis scandente : foliis 3-5-jugis , foliolis linearibus acutis mucronatis semisagittatis, superioribus exauriculatis: pedunculis axillaribus filiformibus folio tandem duplo longioribus 2-3-floris, floribus cernuis: leguminibus torulosis sub-6-spermis, rostro brevi incurvo.

E. gracile *Seb. et Maur. Fl. Prod. p.* 248. *n.* 881 - E. tetraspermum *β* gracile *p.* 575.

In sterilibus muris, et sylvis. *Villa Pamfili, Cafarella, Fiumicino* etc.

Ann. Flor. Majo. Flores albo-violacei.

489. LENS TOUR. Calycis tubus campanulatus, labiis dentibusque aequalibus: vexillum ovatum deflexum alis carinaque longior: stamina diadelpha: stylus depressus: stigma antice barbatum: legumen romboidale apice retusum in rostrum mono-dispermum productum: semina lenticularia: strophiolus dilatatus.

2093. ESCULENTA. *Moench. Meth. p.* 131. Pilosa. Caule erecto e basi ramoso: foliis 5-7-jugis cirro terminatis , foliolis oblongis vel oblongo-lanceolatis : stipulis lanceolatis integris: pedunculis solitariis aristatis folium subsequentibus 1-3-floris: legumen compressum.

In arvis montium inter segetes. *A Riofreddo.*

Ann. Flor. Majo-Junio. Flores parvi albi violaceo striati.

Vulgo. *Lente*, *Lenticchia*.

Usus Semina *L. esculentae* in materia medica Linnaei commemorantur, at nunc e fermacis expulsa. Planta ab immemoratu colitur et magno cultu inter farinacea.

LOTUS.

2094. PARVIFLORUS. *Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 206. *tab.* 210. Villosissimus. Caule tenui inferne ramoso: foliolis inferioribus obovatis, superioribus oblongo-lanceolatis: stipulis oblique ovalibus lanceolatisve petiolo longioribus: sertulis 4-6-floris longe pedunculatis: bracteis 1-3-phyllis, foliolis conformibus: leguminibus rectis rostellatis tandem deflexis.

L. parviflorus *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 231.

In maritimis prope Auxurem.

Ann. Flor. Majo Junio. Flores lutei.

2095. MAJOR. *Scop. Fl. Carn.. ed.* 2. *t.* 2. *p.* 80. Glaber, glaucus. Caule erecto fistuloso: foliis obovatis cuneiformibus: stipulis obliquis ovatis acutis petiolo longioribus: sertulis 12-floris longissime pedunculatis, bracteis triphyllis foliis subconformibus: leguminibus teretibus rectis tandem declinatis.

L. major. *Bert. Fl. It. t.* 8. *p.* 225.

In humidis et umbrosis. *Castel Gandolfo* prope lacum.

Perenn. Flor. Julio–Augusto. Flores luteo-aurei, exiccatione versicolores.

CORONILLA.

2096. CORONATA. *L. Sp. Pl. p.* 1047. Glauco-virens glabra. Caule suffruticoso subsimplici: foliis sessilibus 4-7-jugis, foliolis grandibus ovalibus: stipulis in inferioribus connatis, in superioribus distinctis: pedunculis solitariis folio multo longioribus multifloris: lomentis compresso-tetragonis articulis oblongis sero secedentibus.

C. coronata *Bert. Fl. It. t.* 7. *p.* 580.

In editis apenninorum Umbriae. *Monte Vettore*.

Suffr. Flor. Julio. Flores lutei.

CLASSIS XXI MONECIA

Sect. 1. *Androgynia.*

489. **ARISARUM TOURN.** Spatha monophylla basi tubulosa superne attenuato-convoluta: flores nudi: spadix clavatus superne nudus, ima basi pistilliferus, supra pistillos antheriferus: stamina numerosa multiseriata, filamentis brevissimis, antheris unilocularibus transverse dehiscentibus: pistilli pauci, ovariis sessilibus, stylis cylindricis brevibus capitatis: bacca olygospermia. Aroideae juss.

490. **ARUM L.** Spatha monophylla basi convoluta superne concava erecto-patens: flores nudi: spadix clavatus superne nudus ima basi pistilliferus, supra pistillos antheriferus: stamina pistillique numerosi multiseriati sessiles: antherae biloculares rima dehiscentes: stigmata sessilia: glandulae numerosae pauci-multiseriatae apice filamentosae sexibus superstant vel simpliciter interponuntur: bacca 1-olygospermia. Aroideae Juss.

391. **FICUS L.** Receptaculum globosum aut turbinatum apice umbilicatum tenuiter perforatum intus vacuum, floribus numerosis parietalibus pedicellatis, superioribus masculis inferioribus faemineis. *Fl. mas.* Perigonium obscure 3-sepalum, stamina tria sepalis opposita. *Fl. faem.* Perigonium 3-8-sepalum, sepalis basi in tubum coalitis: ovarium uniloculare: stylus lateralis filiformis: stigmata duo: nuces minutissimae monospermae arillo exucco.

Cultura in nonnullis speciebus at praesertim in *Carica* receptaculum fit carnosum, arillus succosus, et tunc pericarpium (*Syconus*) edule. Flores tantummodo faeminei quandoque in receptaculo proprio, Artocarpeae DC.

492. **EUPHORBIA L.** Perigonium monophyllum campanulatam calyciforme octo-decemfidum, laciniis alternis erectis vel horizontalibus polymorphis apice varimode nectariferis: receptaculum paleaceum, paleis ciliatis. *Fl. masc.*, decem plures, tot quot paleae: staminis filamentum pedicello articulatum: anthera biloculares, loculis subrotundis connectivo dissitis: *Fl. faem.* unicus: ovarium raro breviter stipulatum, styli tres apice bifidi, stigmata obtusa: capsula tricocca, coccis bivalvibus elastice dehiscentibus monospermia: semina saepissime carunculata. Euphorbiaceae R. Brow.

Sect. 2. Diclinia.

Monandria.

493. NAJAS WILLD. *Fl. masc.* Bractea monophylla apice 2–3–cuspidata lateraliter fissa, florem primo occultans (calyx): perigonium 4-fidum sessile evolutione pedicellatum et nutans (corolla): anthera sessilis tetragona quadrilocularis. *Fl. foem.* nudus: ovarium oblongum sessile uniloculare: styli 1–2–3 subulati: stigmata interna lateralia: nux parva membranacea 1-4-sperma. Naiadeae Link.

494. ZANNICHELLIA L. Uterque flos in eadem axilla foliorum. *Fl. masc.* solitarius nudus: filamentum simplex erectum, flore foemineo longius: anthera ovato-oblonga bilocularis, loculis bipartitis connectivo dissitis longitudinaliter descendentibus. *Fl. foem.* Perigonium membranaceum breve campanulatum: ovaria subquina brevissime pedicellata: styli totidem erecti persistentes: stigmata peltata integra vel dentata: carpella coriacea compressa tumida, saepe carina, et quandoque margine etiam interno, muricato-tuberculata, monospermia. Potameae Juss.

495. CHARA L. Flores nudi in axillis ramorum verticillatorum. *Fl. masc.* Antherae globosae solitariae sessiles vel pedicellatae sub vitro tessellatae coloratae: *Fl. foem.* Capsulae? uniloculares monospermiae sessiles bracteolatae vel nudae, spiris contortis percursae, acuminibus quinque liberis terminatae. Spirae stylis, acumina stigmatibus, communiori sententia, respondent; aliis, spirae sunt suturae valvarum capsulae. Characeae DC.

Triandria.

496. CAREX L. Flores glumacei in spicis dioicis monoicis androgynis ut plurimum simplicibus: glumae solitariae quoque versu imbricatae. *Fl. masc.* Filamenta filiformia, gluma longioribus, antherae lineares biloculares erectae vel pendulae. *Fl. foem.* Utriculus unilocularis saepe rostratus apice perforatus laxe, ovarium solitarium liberum, occultans: stylus, ex utriculo exertus minime articulatus deciduus: stigmata duo tria filiformia: nucula monospermia. Cyperaceae DC.

497. SPARGANIUM L. Flores congesti in spicis globosis unisessualibus, masculis superioribus. Perigonium utriusque sexus 3–5–sepalum, sepalis squa-

miformibus deciduis. *Fl. masc.* Stamina perigonio longiora, filamentis tenuibus, antheris oblongis erectis bilocularibus. *Fl. foem.* Receptaculum commune globosum nudum: Pistilla solitaria, stylis brevibus, stigmatibus linearibus vel ovatis, in latus puberulis, persistentibus: drupa obverse pyramidalis rostrata, carne spongiosa, putamine lignoso ovato 1-2-loculari. Thyphaceae DC.

Tetrandria.

498. URTICA L. Flores racemosi vel capitati, raro subsessiles verticillati. *Fl. masc.* Perigonium quadripartitum, partibus aequalibus concavis obtusis: nectarium cyatiforme centrale: stamina partibus perigonii opposita: filamenta incurva in nutiis elastice assurgentia: antherae introsae biloculares, loculis subrotundis: *Fl. foem.* Perigonium 2-4-partitum, segmentis duobus minimis aut nullis, persistens: ovarium liberum: stigma sessile pennicillatum: nucula ovata compressa monospermia, perigonio persistente succoso vel exucco, cinta. Flores aliquando dioici. Urticeae Vent.

499. BUXUS L. Flores fasciculati, masculis numerosis, foemineo solitario: *Fl. masc.* Calyx 3-phyllus (bractea aliorum) foliolis rotundis obtusis: carolla (calyx aliorum) 2-4-petala, cum bipetala petalis 2-partitis: filamenta crassiuscula apice subulata divergentia exerta: antherae oblongae biloculares introrsae. *Fl. foem.* Calyx 4-phyllus, petala quatuor calyci conformia at paulo majora: ovarium liberum obtuse 3-lobum: styli tres breves apice recurvi persistentes: stigmata dilatata apice 2-partita scabra: capsula tricocca apice inter stylos sulcata elastice dehiscens, coccis dispermis: semina oblonga. Euphorbiaceae Bartl.

500. ALNUS L. Flores in amentis cylindricis. *Fl. masc.* Amenta elongata pendula: squamae triflorae, squamula minuta basi hinc inde auctae: perigonia monosepala quadrifida, in facie interna squamarum, segmentis ovato-obtusis: filamenta limbo perigonii breviora, antherae biloculares, loculis subrotundis applanatis post dehiscentiam patentissimis. *Fl. foem.* Amenta abbreviata erecta: squamae ovato-cuneatae obtusae ovatae imbricatae maturitate laxatae: flores bini nudi in axilla squamarum: ovaria compressa: styli duo decidui: nuces biloculares, loculis 1-spermis, apterae vel alatae: strobili lignosi ovales. Betulaceae Bartl.

501. CROZOPHORA NEK. Flores masculi superiores foeminei inferiores. *Fl. masc.* Calyx 5-partitus: corolla 5-petala calyce brevior, petalis conniventibus: filamenta quinque prominentia raro 8-10 basi coalita, antheris extrorsis. *Fl. foem.* Perigonium decempartitum, partibus subaequalibus biseriatis alternis: ovarium

liberum, styli tres apicibus bifidis stigmatiferis: capsula tricocca coccis monospermis. Euphorbiaceae DC.

Pentandria.

502. AMBROSIA L. Flores in racemo spiciforme terminali, superiores masculi compositi, inferiores foeminei simplices. *Fl. masc.* Involucrum calathi globosum, squamis foliaceis uniseriatis obtusis: perigonium petaloideum tubo brevi, limbo 5-dentato: stamina libera fundo perigonii adfixa: receptaculum nudum. *Fl. foem.* Perigonium sepaloideum limbo dentato, extus super tubum quinquecorniculatum: ovarium liberum: styli duo exerti: nux ovata, perigonio persistenti corniculisque induratis, arcte tecta. Senecionideae-Ambrosieae DC.

503. XANTHIUM L. Flores abnormes, terminales masculi coeteri foeminei. *Fl. masc.* Involucrum polyphyllum subglobosum multiflorum, squamis uniseriatis: receptaculum cylindraceum paleaceum: perigonium infundibuliforme, limbo brevi 5-lobo: staminum filamenta brevissima, antherae liberae lineares exertae: pistilli rudimentum. *Fl. foem.* Involucrum monophyllum aculeato-uncinatum apice birostre biflorum, floribus involucro conferruminatis: perigonium distinctum nullum: stigmata duo linearia divergentia in latus papillosa: nuces duo liberae compressae monospermae, involucro indurato, retentae. Senecionideae-Ambrosieae DC.

Octandria.

504. MYRIOPHYLLUM L. Flores in anthesi emersi, superiores masculi, inferiores faeminei. *Fl. masc.* Calyx monosepalus 4-partitus partibus oblongis: corolla 4-petala cito caduca, petalis, partibus calycis, alternis: staminum filamenta corolla longiora: antherae lineares introrsae. *Fl. foem.* Perigonii sepaloidei tubus adhaerens, limbus liber 4-partitus, partibus oblongis: ovaria quatuor inter se coalita, stigmatibus 2-4 sessilibus pubescentibus: nux coriacea 2-4-locularis, loculis monospermis maturitate separabilibus. Myriophylleae Schultz.

505. CORYLUS L. *Fl. masc.* Amenta cylindrica elongata terminalia vel axillaria pendula: floribus imbricatis: squamae ternae basi coalitae, externa internas occultante: staminum filamenta brevissima: antherae oblongae longitudinaliter dehiscentes. *Fl. foem.* Flores sexiles in apice pedunculi communis congesti, bracteolis foliaceis integris vel dentatis, basi aucti, pauci fecundati: perigonium evolutum, inferius late campanulato-tubulosum, superius bifidum lobis liberis la-

ciniato-dentatis: ovarium solitarium: stigmata bina elongata colorata: nux liquosa ovata vel oblonga in latus subcompressa 1-locularis monosperma, lata basi, receptaculo fungoso, adhaerens. CUPULIFERAE BARTL.

DECA–POLYANDRIA.

506. CARPINUS L. *Fl. masc.* Amenta cylindrica axillaria floribus imbricatis: squamae concavae ciliatae solitariae imbricatae denuo laxatae: stamina 8-plura basi squamarum inserta, ipsisque multo breviora, filamentis brevissimis, antheris subrotundis unilocularibus apice barbatis. *Fl. foem.* Amenta terminalia, floribus racemosis laxis: squamae biseriatae externae membranaceae caducae, internae foliaceae, majores subtrilobae persistentes: perigonium avario adhaerens limbo brevissimo denticulato: stigmata filiformia: nux ovata compressa costata, dentibus perigonii coronata, unilocularis monosperma maturitate sublignosa. BETULACEAE SCHULTZ.

507. OSTRIA MICH. *Fl. masc.* Amenta cylindrica pendula fasciculata in apicibus ramorum, floribus imbricatis: squamae simplices ovatae acutae ciliatae: stamina basi squamarum inserta, filamentis ramosis, antheris 12 pluribus oblongis unilocularibus longitudinaliter dehiscentibus. *Fl. foem.* Amenta ovalia vel oblonga, floribus laxe imbricatis: squamae biseriatae, externae parvae bracteiformes 2-phyllae basi connatae caducae, interna majus persistens inferius ciliata, facie interna 1-2-flora: perigonium ovario adnatum, tubo brevi, limbo brevissimo: stigmata duo filiformia: nux coriacea parva acuta subcompressa unilocularis, cum squama persistenti, in utriculo applanato mutata, caduca. BETULACEAE SCULTZ.

508. FAGUS TOURN. *Fl. masc.* Amentum globosum longe pedunculatum multiflorum: perigonii tubus campanulatus limbus 5-6-fidus: stamina 8-13 exerta, filamentis capillaribus liberis, fundo perigonii, inserta, antheris 2-locularibus, loculis connettivo dissitis. *Fl. foem.* Involucrum coriaceum urceolatum clausum intus flores 1–3 includens, extus squamis numerosis conferruminatum et ab apicibus squamarum liberis subulatis echinatum, maturitate 4-6-fidum: perigonii tubus ovario adhaerens, limbus liberus facie interna villosus: ovaria tot quot flores, stylo trifido stigmatibus filiformibus. Nux coriacea acute triquetra unilocularis monospermia laciniis perigonii coronata. CUPULIFERAE BARTL.

408. CASTANEA WILLD. *Fl. masc.* Amenta lineari-elongata axillaria pendula, floribus bracteolatis in glomerulis numerosis distinctis: perigonium 5-6-partitum: stamina 6-20 exerta, filamentis filiformibus fundo perigonii insertis, antheris

2-locularibus. *Fl. foem.* axillares vel in basi amentorum masculorum. Involucrum globosum crasse coriaceum clausum, intus flores 1-3 includens, extus squamis numerosissimis conferruminatum, et ab apicibus squamarum uncinato–spinosis echinatum, maturitate quadrivalve: perigonii tubus ovario adhaerens, limbus liber 4-8-fidus, facie interna villosus: ovaria tot quot flores staminibus abortivis immixta: stylo brevi, stigmatibus filiformibus: nuces coriaceae 1-3, duo semiglobosae, tertia utriusque applanata, uniloculares monospermiae, laciniis perigonii coronata. Cupuliferae Bartl.

510. QUERCUS TOURN. *Fl. masc.* Amenta filiformia pendula elongata, floribus interruptis: perigonium monosepalum 4-8-patitum, segmentis inaequalibus ciliatis: stamina 6-10 e fundo perigonii orta, exerta, filamentis brevibus, antheris subrotundis bilocularibus. *Fl. foem.* solitarii axillares vel in rachide peculiari: involucrum cupulaeforme indivisum persistens uniflorum, ex squamis numerosis coalitis, conflatum, apicibus squamarum plus minusve liberis scabrum vel crinitum: perigonium breve tubulosum ovario adhaerens, limbo libero sexfido vel denticulato: stylus brevissimus crassus: stigmata 2-3 obtusa: nux coriacea ovalis vel oblonga, limbo calycis coronata, unilocularis monosperma, involucro indurato crasse coriaceo (Cupula) fere ex dimidio, retenta. Cupuliferae Bartl.

511. PLATANUS L. Flores numerosi densi involucro et perigonio destituti, bracteis piliferis numerosissimis, intermixti, in amentis globosis axillaribus: sexus in ramos distinctos. *Fl. masc.* Stamina indefinita, filamentis brevissimis, antheris bilocularibus, loculis oblongis connectivo dissitis longitudinaliter dehiscentibus: *Fl. foem.* Ovaria obconica: stylus simplex sublateralis subulato-uncinatus: stigma laterale: nux coriacea unilocularis monosperma basi dense pilosa. Plataneae Schult.

512. JUGLANS L. *Fl. masc.* Amenta cylindrica pendula, floribus numerosis imbricatis: perigonium membranaceum 5-6-lobum, lobis inaequalibus, squama triangulari externa, auctum: stamina 14-36 receptaculo inserta, filamentis liberis brevissimis in connectivo acuminato productis, antheris bilocularibus crassis basi affixis longitudinaliter dehiscentibus. *Fl. foem.* ut plurimum solitari. Involucri 3-4–fidi pars integra tubo perigonii, et perigonii tubus ovario adhaerens: limbus 3–4–fidus: styli 1-2-brevissimi: stigmata magna: drupa subrotunda incomplete 4–locularis monospermia, carne coriacea, putamine osseo bivalve: semen magnum 4–lobum irregulariter profunde sulcatum. Juglandeae DC.

513. THELIGONUM L. Flores sessiles 1-3 in axillis foliorum, masculis superioribus nudis, foemineis inferioribus bracteatis. *Fl. masc.* perigonium di-

sepalum, sepalis tandem revolutis: stamina 12–20 basi sepalorum inserta, filamentis exilibus, antheris linearibus bilocularibus mobilibus longitudinaliter dehiscentibus. *Fl. foem.* Perigonii tubus ovario adaerens, limbus superus tubuloso-clavatus: stylus lateralis exertus: stigma donatum: drupa globosa unilocularis monospermia, in capsulam coriaceam quodammodo maturitate mutata. Cynocrambeae Endl.

514. CERATOPHYLLUM L. Flores axillares solitari, distincti. Perigonium utriusque sexus liberum multipartitum, partibus aequalibus: *Fl. masc.* Stamina 12–20 fundo perigonii inserta: filamenta subnulla: antherae oblongae biloculares longitudinaliter dehiscentes. *Fl. foem.* Ovarium liberum, stylus filiformis incurvus: stigma simplex: drupa ovata unilocularis monosperma stylo coronata, carne tenui coriacea. Ceratophylleae DC.

Monadelphia.

515. PINUS L. Amenta squamata, perigonium nullum *Fl. masc.* Amenta composita raro simplicia, squamis obovatis vel lanceolatis unifloris apice staminiferis: androphorum brevissimum, antheras binas biloculares longitudinaliter dehiscentes connectivo dissitas, sustentans: connectivum in cristulam superius productum. *Fl. foem.* Amenta solitaria vel plura aproximata: squamae imbricatae 1-2-florae maturitate laxatae lignosae, modo tenues leves, modo et saepius apice dilatatae incrassatae umbonatae: pistilli 1–2 in facie interna squamarum fovea subexcepti, stylo brevissimo solitario, stigmatibus obtusis: nuces tot quot pistilli, putamine osseo vel subcarnoso, ala membranacea in latus decurrente, ut plurimum coronata: strobilus conoideus vel conicus. Abietinae Bartl.

516. CUPRESSUS L. Amenta squamata in *flor. masc.* cylindrica brevia, squamis concavis arcte imbricatis tandem laxatis: stamina in basi interna squamarum: filamenta brevissima crassa connectivo peltato terminata: loculi 3–4–plures subrotundi longitudinaliter dehiscentes in margine inferiore connectivi. *Fl. foem.* Amentum subglobosum, squamis paucis concavis cruciatim oppositis facie interna multifloris, maturitate crasse lignosis peltatis, peltis medio umbilicatis ad invicem coerentibus sero laxatis: ovaria numerosa erecta axi communi placentario affixa, stigmatibus brevissimis fistulosis apice perviis: samarae parvae compressae ala marginali angusta: galbalus subrotundus. Cupressineae Rich.

517. TYPHA L. Flores numerosissimi densissimi praetenues nudi, super axem vel pedunculum communem, in spicis cylindricis distinctis, modo contiguis modo sejunctis, bracteis spicis quandoque interpositis, masculis superioribus. *Fl. masc.* Stamina 2-4 pendula, filamentis in unum coalitis, pilis sericeis apice dilatatis basi cintis: antherae distinctae, loculis angustis tubulosis apice dehiscentibus. *Fl. foem.* Ovaria stipitata, stipite tenui serico longo ornato: stylus filiformis: stigma simplex persistens: caryopsis exilis monosperma maturitate cum stipitulo decidua, utriculo denuo in latus adaperto, initio occultata. Typhaceae DC.

Monoecia-Androgynia.

ARISARUM.

2097. proboscideum. *Savi Osserv. p.* 6. Scapo elongato: foliis asthato-ovatis longe petiolatis synanthiis, auriculis subacutis parum divergentibus: scapo petiolisque, vagina lanceolata, cintis: spatha fornicata, cauda proboscidea filiformi longissima, terminata: spadice incluso superne rugoso.

A. proboscideum *Sang. Cent. tres p.* 129. *n.* 294. – Arum proboscideum *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* A. 249. latifol. min. rep. caespit. *Barrel. Jc.* 1150 – A. minus proboscideum *Bocc. Mus. de Piant. p.* 61. *tab.* 50 - A. flore in tenuem caudam abeunte *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 78.

Ad ripas lacus Albani, et in nemoribus proximiorum montium et alibi uti *Sermoneta*, *Norma* etc.

Perenn. Flor. Aprili, Majo. Spatha basi alba apice purpurascens.

2098. tenuiflorum. *L. Sp. Pl. p.* 1360. Scapo brevissimo: foliis breviter petiolatis anguste lanceolatis hysterantiis: vaginis lanceolatis scapo et petiolis foliorum multo longioribus: spadice subulato laevi e spatha lanceolata longe exerto.

Arum tenuifolium *Maur. Cent.* 13. *p.* 49 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 249 - Arisarum angustifolium minus *Barrel. Jc.* 284. - A. angustifolium minimum *Bocc. Pl. Sic. p.* 80. *fig. p.* 78.

In umbrosis sylvaticis montium. *Frascati*, *Albano* etc.

Perenn. Flor. Majo, et iterum Autumno. Spatha inferne alba superne atro-purpurea.

2099. vulgare. *Spr. Syst. Veg. t.* 3. *p.* 768. Scapo radicali elongato: foliis longe petiolatis synanthiis hastato-ovatis acutis, auriculis obtusis parum di-

vergentibus: vagina angusta lanceolata scapum petiolumque vestiente: spatha incurva: spadice clavato incurvo exerto.

Arum Arisarum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 331. *n.* 1172 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 250. - Arisarum serpentinum rotundiore folio radice globosa italicum *Barrel. Jc.* 573. et A. latifol. culumbrinum repens *Jc.* 1830 - A. latifolium minus *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 79.

In umbrosis ad sepes non procul a mare et in ipsa urbe. *Terracina, Civitavecchia, fra porta S. Giovanni e S. Croce in Gerusalemme.*

Perenn. Flor. Vere et Autumno. Spatha basi albicans caeteroquin fusco-ferruginea.

ARUM.

2100. Draguncul.us. *L. Sp. Pl. p.* 1367. Scapo crasso cauliformi, vaginis aphyllis, foliisque maculatis arcte cinto: foliis pedatis, segmentis lanceolatis acutis margine undulatis: spata maxima oblonga acuminata glabra, spadicem lanceolatum longe acuminatum, superante.

A. Draguneulus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 331. *n.* 1170 – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 243 - Dragunculus polyphyllus *Hort. Rom. t.* 2. *tab.* 75.

In umbrosis et praesertim in arundinetis non infrequens.

Perenn. Flor. Junio. Spatha rubro violacea.

Vulgo. *Aro serpone, Dragonzio.*

Obs. Planta omnibus in partibus grandis: spatha odorem cadavericum late diffundit.

2101. maculatum. *L. Sp. Pl. p.* 1370. Scapo erecto: foliis longe petiolatis hastato-ovatis scapum multo superantibus, petiolo basi vaginante, auriculis deflexis: spatha grandi oblonga acuminata, spadice clavato minusculo, clava purpurea, triplo longiore.

A. maculatum *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 246.

In umbrosis Umbriae et Piceni non rarum.

Perenn. Flor. Aprili, Majo. Spatha albo-vivens.

Vulgo. *Giara, Zicaro.*

Obs. Planta sequenti quidquam minor omnibus in partibus: folia laete viridia, maculis atro-purpureis quandoque deficientibus.

2102. italicum. *Lamk. Enc. ed. de Pad. t.* 3. *p.* 8. Scapo erecto: foliis longe petiolatis hastato-acuminatis scapum superantibus, petiolo basi vaginante, auriculis divaricatis: spatha oblongo-acuminata ampliata: spadice majuscolo clavato, clava flava, plus duplo longiore.

A. italicum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 331. *n.* 1171 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 247 - A. folio lato atro-viridi margine albicante cinto, sparsim maculis albis variegato *Hor. Rom. t.* 2. *tab.* 75 et A. vulgare non maculatum (β immaculatum Fl. Rom. l. c.) *tab.* 74.

In umbrosis ad sepes commune. Flor. Majo.

Perenn. Spatha albo-virens. Vulgo. *Giara*, *Pan di Serpe.*

Obs. Foliorum venae saepe albo maculatae.

Usus. Radix hujus speciei et praecedentis alba voluminosa, fecula et succo acri, repletur. Acritas succi decotione vel lotionibus eliminatur, et tunc fecula nutriens est, et in charitate frumenti aliis farinis jam immixta. In operibus materiae medicae A. maculati solummodo mentio fit, at utraque species ab indigenis indiscriminatim adhibita, etiam in uso medico, dum in febribus intermittentibus, clorosi, et asthmate utebatur.

FICUS.

2103. *Carica. L. Spl. Pl. p.* 1513. Foliis cordatis 5-7-lobis distincte nervosis, lobis obtusis repando-dentatis, supra scabris subtus pubescentibus: syconis pyriformibus.

F. Carica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 336. *n.* 1184 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 430.

In saxosis ad muros frequens.

Arbor. Flor. vere, frut. aestate et autumno.

Vulgo *Fico salvatico*, *Caprifico.*

Usus. Ficus Carica nutriens est, ideo plurimae varietates commercio notae late coluntur, et communiter tam recentes quam passae comeduntur. Vi emollienti, et laxativa Ficus quoque gaudet, unde ejus decoctio, in tussibus aliisque pectoris infirmitatibus, valet.

Obs. Eadem arbor cultura saepe bis fructum fert. Ficus primoticae *primitivi*, *fioroni*, ex receptaculis utriusque sexus praeditis, proveniunt; serotinae *Ottati* floribus faemineis tantum muniuntur; in sterilibus *fichi salvatici* flores faeminei abortivi adsunt.

EUPHORBIA.

* Chamaesyce Bert. *Ramis dichotomis, floribus solitariis vel corymbulosis, foliis oppositis.*

2104. *Preslii. Guss. Prod. Fl. Sic. t.* 2. *p.* 539. Laxe pilosa. Caule adscendente erectove, quandoque prostrato, e basi ramoso: foliis oblongis nervosis

breviter petiolatis, oblique subcordatis, tenuiter serrulatis, altero latere deorsum integris: floribus in corymbis terminalibus abbreviatis dichotomis: perigonio parvo, laciniis nectariferis subrotundis integris: cocco acute trigono laevi, seminibus tetragonis transverse rugosis.

E. Preslii *Fior. Gior. de Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 220 – E. trinervis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 37.

In apricis et viridariis. *Nei viali di Villa Albani, dell'Orto Botanico, a Terracina* etc.

Ann. Flor. Septembri. Nectaria alba vel purpureo-rubella.

Obs. Folia saepe maculata.

2105. *Chamaesyce. L. Sp. Pl. p.* 652. Rubens saepius pilosa. Caule flagellari ramoso, ramis dichotomis: foliis parvis subrotundis petiolatis aveniis basi obliquatis: floribus solitariis axillaribus terminalibusque brevissime pedunculatis: perigonii parvi laciniis nectariferis oblongis brevissimis apice tridentatis: cocco triquetro ut plurimum glabro: seminibus ovalibus transverse rugosis.

E. Chamaesyce *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 162. *n.* 539 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 39.

Ad vias, in atriis domorum, in ambulacris hortorum obvia.

Ann. Flor. Junio-Augusto. Nectaria alba quandoque rubentia.

Obs. Folia et caulis rubescunt.

2106. *Peplis. L. Sp. Pl. p.* 652. Glaberrima, glaucescens. Caule prostrato ramoso, ramis numerosis dichotomis: foliis ovatis obtusissimis breviter petiolatis basi exquisite semicordatis integris: floribus solitariis axillaribus terminalibusque breviter petiolatis: perigonio parvo: laciniis nectariferis brevissimis rotundatis obtusis integris: cocco grandiusculo glabro: seminibus ovoideis laevibus.

E. Peplis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 162. *n.* 540 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 40.

In arena maritima. *Ostia, Fiumicino, Civitavecchia* etc.

Ann. Flor. vere et aestate. Nectaria rubentia.

** Tithymali Bert. *Umbellis spuriis involucellis liberis, foliis alternis.*

2107. *Peplus. L. Sp. Pl. p.* 653. Glabra, pallide virens. Caule erecto saepius ramoso: foliis petiolatis obovato-cuneatis integerrimis: floribus in umbella terminali triradiata, radiis dichotomis, pedunculis solitariis axillaribus dichotomis, concomitata: involucri foliolis obovato-cuneatis, involucellorum diphyllis rombeis: pe-

rigonio parvo, laciniis nectariferis semilunatis, cornubus setaceis: cocco laevi angulis dorsalibus breviter bialatis: seminibus ovatis foveolatis.

E. Peplus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 162. *n.* 541. - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 42.

In cultis et ad vias obvia.

Ann. Flor. vere et aestate. Nectaria luteola.

Vulgo *Peplo.*

2108. HELIOSCOPIA. *L. Sp. Pl. p.* 658. Saturate virens, superne pilosa. Caule erecto adscendentove saepius simplici: foliis ovato-cuneatis emarginatis, superioribus sessilibus, inferioribus minoribus in petiolum productis, omnibus margine superiore serrulatis: floribus in umbella ut plurimum quinqueradiata, radiis trifidis bifidis: involucri foliolis, foliis superioribus conformibus at majoribus, involucellorum minoribus, omnibus patentibus: perigonii laciniis nectariferis transverse ovalibus integris: cocco laevi acute trigono: seminibus oblongis reticulatis.

E. helioscopia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 164. *n.* 547 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 46 - Esula rotundifolia serrata carnosior *Barrel. Jc.* 212.

In arvis, ruderatis, cultis vulgatissima.

Ann. Flor. hyeme ad aestatem. Nectaria luteola.

Obs. Umbella soli successive obversatur in diei cursu.

2109. FALCATA. *L. Sp. Pl. p.* 654. Glauca. Caule erecto adscendentove simplici, quandoque basi ramoso: foliis lanceolatis basi attenuatis, inferioribus obtusis caeteris mucronato-aristatis : floribus in umbella 3-5-fida dichotoma, pedunculis axillaribus solitariis dichotomis, quandoque concomitata: involucri foliolis, foliis superioribus subsimilibus, involucellorum subcordato-triangularibus: perigonii laciniis nectariferis semilunatis, cornubus brevibus: cocco acute trigono laevi: seminibus oblongis subtetragonis transverse rugosis.

E. falcata *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 48 - α mucronata *Maur. Cent.* 13. *p.* 23, et β acuminata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 163. *n.* 542 - Pithyusa angustis acutisque Esulae foliis annua *Barrel. Jc.* 752 , et P. minor subrotundis et acutis foliis *Jc.* 751 - Peplis annua foliis acutis flore muscoso *Bocc. Pl. Sic. p.* 24 *et p.* 25. *t.* 13. *fig. I. F.*

In arvis sat frequens. *Alla Caffarella*, *Tor di Quinto*, *Malafede* etc.

Ann. Flor. Majo, Junio. Nectaria luteola.

2110. TERRACINA. *L. Sp. Pl. p.* 654. Glauca vel glaucescens. Caule erecto raro simplici, ramis quandoque caespitosis: foliis sessilibus lanceolatis obtusis acutisve , omnibus mucronulatis : floribus in umbella subquinqueradiata radiis plu-

ries bifidis vel dichotomis, pedunculis solitaris axillaribus dichotomis, concomitata: involucri foliolis rombeis ovatisve mucronulatis, involucellorum semiorbiculatis margine acute et irregulariter dentatis: perigonii laciniis nectariferis vix semilunatis, corniculis elongatis setaceis: cocco trigono laevi seminibus ovoideis laevibus.

E. terracina *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 50 – E. nicaeensis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 164. *n.* 548 – Tithymalus marinus, folio retuso, terracinensis *Barrel. Jc.* 833.

In maritimis frequens. *Ostia*, *Fiumicino*, *Terracina* etc.

Perenn. Flor. aestate. Nectaria luteola.

2111. EXIGUA. *L. Sp. Pl. p.* 654. Pusilla glabra. Caule simplici ramoso quandoque caespitoso: foliis sessilibus linearibus acutis retusisve: floribus in umbella subquinque radiata, radiis bifidis aut dichotomis, pedunculis simplicibus axillaribus bifidis aut dichotomis, concomitata: involucri involucellorumque foliolis lanceolatis acutis retusisve: perigonii laciniis nectariferis semilunatis, cornubus setaceis: cocco trigono laevi: seminibus tetragonis granulato–scabridis.

E. exigua *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 163. *n.* 543 – Esula minor παλυκλωνος aculeata *Barrel. Jc.* 85.

In sterilissimis arenosis collibus. *Pigneto Sacchetti*, *Terracina*, *Malafede* etc.

Ann. Flor. Vere et aestate. Nectaria luteola.

2112. SPINOSA. *L. Sp. Pl. p.* 655. Glabra. Caule dense caespitoso, ramis perennantibus tandem denudatis, quandoque spinescentibus: foliis sessilibus oblongis integerrimis: floribus in umbella simplici subquinque quandoque uniradiata: involucri foliolis ovatis, involucellorum obovatis, omnibus obtusis, raro acutis: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: cocco subgloboso muricato: seminibus ovoideo subcompressis laevibus.

E. spinosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 165. *n.* 554 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 56 – Esula fruticosa seu Pithyusa Romanorum. *Barrel. Jc.* 197.

In montium siccis. *Tivoli*, *Monte Gennaro*, *Monte della Croce* etc.

Frut. Flor. Majo-Junio. Nectaria luteola.

2113. DULCIS. *L. Sp. Pl.* 656. Laete virens subpubescens. Radice crassa fusiformi: caule caespitoso decumbente simplici basive ramoso: foliis sessilibus sparsis late lanceolatis: floribus in umbella subquinqueradiata: radiis trifidis bifidis, pedunculis concomitantibus nullis: involucri foliolis, foliis similibus, involucellorum obovatis obtusis: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: cocco, aculeis mollibus obtusis, muricato: seminibus ovoideis laevibus.

E. dulcis *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 60 – Tithymalus nemorosus acutiori folio dulcis. *Barrel. Jc.* 834.

In sylvaticis. *A valle Canetra* in Umbria.

Perenn. Flor. Martio, Aprili. Nectaria lutea.

Obs. Involucra et involucella laete viridia, quandoque flavicantia.

2114. PURPURATA. *Thuill. Fl. Paris. II. t.* 1. *p.* 225. Glabra aliquando pilosa. Radice tuberoso-nodosa. Caule solitario simplici, foliis ovato-oblongis, inferioribus minoribus basi attenuatis, omnibus obtusis: floribus in umbella subquinqueradiata, radiis exilibus nutantibus bifidis vel dichotomis, pedunculis axillaribus simplicibus vel dichotomis aut bifidis, concomitata: involucri foliolis ovato-acuminatis, involucellorum triangularibus: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: cocco verrucoso, verrucis inaequalibus, pilis saepe intermixtis: seminibus ovoideis laevibus.

E. purpurata *Bert. Fl. It. t.* 6. *p.* 62 - Tithymalus dulcis tuberosa radice *Barrel. Jc.* 909.

In sylvaticis montium. *Presso Macerata, sul Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Aprili, Majo. Nectaria atro-rubentia modo luteola.

Obs. In coccis verrucae saepe purpurascentes.

2115. PINEA. *L. Syst. nat. ed.* 12. *t.* 2. *p.* 333. Glabra. Caulibus caespitosis erectis simplicibus ramorisve: foliis numerosis sessilibus linearibus obtusis, inferioribus magis approximatis patentibus reflexisve: floribus in umbella quinqueradiata, radiis repetito dichotomis, pedunculis axillaribus numerosis simplicibus dichotomisque, concomitata: involucri foliolis lanceolatis vel romboideo-subovatis, involucellorum suborbiculatis vel cordato-orbiculatis: perigonii laciniis nectariferis falcatis seta terminatis: cocci angulis granulato-scabris: seminibus ovoideis foveolatis.

E. Pinea. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 64 – E. segetalis *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 163. *n.* 546 - Tithymalus pini folio major Italicus *Barrel. Jc.* 821.

In arvis et ad muros. *S. Felice presso Terracina, fuori di Porta S. Pancrazio sopra i muri delle Vigne* etc.

Perenn. Flor. Junio, Julio. Nectaria luteola.

2116. PARALIAS. *L. Sp. Pl. p.* 657. Intense glauca. Caulibus caespitosis erectis, dense vestitis, ramis strictis, quandoque ramulosis: foliis crasse coriaceis sessilibus oblongo-lanceolatis inordinatim imbricatis integerrimis: floribus in umbella sub-5-radiata, radiis dichotomis vel bifidis, pedunculis solitaris bifidis simplicibus aliquando concomitata: involucri foliolis lanceolatis ovatisve acutis, involucellorum

cordato-semiorbiculatis concavis mucronulatis: perigonii laciniis crasse nectariferis semilunatis: cocco, seminibusque subrotundis, laevibus.

E. Paralias *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 163. *n.* 545 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 68.

In arenosis maritimis. *Ostia*, *Fiumicino*, *Terracina* etc.

Suffrut. Flor. Majo. Nectaria intense lutea.

Vulgo. *Tortomaglio.*

2117. *Myrsinites. L. Sp. Pl. p.* 661. Intense glauco-virens. Caulibus caespitosis decumbentibus crassis dense vestitis: foliis coriaceis sessilibus obovato-spathulatis mucronulatis: floribus in umbella multiradiata, radiis bifidis: involucri foliolis late obovatis, involucellorum cordato-semiorbiculatis: perigonii laciniis nectariferis semilunatis, cornubus apice dilatatis: cocco trigono oblongo majusculo laevi: seminibus oblongis reticulato-rugosis.

E. Myrsinites *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 71 - Tithymalus Myrsinites verior pingue crasso fol. e coesio virens *Barrel. Jc.* 1200.

In apenninis Piceni. *Presso Macerata*, *Monte Vettore alla frondosa* etc.

Suffrut. Flor. Majo-Julio. Nectaria luteola.

Obs. Pedunculi accessorii raro inveniuntur, et tunc paucissimi.

2118. *dendroides. L. Sp. Pl. p.* 662. Glabra. Caule erecto ramoso, ramis alternis, vel geminis aut ternis: foliis sessilibus lanceolatis obtusis: floribus in umbella submultiradiata, radiis bifidis vel dichotomis, floribus accessoriis nullis: involucri foliolis, foliis caulinis conformibus, involucellorum semiorbiculatis obtusis majusculis: perigonii laciniis nectariferis obverse semilulatis: cocco trigono mediocri, seminibusque subrotundato-compressis, laevibus.

E. dendroides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 165. *n.* 551 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 73 - Tithymalus dendroides maj. et verior Ital. *Barrel. Jc.* 910.

In montibus mari proximis. *Al Circello presso Terracina.*

Frut. Flor. Majo. Nectaria luteola.

2119. *fruticosa. Biv. Bern. Cent.* 1. *p.* 35. Glabra. Caule dichotomo, ramis erectis: foliis sparsis lanceolatis, apice acuminatis, basi in petiolum angustatis: floribus in umbella quinqueradiata, radiis trifidis bifidis, pedunculis solitariis axillaribus simplicibus aliquoties concomitata: involucri foliolis, foliis caulinis conformibus, involucellorum obovatis: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integris: cocco obtuse trigono verrucoso: seminibus ovoideo-subcompressis laevibus.

E. fruticosa *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 74 - Tithymalus arboreus, tuberosa radice, mollioribus foliis, semine verrucoso aspero. *Bocc. Mus di Piant. p.* 109. *t.* 88.

In aridis montium humiliorum. *Presso Vallerano in un poggietto detto Poggio Ginolfo.*

Frut. Flor. vere et autumno. Nectaria luteola.

2120. CYPARISSIAS. *L. Sp. Pl. p.* 651. Glabra. Caule erecto superne ramoso ramis inordinatis, plurimis sterilibus: foliis sessilibus linearibus, rameis angustissimis crebris: floribus in umbella multiradiata, radiis dichotomis bifidisve, pedunculis axillaribus bifidis vel dichotomis, saepe concomitata: involucri foliolis lanceolatis, involucellorum cordato-suborbiculatis: perigonii laciniis nectariferis semilunatis: cocco vix scabro: seminibus ovoideis laevibus.

E. Cyparissias *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 164. *n.* 549 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 81.

In sterilibus montium. *Montagna di Viterbo, Monte Gennaro* etc.

Perenn. Flor. Majo. Nectaria luteola.

Obs. Involucella intense flava senio rubella.

2121. CORALLOIDES. *L. Sp. Pl. p.* 659. Pallide virens, molliterque pubescens. Caule erecto simplici: foliis sessilibus distantibus lanceolatis tenuiter serrulatis: floribus in umbella quinqueradiata, radiis trifidis, pedunculis axillaribus trifidis bifidis, concomitata: involucri foliolis, foliis superioribus conformibus, involucellorum ovato-oblongis: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: cocco hirsutissimo hirsutie longa canescente: seminibus subrotundis laevibus.

E. coralloides *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 88 - Tithymalus nemorosus villosus mollior *Barrel. Jc.* 198.

In sylvaticis montium. *Presso Albano.*

Perenn. Flor. Majo, Junio. Nectaria lutea.

2122. PILOSA. *L. Sp. p.* 659. Viridi-glaucescens molliterque albo-pubescens. Caule erecto inferne ramoso: foliis crebris semiamplexicaulibus late lanceolatis apice serrulatis: floribus in umbella quinqueradiata, radiis trifidis subdichotomis, pedunculis axillaribus longiusculis bifidis, concomitata: involucri foliolis late ovatis, involucellorum rombeo-ovatis: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: cocco hirsuto granulato-verrucoso: seminibus ovoideis scabriusculis.

E. pilosa *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 89 - E. platyphylla *β Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 165. *n.* 553 - Tithymalus palustris villosus mollior erectus *Barrel. Jc.* 885.

In maritimis. *Ostia, Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Junio. Nectaria lutea.

2123. DENUDATA. *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 91. Glaucescens, subpilosa. Caule simplici erecto adscendentove: foliis remotiusculis lanceolato-ovatis obtusis basi con-

tractis, nervo mediano conspicuo: floribus in umbella majuscula quinqueradiata, radiis robustis elongatis trifidis bifidis, pedunculis solitariis axillaribus paucis, concomitata: involucri foliolis bifidis, foliis caulinis conformibus: involucellis trifurcationum ovalibus glabratis, bifurcationis minoribus ellipticis omnino glabris: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: coccis glabris laxe verrucosis: seminibus ovoideis vix glabris.

In ericetis maritimis. *Fiumicino.*

Ann. Flor. Junio. Nectaria purpurantia.

2124. PLATYPHYLLA. *L. Sp. Pl. p.* 660. Laete virens. Caule erecto inferius ramoso: foliis sessilibus lanceolatis minute serrulatis patentibus vel reflexis, imis minoribus spathulatis: floribus in umbella subquinqueradiata, radiis pluries repetito bifidis, pedunculis solitariis axillaribus numerosis, concomitata: involucri foliolis, foliis caulinis conformibus at minoribus, involucellorum subcordato-ovatis: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: coccis minute granulatis: seminibus ovoideis brevibus.

E. platyphylla *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 92 - E. platyphylla *α. Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 165. *n.* 553.

In humentibus circa Urbem et in maritimis non infrequens.

Ann. Flor. Junio-Augusto. Nectaria flava.

Obs. Radii primarii et secundarii, flore solitario axillari, muniuntur.

2125. PALUSTRIS. *L. Sp. Pl. p.* 662. Glabra, viridi-flavescens. Caule erecto valde ramoso, ramis nonnullis sterilibus, umbellam quoque, aliquoties superantibus: foliis caulinis late lanceolatis, ramorum sterilium lanceolatis, omnibus obtusis: floribus in umbella multiradiata, radiis trifidis bifidis, pedunculis paucis bifidis trifidis in axillis superioribus concomitata: involucri foliolis, foliis caulinis conformibus, involucellorum ovatis: perigonii laciniis nectariferis subrotundis integerrimis: coccis majusculis verrucosis, verrucis compressis longitudinaliter dilatatis: seminibus ovoideis laevibus.

E. palustris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 166. *n.* 555. - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 94.

In palustribus, pratis udis etc. *Ostia, Fiumicino, Castel Fusano* etc.

Perenn. Flor. Majo, Junio. Nectaria lutea.

Vulgo. *Esula maggiore.*

Usus. In materia medica Linnaei Esulae radix, cortex radicis, herba enumerantur. In tinea, verrucis, odonthalgia usurpabatur, remedia nunc prorsus obsoleta.

*** Cataputiae Bert. *Umbellis spuriis, involucellis liberis, foliis decussatis.*

2126. LATHYRIS. *L. Sp. Pl. p.* 645. Glauca, virens. Caule erecto striato crasso superne ramoso: foliis sessilibus oppositis lanceolatis obtusis: umbella 3–4–radiata, radiis bifidis aut dichotomis, floribus solitariis in furcatione radiorum, concomitata: involucri foliolis, foliis caulinis conformibus, involucellorum cordato–ovatis acuminatis: perigonii laciniis nectariferis semilunatis: coccis majusculis glabris: seminibus ovatis reticulato–rugosis.

E. Lathyris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 163. *n.* 544 - *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 95.

In vineis etiam circa Urbem.

Ann. Bienn. Flor. Junio. Nectaria lutea.

Vulgo. *Catapuzia, Cacapuzia.*

Usus. Oleum e seminibus Cataputiae drasticum est et parva sub dosi mirifice purgat. Drachma semis in uncia Olei Olivarum valet sicuti uncia Olei Ricinorum. Uno alterove semine ingesto villici alvum oeconomice provocant. Succus, quo planta mirifice abundat caucticus est, et ad porrigines eliminandas communiter adhibetur, item villici proprios fructus ac praesertim Uvas et Ficos hoc succo inficiunt, ut a vineis latrones prohibeant. Oleum seminum coeteram specierum hujus generis item valent ad purgandum.

**** Characiae Bert. *Umbellis spuriis, involucellis connato-perfoliolis.*

2127. AMYGDALOIDES. *L. Sp. Pl. p.* 662. Caulibus caespitosis basi ramosis: foliis coriaceis perennantibus, inferioribus lato–lanceolatis in petiolum attenuatis, successivis rosulatis obverse lanceolatis, superioribus minoribus remotis oblongo-obovatis: floribus in umbella quinqueradiata, radiis tenuibus bifidis, pedunculis plurimis axillaribus solitariis bifidis dichotomisve, concomitata: involucri foliolis ovatis obtusis, involucellorum majusculis orbiculato-perfoliatis: perigonii laciniis nectariferis semilunatis, cornubus acutis: cocco obtuse trigono minutissime scabrido: seminibus ovoideis laevibus.

E. amygdaloides *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 97 – E. sylvatica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 164. *n.* 550 – Tithymalus lunato flore *Columm. Ecphr. t.* 2.

p. 56. *tab. p.* 57 – T. amygdaloides major tortuoso caule *Barrel. Jc.* 839, et T. amygdaloides minor subglaber *Jc.* 830, et T. amygdaloides minimus glaber *Jc.* 829.

In nemorosis communis etiam circa Urbem.

Perenn. Flor. Aprili Majo. Nectaria luteola tandem atro-purpurea.

2128. *Characias. L. Sp. Pl. p.* 662. Dense tomentosa, tomento brevi. Caulibus caespitosis e basi ramosis: foliis subcoriaceis perennantibus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis, successivis rosulatis abbreviatis sessilibus, superioribus remotis: floribus in umbella multiradiata, radiis bifidis, pedunculis solitariis numerosis bifidis, concomitata: involucri foliolis ovatis oblongisve ut plurimum obtusis, involucellorum parvis connato-semiperfoliatis obtusissimis: perigonii laciniis nectariferis lunulatis, cornubus truncatis: cocco globoso trigono dense villoso: seminibus ellipsoideis laevibus.

E. Characias *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 165. *n.* 552 – *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 100.

In arvis, et marginibus agrorum. *Presso S. Sebastiano fuori le mura.*

Perenn. Flor. Februario-Majo. Nectaria atro-purpurea, raro lutea.

Vulgo. *Tortomaglio, Erba morella.*

Obs. Planta robusta foetens, succo lactiginoso copiose referta. Piscatores herba contrita utuntur ad necandos pisces.

2129. *eriocarpa. Bert. Comm. p.* 20. *t.* 3. Tomentosa, tomento brevi molli. Caulibus robustis caespitosis elatis e basi ramosis: foliis inferioribus anguste lanceolatis acutis in petiolum attenuatis, successivis sessilibus congestis abbreviatis: floribus in umbella multiradiata, radiis bifidis, pedunculis axillaribus plurimis bifidis, concomitata: involucri foliolis ovatis obtusis, involucellorum parvis connato-semiperfoliatis concavo-campanulatis: perigonii laciniis nectariferis lunulatis, cornubus truncatis denticulatis: cocco oblongo trigono villosissimo: seminibus oblongis laevissimis.

E. eriocarpa *Bert. Fl. It. t.* 5. *p.* 101.

In montibus Umbriae. *A Papigno presso Terni, montagna di Somma* etc.

Suffrut. Flor. Martio-Majo. Nectaria atro-purpurea, denticulis apice viridibus.

Obs. Planta robusta praecedenti fere duplo major, succo lactiginoso similiter abbundans.

Monoecia diclynia.

Monandria.

NAJAS.

2130. MARINA. *L. Sp. Pl. p.* 1441 *α*. Saturate virens, fluitans, immersa. Caule dichotomo, dentibus foliaceis, exasperato: foliis oppositis verticillatisve latiuscule linearibus reticulato-venosis repando-argute serratis: stylis tribus: nucula monosperma.

N. marina. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 294 - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 321. *n.* 1130.

In stagnis et lacubus. *Lago di Albano, di Nemi* etc.

Ann. Flor. aestate. Perigonium viride.

2131. MINOR. *All. Fl. Ped. t.* 2. *p.* 221. Fluitans laete virens. Caule filiformi nudo ramosissimo, ramis dichotomis: foliis oppositis anguste linearibus recurvis rectisve remote serrulatis: stylo solitario: nucula monosperma.

N. minor *Maur. Cent.* 13. *p.* 43 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 296.

In lacubus et fluminibus. *Lago di Villa Pamfili.*

Ann. Flor. Julio, Augusto. Perigonium viride.

ZANNICHELLIA.

2132. PALUSTRIS. *L. Sp. Pl. p.* 1375. Laete virens natans. Caule exili debili valde ramoso: foliis angustissimis linearibus, inferioribus alternis, superioribus oppositis: antherae loculis bipartitis: stigmate parvo obliquo integro: nuculis carina dentatis.

Z. palustris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 321. *n.* 1128 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 9.

In stagnis et fontibus etiam in ipsa Urbe communis.

Ann. Flor. Aprili-Julio. Perigonium viride.

2133. PELTATA. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 10. Laete virens natans. Caule debili valde ramoso: foliis angustissimis linearibus elongatis: antherae loculis bipartitis: stigmate grandiusculo orbiculari plano dentato: nuculis laevibus.

In fossis et fontibus. *Fontana di Villa Pamfili.*

Ann. Flor. Majo. Perigonium viride.

CHARA.

2134. VULGARIS. *L. Sp. Pl. p.* 1624. Immersa virens glabra, vel cinereo-pulverulenta. Caule filiformi contorte striato, ad nodos verticillato-ramoso, ramis superioribus, internodio, longioribus; bracteolis floralibus quaternis, duabus, capsula parva ovali spiraliter zonata, longioribus.

Ch. vulgaris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 321. *n.* 1129 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 12.

In coenosis frequens. *Ostia*, *Fiumicino*, *Villa Borghese*, *Villa Pamfili*, *Lago dei Tartari.*

Ann. Flor. Junio-Julio.

Usus. Ad vitra pulienda optima.

Obs. Odor nauseosus hepatis sulphuris: sicca fragilis.

2135. PULCHELLA. *Wall. Ann. Bot. p.* 184. *tab.* 2. Immersa laete virens. Caule filiformi tenuissime striato, striis rectis, ad nodos verticillato-ramoso, ramis acute mucronatis, internodio brevioribus: bracteolis floralibus tubulosis brevissimis, inaequalibus, binis longioribus, capsulam parvam oblongam, non superantibus.

Ch. pulchella *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 13.

In aquis stagnorum non infrequens. *Ostia*, *Fiumicino*, *Paludi Pontine* etc.

Ann. Flor. Majo-Julio.

Obs. Admodum fragilis, senio vix pulverulenta.

2136. ASPERA. *Willd. in Berl. mag. d. N.* 3. *p.* 298. Immersa pallide virens. Caule gracili vix striato inferne simplici superne ramoso, setis tenuibus sparsis solitariis fasciculatisve, hispidulo, ramis verticillatis internodiis saepius brevioribus: bracteolis floralibus aequalibus, capsula ovali, brevioribus.

Ch. aspera *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 14.

In aquis semiputridis. *Ostia*, *Fiumicino*, *Lago dei Tartari* etc.

Ann. Flor. Majo-Julio.

Obs. Species saepe dioica.

2137. HISPIDA. *L. Sp. Pl. p.* 1624. Immersa virens glabra vel cinereo pulverulenta. Caule elongato crassiusculo striato spiraliterque contorto, quandoque inermi, saepius hispido, spinis fasciculatis acutis, internodiis adscendendo abbreviatis: ramis verticillatis elongatis basi fasciculato-spinosis, internodiis brevibus: capsula oblonga bracteolis breviore.

Ch. hispida *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 14.

In paludosis. *Ostia*, *Fiumicino.*

Ann. Flor. Majo.

Obs. Graviter foetet ad instar ch. vulgaris.

2138. FLEXILIS. L. *Sp. Pl. p.* 1624. Fluitans saturate nitido-virens. Caule filiformi laevi verticillato ramoso, ramis numerosis simplicibus vel ad nodos superiores verticillulato-ramulosis, ramulis paucis brevibus apice iterum 2-3 ramulosis, ramulis rudimentalibus obtusis: capsulis paucis ovalibus subnudis in verticillorum axillis.

Ch. flexilis. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 17.

In lacubus. *Lago di Colfiorito.*

Ann. Flor. Julio.

TRIANDRIA.

CAREX.

* Sexus in individuis distinctis.

2139. DAVALLIANA. *Engl. Flor. t.* 4. *p.* 78. Radice brevi perpendiculari, fibrillis lateralibus longiusculis: culmo exili apice nudo scabro, basi vaginis foliisque vestito: foliis setaceis scabris, culmo brevioribus: floribus utriusque sexus in spicis exilibus solitariis basi nudis: glumis ovato-lanceolatis: stigmatibus duobus: utriculis triangularibus rostratis primo erectis denuo patenti-deflexis: nuculis oblongis obtusis.

C. Davalliana *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 32.

In summis apenninis Piceni. *Pizzo di Sivo.*

Perenn. Flor. Julio, Augusto. Spiculae stramineae.

Obs. Spicula mascula quandoque aliquo flore foemineo donatur:

** Sexus in eodem individuo, et in eodem axe.

2140. LINKII. *Kunth. En. t.* 2. *p.* 478. Fibris radicalibus rigidis longis e tuberibus parvis rotundis: culmis gracilibus caespitosis triquetris: foliis anguste linearibus carinatis longe acuminatis: spica terminali composita, spiculis 2-4 remotiusculis, terminali mascula stricta, foemineis laxis: floribus breviter pedunculatis: bracteis foliaceis inferioribus longis, sucessivis brevioribus, ultima spicam vix superante: glumis lanceolato-linearibus, linea viridi mediana notatis, masculis acutis, foemineis acuminatis: stigmatibus tribus: utriculis triquetris utrinque

attenuatis rostratis, gluma brevioribus, nervo viridi incurvo utrinque ad facies laterales: nuculis ovoideo-triquetris tenuissime punctatis.

C. gynomane *Maur. Cent.* 13. *p.* 45. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 38. – Gramen junceum nodosum minimum capillare. *Barrel. Jc.* 117. *f.* 1.

In umbrosis sylvaticis, et in graminosis sterilibus frequens.

Perenn. Flor. Martio-Majo. Spiculae stramineo-virides.

2141. OVALIS. *Good. in Trans. of the Lin. Soc. t.* 2. *p.* 148. Radice repente, stolonibus brevibus: calamo crassiusculo erecto basi tantum folioso: foliis linearibus planis, calamo brevioribus, carinatis margine scabris: spica composita, spiculis subsenis alternis ovatis approximatis, inferne masculis, in fructu crasse ovatis, bracteis lineari-acuminatis basi-dilatatis, spiculis ut plurimum angustioribus, inferiore quandoque spicam superante: stigmatibus duobus: utriculis ovalibus planiusculis longe rostratis, rostro bifido, margine alato serrulato-scabro, glumas lanceolato-acuminatas aequantibus: nuculis ovatis convexo-planis.

C. ovalis. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 47.

In pratis udis. *Piano grande del Castelluccio in Umbria attorno il lago.*

Perenn. Flor. Julio, Augusto. Spiculae albo-castaneae.

2142. DIVISA. *Huds Fl. Angl. ed.* 2. *p.* 405. Radicibus crassis ramosis longe repentibus: calamo gracili erecto vel incurvo basi folioso: foliis rigidis anguste linearibus subulato-acuminatis margine scabris, calamum subaequantibus: spica terminali composita ovata aut oblonga stricta, spiculis 3-8 approximatis ovato-acuminatis, apice masculis: bracteis ovatis carinatis saepe in aristam spiculas et quandoque spicas superantibus, productis: glumis ovato-acuminatis utriculum aequantibus: stigmatibus duobus: utriculis ovato-orbiculatis plano convexis margine minute serratis, rostro brevi apice bifurco: nuculis ovato-compressis laevibus.

C. divisa. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 51. – C. cuspidata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 322. *n.* 1135. – Junc. gram. Cyperi rad. tenuifol. elatior. *Barrel. Jc.* 118. *f.* 1.

In agribus, et ad ripas communis.

Perenn. Fl. Aprili. Spicula costaneo-fusca.

2143. DIVULSA. *Good. in Trans. of te Lin. Soc. t.* 2. *p.* 160. Radice horizontali, fibris numerosis robustis: calamo gracili suberecto obscure triquetro, apice angulis scabro, basi folioso: foliis linearibus acuminatis carinato-planis margine scabris calamum vix superantibus: spica terminali composita tandem pendula, spiculis ovatis numerosis distantibus et magis inferioribus: bracteis setaceis spiculas superantibus, inferioribus elongatis: glumis ovatis acuminato-mucronatis

dorso viridibus margine albis, utriculis subbrevioribus: stamibus duobus: utriculis erecto-patentibus oblongo-lanceolatis longiuscule rostratis, rostro profunde bifurco: nuculis lenticularibus.

C. divulsa. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 323. *n.* 1137. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 59. – Gr. Cyperoid. echinata et rara spica nem. minor. *Barrel. Jc.* 20. *f. II.*

In umbrosis frequens.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae albo-virides.

2144. MURICATA. *L. Sp. p.* 1380. Radice obliqua robusta, fibris numerosis: calamo erecto triquetro rigido superius scabro: foliis planis lineari-acuminatis: vaginis calamum usque ad medium vestientibus: spica composita cylindracea continua vel basi interrupta, spiculis 5-8 subglobosis apice masculis, bracteis lanceolatis in aristam plus minusque elongatam productis: glumis lanceolato-acuminatis, utriculis brevioribus, margine scariosis: staminibus duobus: utriculis ovali-acuminatis plano-convexis, rostro elongato profunde bifido, fructiferis divaricatis: nucula plana subrotunda punctata.

C. muricata. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 322. *n.* 1136. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 61. – Cyp. palustris echinatus. *Barrel. Jc.* 20. *f. III.*

Ad fossas et sepibus umbrosis non rara. *Sotto il Monte Mario nei fossi.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae flavido-ferrugineae denuo fuscae.

2145. VULPINA. *L. Sp. Pl. p.* 1308. Radice brevi fibrosa, fibrillis numerosis: calamo crasso nudo acutissimo triquetro, faciebus canaliculatis, angulis scabris: foliis radicalibus lato-linearibus longe acuminatis planis carinatis margine scabridis: spica decomposita ovato-oblonga obtusa densa, spiculis numerosis ovoideis apice masculis: bracteis lineari-elongatis scabris, inferioribus spiculas superantibus: glumis ovatis mucronatis, utriculis, brevioribus: stigmatibus duobus: utriculis convexo-planis utrinque nervosis margine subtiliter denticulatis: nuculis ovali-rotundatis compressis minute punctatis.

C. vulpina *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 65.

In paludosis et ad margines fossarum. *Albano. Paludi Pontine etc.*

Perenn. Fl. Majo. Spiculae virides.

2146. PANICULATA. *L. Sp. Pl. p.* 1383. Radice brevi fibris fasciculatis: caule triangulari erecto, angulis acutis scabris, faciebus planis, basi folioso: foliis lineari-acuminatis plicatis carinatis margine scabris, caulem subaequantibus: spica paniculato-decomposita, spiculis numerosis ovoideis apice masculis continuis interruptisve: bracteis lanceolatis, inferioribus longe acuminatis: glumis ovatis

acuminatis, utriculis subaequalibus: stigmatibus duobus: utriculis parvis ovatis convexo-planis striatis erecto-patulis, in rostrum elongatum apice bidentatum, productis: nucula oblonga compressa minute punctata.

C. paniculata. *Fior. Gior. de Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 23. - *Bert. Fl. It. t.* 10 *p.* 65.

In aquosis et locis humidis. *Presso Terracina.*

Perenn. Fl. Majo. Spiculae fusco-cinereae.

2147. REMOTA. *L. Sp. Pl. p.* 1383. Radice fibrosa repente: calamis caespitosis gracilibus apice nudis: foliis anguste linearibus obtusis, floralibus elongatis: spica compacta, spiculis parvis oblongis distantibus basi masculis: bracteis foliaceis longissimis, infima omnes superante: glumis lanceolatis acutis uninerviis utriculis brevioribus: stigmatibus duobus: utriculis ovato-lanceolatis erectis obscure nervosis, rostro brevi vix dentato: nuculis ovatis compressis.

C. remota. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 223. *n.* 1138. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 69.

In umbrosis humidis. *Presso Albano, la Riccia* etc.

Perenn. Flor. Majo-Julio. Spiculae pallide stramineae.

*** Sexus in eodem individuo, et in spicis distinctis.

2148. DIGITATA. *L. Sp. Pl. p.* 1384. Radice robusta obliqua, fibrillis descendentibus: calamo gracillimo erecto basi dense folioso: foliis linearibus acuminatis carinatis margine scabris, calamum aequantibus: spicis linearibus erectis pedunculatis paucifloris approximatis in anthesi digitatis, foeminea suprema, masculam, superante, fructiferis recessis: bracteis membranaceis margine scariosis vaginaeformibus: glumis oblongo-ovatis truncatis mucronulatis, utriculos aequantibus: staminibus tribus: utriculis turbinato-subrotundis brevi-rostratis pubescentibus: nuculis oblongo-trigonis obtusis.

C. digitata *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 82.

In sylvis humidis Piceni. *Pizzo di Sivo.*

Perenn. Flor. Junio. Spiculae pallido-castaneae.

2149. MACROLEPSIS. *DC. Cat. Hort. Mons. p.* 89. Radice crassa squamosa basibus foliorum tecta, fibrillis robustis descendentibus: calamo duriusculo leviter triquetro basi folioso: foliis linearibus striato-canaliculatis acuminatis margine scabris: spicis subternis oblongis, terminali mascula parum dissita: bracteis foliaceis lanceolatis acuminatis nervosis vaginantibus, spicas nunquam superan-

tibus: glumis ovato-oblongis obtusis margine late scariosis, utriculis brevioribus: utriculis oblongo-trigonis erectis utrinque attenuatis adpresse pubescentibus, rostro longo superne membranaceo truncato: nuculis oblongis hinc costatis.

C. macrolepsis. *Sang. Cent. tres p.* 120. *n.* 288. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *n.* 86.

In Umbriae montibus. *Vettoretto.*

Perenn. Flor. Junio. Spiculae ferrugineo alboque variegatae, mascula pallida.

2150. PRAECOX. *Jacq. Fl. Aust. t.* 5. *p.* 23. *tab.* 446. Radice brevi crassa, ramis stoloniferis repentibus: calamo tenui trigono firmo superne nudo: foliis linearibus carinatis, margine scabris glaucescentibus, calamo brevioribus: spica terminali mascula clavata, spicis foemineis subternis ovoideo-oblongis approximatis, inferiore pedunculata: bracteis ovalibus membranaceis vaginantibus, inferiore lineari-acuminata, spiculam non superante: glumis avato-lanceolatis acutis, utriculos superantibus: stigmatibus tribus: utriculis pyriformibus vix trigonis pubescentibus: rostro brevissimo integro: nuculis obovatis triquetris, apice truncatis, minute punctatis.

C. praecox. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 323. *n.* 1139. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 87.

In pascuis sterilibus, pratis, ageribus communis.

Perenn. Flor. Martio-Aprili. Spiculae ferrugineae.

2151. LONGIFOLIA. *Host. Gram. t.* 4. *p.* 48. *tab.* 85. Radice robusta, fibris longis intricatis: calamis caespitosis elatis subtrigonis, vaginis foliorum, fere ex integro, vestitis: foliis gramineis linearibus planis margine scaberrimis, calamum aequantibus: spicis subternis approximatis lineari-elongatis, mascula superna, foemineis pedunculatis: bracteis vaginantibus in spiculis superioribus muticis, in inferioribus, in folium spicas superans, elongatis: glumis ovatis acutis, utriculis brevioribus: utriculis ovali-fusiformibus trigonis subvillosis, rostro longo attenutato: nuculis oblongis utrinque angustatis.

C. longifolia. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 89.

In pratis Piceni. *Presso Ascoli.*

Perenn. Flor. Junio. Spiculae ferrugineae viridi-variegatae.

2152. *HALLERIANA. Asso Syn. n.* 922. *tab.* 9. *fig.* 2. Radice liquosa, fibris numerosis crassis: calamis caespitosis tenuibus incurvis scabris basi dense foliosis: foliis linearibus acuminatis carinatis margine scabris, calamo saepe aequalibus: spica mascula solitaria oblonga terminali, foemineis 2-6 paucifloris globulosis, superioribus subsessilibus masculae approximatis, caeteris radicalibus longissime pedunculatis: bracteis obovatis margine membranaceis vaginantibus, acumine in

inferioribus longe producto: glumis lanceolatis acutis concavis, utriculos superantibus: staminibus tribus: utriculis majusculis fusiformi-subtrigonis puberulis, rostro brevi obliquo vix marginato: nuculis oblongis trigonis basi attenuatis tenuiter punctatis.

C. alpestris. *Maur. Cent.* 13. *p.* 46. - C. gynobasis *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 90.

In umbrosis et sylvaticis. *Monte Mario*, *Tivoli*, *Umbria etc.*

Perenn. Flor. Martio, Aprili. Spiculae badiae.

2153. FLAVA. *L. Sp. Pl. p.* 1334. Radice fibrosa fibris crassiusculis: calamo erecto subriquetro basi folioso: foliis linearibus carinatis laete viridibus, margine et carina scabris: spica mascula lineari pedunculata, foemineis ovatis rotundatis, masculae approximatis, sessilibus: bracteis foliaceis elongatis patentissimis reflexisve breviter vaginatis, spicas superantibus, inferiore longissima: glumis lanceolatis, utriculis multo brevioribus: stigmatibus tribus: utriculis obovatis imbricatis divergentibus, tandem patentibus reflexisve, in rostro longo plano convexo margine scabro breviter bifido, productis: nuculis obovato-trigonis minute punctatis.

C. flava. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 97.

In apenninis Piceni, et Umbriae. *Vettore*, *Pizzo di Sivo etc.*

Perenn. Flor. Junio. Spiculae fretusque flavidi.

2154. OEDERI. *Ehr. Calam. p.* 79. Radice fibrosa tenui: calamo erecto subtriquetro usque ad medium dense vestito: foliis lanceolatis canaliculatis, calamo subaequalibus vaginisque laxis, inferioribus breviter foliosis striatis laevibus: spica mascula lineari pedunculata, foemineis parvis subglobosis approximatis sessilibus subternis: braceis foliaceis breviter vaginatis inaequalibus, inferiore spicas superante: glumis late ovatis acuminatis, nuculis brevioribus: stigmatibus tribus: utriculis approximatis patentibus basi globosis apice subtriquetris, angulis scabriusculis, in rostrum tenuem rectum, apice breviter bifidum, productis: nuculis obovato-triquetris minute punctatis.

C. Oederi. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 98.

In alpinis humidis. *Pian grande del Castelluccio di Norcia.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae flavae.

2155. EXTENSA. *Willd. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 268. Radice fibrosa, fibris robustis descendentibus: calamo erecto vix trigono ad medium usque vestito: foliis robustis erectis strictis lineari-lanceolatis planis tandem involuto-canaliculatis, calamum spicasque superantibus: vaginis superimpositis laxis strictis, inferioribus aphyllis, suprema caulem longe vaginante: spicis cylindricis, mascula terminali

subsessili, foemineis subternis, superioribus approximatis sessilibus, inferiore pedunculata plus minus recessa, spica altera quandoque et mascula longe pedunculata, et ex vagina folii supremi exerta, multo inferius adjecta: bracteis linearibus longis erectis, inferiore spiculas triplo superante: utriculis acute trigonis oblongis basi angustatis, apice in rostro recto bidentato productis, glumis ovatis acutis mucronulatisve, longioribus: nuculis oblongo-trigonis.

C. extensa. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 100. (exl. syn. ex sequenti specie desuntis).

In sylvis humidis maritimis. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae viridi-ferrugineae.

2156. NERVOSA. *Desf. Fl. Atl. t.* 2. *p.* 357. Radice robusta fibrosa: calamis caespitosis gracilibus triquetris: foliis anguste linearibus carinatis, margine involutis, apice serrulato-scabris, calamo brevioribus, radicalibus mucronulatis, calaminis paucis longiuscule arcteque vaginantibus: spicula mascula solitaria terminalis cylindrica, foemineis subternis oblongis obtusis sessilibus erectis, infima pedunculata, pedunculo e vagina exerto: bracteis foliaceis inferioribus longissimis refractis: utriculis patentibus exquisite nervosis ovato-acuminatis, glumis ovato-acutis subduplo longioribus, rostro apice breviter bidentato: nuculis avato-triquetris.

C. nervosa. *Sang. Cent. tres p.* 127. *n.* 289.

Secus piscinas litoreas. *A Fiumicino.*

Perenn. Flor. Junio. Spiculae castaneo-fuscae.

Obs. A *Carice extensa* toto habitu prorsus diversa.

2157. PUNCTATA. *Goud. Fl. Helv. t.* 6. *p.* 106. *tab.* 2. Radice fibrosa exili: calamo tenui toto vestito: foliis linearibus planis vix carinatis, marginibus apice scabris, calamum arcte vaginatum, superantibus: spicis omnibus subtiliter pedunculatis, mascula solitaria terminali angustata, foemineis cylindricis subternis remotis, e bracteis foliaceis anguste linearibus: utriculis ovoideis longiuscule rostratis glaberrimis nitidis minute pellucido-punctatis, nervis conspicuis, lateralibus obliteratis, rostro breviter bifido: glumis obtusis a nervo carinali producto mucronatis: stigmatibus tribus: nucula trigona apice basique attenuata.

E. punctata *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 103.

In nemoribus paludosis. *Macchie di Nettuno.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae virentes.

2158. DISTANS. *L. Sp. Pl. p.* 1307. Radicibus fibrosis longiusculis tenuibus:

calamis caespitosis trigonis glabris, basi dense, apice parce foliatis: foliis linearibus planis vix carinatis, e vagina laxiuscula, calamo multo brevioribus: spica mascula terminali cylindrica, spicis foemineis subternis ovatis oblongisve densis remotissimis: pedunculis vaginis bractearum inclusis: bracteis brevibus erectis: utriculis ovoideo-trigonis in rostro continuatis exquisite nervosis, nervis marginalibus insignoribus, glumis ovato-mucronatis longioribus, rostro, dentibus duobus ciliato-denticulatis, terminato: stigmatibus tribus: nuculis obovato-trigonis basi apiceque apiculatis.

C. distans *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 525. *n.* 1143 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 105.

In pratis humidis ad fossas haud frequens.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae flavo-ferrugineae.

2159. *Micheli. Host. Gram. Aust. t.* 1. *p.* 54. *tab.* 72. Radice stolonifera repente: calamo gracili triquetro apice scabro, basi dense vestito: foliis planis linearibus carinatis e vaginis longiusculis, calamo multo brevioribus: spica mascula terminali solitaria elongata: spicis foemineis subtribus obovato-oblongis 3-6-floris, inter se distantibus, infima longe pedunculata, pedunculis e vaginis bractearum exertis: bracteis foliaceis, utricolis brevioribus: utriculis ovalibus longe rostratis laxis hinc laevibus inde nervosis, rostro bicuspidato apice ciliato scabro: stigmatibus tribus: glumis ovatis, e nervo carinali producto, acuminatis: nuculis ovato-conoideis planiusculis apiculatis.

C. Micheli *Sang. Cent. tres p.* 128. *n.* 291 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 108.

In pratis graminosis circa Romam.

Perenn. Flor. Aprili Majo. Glumae flavescentes.

2160. depauperata. *Willd. Sp. Pl. t.* 4. *p.* 278. Radice fibrosa, fibris simplicibus: calamis caespitosis elatis gracilibus obtuse trigonis dense foliosis: foliis linearibus nervosis planis vix carinatis, calamo multo brevioribus: spica mascula lineari-elongata terminali, foemineis subtribus remotis paucifloris (1-5), inferiore remotissima, in vagina bracteae foliaceae, pedunculatis: utricolis ventricosis laeviter trigonis vix nervosis basi attenuatis, apice in rostro scarioso bilobo, productis, glumis late lanceolatis apice acuminatis, longioribus: stigmatibus tribus acuminatis acheniis obovato-trigonis apiculatis minute punctatis.

C. depauperata *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 109.

In sylvis umbrosis. *Tivoli*, *Frascati*, *Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae albo flavoque variegatae.

Obs. A praecedente, cui habitu similis, differt, caule etiam graciliori et magis elongato, spicis depauperatioribus, utriculis grandioribus ventricosis, rostro scarioso.

2161. OLBIENSIS. *Jord. Pl. nouv. observ.* 1. *fragm. p.* 241. *tab.* 10. *f.* A. Radice dense fibrosa: calamis caespitosis erectis triquetris, angulis glabris, basi dense foliosis: foliis late linearibus nervosis tenuiter carinatis, margine et carina scabris: spica mascula terminali lineari, foemineis subternis remotis sub-10-floris, floribus laxis disticis, inferioris pedunculo elongato: utriculis oblongo-trigonis laeviter nervosis, angulis prominulis basi attenuatis, apice brevi-rostratis, rostro obliquo apice subintegro: glumis late lanceolatis margine membranaceis, utriculis longe acuminatis subaequalibus: stigmatibus tribus: nuculis obovato-trigonis angulis prominulis.

C. olbiensis *Bert. Fl. It.* t. 10. *p.* 110.

In sylvis densis. *Frascati*, *Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae viridi alboque variegatae.

2162. SYLVATICA. *Huds. Fl. Angl. ed.* 1. *p.* 353. Radice fibrosa, fibris numerosis robustis: calamo triquetro laevi basi dense folioso: foliis latiuscule linearibus striatis vix carinatis margine et carina scabris, calamo brevioribus: spicis linearibus pedunculatis, mascula terminali, foemineis subsenis distantibus: pedunculis omnibus e vagina exertis, inferiore omnium longiore: utriculis fusiformi-triquetris laxiusculis, in rostro glabro profunde 2-fido, productis: glumis lanceolatis a nervo carinali conspicuo cuspidatis: stigmatibus tribus: nuculis oblongo-trigonis minute punctatis.

C. sylvatica *Maur. Cent.* 13. *p.* 47 – C. strigosa *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 111.

In sylvaticis humidis circa Romam. *Villa Borghese*, et in sylvis Latii, et Piceni.

Perenn. Flor. Majo, Aprili. Spiculae pallide virentes.

2163. STRIGOSA. *Huds. Fl. Angl. t.* 3. *p.* 411. Radice fibrosa. Calamo gracili glabro toto vestito: foliis lato-linearibus nervosis margine scabris: spicis gracillimis linearibus elongatis, terminali mascula, foemineis subquinis pedunculatis, pedunculo vaginis incluso, inferiore quandoque exerto: utriculis laxis gracilibus fusiformibus laeviter trigonis vix nervosis, rostro brevi oblique truncato: glumis lanceolatis margine late scariosis, utriculis brevioribus: stigmatibus tribus: nuculis oblongo-trigonis laevibus.

C. strigosa *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 113.

In umbrosis sylvarum. *Monte Mario.*

Perenn. Flor: Aprili, Majo. Spiculae flavo-virides.

2164. TENUIS. *Host. Gram. Aust. t. 4. p.* 51. *tab.* 92. Radice caespitosa, stolonibus brevibus: calamo tenui trigono erecto, usque ad medium laxe vestito, apice scabro: foliis gramineo-setaceis elongatis margine scabris, calamum subsuperantibus: spica mascula solitaria terminalis, spicis foemineis 4–5-remotis tenuissime longeque, praesertim inferne, pedunculatis: utriculis lanceolato-trigonis glabris, in rostro longo apice 2-dentato, productis: glumis ovato-oblongis mucronatis multo-longioribus: stigmatibus tribus: nuculis trigonis obovatis apiculatis.

C. tenuis *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 115.

In sylvis apenninorum Umbriae. *Bosco del Cavaliere presso Norcia.*

Perenn. Flor. Julio. Spiculae viridi-brunneae.

2165. SCOPOLII. *Gaud. Fl. Helv. t.* 6. *p.* 118. Radice stolonifera, stolonibus repentibus: calamo gracili glabro trigono nudo: foliis radicalibus linearibus planis laeviter carinatis, marginibus scabris: spicula mascula lineari terminali, foemineis subtribus remotis linearibus laxiusculis nutantibus erectisve tenuiter pedunculatis: utriculis ovato-trigonis ciliatis pilosisve, rostro brevi emarginato vel bidentato: stigmatibus tribus: glumis ovatis vix mucronatis dorso nervosis lato margine albo-membranaceis, utriculis subaequalibus: nuculis oblongis strigosis apice acutatis.

C. Scopolii *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 118.

In sylvis humidis montium. *Presso Viterbo.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae masculae stramineae, foemineae ferrugineae.

2166. FERRUGINEA. *Willd. Sp. t.* 4. *p.* 274. Radice crassa fibrillis robustis elongatis: calamis caespitosis trigonis laevibus erectis, basi dense foliosis: foliis linearibus rigidulis margine superiore et carina scabris, calamo brevioribus: spica mascula terminali lanceolata vel clavata, foemineis subternis cylindricis distantibus, inferiorum pedunculis exertis: utriculis oblongo-triquetris, angulis hispidulis, in rostro longo, apice scarioso-membranaceo bidentato, productis: stigmatibus tribus: glumis late obovatis utriculis tertio brevioribus: nuculis obovato-trigonis obtusis basi attenuatis.

C. ferruginea *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 119 – C. sempervirens *Sang. Cent. tres p.* 127. *n.* 260.

In herbidis montium elatiorum Umbriae et Piceni copiosa.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Spiculae rufo-fuscae.

2167. FRIGIDA. *All. Fl. Ped. v.* 2. *p.* 270. Radicibus caespitosis repentibus: calamo exili: foliis exilibus linearibus margine scabris: spicis ovato-oblongis, ma-

scula terminali solitaria, foemineis subquaternis, infima longe subtiliterque pedunculata pendula: utriculis lanceolato-trigonis, in rostro elongato unicolore, marginibus crenulato-ciliatis, apiceque breviter bifurco, productis: stigmatibus tribus: glumis lanceolato-acuminatis, utriculis brevibus: nuculis pedunculatis conico-trigonis.

C. frigida *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 121.

In pratis humidis apenninorum Umbriae et Piceni. *Monti la Rosa*, *Pelone* etc.

Perenn. Flor. Junio, Julio. Spiculae castaneo-sanguineae, striis albo-viridibus percursae.

2168. GLAUCA. *Scop. Fl. Carn. v.* 2. *p.* 223. Radice stolonifera, stolonibus crassis squamoso-fibrillosis: calamo laevi obscure triquetro, basi crebre folioso: foliis glaucis plano-linearibus margine scabris: spicis cylindricis, masculis terminalibus una pluribus, foemineis 2-3 remotis longe pedunculatis denique pendulis: utriculis ellipticis obtusis, rostro brevissimo subemarginato: stigmatibus tribus: glumis oblongis ut plurimum aristatis, utriculis subaequalibus: nuculis lata basi conico-trigonis.

C. glauca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 324. *n.* 1140 - C. recurva *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 130 - Gramen cyperoides angustifol. typha nutante minus *Barrel. Ic.* 113. *f.* 2.

In collibus, sylvaticis, viridariis, viis urbis.

Perenn. Flor. Majo, Junio. Spiculae rufo-purpurantes.

2169. VULGARIS. *Fries. Nov. Fl. Suec. Mant.* 3. *p.* 153. Radice stolonifera, stolonibus huc illuc caespitiferis: calamo acute triquetro superne angulis scabro: foliis linearibus glaucis margine scabris: spica mascula terminali solitaria, foemineis 2-4 erectis oblongo-cylindricis, inferiori saepius pedunculata: utriculis ellipticis glabris multinerviis hinc planis inde subconvexis, rostro tenui brevi recto vix bicuspidato: stigmatibus duobus: glumis oblongis acutiusculis et magis inferioribus, utriculis brevioribus: nuculis ovato-trigonis brevissime stipitatis.

C. vulgaris *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 133.

In humentibus, et ad margines fossarum non procul a Roma. *Pratalata.*

Perenn. Flor. Majo. Spiculae rufo-fuscae.

2170. ACUTA. *L. Sp. Pl. p.* 1388. Radice caespitosa, stalonibus crassis, repente: calamo erecto acute triquetro, superne angulis scabro: foliis anguste linearibus, suprema vix calamum superante: spicis masculis 2-3 cylindrico-elongatis subnutantibus, inferiore pedunculata: utricolis elliptico-triquetris glabris ob-

solete nervosis, angulis in rostro brevissimo subintegro productis: stigmatibus duobus: glumis oblongis lanceolatisve, utriculos superantibus: nuculis triquetris apiculatis.

C. acuta. *Fior. Gior. de lett. di Pisa t.* 17. *p.* 23 - *Bert. Fl. It. t.* 17. *p.* 23.

Ad ripas fossarum, et canalium. *A Pratalata* in agro romano, *a Terracina* etc.

Perenn. Flor. Aprili-Majo. Spiculae ferrugineae viridi-striatae.

2171. PALUDOSA. *Good. Trans. Linn. v.* 2. *p.* 202. Radice repente, stolonibus longis crassis: calamo triquetro, angulis acutis scaberrimis, basi dense vestito: foliis latiusculis linearibus longe caulem vaginantibus: spicis cylindricis densis, masculis subternis, glumis inferioribus obtusis, foemineis subquinis, glumis lanceolato-acutis cuspidatisve: utriculis nervosis ovato-oblongis romboideo-trigonis in rostro brevi 2-dentato productis: stigmatibus tribus, glumam vix superantibus: nuculis, lata basi, ovato-acuminatis.

C. paludosa *Fior. in Gior. de lett. di Pisa t.* 17. *p.* 23 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 139.

In paludosis et ad margines fossarum. *Paludi Pontine*, *Macerata* etc.

Perenn. Flor. Aprili Majo. Spiculae lurido-purpureae, viridi alboque variegatae.

2172. RIPARIA. *Curt. Flor. Lond. fasc.* 4. *t.* 60. Radice repente, stolonibus crassis: culmo triquetro superne angulis scabro: foliis lato-linearibus nervosis, carina et margine scabris, longe calamum vaginantibus: spicis cylindricis elongatis crassis, masculis sessilibus 3-5, foeminis 3-4, pedunculo inferioris elongato: utriculis ovato-conicis tumidulis nervosis, in rostro brevi divaricate 2-furco, productis, stipulantibus tribus: glumis acuminato-aristatis, utriculis duplo brevioribus: nuculis parvis subrotundo-trigonis.

C. riparia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 326. *n.* 1144 - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 141.

Ad ripas aquarum fluentium frequens. *A Pratalata* abunde, *Caffarella* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae castaneo-fuscae - Planta quadripedalis.

2173. PENDULA. *Good. Trans. Linn. v.* 2. *p.* 168. Radice fibrosa, fibris caespitosis: calamo elato glabro acute triquetro, vaginis foliorum superimpositis, basi vestito: foliis linearibus longe acuminatis supra et margine scabris: spicis crasse cylindricis densis, denuo pendulis, masculis 1-3, foemineis plurimis, inferiorum pedunculis e vagina exertis: utriculis oblongo-trigonis enerviis, in rostro brevissimo tenuiter bifido, continuatis: stigmatibus tribus: glumis oblongo-lanceo-

latis, inferioribus longiuscule acuminatis, utriculos aequantibus: nuculis parvis ovato-trigonis laevibus.

C. pendula *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 145 - C. maxima *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 325. *n.* 1142. - Gramen cyperoides latifolium typha pendula longiore. *Barrel. Jc.* 45.

Ad fossas. et in inundatis communis.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spiculae castaneae.

2174. MYCROCARPA. *Bert. Ann. di St. nat. Bologna* 1829. *t.* 1. *p.* 384. Radice crassa, fibris robustis: calamo elato triquetro glabro: foliis lato-linearibus elongatis vix margine scabris: spicis anguste cylindricis elongatis, inferioribus longe pedunculatis, mascula solitaria, foemineis subquinis: utriculis exiguis oblongo-conicis glabris obsolete nervosis, rostro brevi obscure 2-denticulato, terminatis: stigmatibus tribus: glumis ovato-acuminatis utriculis subdimidio brevioribus: nuculis cuneato-trigonis laevibus.

In humidis suburbanis. *Villa Pamfili presso il lago.*

Perenn. Flor. Aprili. Spiculae stramineae.

2175. HIRTA. *L. Sp. Pl. p.* 1389. Radice repente, fibris elongatis: calamo acute triquetro, foliis linearibus angustis vaginisque pilosis, toto vestito: spicis masculis terminalibus subbinis, foemineis 2-3 cylindricis oblongis sessilibus pedunculatisve distantibus: utriculis ovatis hirtis nervosis, in rostro longo 2-cuspidato, continuatis: stigmatibus tribus: glumis ovatis hirtis pilosisve in aristam productis, utriculis subrevioribus: nuculis ovato-trigonis hinc planiusculis inde gibbis.

C. hirta *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 324. *n.* 1141.

In pascuis praesertim maritimis, in argillosis et sabulosis montanis. *Monte Mario*, *Villa Pamfili*, *Ostia*, *Palo* etc.

Perenn. Flor. Majo. Spiculae pallido-ferrugineae.

SPARGANIUM.

2176. RAMOSUM. *Hud. Fl. Angl. ed.* 2. *p.* 401. Caule simplici superius ramoso-flexuoso: foliis triquetris, lateribus concavis: capitulis globosis sessilibus, masculis minoribus: stigmate lineari.

S. ramosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 322. *n.* 1134. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 28.

In fossis et inundatis vulgare, abunde apud Ostiam.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Perigonium pallide herbaceum exiccatione nigrum. Vulgo. *Sgarza da Botte*, *Cortellaccio.*

Usus. Folia ad storeas, tegetes, sedilia, sportas texendas, item ad vestiendas phialas, et ad dolias conglutinandas.

2177. SIMPLEX. *Huds. Fl. Ang. ed.* 2. *p.* 401. Caule simplici: foliis triquetris, lateribus planis: capitulis globosis sessilibus, inferioribus pedunculatis: stigmate lineari.

S. simplex *Fior. Gior. Arch. t.* 18. *p.* 167. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 30.

In fossis et paludibus. *Paludi Pontine.*

Perenn. Flor. Julio, Augusto. Perigonium virens.

MONOECIA–TETRANDRIA.

URTICA.

2178. PILULIFERA. *L. Sp. Pl. p.* 1395. Atrovirens, pilis urentissima: foliis oppositis ovatis acuminatis inciso-serratis: capitulis globosis breviter pedunculatis, masculis parvis alternis, foemineis solitariis geminisque majusculis.

U. pilulifera *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 327. *n.* 1147. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 169.

Ad vias circa Urbem non infrequens.

Ann. Flor. aestate. Perigonium pallide virens.

Vulgo. *Urtica romana.*

Usus. Diuretici olim famam habuit.

2179. URENS. *L. Sp. Pl. p.* 1396. Laete virens, pilis urentissima. Foliis oppositis ovalibus acutis argute serratis: racemis androgynis axillaribus densifloris geminatis, petiolo ut plurimum brevioribus.

U. urens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 327. *n.* 1148. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 171.

In ruderatis et cultis vulgaris.

Ann. Flor. a Martio in aestatem. Perigonium virens.

Vulgo. *Urtica piccola, Urtica pungente.*

2180. MEMBRANACEA. *Poir. Enc. ed. de Pad. t.* 4. *p.* 597. Pallide virens, pilis urentissimis. Foliis oppositis longe petiolatis ovato-subrotundis grosse dentatis: spicis masculis superioribus geminatis petiolo longioribus, rachide subtus nuda, glomerulis foemineis inferioribus.

U. membranacea *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 237. *n.* 1149. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 172.

Ad vias sepes muros vulgatissima.

2181. DIOICA. *L. Sp. Pl. p.* 1397. Intense virens, pilis urentissimis. Radice repente: foliis oppositis cordato-ovatis oblongisve grosse serratis: racemis axillaribus geminatis ramosissimis folio brevioribus: floribus dioicis glomerulatis.

U. dioica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 327. *n.* 1150. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 174.

Ad sepes praesertim umbrosas communis.

Perenn. Flor. Aestate. Perigonium viride.

Vulgo. *Urticone.*

Usus. In materia medica Linnaei, radix, herba, semina Urticae majoris recensentur, et ob vim diurticam, plurimis in morbis celebrata, praesertim ad fluxum sanguinis compescendum : usui externo tantum hodie reservatur in urticatione.

BUXUS.

2182. SEMPERVIRENS. *L. Sp. Pl. p.* 1394. Foliis ellipticis subrotundisve breviter petiolatis, petiolis subpilosis: florum fasciculis solitariis: antheris sagittatis.

B. sempervirens *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 326. *n.* 1146. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 167.

In sylvaticis et sterilissimis montium.

Frut. vel arbor. Flor. Aprili Majo. Corolla albida.

Vulgo. *Busso*, *Mortella.*

Usus. Uti amaricans in hysterismo et epilepsia folia jam laudata. Lignum albo-luteolum durissimum in instrumentis musicalibus, in supellectilibus, et in operibus tornatis desideratum.

ALNUS.

2183. GLUTINOSA. *Goert. de Frut. t.* 2. *tab.* 90. Foliis obovatis obtusis retusisve inaequaliter dentatis: axillis omnibus venarum barbatis: strobilis ellipticis: nuculis aptheris.

A. glutinosa *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 326. *n.* 1145. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 163.

In humidis, ad vivulos, ad ripas Tyberis etc.

Arbor. Flor. Februario, Martio. Fruct. Augusto, Septembri.

Vulgo. *Ontano*, *Alno.*

Usus. Arbor ab antiquitus nata et in fundamentis aedificiorum adhibita, nam lignum aqua submersum in aeternum durat. Ad focum alendum pessima.

MONOECIA—PENTANDRIA.

AMBROSIA.

2184. MARITIMA. *L. Sp. Pl. p.* 1401. Incano-villosa. Caule erecto, ramis alternis patulis: foliis 3-partitis, segmentis latiusculis pinnatifido-lobatis: spicis terminalibus superne masculis inferne foemineis.

A. maritima *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 185. - A. vulgaris *Barrel. Jc.* 1144.

Ad litus utriusque maris rostri. *Grotte a mare, Terracina* etc.

Ann. Flor. Augusto, Septembri. Flores luteo-aurei.

Vulgo *Ambriosia* ob odorem.

XANTHIUM.

2185. STRUMARIUM. *L. Sp. Pl. p.* 1400. Inerme. Caule sulcato: foliis 3-nerviis lobato-dentatis: involucris fructiferis ovalibus inter echinos pubescentibus: rostris rectis conico-subulatis.

X. strumarium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 328. *n.* 1152. (excl. Syn. Hort. Rom.) - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 180.

In ruderatis et ad vias commune.

Ann. Flor. Augusto. Perigonium maris viridescens.

Vulgo. *Lappa piccola.*

Usus. Xanthi semina in strumis et erysipelis jam laudata.

2186. ITALICUM. *Morett. Dec.* 5. *p.* 8. *n.* 50. Inerme, scabrum. Caule exquisite angulato: foliis 3-nerviis ovatis lobato-dentatis, basi truncatis vel subcordatis: involucris fructiferis ovali-oblongis dense robusteque echinatis, echinis inferne hispido-glandulosis: rostris incurvis.

X. macrocarpum *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 181 - X. cono denso *H. Rom. t.* 7. *tab.* 70.

Ad ripas Tyberis frequens.

Ann. Flor. Julio-Septembri. Perigonium maris viridescens.

Obs. Planta orgyalis omnibus in partibus *X. strumario* grandior et robustior.

2187. SPINOSUM. *L. Sp. Pl. p.* 1400. Valide spinosum. Caule striato: foliis pinnatifidis pilosis subtus cano-pubescentibus, segmentis lanceolato-acutis: spinis validis 3-partitis stipulantibus: involucris fructiferis oblongis echinatis apice uncinatis, et inter echinos pubescentibus: rostris rectis brevibus quandoque nullis.

X. spinosum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 328. *n.* 1153. - *Bert. It. t.* 10. *p.* 182. – X. lusitanicum. *H. Rom. t.* 6. *tab.* 73.

In ruderatis et ad vias frequens.

Ann. Flor. Augusto. Perigonium maris viridescens.

Vulgo. *Lappa piccola, Spino d'asino.*

MONOECIA-POLYANDRIA.

MYRIOPHYLLUM.

2188. SPICATUM. *L. Sp. Pl. p.* 1410. Foliis verticillatis pinnato-partitis, partibus capillaceis: florum verticillis in spica terminali adscendendo proximioribus: bracteis integris, verticillis brevioribus.

M. spicatum *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 329. *n.* 1158. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 198. – Potamogeton foliis pennatis *H. Rom. t.* 4. *tab.* 50.

In aquis puris et fontibus Urbis non rarum. *Ville Borghese, Pamfili* etc.

Perenn. Flor. Junio-Julio. Corollae albo-rubentes.

2189. PECTINATUM. *DC. Fl. Fr. t.* 5. *p.* 529. Foliis verticillatis pinnato-partitis, partibus capillaceis: florum verticillis inferioribus distantibus, superioribus approximatis, in spica terminali elongata: bracteis pectinatis, laciniis brevibus, verticillis quidquam longioribus.

M. pectinatum *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 199.

In paludibus Piceni. *Fra S. Benedetto, ed Ascoli* etc.

Perenn. Flor. Junio, Augusto. Corollae rubentes.

2190. VERTICILLATUM. *L. Sp. Pl. p.* 1410. Foliis verticillatis aeque distantibus, inferioribus pinnato-capillaceis, superioribus pectinatis, pinnis breviusculis: floribus axillaribus verticillatis spicatisve, bracteis pectinato-pinnatis, brevioribus.

M. verticillatum *Fior. Gior. de Lett. di Pisa t.* 17. *p.* 131. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 199.

In stagnis et canalibus pontinis.

Perenn. Flor. Majo. Corollae albidae.

CORYLUS.

2191. AVELLANA. *L. Sp. Pl. p.* 1074. Foliis late ovatis acuminatis basi cordatis serrato-serrulatis: stipulis oblongis obtusis: perigonio fructifero breviter campanulato, limbi segmentis laciniato-dentatis patulis: nucibus subrotundis.

C. Avellana *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 330. *n.* 1167. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 237.

In sylvaticis et ad sepes communis.

Frut. vel Arbor. Flor. Januario, Martio. Fruct. Junio.

Vulgo. *Nocchia*, *Nocchia tonda*, in officinis *Avellana*.

2192. TUBULOSA. *Willd. Sp. t. 4. p.* 470. Foliis late ovatis acuminatis basi subcordatis serrato-serrulatis: stipulis oblongis obtusis: perigonio fructifero tubuloso cylindrico, limbi conniventis, segmentis inciso-dentatis: nucibus oblongis.

C. tubulosa *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 239.

In sylvatis et ad sepes.

Frut. rarius Arb. Flor. Januario, Martio. Fruct. Julio.

Vulgo. *Nocchia*, *Nocchia lunga*, *Nocchia colla mantiglia*.

Usus. Utriusque speciei utilitas sat nata. Ligno carbo fit pro arte pyrotechnica: amygdalae torrefactae vel crudae edules: oleum ex his copiose ducitur, insipidi sane saporis at minime ingrati, usibus praesertim medicis, reservatum.

Monoecia Deca-polyandria.

CARPINUS.

2193. *Betulus*. *L. Sp. Pl. p.* 1416. Foliis ovato-oblongis acutis serrato-serratis: amentis foemineis racemosis: strobilorum squamis lanceolatis tripartitis, intermedia elongata.

C. Betulus *Maur. Cent.* 13. *p.* 48 – *Bert. Fl. It. t.* 10 *p.* 232.

In montium nemoribus communis.

Arb. Flor. Aprili, Fruct. Julio, Augusto.

Vulgo. *Carpino*, *Carpino bianco*.

Usus. Ligno tenacissimo sudes (vulgo *stanghe*) conficimus ad pondera sustinenda.

OSTRIA.

2194. VULGARIS. *Willd. Sp. t. 4. p.* 469. Foliis disticis ovatis oblongisve acuminatis acute duplicato-serratis: strobilis late ovatis pendulis: vessiculis ovalibus: limbo perigonii fructiferi brevissimo ciliato.

O. vulgaris *Maur. Cent.* 13. *p.* 49. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 235.

In sylvaticis montium frequens et circa Romam. *Monte Mario*.

Arb. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Julio. Squamae amentorum albo-candidae.

Usus. Ad sepiendos hortos utimur. Lignum tornatoribus utile.

2195. *Ladelcii*. *Nob*. (Sang. Fl. Rom. Prod. tab. 8.) Foliis disticis ovato-acuminatis acute duplicato-serratis : strobilis cylindricis erectis , vessiculis ellipticis, limbo perigonii fructiferi brevissimo ciliato.

In sylvaticis Latii. *Frascati*, *Albano*.

Arb. Flor. Aprili. Fruct. Julio. Squamae amentorum albo-virides.

Obs. Species caracteribus fructificationis prorsus distincta. Pedunculis longioribus, amentis erectis prorsus cylindricis, diametro amentorum. *O. vulgaris* triplo angustioribus illorumque longioribus, bracteis vessicularibus exacte ellipticis albo-viridibus. Arbor. *O. vulgaris* quidquam minor, cortice prorsus simili, foliis intensius viridibus: promiscue cum illa vivit.

Ad memoriam posteris tradendam Amici veri Francisci Doctoris Ladelci in Romana studiorum Universitate Botanices Professoris substituti.

FAGUS.

2196. SYLVATICA. *Willd. Sp. t. 4. p.* 1466. Foliis glabris nitidis ovatis obsolete dentatis margine ciliatis subtus villosis.

F. sylvatica *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 330. *n.* 1168. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 222.

In montibus elatioribus subapenninis abunde.

Arb. excelsa Flor. Majo. Fruct. Julio.

Vulgo. *Faggio*, *Scatolicchio*.

Usus Arbor utilissima. Lignum in fascias facile dividendum innumeris oeconomiae utensilibus optatur; cortex coriariis utilis; item tenacitate qua gaudet ad remos, temones etc. praestans: semina edulia, et a Suibus valde expetita: ex his oleum educimus ad lampades alendas sub nomine *Olio di Fagina*.

CASTANEA.

2197. VESCA. *Willd. Sp. t. 4. p.* 1406. Foliis coriaceis oblongo-lanceolatis acuminatis mucronato-serratis utrinque glabris.

C. vesca *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 331. *n.* 1169. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 225.

Sylvas montanas late habilitat.

Arb. excelsa. Flor. Junio. Fruct. Octobr.

Vulgo. *Castagno*.

Usus. Fructus Castaneae notissimi: lignum robustissimum aeternitatis aemulum: folia armentis utilia.

QUERCUS.

2198. *Ilex. L. Sp. Pl. p.* 1412. Cortice laevi senescendo rimoso: foliis semper virentibus ovato-oblongis lanceolatisve integerrimis vel serratis, serraturis tenuiter spinosis, subtus tomentosis: nucibus ellipticis: cupularum squamis arcte imbricatis.

Q. Ilex *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 329. *n.* 1162. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 206.

In sylvis et viridariis communis.

Arb. Flor. Majo. Fruct. Augusto, Septembri.

Vulgo. *Elce, Leccio, Liccino.*

Usus. Lignum durissimum in machinis, et in operibus aqua delitentium praestantissimum.

2199. *Suber. L. Sp. Pl. p.* 1413. Cortice crasso rimoso-fungoso: foliis semper virentibus ovatis vel ovato-lanceolatis integris mucronatis vel serrato-mucronatis, subtus incano-tomentosis: cupulae squamis brevibus subpatentibus, inferioribus squarrosis : nucibus ellipsoideis majusculis, cupula vix duplo, longioribus.

Q. Suber *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 330. *n.* 1163. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 208.

In sylvis etiam prope Romam obvia.

Arb. Flor. Majo. Fruct. Augusto, Septembri.

Vulgo. *Sughero, Sughera*; in officinis cortex *Alcocorno.*

Usus. Suberis usus notissimus. Medici olim inter adstringentia Suberum enumerabant. Lignum ad carbonem obtinendum praestantissimum.

2200. *Pseudo-suber. Sant. Viag. al Montan. p.* 156. *tab.* 3. Cortice tenui rimoso vix fungoso: foliis sempervirentibus ovatis vel ovato-oblongis subsinuatis vel grosse serratis, subtus tomentosis: nucibus oblongis obtusis: cupula grandi, squamis marginalibus erecto-patulis, elongatis inferioribus abbreviatis reflexis.

Q. Pseudo-suber *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 209.

In sylvis non procul a Roma, at rara. *Castel Porziano, Macchia Mattei.*

Arb. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Septembri.

Vulgo. *Cerro Sughero, Sugherella.*

Usus. Lignum pro aedificiis et carbone praestans.

2201. *Cerris. L. Sp. Pl. p.* 1415. Cortice denso rimoso: foliis deciduis pubescentibus et subtus saepe cano-tomentosis abbreviatis oblongisve sinnatis vel pinnatifidis: fructibus sessilibus vel brevissime pedunculatis solitariis vel congetis: nucibus ellipticis oblongis: cupula grandi, squamis elongatis lineari-subulatis patentibus distortis.

Q. Cerris *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 330. *n.* 1166. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 213.

Arb. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Augusto, Septembri.

Vulgo. *Cerro*, *Ghianda amara*.

Usus. Succedanea *Q. Roburis*, at ligno minus praestanti, ad doliarum laminas et ad productionem Potassae, ut plurimum inservit.

Obs. Folia mire ludunt sinubus et dentibus. Fructus inter folia delitescunt, et anno secundo proprium attingunt incrementum.

2202. *Esculus. L. Sp. Pl. p.* 1414. Cortice denso rimoso: foliis longiuscule pedunculatis obtuse sinnatis, lobatis pinnatifidisve, basi angustatis, tandem glabratis, segmentis acutis obtusisve: fructibus breviter pedunculatis solitariis spicatisve: nucibus ovoideo-tumidis, cupulis denuo saepe duplo longioribus, squamis arcte adpressis.

Q. Esculus *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 215.

In sylvis montium frequens. *Albano*, *Velletri*, *Terracina* etc.

Arbor. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Augusto, Septembri.

Vulgo. *Eschio*, *Ischio*, *Querce castagnala*.

Usus. Arbor mole ingens, cujus lignum in perpetuo duraturum, ad omnia domestica opera, et ad trabes praestantissimum. Folia sicca Bobus grata. Glandes a Suibus valde expetitae, et a montium incolis in cibum etiam receptae.

2203. sessiliflora. *Smith. Fl. Brit. t.* 3. *p.* 1026. Cortice cinereo parce rimoso: foliis deciduis petiolatis obovatis obtusis muticis sinnatis, basi constricta, hinc saepe brevioribus: fructibus sessilibus vel breviter pedunculatis solitariis congestisve: nucibus oblongis apice pubescentibus, maturitate cupula etiam duplo longioribus, squamis adpressis.

Q. sessiliflora *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 217.

β apennina. Spicis axillaribus longiusculis interruptis breviter pedunculatis.

Q. sessilifolia *β Bert. l. c. p.* 218.

In apenninorum Umbriae et Piceni sylvis species et varietas.

Arbor. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Augusto, Septembri.

Vulgo. *Roverella*.

2204. pubescens. *Willd. Sp. t.* 4. *p.* 450. Cortice parce rimoso: foliis deciduis petiolatis obovatis anguste sinuatis hinc saepe brevioribus, vernantibus tomentosis, adultis subtus pubescentibus vel glabratis, lobis obtusis angulatisve: fructibus subsessilibus solitariis, nonnullis glomeratis: nucibus parvis oblongis, cupula fere duplo longioribus, squamis adpressis.

Q. pubescens *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 219.

In sylvis montium subapenninorum. *M. Lucretile*.

Arbor. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Augusto, Septembri.

2205. *Robur.* *L. Sp. Pl.* 1414. Cortice rugoso robusto: foliis deciduis latis ovatis inferius angustatis, sinuatis obtuseque lobatis: fructibus, e pedunculis elongatis paucifloris, demum pendulis: nucibus oblongis, squamis arcte imbricatis, cupula cinero-tomentosa, duplo triploque maturitate longioribus.

Q. Robur. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 219. - Q. pedunculata *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 330. *n.* 1165.

β intermedia. Pedunculis fructiferis abbreviatis.

Q. Robur *Seb. et Maur. l. c. n.* 1164. (excluso Syn. Smith.) - Q. Robur β. *Bert. l. c. p.* 220.

In sylvis montium et planitierum praesertim mare versus. *Pigneto Sacchetti, Caffarella, Monte Mario* etc. species et varietas.

Arb. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Septembri.

Vulgo. *Farnia, Quercia, Cerqua.*

Usus. Pro *Q. Esculo* in oeconomiae usus adhibetur, at lignum minus firmum.

Obs. Cortices omnium Quercuum Tannino abundant ideo Tannatoribus utiles.

PLATANUS.

2206. *orientalis.* *L. Sp. Pl. p.* 1417. Ramis elongatis patulis: foliis 5-lobo-palmatis sinuato-laciniatis grosse dentatis: stipulis integriusculis.

P. orientalis *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 240.

Arb. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Augusto.

In viridariis ab antiquo colitur, at sponte quoque provenit. *Frascati.*

Vulgo. *Platano, Plantano orientale.*

JUGLANS.

2207. *regia.* *L. Sp. Pl. p.* 1415. Foliolis subnovenis ovalibus glabris subserratis subaequalibus: drupis globosis.

J. regia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 329. *n.* 1161.

Circa pagos in montanis.

Arb. Flor. Majo. Fruct. Augusto. Corollae albo-viridulae.

Vulgo. *Noce.*

Usus. Ligni praestantia sat nota. Caro fructus sub nomine *Malli nucis* agnoscitur in tinctorum utilitatem: semen edule, et oleo quo abundat lampades alimus; dum aetate concrescit, picturae perutile.

THELIGONUM.

2208. *Cynocrambe.* *L. Sp. Pl. p.* 1411. Caule procumbente: foliis ovatis.

T. Cynocrambe *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 239. *n.* 1159. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 204. - Cynocrambe alsinefolia *Barrel. Jc.* 335.

In umbrosis, sterilibus, saxosis vulgare.

Ann. Flor. Aprili. Flores ochroleuci.

CERATOPHYLLUM.

2209. DEMERSUM. *L. Sp. Pl. p.* 1409. Foliis in lacinas lineares filiformes dichotome divisis: nucibus ovalibus axillaribus sessilibus trispinosis, spinis duabus basilaribus patentibus, tertia longiore terminali obliqua.

C. demersum *Maur. Cent.* 13. *p.* 48. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 195.

In fossis et fluviis submersum, frequens in Tybere.

Perenn. Flor. aestate. Perigonium herbaceum, antherae albidae, striis sanguineis.

Vulgo. *Coda di Cavallo.*

CROZOPHORA.

2210. TINCTORIA. *Spr. Syst. Vep. t.* 3. *p.* 850. Tomento stellato incanescens. Foliis rombeo-ovatis apice breviter lobatis, basi integerrima, 2-glandulosis: capsularum tuberculis squama peltata terminatis.

C. tinctoria *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 278. - Croton tinctorium *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 332. *n.* 1174.

In ruderatis et arvis sterilibus. *Villa Pamfili, Porta Portese, Ponte Galera in copia.*

Ann. Flor. Julio, Augusto. Petala alba.

Vulgo. *Tornasole, Laccamuffa.*

Usus. Tinctores azurreum colorem e succo plantae eliciunt; carta hoc colore imbuta, ad alkalinas vel acidas substantias in liquidis detegendas, Chimicis utilis.

MONOECIA DICLYNIA MONODELPHIA.

PINUS.

2211. HALEPENSIS. *Willd. Sp. t.* 4. *p.* 496. Ramis patulis: foliis laete viridibus filiformibus breviusculis geminis, vagina subintegra: pedunculis deflexis: strobilis ovato-oblongis, squamis laevibus obtusis, umbone depresso, crista tenui: nucibus late alatis.

P. halepensis *Sang. Cent. tres p.* 132. *n.* 299. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 265.

Abundat in collibus siccis circa. *Terni, Narni* etc.

Arb. Flor. Aprili-Majo. Fruct. Octobri.

Vulgo. *Pino d'Aleppo, Pino di Gerusalemme.*

Obs. Totam oram Mediterraneam habitat: staturam *P. Pinistri* refert, at olia

tenniora et conis valde longiora. Cito accrescit, et in oeconomiae usus uti coeteros Pinos praestat.

2212. *Pinea*. *L. Sp. Pl. p.* 1419. Ramis fastigiatis : foliis glaucis geminis elongatis crassis, vagina fimbriata : pedunculis crassis erectis tandem recurvis : strobilis sobrotundo-ovatis , squamis crassis, umbone romboideo subpyramidato , costa obtusa: nucibus breviter alatis.

P. Pinea *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 165.

Ubique colitur sed etiam spontaneus praesertim in maritimis. *Ostia* etc.

Arbor excelsa. Flor. Aprili, Majo. Fruct. Octobri.

Vulgo. *Pigno*, *Pino da Pignoli*, *Pigno domestico.*

Usus. Semina uti nutrientia in tabe jam adhibita , nunc pluribus oeconomiae usibus reservata. Lignum prae caeteris pinis praestans ad opera aqua immersa, at praesertim ad naves.

2213. *Picea*. *L. Sp. Pl. p.* 1420. Ramis patentibus: foliis saturate viridibus solitariis disticis emarginatis, linea duplici alba, subtus notatis, sursum disticis: strobilis sùbcylindricis erectis, squamis obtusissimis arcte imbricatis, bractea parva spathulata apice lanceolato-aristata, munitis: nucibus exiguis, ala lata, duplo brevioribus.

P. Picea *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 270.

Occurrit in sylvis apenninorum Umbriae, et Piceni, et in subapenninorum Sabine. *Monte Virginio.*

Arbor. excelsa. Flor. Majo. Fruct. Octobri.

Vulgo. *Abete.*

Usus. Ligni Abietis praestantia atque usus ab antiquitus nota.

CUPRESSUS.

2214. *sempervirens*. *α L. Sp. Pl. p.* 1422. Elata. Cortice rubido-fusco : ramis erectis strictis conico-pyramidatis: foliis exiguis arcte quadriforiam imbricatis obtusis: strobilis subglobosis, squamis umbonatis muticis.

C. sempervirens *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 275.

Arbor. Flor. sub veris initio. Fruct. Augusto.

Vulgo. *Cipresso*, *Cipresso maschio.*

Usus. In medicina jam invaluit uti adstringens. Plantae praestantia in ligno est in aeternum duraturo , cariem nullimodo timente. Navium Antennae Cupresso ut plurimum fiunt.

2215. *horizontalis*. *Targ. Tozz. obs. Dec.* 3-5. *p.* 54. Elata cortice flave-

scente: ramis diffusis horizontalibus: foliis exiguis quadriforiam imbricatis obtusis: strobilis subglobosis, squamis umbonatis muticis.

C. horizontalis *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 277. - C. sempervirens β *L. Sp. Pl. p.* 1422.

In sylvis praesertim Piceni occurrit una cum praecedente.

Arbor. excelsa. Flor. cum praecedente.

Vulgo. *Cipresso femmina.*

Usus. Uti praecedens.

TYPHA.

2216. LATIFOLIA. *L. Sp. Pl. p.* 1377. Glauco-virens glabra. Foliis lato-linearibus planis, calamum florentem, superantibus : spicis cylindricis contiguis raro subremotis : filamentis anthera duplo triplove longioribus : floribus foemineis ebracteatis: stigmate obliquo, setis longiore.

T. latifolia *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 322. *n.* 1133. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 23.

In fossis et paludibus communis.

Perenn. Flor. Julio. Spica superne flava inferne fusca.

Vulgo. *Paglia da botti, Mazza sorda.*

2217. ANGUSTIFOLIA. *L. Sp. Pl. p.* 1377. (*exl. v.* β). Foliis anguste linearibus semicylindricis, calamum florentem, superantibus: spicis cylindricis remotis: filamentis anthera sesquilongioribus: stigmate lineari attenuato, setis multo longiore.

T. angustifolia. *Maur. Cent.* 13. *p.* 44. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 25.

In stagnis et rivulis. *Valle dell'Inferno, Ostia, Civitavecchia* etc.

Perenn. Flor. Julio. Spicae tandem fuscae.

2218. MINOR. *Smith. Engl. Flor. t.* 4. *p.* 73. Foliis linearibus canaliculatis caespitosis, a calamo florifero nudo inferne squamato, sejunctis: spicis cylindricis brevibus contiguis sejunctisve angustis , foemineis fructiferis crassis : filamentis anthera sesquilongioribus: stigmate lineari attenuato, setis multo longiore.

T. minor. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 26. - T. augustifolia β *L. Sp. Pl. p.* 1378.

In fossis et paludibus Piceni. *Porto d'Ascoli, di Fermo* etc.

Perenn. Flor. Majo-Junio. Spicae tandem castaneo-fuscae.

Obs. Folia Typharum uti folia Sparganiorum in oeconomia valent.

CLASS. XXII. DIOECIA.

Ord. 1. Pentandria.

518. VALLISNERIA. *L. Fl. mas.* Spadix multiflorus e scapo radicali brevissimo, spatha ovoidea trivalvi, tectus: flores parvi brevissime pedicellati: calyx 3–partitus: corolla minima tripartita, calyci alterna: stamina tria, antheris subglobosis 2–locularibus. *Fl. foem.* solitarius, spatha tubulosa apice 2–fida, obvolutus scapoque longissimo, in spiram contracto, impositus: calyx 3–partitus adhaerens: squamae tres bifidae calyci alternae corollam simulantes: ovarium inferum 1–loculare multiovulatum: stylus nullus: stigmata tria ovata bifida: bacca cylindrica limbo calycis coronata. Fecundationis tempore flores supernatant, masculi liberi, foeminei, pedunculo dextenso, adfixi: foecundatione peracta masculi pereunt, foeminei spiram contraunt et in fundo aquarum in fructus mutatur. Hydrocharideae DC.

519. HUMULUS. *L. Fl. masc.* paniculati perigonium sepaloideum, sepalis quinque oblongis patentibus : stamina quinque, filamentis brevissimis , antheris magnis oblongis 2–locularibus, poro dehiscentibus. *Fl. foem.* amentacei perigonium parvum calyciforme persistens in axilla squamae membranaceae majusculae : ovarium liberum : styli duo longissimi, stigmatibus simplicibus: nucula perigonio circumdata. Urticeae Juss.

520. CANNABIS. *L. Fl. masc.* paniculato-racemosi perigonium sepaloideum 5–partitum: stamina 5 e filamentis elongatis pendula, antheris 2–locularibus longitudinaliter dehiscentibus. *Fl. foem.* fasciculato–spicati, spicis bracteolatis: perigonium monophyllum longitudinaliter in latere apertum, ovarium involvens : stylus brevis: stigmata duo filiformia: nux 1-locularis 2-valvis, perigonio persistente, inclusa. Urticeae Juss.

521. SPINACIA. *L. Fl. masc.* glomerulato–spicati perigonium sepaloideum 4–5–partitum: stamina 4–5, filamentis elongatis, antheris ovatis 2-locularibus. *Fl. foem.* glomeruli axillares sessiles: perigonium 2–3–4–partitum, ovarium liberum: stylus brevissimus: stigmata 4 filiformia: nux in perigonium auctum inerme vel armatum, abscondita: seminum testa membranacea. Chenopodeae Vent.

522. PISTACIA. *L.* Flores racemosi vel paniculati. *Mas.* perigonium sepaloideum 5-partitum deciduum: antherae crassae tetragonae , filamento longiores

biloculares. *Foem.* perigonium 3–4–fidum deciduum: stylus brevissimus, stigmata 3–recurva: drupa carnosa vel subsicca, putamine solitario 4–sperno. Terebinthaceae Juss.

Ord. 2. Hexandria.

523. TAMUS *L. Flor. mas.* longe racemosi: perigonium petaloideum campanulatum, limbo 6–partito: stamina limbo breviora, antheris 2–locularibus. *Fl. foem.* solitarii, modo fasciculati: perigonii tubus ovario adhaerens limbo persistente: stylus crassus limbum aequans: stigmata tria reflexa: ovarium 3–loculare, loculis 2-spermis: semina superimposita. Dioscoreae R. Brow.

Ord. 3. Polyandria.

524. JUNIPERUS. *L. Fl. mas.* Squamae peltatae, superiores tantum floriferae, in amentum parvum ovoideum: antherae minimae 4–7–1–loculares margini inferiori squamarum adnatae. *Fl. foem.* amentum e squamis tribus carnosis connatis totidem flores solitarios erectos terminales liberos, sustinentibus: strobilus e squamis maturis incrassatis conferruminatis, ovaria, perigonio obvoluta, includens baccamque, ex apicibus squamarum, giberosam simulans: seminum testa ossea. Cupressineae Rich.

Dioecia–pentandria.

VALLISNERIA.

2220. spiralis. *L. Sp. Pl. p.* 1441. Foliis linearibus tenuiter nervoso–venosis apice serrulatis, nervis rectis, venis obliquis irregulariter granulatis.

V. spiralis *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 298.

In fossis et paludibus. *Sotto Sermoneta.*

Perenn. Flor. Julio. Flores albo–virides.

HUMULUS.

2221. Lupulus. *L. Sp. Pl. p.* 1457. Volubilis, asper. Foliis cordatis 3–5-lobis stipulatis.

H. Lupulus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 337. *n.* 1189. – *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 353. – Lupulus masc. et foem. *H. Rom. t.* 8. *tab.* 82.

In sepibus frequens.

Perenn. Flor. Julio. Flor. subvirides.

Vulgo *Lupari*.

Usus. Coni Lupulorum ad promovendam Cerevisiae fermentationem inserviunt: innovationes tenerae coctae edules: olim remedium in calculis.

CANNABIS.

2222. SATIVA. *L. Sp. Pl. p.* 1457. Intense viridis erecta. Foliis oppositis digitatis.

Ex india adlata ubique colitur, at circa pagas saepe spontanea.

Flor. Junio-Julio. Perigonia viridia.

SPINACIA.

2223. OLERACEA. α *L. Sp. Pl. p.* 1456. Pallide virens. Foliis triangularibus sagittatis vel runcinato-sagittatis, superioribus hastatis lanceolatisve integris vel laeviter sinuato-dentatis : perigoniis fructiferis compressis , cornubus 2-4 acutis robustis divergentibus, armatis.

S. oleracea. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 351.

In hortis late colitur, unde circa pagos spontanea.

Ann. Flor. Julio-Septembri. Perigonium viridulum.

Vulgo. *Spinaei.*

Usus. Herba culinaris notissima, in usu medico, uti laxativa, jam adhibita.

2223. GLABRA. *Mill. Dict. n.* 2. Laete virens. Foliis sagittatis triangulari-ovalibus vel ovali-oblongis, superioribus lanceolatis basi cuneatis: perigoniis fructiferis subgloboso-compressis tuberculatis.

S. oleracea β *L. Sp. Pl. p.* 1458.

In hortis colitur et circa pagos spontanea.

Ann. Flor. Junio-Septembri. Perigonium viridulum.

PISTACIA.

2224. TEREBINTHUS. *L. Sp. Pl. p.* 1455. Foliis impari-pinnatis, foliolis subseptenis ovato-lanceolatis acutis mucronatis, rachide nuda: floribus paniculatis.

P. Terebinthus *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 337. *n.* 1188. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 347.

In collibus praesertim maritimis frequens et in Amph. Flavio.

Fruct. vel Arbusc. Flor. Majo. Fruct. Augusto. Perigonium maris viride, foeminae albidum apice rubescens.

Vulgo. *Terebinto.*

Usus Terebenthina Cypri ex hac arbuscula exudat in insulis Archipelagi et praesertim in Chio: apud nos resina non manat. Folia coriariis praestant. Terebenthina balsamica et adstringens est, ideo plurimis in morbis perutilis.

2224. Lentiscus. *L. Sp. Pl. p.* 1435. Foliis abrupte pinnatis, foliolis octonis lanceolatis, rachide alata: floribus racemosis.

P. Lentiscus *Sebast. En. Pl. Amph. Flavii p.* 73. *n.* 177. - *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 337. *n.* 1187.

In collibus aridis et sylvaticis praesertim mare versus frequens, et in Amphiteatro Flavio.

Frut. vel Arbusc. Flor. Majo. Fruct. Augusto. Perigonium viridi-purpureum.

Vulgo. *Dentischio*, *Lentischio*.

Usus. In Archipelago resinam *Mastice* praebet, plurimis in morbis adhibendam. Apud nos resina non exudat, sed folia magna manu colligimus ad opus coriarium Ligno dentiscalpia (*stuzzicadenti*) etiam veteres teste Martiali conficiebant.

Dioecia Hexandria.

THAMUS.

2225. communis. *L. Sp. Pl. p.* 1458. Nitens, volubilis. Foliis cordato-ovatis acuminato-cuspidatis, indivisis, vel lobo utrinque rotundato.

Th. communis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 137. *n.* 1190. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 335. - Th. nemorosa flore minore luteo pallescenti *H. Rom. t.* 1. *p.* 59.

In sylvaticis obvia.

Perenn. Flor. Majo. Corolla pallide luteo-virens.

Vulgo. *Tamaro*, *Taffolo*, *Vite nera*.

Usus. Radix ad superficiales sanguinis congestiones dissipandas a vulgo adhibetur.

Dioecia Polyandria.

JUNIPERUS.

2226. communis. *L. Sp. Pl. p.* 1470. Caule fruticoso erecto tandem arborescente: foliis lineari-subulatis pungentibus verticillato-ternis patentissimis, supra canaliculatis, linea canaliculari albo-glauca, subtus carinatis: baccis ovatis pruinosis, folio duplo triplove brevioribus.

J. communis. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 339. *n.* 1197. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 378.

In montanis et in maritimis frequens.

Flor. Martio. Fruct. Augusto.

Vulgo *Ginepro*, *Ginebro.*

Usus. Infusum et Rhob baccarum Juniperi diureticum, ideo pluribus in morbis utile: lignum quoque jam eodem inoluit usu, sed nunc obsoletum.

2227. NANA. *Will. Arb. p.* 159. Caule humili frutescente, ramis numerosis divaricatis: foliis lanceolato-linearibus mucronato-pungentibus approximato-ternis incurvulis, supra canaliculatis albo-glaucis, subtus carinatis: baccis ovatis pruinosis folia subaequantibus.

J. nana. *Sang. Cent. tres p.* 131. *n.* 298. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 380.

In saxosis montanis et subalpinis Umbriae. *Vettore.*

Flor. Majo, Junio. Fruct. Augusto.

2228. *Oxycedrus. L. Sp. Pl. p.* 1471. Caule fruticoso tandem arboreo: foliis linearibus mucronato-pungentibus verticillato-ternis patentissimis supra bisulcatis, sulcis albicantibus, subtus carinatis: baccis globosis maturis nitidis, foliis subbrevioribus.

J. Oxycedrus. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 339. *n.* 1197. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 381.

In collibus et in maritimis arenosis. *Ostia*, *Fiumicino*, etc.

Arb. vel Fruct. Flor. Martio. Fruct. Augusto.

Vulgo *Ginepro rosso.*

2229. MACROCARPA. *Sibth. et Smith. Fl. Graec. Prod. t.* 2. *p.* 163. Caule fruticoso tandem arborescente: foliis lanceolato-linearibus, mucronato-pungentibus verticillato-ternis patentissimis, supra bisulcatis, subtus acute carinatis: baccis ovatis globosisve pruinosis folium aequantibus, modo superantibus.

In sylvis montanis et maritimis.

Flor. Majo. Fruct. Augusto.

2230. PHOENICIA. *L. Sp. Pl. p.* 1471. Caule fruticoso quandoque arborescente valde ramoso, ramis diffusis: foliis brevibus quadrifariis rombeo-ovatis adpresse imbricatis dorso foveolatis: baccis globosis ovalibusve obtusis rufo-rubris opacis.

J. phoenicia. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 384. - J. Sabina. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 339. *n.* 1198.

In maritimis vulgaris. *Ostia*, *Fiumicino* etc.

Flor. Martio. Fruct. Augusto.

2231. LYCIA. *L. Sp. Pl. p.* 1471. Caule fruticoso valde ramoso, ramis erectis: foliis brevissimis quadrifariis ovatis amplexantibus, dorso foveolatis, adpresse imbricatis baccis globosis, rarius ovalibus, rufo-fuscis lucidis.

In montanis et maritimis non infrequens.

Flor. Martio. Fruct. Augusto.

Obs. Auctoritate Clarissimi Rehichembachii speciem ammitto cum rami conferetiores et erecti, folia forma reapse diversa, breviora, amplexantia, fructus majores.

2232. SABINA. *L. Sp. Pl. p.* 1472. Caule fruticoso vel arborescente, ramis numerosis patentibus: foliis rombeis acutis quadrifariis, superioribus arcte imbricatis, inferioribus longioribus apice acuminato-mucronatis patulis: baccis globosis ovalibusve nigro-coesiis, pedunculo recurvo pendulis.

J. Sabina. *Sang. Cent. tres p.* 131. *n.* 297. *α β* - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 387.

In elatis apenninis Umbrae ad rupes.

Flor. Aprili-Majo. Fruct. Septembri.

Vulgo. *Sabina. Savina.*

Usus. Planta odore nauseoso penetrante; fama emenagogae diureticae, anthelminticae ab antiquitus celebrata. Abortum ejere quoque putarunt, qua in re, baccae magis valentes autumarunt.

CLASS. XXIII. POLIGAMIA.

525. PARIETARIA *L.* Flores polygamo-monoici in glomerulis sessilibus, involucro communi cinti. *Fl. hermaph.* Perigonium sepaloideum liberum monophyllum persistens, in floribus sterilibus 4-fidum tandem patens, in fertilibus 3-4-dentatum post anthesim elongatum, dentibus conniventibus: stamina 4 filamentis incurvis elástice assurgentia, antheris didymis basi disjunctis: ovarium solitarium: stylus teres: stigma capitato-pennicillatum: nucula nitida cum perigonio decidens. URTICEAE JUSS.

526. ATRIPLEX *L.* Flores polygamo-monoici glomerulati, glomerulis solitariis axillaribus vel spicatis. *Fl. herm.* Perigonium persistens aequaliter 3-5-partitum, partibus concavis: stamina 3-5, filamentis subulatis, antheris 2-locularibus, ovarium saepius abortivum: styli duo: stigmata simplicia. *Fl. foem.* Perigonium 2-lobum vel 3-sepalum, lobis aut sepalis parallelis triangularibus, vel ovatis dentatis integrisve tuberculatis maturitate auctis: utriculus compressus perigonio tectus: seminis testa crustacea vel membranacea. CHENOPODIACEAE RICH.

PARIETARIA.

2233. ERECTA. *M. et K. Dtsch. Fl. t.* 1. *p.* 825. Pubescens. Caulibus erectis simplicibus: foliis alternis petiolatis oblongo-ovatis basi apiceque acuminatis 3-plinerviis pellucido-punctatis: cymis axillaribus geminis 2-fidis multifloris: bracteis sessilibus floribus brevioribus: florum hermaphroditorum perigoniis campanulatis longitudine staminum.

P. officinalis ex parte. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 327. *n.* 1151. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 212. - *H. Rom. t.* 8. *tab.* 56.

In muris maceriis, viis vulgare.

Perenn. Flor. fere toto anno. Perigonia albida.

Vulgo. *Palatana*, *Parietaria*, *Erba vetraria.*

Usus. Mucillagine qua gaudet et abundantia nitratis Potassae inter diuretica enumeratur; in calculo, tabe, stranguria laudabilis. Folia mirifice vasa vitrea poliunt; ad pulices, et curculiones a domibus et horreis eliminandis apta.

2234. DIFFUSA. *M. et K. Dtsch. Fl. t.* 1. *p.* 827. Villosa. Caulibus prostratis diffusis ramosis: foliis alternis ovatis 3-plinerviis pellucido-punctatis basi apiceque parum contractis: cymis axillaribus geminis bifidis paucifloris: bracteis decurrentibus floribus brevioribus: florum hermaphroditorum perigoniis denique elongatis, staminibus duplo longioribus.

P. officinalis ex parte. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 327. *n.* 1151. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 212.

Ad muros cum precedente.

Perenn. Flor. Vere, et Autumno.

Vulgo indiscriminatim. *Palatana* etc.

2235. CRETICA. *L. Sp. Pl. p.* 1492. Hirsuta. Caule prostrato, ramis diffusis: foliis ovatis apice parum contractis obtusis secus basim triplinerviis pellucido-punctatis: cymis sub-6-floris geminis axillaribus, petioli longitudine: bracteis partitis, duabus subduplo latioribus longioribusque obovatis: perigoniis fructiferis post anthesim accretis, dentibus acutis suberectis.

P. cretica *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 622.

Ad muros et sepes. *Via di S. Vitale.*

Perenn. Flor. Junio. Perigonium albidum.

Obs. Folia parva at majora quam in P. *lusitanica* brevius petiolata, caulis robustior.

2236. LUSITANICA. *L. Sp. Pl. p.* 1492. Hirsutiuscula. Caule tenui prostrato ramoso: foliis ovalibus basi apiceque contractis inferius trinerviis pellucido-pun-

ctatis ciliatis: cymis solitariis axillaribus subtrifloris, petiolis duplo brevioribus, bracteis digitatis segmentis lanceolàto-linearibus : perigoniis campanulatis post anthesim immutatis.

P. lusitanica. *Maur. Cent.* 13. *p.* 47. - *Bert. Fl. It. t.* 2. *p.* 214.

Ad muros vetustos et in fissuris lapidis tibuntini non infrequens circa Romam.

Perenn. Flor. a Februario ad Junium. Perigonium albidum.

ATRIPLEX.

2237. PORTULACOIDES. *L. Sp. Pl. p.* 1493. Farinoso-argentea. Caule procumbente, ramis adscendentibus: foliis oppositis breviter petiolatis ovali-oblongis vel oblongo-lanceolatis obtusis integris: spicis interruptis axillaribus terminalibusque: perigoniis fructiferis trilobis, faciebus muricatis.

A. portulacoides *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 107. *n.* 315. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 410.

In maritimis et salsis. *Ostia Fiumicino*; abunde *alle Saline d' Ostia.*

Frut. Flor. Julio-Augusto. Perigonium viridi-luteulum.

Vulgo. *Porcacchia marina.*

Usus. Folia in aceto servantur uti folia *Crithmi maritimi.*

2238. ROSEA. *L. Sp. Pl. p.* 1493. Albo-farinosa. Caule ramosissimo erecto vel adscendente, ramis divaricatis: foliis divaricatis alternis rombeis superiori bus ovatis, omnibus inaequaliter acute dentatis: perigoniis fructiferis romboideis superne denticulatis, dente terminali majore, faciebus tuberculatis vel nudis.

A. rosea. *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 412.

In maritimis praesertim Adriatici. *Littorale di Fermo*, *Grotteamare* etc.

Ann. Flor. Julio-Septembri. Perigonium barbaceum.

2239. HASTATA. *L. Sp. Pl. p.* 1494. Pallide virens, tuberculato-farinosa. Caule diffuso, ramis elongatis: foliis oppositis alternisve hastatis, basi truncatis, superioribus attenuatis integris vel leviter sinuato-dentatis : spicis axillaribus terminalibusque. perigoniis fructiferis rombeo-triangularibus basi fere truncatis, marginibus integris vel leviter dentatis, faciebus tuberculatis.

γ salina, Dense tuberculato-farinosa: foliis crassiusculis, spicis densis.

In cultis et marginibus viarum, γ in maritimis et salsis. *Ostia Fiumicino*, *Terracina* etc.

Ann. Flor. Septembri, Octobri. Perigonium viride.

2240. PATULA. *L. Sp. Pl. p.* 1494. Glabra laete virens. Caule saepius erecto, ramis patulis: foliis longe petiolatis oppositis alternisve late-asthato-triangulis parce

dentatis, basi truncatis: spicis terminalibus subinterruptis: perigoniis romboideis trisectis, segmento medio integro, lateralibus subdentatis, faciebus tuberculatis nudisve.

A. patula. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 107. *n.* 317. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 418.

In hortis, marginibus herbosis Romae et in maritimis.

Ann. Flor. Augusto-Octobri. Perigonium viride.

2241. ANGUSTIFOLIA. *Smith. Engl. Fl. t.* 4. *p.* 358. Caule adscendente, ramis elongatis patentissimis: foliis anguste hastato-lanceolatis subintegris basi cuneatis, superioribus lanceolatis integerrimis: spicis laxe glomerulatis: perigoniis fructiferis romboidalibus tricuspidatis, faciebus tuberculatis nudisve.

A. Angustifolia. *Seb. et Maur. Fl. Rom. Prod. p.* 107. *n.* 315. - *Bert. Fl. It. t.* 10. *p.* 420.

In ruderatis et incultis vulgaris.

Ann. Flor. aestate. Perigonium viride.

CLASS. XXIV. CRYPTOGAMIA

ORD. 1. FRUCTIFICATIO TERMINALIS–EQUISETI.

527. EQUISETUM *L.* Amentum terminale: squamae peltatae angulatae verticillatim approximatae (*clavi*), supra nudae, subtus sporangiferae: sporangia 4-7 in orbem disposita longitudinaliter dehiscentia: sparae glabrae numerosissimae liberae, apendicibus filiformibus apice spathulatis, donatae: filamenta alternatim humiditate circa sporas contorta, siccitate elastice distensa. EQUISETACEAE DC.

ORD. 2. FRUCTIFICATIO AD BASIM FOLIORUM AUT PETIOLORUM VEL INTER FIBRAS RADICALES–MARSILEAE.

528. MARSILEA. *L. Sp. Pl. p.* 1183. Fructificatio pedicellata ad basim petiolorum: conceptacula ovalia vel subglobosa solitaria vel subterna coriacea bivalvia bilocularia, loculis transversim seriate locellatis in pedicello subtrifido: sporangia majora minoribus mixta, locellis inserta super lineas elevatas parallelas: majora spora unica ovali-oblonga, minora sporulis minutissimis copiosis repleta.

529. PILULARIA *L.* Fructificatio ad foliorum basim. Conceptacula solitaria globosa coriacea brevissime pedunculata quadrilocularia, apice tandem dentibus quatuor dehiscentia: sporangia suturis valvarum inserta: inferiora in quoque loculo, sporam unicam medio constrictam, exibentia, superiora sporulas copiosas minutissimas.

530. SALVINIA *Mich.* Fructificatio inter fibras radicales, e ramo brevi aphyllo inferius descendente. Conceptacula glomerata membranacea 4-8 unilocularia indehiscentia: sporangia difformia e basi interna conceptaculi carpophoro, pro sporis in ramos soluto, adpensa, majora ovoidea monospora, minora numerosissima sphaerica mucillagine tantum repleta.

531. ISOETES *L.* Fructificatio in basi dilatato-concava foliorum. Sporangia membranacea ovalia vel subrotunda indehiscentia uniformia sed magnitudinis diversae, filamentis quoque versu radiantibus percursa; majora tuberculata in basi foliorum exteriorum, minora laevia in basi interiorum, omnia membrana semilunari e folio assurgente tecta, apiceque squamula cordata suffulta: sporae majores numerosae in hemisphaeriis duobus anulo partitae, costisque tribus ab anulo superius elevatis, apice convergentibus, notatae; minores numerosissimae granulos minimos farinae referentes. Membrana conceptaculi ex integro sejungi potest in sporis immaturis, in maturis sponte secedit in frustulis.

Ord. 3. Fructificatio axillaris–Licopodia.

532. LYCOPODIUM *L. ex parte.* Fructificationes sessiles vel brevissime pedicellatae. Sporangia conformia subrotunda, reniformia, vel transverse ovalia, rima transversali dehiscentia: sporae tenuissimae pulverulentae globulosae in corpuscula trigona quaternatim coerentia.

533. SELAGINELLA *Spring. Apud Doell.* Fructificationes sessiles vel brevissime pedicellatae. Sporangia subrotunda vel remiformia, rima transversali dehiscentia, difformia; majora 3-4-valvia, sporis 3-4, costis tribus exilibus apice conniventibus, notata; minora reniformia vel subrotunda muriculata, sporulis tenuiter pulverulentis in corpuscula trigona quaternatim coerentia.

ORD. 4. FRUCTIFICATIO IN FONDE DORSALIS, QUANDOQUE TERMINALIS-FILICES.

SUBOR. 1. *Conceptacula unilocularia anulo destituta valvis dehiscentia.* OPHIOGLOSSEAE HOOK.

534. OPHIOGLOSSUM *L.* Spica terminalis gracilis immatura nodoso-articulata, matura emarginato-dentata: sporangia ad invicem distica, in valvas binas, dehiscentia.

535. BOTRYCHIUM *Swartz.* Spica composita subpaniculata: conceptacula globulosa libera distice disposita in valvas binas dehiscentia.

SUBOR. 2. *Conceptacula anulo destituta longitudinaliter dehiscentia.* OSMUNDACEAE HOOK.

536. OSMUNDA *L. ex parte.* Spica terminalis composita. Sparangia subglobosa pedicellata venoso-reticulata, dorso gibere parvo (*anulo incompleto*) donata, unilocularia ab apice ad basim dehiscentia.

SUBOR. 3. *Conceptacula anulo elastico cinta transversaliter, et irregulariter dehiscentia.* POLYPODIACEAE HOOK.

---

* *Polypodiaceae nudae Koch.*

537. CETERACH *Bauh.* Sori in dorso frondis lineares aut oblongi sparsi vel regulariter dispositi: sporangia parva numerosa, squamis scariosis, interposita.

538. POLYPODIUM *L. ex parte.* Sori in dorso frondis rotundi sparsi, vel regulariter dispositi: sporangia numerosa congesta.

539. GRAMMITIS *Swartz.* Sori irregulares in dorso frondis: sporangia globosa sparsa, vel totum dorsum inordinatim tegentia.

** *Palypodiaceae indusiatae Koch.*

540. ASPIDIUM *R. Brown.* Sori in dorso frondis subrotundi seriati vel sparsi: indusium membranaceum orbiculare peltato-umbilicatum, stipitulo centrali, adfixum, toto margine liberum: sporangia numerosa approximata.

541. POLISTICUM *Roth.* Sori in dorso frondis subrotundi seriati vel sparsi: indusium membranaceum subrotundum centro adfixum, plica a centro ad periferiam vergente, subreniforme apparens: sparangia numerosa approximata.

542. ANTHYRIUM *Roth.* Sori semilunati in dorso pinnularum frondis biseriati, initio distincti, tandem saepe confluentes: indusium semilunatum margini externo adnatum ex interiore dehiscens, margine fimbriato: sporangia globulosa

543. CYSTOPTERIS *Bernard.* Sori in dorso frondis subrotundi sparsi vel seriati: indusium membranaceum reniforme vel lanceolatum, denticulatum vel laciniatum, puncto marginali tandem adfixum, ab apice corrugatum denuo deciduum: sporangia congesta.

544. ASPLENIUM *L. ex parte.* Sori in dorso frondis lineares aut ovales sparsi et solitarii: indusium margini externo adnatum, interno liberum, tandem revolutum: sporangia minima globulosa.

545. SCOLOPENDRIUM *Smith.* Sori in dorso frondis lineares parallele obliqui: indusium membranaceum centro longitudinaliter adapertum, soros utrinque cingens: sporangia minuta numerosa conferta.

546. BLECHNUM *L.* Sori in dorso frondis ex utroque latere nervi medii parallele positi lineares recti elongati continui: indusium membranaceum distans a margine, ex interiore ab utraque serie dehiscens, sporangia minuta numerosa conferta.

547. PTERIS *L. ex parte.* Sori dorsales lineares recti continui in utroque margine pinnularum costae parallelis: indusium membranaceum marginale ex interiora dehiscens: sporangia minuta.

548. ADIANTHUM *L.* Sori rotundi oblongi lineares indusio adnati: indusium membranaceum tandem scariosum apice vel in latus e frondis margine ortum et cum ipso frondis margine continuatum, ab interiora dehiscens.

Cryptogomia–equiseti.

EQUISETUM.

2242. arvense. *L. Sp. Pl. p.* 1513. Caulibus fertilibus praecocioribus simplicibus profunde sulcatis, vaginis turbinato-tubulosis laxis, in dentes 8 scariosos acutos, profunde divisis; caulibus sterilibus serioribus verticillato-ramosis, ramis 4-angularibus scabris, vaginis 4–dentatis: spica obtusa.

E. arvense *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 7.

In humidis sylvarum, vinearum, ad margines canalium non rarum.

Perenn. Fruct. Aprili, Majo. Peltae extus fuscae, caulis viridis.

Vulgo. *Coda di Cavallo, Rasparella.*

Usus. Inter diuretica olim enumerata, et in tecnicis ad opera lignea tornata, vel caelata polienda.

2243. Thelmalteja. *Ehrh. Beitr. t.* 2. *p.* 159. Caulibus fertilibus praecocioribus simplicibus, vaginis magnis obconico–truncatis scariosis, dentibus 20–30 subulato-setaceis: caulibus sterilibus elatis verticillato-ramosis: ramis exilibus numerosis simplicibus 8–angulatis, vaginulis brevibus 4–5–dentatis: spica grandi obtusa.

E. fluviatile *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 9.

In humidis et ad margines fossarum commune.

Perenn. Fruct. Aprili. Spica alba, peltis extus atro-rubentibus: caulis fertilis rubens, sterilis heburneus, ramis viridibus.

Vulgo. *Coda di Cavallò.*

2244. palustre. *L. Sp. Pl. p.* 1516. Caulibus fertilibus sterilibusque conformibus laeviusculis erectis superius ramosis profunde 6-8 sulcatis: vaginis turbinatis 6-8-dentatis, dentibus, lato margine membranaceo, lanceolatis: ramis tetragonis, vaginulis 4-dentatis: spica parva obtusa.

E. palustre *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 11.

In udis argillosis etiam circa Urbem.

Perenn. Fruct. Majo-Junio. Peltae extus purpureae caulis virens.

2245. limosum. *L. Sp. Pl. p.* 1517. Caulibus fertilibus sterilibusque conformibus laevibus erectis flaccidis nudis vel superius ramosis 10-20-striatis, vaginis cylindricis adpressis apice laxiusculis 10-20-dentatis, dentibus, augusto margine membranaceo, lanceolato-subulatis: ramis irregularibus 5-6-angulatis: vaginulis 5–8–dentatis: spica ovali obtusa.

E. limosum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 14.

In inundatis ad fossas.

Perenn. Fruct. aetate. Peltae rufo-fuscae, caulis virens.

2246. RAMOSUM. *Schleicher Cat. Pl. Helv.* 1807. *p.* 27. Caulibus fertilibus sterilibusque conformibus scabris erectis saepius ramosis 8–15–sulcatis: vaginis cylindraceis laxis, costis convexis 6–8–dentatis, dentibus membranaceo–marginatis, lanceolato-subulatis obscure striatis diu persistentibus: ramis solitariis vel 2-9-verticillatis profunde 4-sulcatis, vaginulis turbinatis sub-4-dentatis: spica ovali acuminata.

E. ramosum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 13.

In arenosis umidis. *Monte Mario presso Villa Mellini.*

Perenn. Fruct. Majo-Julio. Peltae extus castaneo-rubrae, caulis glauco-virens.

2247. HYEMALE. *L. Sp. Pl. p.* 1517. Caulibus fertilibus sterilibusque conformibus erectis simplicibus vel basi parce ramosis, costis 14-20 scaberrimis: vaginis cylindricis multicostatis, costis planis, dentibus patulis subrotundis, acumine lanceolato membranaceo cito deciduo, terminatis: vaginulis ramorum 6-8-costatis: spica ovata acuta.

E. hyemale *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 2. *p.* 15.

In inundalis praesertim cretaceis frequens.

Perenn. Fruct. aestate. Spica castaneo–nigrigans, caulis intense viridi–glaucescens.

Vulgo. *Rasparella.*

Usus. Ad polienda vasa vitrea, terrea lapidea optima, item ad opera ligna, vel metallica laeviganda.

2248. VARIEGATUM. *Schleicher Cat. Pl. Helv.* 1807. *p.* 27. Caulibus fertilibus sterilibusque conformibus simplicibus caespitosis 6-8-costatis, costis asperis: vaginis cylindricis brevibus apice latioribus, costis convexis 6-8, in dentibus, acumine plano membranaceo-scarioso tandem deciduo, continuatis: acuminibus dentibusque 4–striatis, striis tandem evanidis, in costis continuatis: spica brevi apiculata.

E. variegatum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 16.

In solo argilloso. *Monte Mario, via della Cammilletta.*

Perenn. Fruct. Majo–Junio. Spiculae nigricantes, caulis pallide virens.

Cryptogamia–Marsileae.

MARSILEA.

2249. *quadrifolia.* *L. Sp. Pl. p.* 1182. *ex part.* Frondibus longe petiolatis, limbo quadripartito, partibus obovato-cuneatis glabris integerrimis.

M. quadrifolia *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 120.

In canalibus et fossis lente fluentibus. *Canali pontini.*

Perenn. Fruct. Julio–Augusto.

PILULARIA.

2250. *globuliflera.* *L. Sp. Pl. p.* 1183. Frondibus alternis lineari-subulatis in laminis minime expansis: sporangia pisi magnitudine.

P. globulifera *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 117.

In paludosis. *Maccarese, Civitavecchia.*

Perenn. Fruct. aestate, et autumno.

SALVINIA.

2251. *natans.* *Hoffm. Deutschl. Fl. t.* 2. *p.* 4. Frondibus pinnatis, pinnis lato-ellipticis obtusis supra stellato-hispidulis subtus longe fasciculato-pilosis: sporangiis fasciculatis.

S. natans *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 119.

In aquis lentis. *Civitavecchia, Ostia, Maccarese* etc.

Perenn. Flor. aestate in autumnum.

ISOETES.

2252. *lacustris.* *L. Sp. Pl. p.* 1563. Frondibus caespitosis crassiusculis longe acuminatis crebre venulosis: ligula ovata parva: sporangia marginato-spinellosa.

I. lacustris *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 115.

In palustribus circa Centumcellas.

Perenn. Fruct. Junio-Julio.

Cryptogamia-Lycopodia.

LYCOPODIUM.

2253. *clavatum.* *L. Sp. Pl. p.* 1564. Caule late repente, ramis fructiferis adscendentibus, foliis sparsis dense vestito: foliis lineari–lanceolatis acuminatis piloque longo denticulato terminatis: spicis terminalibus cylindricis, pedunculo communi, bracteis late ovatis, apice cuspidato–denticulato, abscondito.

L. clavatum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 18.

In sylvaticis Latii, Umbriae et Piceni. *Albano*, *Monte de' Fiori* etc.

Perenn. Fruct. Julio-Augusto.

Vulgo. *Licopodio.*

Usus. In medicina jam invaluit; facile urit, unde ad fulgura artificialia in pyrotecnica adhibetur.

SELAGINELLA.

2254. DENTICULATA. *Gren. et God. Fl. de Franc. t.* 3. *p.* 656. Caule caespitoso radicante, ramis adscendentibus applanatis: foliis tetrastichis late ovatis margine tenuiter denticulatis, seriebus externis majoribus divaricato-patentibus, internis minoribus cauli adpressis: spica solitaria sessili: bracteis inferioribus foliis conformibus, superioribus acuminatis.

Lycopodium denticulatum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 26.

Super saxa et arbores communis etiam prope Romam. *Valle dell' Inferno.*

Perenn. Fruct. Majo-Junio.

2255. HELVETICA. *Spring. apud Doell. Rhein. Fl. p.* 38. Caule caespitoso radicante, ramis adscendentibus applanatis: foliis ovatis, margine tenuissime denticulatis (subvitro) tetrastichis, seriebus externis majoribus divaricato-patentibus, internis minoribus cauli adpressis: spica elongata simplici vel bifida longe pedunculata: foliis pedunculi parvis erectis: bracteis ovato-acutis.

Lycopodium helveticum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 25.

In sylvis ad arbores vetustas. *Macchia della Fajola.*

Perenn. Fruct. Julio-Augusto.

Cryptogamia-Filices.

OPHIOGLOSSUM.

2256. VULGATUM. *L. Sp. Pl. p.* 1518. Fronde basi squamata superius bipartita, parte sterili ovata vel oblonga integra basi breviter decurrente, fertili lineari-elongata, spica solitaria bifidaque.

O. vulgatum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 28.

In umbrosis sylvarum. *Macchie di Marino.*

Perenn. Fruct. Aprili-Junio.

Vulgo. *Lingua di serpe.*

2257. LUSITANICUM. *L. Sp. Pl. p.* 1518. Fronde basi squamata superius bi-

partita, parte sterili lanceolata inferius cuneato-attenuata, fertili lineari: spica solitaria.

O. lusitanicum *Bert. Fl. It. Crypt, t.* 1. *p.* 29.

Inter saxa in siccis. *Sul Testaccio in copia.*

Perenn. Fruct. Decembri ad Februarium. Planta pusilla.

BOTRYCHIUM.

2258. *Lunaria. Swartz in Schrad. Journ. t.* 2. *p.* 110. Fronde basi squamis obsita, superius 2-partita, parte sterili pinnatisecta, segmentis lunato-reniformibus vel subromboideis integris incisisve, fertili superius pinnato-partita, segmentis incisis.

B. Lunaria *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 30.

In apenninis Umbriae, et Piceni *Monti de' Fiori, Sibilla, Capo d'acqua* etc.

Perenn. Fruct. Junio-Augusto.

Vulgo. *Lunaria minore, Erba lunaria.*

OSMUNDA.

2259. *regalis. L. Sp. Pl. p.* 1521. Intense, et laete viridis. Frondibus caespitosis grandibus bipinnatisectis, pinnulis inferioribus sterilibus lanceolatis basi oblique truncatis subintegris, terminalibus linearibus fructiferis, spicas paniculatas simulantibus: stipite hinc canaliculato: soris densis alternis.

O. regalis *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 32.

Ad ripas canalium in Pontinis.

Perenn. Fruct. Majo-Junio.

Vulgo. *Osmunda, Felce florida.*

Obs. Planta orgyalis: gigas filicum indigenarum.

CETERACH.

2260. *officinarum. Willd. Sp. t.* 5. *p.* 136. Frondibus caespitosis lanceolatis cartilagineo-crassis pinnati-partitis, pinnis alternis ovatis oblongisve obtusis: paleis densis lucidis irregulariter denticulatis.

C. officinarum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 37.

In montibus calcareis frequens, et in maceriis. *Tivoli, Albano, Monte Lucretile* etc.

Perenn. Fruct. toto anno.

Vulgo. *Cetracca, Erba dorata.*

Usus. Jam in hydrope et obstructionibus, nunc fere oblita.

POLYPODIUM.

2261. *vulgare. L. Sp. Pl. p.* 1544. Viridi-pallescens. Frondibus sejunctis

ovato-lanceolatis vel lanceolatis pinnato-partitis, pinnis lineari-oblongis subserrulatis: soris in quaque pinna biseriatis: stipite longo glabro.

P. vulgare *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 41.

β serrulatum. Pinnis lanceolato-acutis serratis.

P. vulgare β *Bert. l. c.*

In muris vetustis, radicibus arborum annosarum etc. communis, β in Amph. Flavio.

Perenn. Fruct. a vere in aestatem.

Vulgo. *Polipodio, Polipodio quercino.*

Usus. In materia medica inter resolventia enumeratur, praesertim in colica, et artritide.

2262. Dryopteris. *L. Sp. Pl. p.* 1555. Laete et intense virens. Frondibus sejunctis deltoideis superne simpliciter, inferne bipinnatis, pinnis inferioribus longiuscule stipitatis, pinnulis basi liberis: pinnularum segmentis oblongis obtusis subcrenatis: soris in quoque segmento biseriatis: stipite longo inferius parce squamato.

P. Dryopteris *Bert. Fl. It. Crypt.* t. 1. *p.* 46.

β calcareum Gren. et God. Fronde minutissime glandulosa.

In fessuris rupium, muris et radicibus arborum in Umbria, et Piceno, β in montibus Latii. *La Riccia.*

Perenn. Fruct. Junio-Julio.

GRAMMITIS.

2263. letophylla. *Swart. Syn. Fil. p.* 23. Pusilla, flavo-virens. Frondibus caespitosis inaequaliter stipitatis ovali-oblongis bipinnatis, pinnis flabellato-cuneatis inciso-dentatis, in frondibus brevioribus latioribus: stipite purpureo glabro: sporangiis viridibus, tandem nigricantibus.

G. leptophylla *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 40.

In muris et saxis humidis. *Alla Tolfa*, et prope Romam. *Cafarella*, *Tor di Quinto sotto la rupe* etc.

Ann. Fruct. Martio ad Junium. Plantula elegantissima.

ASPIDIUM.

2264. Lonchitis. *Swartz. Syn. Fil. p.* 43. Fusco-virens. Frondibus caespitosis coriaceis lanceolatis utrinque attenuatis pinnatis, pinnis alternis brevissime petiolatis lanceolato-falcatis, basi superne acute auriculatis inferne oblique truncatis, toto margine dentato-denticulatis, dentibus spinulosis: stipite brevi rachideque paleaceis.

A. Lonchitis *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 49.

In apenninis Umbriae et Piceni frequens.

Perenn. Fruct. Junio–Augusto.

2265. ACULEATUM. *Swartz. Syn. Fil. p.* 53. Laete et intense virens. Frondibus caespitosis subcoriaceis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis bipinnatis, pinnis lanceolato-acuminatis, pinnulis alternis brevissime petiolulatis ovalibus basi superius auriculatis, irregulariter dentatis, dentibus majoribus spinulosis: stipite brevi, rachidibusque paleaceis.

A. aculeatum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 54.

In sylvaticis apenninorum Umbriae et Piceni, subapenninorum et etiam prope Romam.

Perenn. Fruct. Junio-Augusto.

POLYSTRICUM.

2266. THELIPTERIS. *Roth. Tent. Fl. Germ. t.* 3. *p.* 77. Obscure virens glabrum. Frondibus sejunctis longe stipitatis oblongo-lanceolatis pinnatifidis, pinnis lineari–lanceolatis pinnato–partitis, pinnulis subfalcatis oblongis quandoque acutatis integerrimis, fructiferis revolutis: soris in disco pinnularum denique confluentibus: rhizomate repente.

Aspidium Thelipteris *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 52.

In uliginosis ad fossas. *Ostia*, *Fiumicino*.

Perenn. Fruct. Julio–Augusto.

2267. FILIS-MAS. *Roth. Tent. Fl. Germ. t.* 3. *p.* 77. Laete et intense virens. Frondibus grandibus caespitosis elliptico-oblongis pinnatis, pinnis alternis oblongo-lanceolatis pinnato-partitis, pinnulis oblongis obtusis subconfluentibus crenato-dentatis, dentibus muticis: soris ultra medium a basi biseriatis: stipite brevi rachidibusque paleaceis, paleis descendendo confertioribus.

Aspidium Filix-mas *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 56.

In saxosis Apenninorum et subapenninorum. *Monti Pizzo*, *Lucretile* etc.

Perenn. Fruct. Junio–Augusto.

Vulgo, et in officinis. *Felce maschio.*

Usus. In taenia summopere laudata et hucusque communiter adhibita.

2268. CRISTATUM. *Roth. Tent. Fl. Germ. t.* 3. *p.* 8. Tetro–virens. Frondibus caespitosis elongato–lanceolatis, basi latitudine exquisite decrescentibus, pinnatisectis, pinnis medianis ovato-lanceolatis, inferioribus triangularibus, omnibus pinnati-lobis, pinnulis oblongis obtusis confluentibus muticis vel spinuloso-dentatis:

soris irregulariter biseriatis: stipite brevi paleaceo, paleis latiusculis, in rachide minoribus paucis.

Aspidium Filix-mas β. *Bert. Fl. It. Cypt. t.* 1. *p.* 57.

In Umbriae et Piceni montibus aridis. *Monte Valubrio.*

Perenn. Fructif. Junio-Augusto.

2269. SPINULOSUM DC. *Fl. Fr. t.* 2. *p.* 561. Obscure virens. Frondibus sejunctis ovatis oblongisve bi-tripinnatisectis, pinnis triangulari-lanceolatis, inferioribus, mediis subbrevioribus, pinnulis pinnatifidis vel pinnatisectis lobatis oblongis obtusis dentatis, superioribus confluentibus, dentibus cuspidato-muricatis: soris subbiseriatis: stiptte rachidibusque paleaceis.

Aspidium dilatatum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 59.

In Apenninis Umbriae. *Alla Sibilla nel salire.*

Perenn. Fructif. Julio-Augusto

2270 RIGIDUM DC. *Fl. Fr. t.* 2. *p.* 560. Intense virens. Frondibus sejunctis oblongo-lanceolatis bipinnatisectis subtus glandulosis, pinnis lanceolatis pinnato-partitis, pinnulis ovatis oblongisve superne denticulatis, dentibus acutis mucronulatis: soris biseriatis: stipite brevi rachidibusque paleaceis, paleis in basi stipitis confertissimis.

Aspidium rigidum *Bert. Fl. It. Crypt. p.* 61.

In Apennino Piceni. *Monte Priore.*

Perenn. Fructif. Junio-Augusto

CYSTOPTERIS.

2271 FRAGILIS BERNARD *in Schrad. journ, v.* 1. *pars.* 2. *p.* 26. Laete virens. Frondibus tenuibus distinctis approximatis oblongo-lanceolatis bipinnatis, pinnis parum distantibus, inferiore proximis breviore, lanceolatis vel ovato-lanceolatis, pinnulis ovatis ut plurimum obtusis dentatis, dentibus obtusis acutatisve: stipite, basi paleaceo, fronde breviore.

Cyathea fragilis *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 102.

In calcareis subapenninis. *Monte Gennaro.*

Perenn. Fructif. Junnio-Julio.

Obs. Planta elegantissima uti coeterae hujus generis.

2272 REGIA KOCH. *Syn. Fl. Germ. et Helv. ed.* 3. *p.* 135. Laete virens. Frondibus tenuibus distinctis approximatis oblongo-lanceolatis acutis bipinnatis, pinnis distantibus, inferiore proximis breviore, ovato-lanceolatis ovato-acuminatis lanceolatisve, pinnulis lanceolatis partitis vel incisis, lobulis integris dentatisve: stipite, frondem aequante, basi parce paleaceo.

C. fragilis x *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 103.

In montibus calcareis Latii ad rimas rupium. *Quadognolo.*

Perenn. Fructif. Julio-Augusto.

2273 ALPINA GREN. ET GOD. *Fl. de Franc. t.* 3. *p.* 634. Pallide virens. Frondibus tenuissimis caespitosis oblongo-lanceolatis acutis bipinnatis, pinnis lanceolato-acutis, inferioribus distantibus, infima proximis breviore, pinnulis pinnatisfidis, laciniis tenuibus apice bidentatis: stipite fronde breviore basi dense paleaceo.

Cyathea alpina *Bet. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 106.

In apenninis Umbriae et Piceni. *Sibilla, Sasso Borghese.*

Perenn. Fructif. Julio-Augusto.

ASPLENIUM.

2274 TRICHOMANES *L. Sp. Pl. p.* 1540. Glabrum, saturate virens. Frondibus numerosis caespitosis linearibus pinnatis, pinnis subrotundis ovalibusque crenulato-dentatis basi inequaliter cuneatis: stipite brevi nudo fusco-rubro cito in rachidem superius canaliculatam, margine crenulato, continuatam.

A. Tricbomanes *Bert. Fl. It. Cypt. t.* 1. *p.* 67.

In fissuris rupium et in muris vetustis commune.

Perenn. Fructif. Vere in Autumnum. Frondes hyeme pereunt.

Vulgo. *Capelvenere.*

Usus. Inter adstringentia Trichomanis herba jam enumerabatur, nunc pro Adiantho Capillus-veneris usurpatnr et vis diuretica procul dubio eadem.

2275 VIRIDE SWARTZ. *Syn. Fil. p.* 80. Glabrum laete virens. Frondibus numerosis caespitosis linearibus pinnatis, pinnis ovatis subrotundisve crenatis basi cuneatis exquisite petiolulatis: stipite brevi nudo fusco-rubro, cito in rachide viridi superius depressa, continuato.

A. viride *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 76.

In sylvis apenninorum Umbriae. *Boschi del Cavaliere.*

Perenn. Fructif. Vere in Autumnum, frondesque hyeme pereunt.

2276 RUTA-MURARIA *L. Sp. Pl. p.* 1541. Glabrum, saturate vivens. Frondibus caespitosis triangulari-ovatis bi-tripinnatis, pinnulis coriaceis ovatis vel oborvato-oblongis integris vel superius crenulatis: stipite nudo longitudine frondis, basi fusco-rubro, in rachide ramosa viridi superius depresso-canaliculata, continuato.

A Ruta-muraria *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 71.

In muris humidis humbrosis. *Mura di Civita Castellana.*

Perenn. Fructif. Junio in Autumnnum.

Vulgo et in officinis. *Ruta muraria.*

Usus. Inter adstringentia, et corroborantia jam valuit.

1277 Adianthum-nigrum *L. Sp. Pl. p.* 1541. Nitidum saturate virens, subptus pallidior. Frondibus caespitosis coriaceis triangulari-acutatis bi-tripinnatis, pinnis ovato-lanceolatis acutis, pinnulis ovatis apice acute serratis, basi cuneatis integerrimis: stipite nudo atro--rubro frondis longitudine, in rachide ramosa pallidiori superius bisulcata, producto

A. Adianthum-nigrum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 74.

β. Serpentini. Pinnis minoribus remotioribus infimis profundius lobatis Koch.

A. Adianthum nigrum δ. Bert. l. c.

In umbrosis frequens et ad sepes,

Perenn. Fructif. Vere et Autumno.

Vulgo. *Capelvenere nero.*

2278. fissum Willd. *Sp. Pl. t.* 5. *p.* 348. Luteo-virens glabrum. Frondibus caespitosis ablongo-lanceolatis bi-tripinnatis piunis ovatis, piunulis cuneato-flabellatis trifidis, laciniis angustis obtusis 2-4-dentatis: stipite elongato basi dense paleaceo, fronde longiore.

A. fissum *Bert. Fl. It. Crypt. p.* 78.

In sylvis umbrosis apenninorum. *Alla Sibilla.*

Perenn. Fructif. Julio-Augusto.

ANTHYRIUM.

2279. Filix-foemina. Roth. *Tent. Fl. Germ. t.* 3. *p.* 63. Laete saturate virens. Frondibus caespitosis oblongo-lanceolatis apice acuminatis basi constrictis bipinnatis, pinnis lanceolato-acuminatis, pinnulis dentatis: stipite brevi basi paleaceo.

A. Filix-foemina *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 80.

In Umbriae et Piceni montibus apenninis. *Boschi del Cavaliere, Monte Acuto* etc.

Perenn. Fructf. Aestate. Filix elegantissima prorsus glabra.

SCOLOPENDRIUM.

2280. officinarum. Swartz. *Syn. Fil. p.* 80. Glabrum pallide vivens. Frondibus caespitosis cartilagineis oblongo-lanceolatis indivisis exquisite cordatis: stipite brevi nervoque dorsali paleaceis.

S. officinarum *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 82.

In umbrosis humidis, cryptis, gulis puteorum etc. commune.

Perenn. Fructif. Junio-Octobri.

Vulgo. *Lingua di Cervo*, *Scolopendrio.*

Usus. Scolopendriae herba in materia medica Linnaei enumerabatur inter adstringentia, nunc vix commemoratur.

2281. BREVE. BERT. *Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 84. Glabrum, saturate virens. Frondibus caespitosis cordato–oblongis vel cordato–acuminatis, sinu augusto, auriculis rotundatis convergentibus : nervo dorsali stipiteque basi paleaceo , fronde sublongiore.

In locis umbrosis humidis. *Intorno Terracina.*

Perenn. Fructif. Autumno.

2282. HEMIONITIS SWARTZ *Syn. Fil. p.* 90. Glabrum laete virens. Frondibus caespitosis coriaceis oblongo–lanceolatis, basi cordata, sagittatis, auriculis triangularibus divergentibus: stipite frondi subaequale vel breviore, basi squamoso.

S. Hemionitis. *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 85.

In umbrosis udis haud freguens. *Testacio*, *Sermoneta* etc.

Perenn. Fructif. Junio–Octobri.

BLECHNUM.

2283. SPICANT. ROTH. *Tent. Fl. Germ. t.* 3. *p.* 44. Glabrum saturate virens. Frondibus coriaceis caespitosis oblongo–lanceolatis basim versus decrescentibus , infimis brevissimis pinnato–partitis, externis sterilibus patulis, pinnis oppositis lanceolatis basi latioribus, internis majoribus fertilibus erectis, pinnis linearibus inferioribus alternis margine revolutis: stipitibus brevibus basi paleaceis.

B. boreale. *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 93.

Ad rupes madidas umbrosas , et in sylvis uliginosis apenninorum Piceni. *Monte Priore*, *Monte Fortino.*

Perenn. Fructif. Julio–Octobri.

PTERIS

2284. AQUILINA. *L. Sp. Pl. p.* 1533. Pubescens precipue inferius, laeteque virens. Frondibus grandibus coriaceis distinctis ovali–triangularibus bipinnatis, inferius tripinnatis , pinnis ablongo–lanceolatis pinnatisfidis , pinnulis lanceolatis margine revolutis: stipite longo robusto sulcato inferius nigro , fronde ut plurimen breviore.

P. Aquilina *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 89.

In sterilibus frequentissima et in sylvis ceduis.

Perenn. Fructif. Augusto, sed rarissime apud nos.

Vulgo. *Felce*, *Felce aquilina.*

Obs. Rhixoma horizontaliter sectus, maculas offert, aquilam bicipitem quodamodo referantes: ex hoc nomen aquilinae.

Usus. Frondibus caseum coagulatum, aliosque agricolos productus sarcinamus.

ADIANTHUM.

2285. Capillus-Veneris *L. Sp. Pl. p.* 1558. Glabrum, laete et pallide virens. Frondibus distinctis approximatis ovatis aut ovato-lanceolatis bi-tripinnatis, pinnulis tenuiter longiusculeque petiolulatis, basi cuneata flabellatis, fertilibus antice irregulariter lobatis, sterilibus crenatis: stipite nigro-purpurascente, frondis longitudine.

A. Capillus-Veneris *Bert. Fl. It. Crypt. t.* 1. *p.* 97.

In umbrosis, et humidis vulgare.

Perenn. Fructif. Aestate, Autumno.

Vulgo et in officinis. *Capelvenere.*

Usus. Praestat in tisanis et syrupo praesertim pro puerperis, nam diuretici famam ab antiquo gaudet.



DISPOSITIO
GENERUM FLORÆ ROMANÆ
SECUNDUM ORDINES NATURALES

EX METHODO

CLARISSIMI DE CANDOLLEI

PAUCIS IMMUTATIS

PROSPECTUS DISPOSITIONIS

Vegetabilia (plantae) corpora organica, apparatibus omogeneis, conflata immobilia insensibilia, ope nutritionis crescentia, reproductionis propagata.

Series I. *V. vascularia* = contextu cellulari et vasculari foliisque (paucissimis vix exceptis) donatae.

Sectio 1. *Cotyledonea* = quorum organa reproductionis, a vero flore statuta, embryonem pariunt, corpore cotyledonari donata, albmnine non raro adjecto.

Classis 1. *Dicotyledonea* = duas cotyledones oppositas raro plures gerentia.

Subclassis 1. *Thalamiflora* = Perigonium duplex: corolla polypetala et stamina receptaculo, sub pistillo posita, inserta, neque calyci adnata.

2. *Calyciflora* = Perigonium duplex: corolla polypetala vel monopetala et stamina super receptaculum calyci conferruminatum, seu calyci inserta.

3. *Corolliflora* = Perigonium duplex: calyx liberus, sepalis plus munus coalitis: corollae monopetalae staminiferae inserta.

4. *Monoclamydea* = Perigonium simplex liberum vel ovario adhaerens, quandoque rudimentale vel nullum, raro biseriatum.

Classis 2. *Monocotyledonea* = unam cotyledonem gerentia, quandoque plures alternas.

Sectio 2. *Acotyledonea* = quorum reproductionis apparatum, staminibus pistillisque nullis, in sporis inest, seu in peculiaribus corporibus nondum generaliter satis perspectis, ex quibus absque dubio, plantae renovantur.

Series II. *V. Cellularia* = contextu cellulari tantum conflata: foliis veris stomatibusque carentia, facie peculiari a vascularibus aprime distincta.

THALAMIFLORA

Ord. I. Ranunculaceae Juss (1). *Calyx* 3–6– *plurisepalus*: corollae sepala saepe minorata et nectarifera: stamina plura, *antheris 2-locularibus longitudinaliter dehiscentibus:* ovaria plurima raro solitaria libera vel connata singula styligera: carpella 1-polysperma: placentae ex sutura interna: embryo minimus in albuminis fovea. Folia in vaginam semiamplexicaulem dilatata.

Trib. 1.ª *Ranuculaceae verae, seu anteris extrorsis, nuculis 1-spermis*

Subt. 1. *Pseudospermia.* Fructus indheiscentes, stigmata subsessilia in caudam plumosam quandoque evoluta.

Clematis 256. (2) *Thalictrum* 257. *Anemone* 254. *Hepatica* 255. *Adonis* 246. *Ceratocephalus* 249. *Ficaria* 247. *Ranunculus* 248.

Subtr. 2.ª *Capsularia.* Capsulae uniloculares polyspermae introrsum dehiscentes, styli in rostro mutati.

Trollius. 250. *Caltha* 253. *Isopyrum* 251. *Erranthis* 487. *Helleborus* 252. *Nigella* 245. *Aguilegia* 244. *Delphinium* 242. *Aconitum* 243.

Trib. 2.ª *Ranunculaceae spuriae, seu autheris introrsis.*
Actaea 234. *Peonia* 241.

Ord. II. Berberideae Vent. *Calyx* 6-*sepalus:* carolla 6, raro polypetala, petalis calyci oppositis: stamina 6 *antheris 2-locularibus, valvis elastice dehiscentibus:* ovarium solitarium 1-loculare: bacca vel capsula 1-3-5perma: placenta 1-lateralis: embryo reetus: albumen carnosum vel sub corneum. Folia vel foliola dentato-aristata.
Berberis 148.

(1) Si descrimen aliquod adest, inter nomina familiarum hujus serie, et nomina familiarum generibus opposita, in dispositione Linnaeana id scientiae progressui tribua. Sumnorum botanicorum assiduus labor in hoc hodie sudat; ut naturales plantarum affinitates fiormiri pede incedant.

(2) Numerum quoque generi oppositnm numero servei generum in nostra Linnaeana dispostione respondet.

Ord. III. Nymphaeaceae DC. *Calyx 4–6–sepalus: petala plurima in stamina sensim mutata*: antherae 2–loculares longitudinaliter dehiscentes: *bacca multilocularis*, loculis polyspermis: *placentae septis adnatae:* embryo extra albumen in basi seminis sacculo obductus. Herbae aquaticae, foliis natantibus.
Nymphaea 239. *Nuphar* 240.

Ord. IV. Papaveraceae Juss. *Calyx 2–sepalus: petala 4 regularia*: stamina indefinita, antheris bilocularibus longitudinaliter dehiscentibus: capsula 1–2–locularis: *placentae intervalvares integrae vel 2–partitae aut septis adnatae:* embryo minimus rectus ad basim albuminis oleosi. Herbae succo plerumque lacteo albo vel croceo.

Papaver 231. *Glaucium* 232. *Chelidonium* 233.

Ord. V. Fumariaceae DC. *Calyx 2–sepalus: corolla irregularis*, petalis liberis vel coalitis: *stamina 6 diadelpha: antherae laterales*, cuiusvis androphori, *uniloculares*, *media bilocularis:* fructus siliquaeformis, nunc 2–valvis dehiscens polyspermus, nunc indehiscens 1–2–spermus: placentae parietales: embryo rectus vel laeviter arcuatus: albumen carnosum. Herbae succo fatuo.

Corydalis 348. *Fumaria* 347.

Ord. VI. Cruciferae Juss. *Calyx 4–sepalus:* corolla 4–petala: *stamina tetradynamia*: receptaculum glandulosum: siliqua vel silicula: *placentae angustae intervalvares*: embryo curvus: albumen nullum. Folia ut plurimum alterna.

Subord. I. *Pleurorhizeae DC.* Semina compressa saepe marginata: cotyledones plantae superpositae; radicula rimae cotyledonum applicita, ideo accumbentes

Trib. 1.ª *Siliquosae dehiscentes.*

Nasturtium 322. *Dentaria* 323. *Cardamine* 324. *Pteroneorum* 325. *Arabis Barbaerea* 225. B. *Cheiranthus* 326. *Matthiola* 327.

Trib. 2.ª *Siliquosae indehiscentes.*

Chakile 300.

Trib. 3.ª *Siliculosae dehiscentes.*

Lunaria 307. *Koniga* 308. *Alyssun* 309, *Hutchinsia* 310. *Iberis* 311. *Teesdalia* 312. *Farsetia* 315. *Vessicaria* 316. *Arabis* 317. *Thlaspi* 319. *Berteroa* 320. *Cochlearia* 321. *Biscutella* 306.

Trib. 4.ª *Siculosae indeiscentes.*
Clypeola 304.

Subord. II. *Nothorhizeae DC.* Semina obovata: cotyledones planae superpositae, radicula dorso cotyledonum applicita, ideo incumbentes.

Trib. 1.ª *Siliquosae dehiscentes.*
Malchomia 328. *Herperis* 329. *Sisymbrium* 330. *Erysimum* 331.

Trib. 2.ª *Siliculosae indehiscentes.*
Lepidium 313. *Aetionema* 314. *Capsella* 318.

Trib. 3.ª *Siliculosae indehiscentes.*
Neslia 296. *Myagrum* 298. *Senebiera* 301. *Iatis* 305.

Subord. III. *Ortoploceae* DC. Semina ut plurimum globosa: cotyledones superpositae, secus nervum medianum in longum plicatae, ad radiculam dorsalem includendam, et ideo incumbentes conduplicatae.

Trib. 1.ª *Siliquosae dehiscentes.*
Brassica 332. *Eruca* 333. *Sinapis* 334. *Diplotaxis* 335.

Trib. 2.ª *Siliquosae indehiscentes.*
Raphanus 303.

Trib. 3.ª *Siliculosae indehiscentes.*
Calepinae 297. *Rapistrum* 299.

Subord. IV. *Spirolobeae* DC. Semina subglobosa: cotyledones lineeares spiraliter volutae, radicula cotyledonibus lateralis, et ideo incumbentes et spiraliter volutae.
Bunias 302.

Ord. VII. Cappárideae Juss. *Calix 4 raro 2-sepalus*: corolla 4-petala *stamina plurima raro* 6, antheris bilocularibus: bacca vel capsula tecaphoro saepe elongato sustenta: placentae bilaterales valvares vel parietales: embryo curvus: albumen nullum. Stipulae verae nullae, dum adsunt spinosae.
Capparis 235.

Ord. VIII. Cistineae DC. *Calyx 5-sepalus, sepalis 2-seriatis: petala 5 facile difflua :* stamina indefinita, antheris 2-locularibus : ovarium solitarium liberum : capsula 1-locularis, *placentis parietalibus, vel* plurilocularis, *placentis axilibus* : embryo curvus aut spiralis : albumen farinosum. Folia opposita rarius alterna nuda vel stipulata.

Cistus 237. *Helianthemum* 238.

Ord. IX. Violarieae DC. *Calyx 5-sepalus* : *corolla* 5-petala *anomala*; *stamina* 5 *antheris foliaceis* bilocularibus *quidquam connatis :* ovarium 1-loculare : capsula 3-valvis complete dehiscens: placentae 3-laterales ex medio valvarum : embryo rectus: albumen carnosum. Folia stipulata.

Viola 132.

Ord. X. Resedaceae DC. *Calyx et corolla irregulares: sepala* 4-5-6*:* petala totidem alterna : *stamina* 12-24 , antheris bilocularibus : *capsula* 1-locularis 3-6- *cornis* vel *folliculi corniculati*, *latere interno et superiare cornuum dehiscentes* : placentae parietales suturis proximae: embryo curvus : albumen axile. Folia alterna.

Reseda 209.

Ord. XI. Droseraceae DC. *Calyx 5-sepalus*: *petala totidem regularia*: stamina 3-10, antheris bilocularibus : ovarium liberum : capsula 1-locularis , *placentts* 3-5-10 *parietalibus rarissime basilaribus,* modo, placentis in septa dilatatis, plurilocularis: embryo rectus in axe albuminis. Foliatio circinata.

Parnassia 224.

Ord. XII. Polygaleae Juss. *Calyx 5-sepalus, duobus internis grandibus coloratis* (alis Auct): *corolla anomala* 3-4-petala , staminum androphoro conjuncta : stamina basi monadelpha superne libera vel in falanges duas oppositas : *antherae* 10 1-loculares *poro dehiscentes :* capsulae 2-loculares: placenta sutruralis apicilaris: embryo rectus in axe albuminis carnosi, quandoque exalbuminosus. Folia integra alterna.

Polygala 349.

Ord. XIII. Sileneae Bartl. *Calyx* 1-*sepalus* 5-6-*dentatus: petala quot calycis dentes*: stamina 10 (rarissime 5) antheris bilocularibus: *discus stamina et petala*

sustinet deinde elevatur ad capsulam 1-locularem *sustinendam*: placenta centralis: embryo perifericus: semina albuminosa. Folia opposita extipulata.

Trib. 1.ª *Lychnoideae Brown. Calyce nervoso.*
Cucubalus 194. *Silene* 195. *Lychnis* 198. *Agostemma* 197. *Drypis* 220.

Trib. 2.ª *Diantheae Brown. Calyce enervi.*
Soponaria 188. *Dianthus* 189. *Velezia* 190.

Ord. XIV. Alsineae Bartl. *Calyx* 4–5–*sepalus*: *petala totidem* alterna et *stamina* 10, quandoque minora, antheris bilocularibus *super discum glandulosum plus minus evidenter perygynum:* capsula 1-locularis: placenta centralis : embryo perifericus: semina albuminosa. Falia opposita, quandoque, stipulis scariosis, donata.

Trib. 1.ª *Sabulineae Fenzl. Valvis stylorum numero.*
Sagina 101. *Spergula* 199.

Trib. 2.ª *Stellarineae Fenzl. Valvis stylorum numero duplis.*
Areneria 196. *Moehringia* 168. *Stellaria* 192. *Moenchia* 102. *Cerastium* 196.

Ord. XV. Lineae DC. *Calyx* 4–5– partitus : petala totidem alterna*:* stamina petalorum munero , antheris bilocularibus : *capsula* 4–5–*locularis* 8–10–*sperma: dissepimenta* 4–5 *completa totidemque incompleta*, *semina disiungunt:* placenta axilis: embryo rectus: albumen nullum. Folia extipulata.
Linum 127. *Radiola* 103.

Ord. XVI. Tiliaceae Juss. (ex parte) *Calyx* 4–5–*sepalus: petala totidem* alterna, quandoque deficentia: *stamina hypogyna indefinita libera, antheris* 2–*locularibus* longitudinaliter dehiscentibus: ovarium 1–4–10– loculare: nux, septis evanidis, 1-locularis polysperma: embryo axilis rectus: albumen carnosum. Folia alterna stipulata.
Tilia 236.

Ord. XVII. Malvaceae Brow. *Calyx* 3–4–5–*partitus* saepius involucratus: petala totidem alterna: *stamina monadelfa*, *antheris numerosis* 1–*locularibus*, *rima transver-*

sali dehiscentibus: ovarium multiloculare, loculis 1-pluriovulatis: dieresilis vel capsula rarissime bacca: placentae axiles : embryo rectus: albumen nullum. Folia alterna stipulata.

Malope 341. *Malva* 342. *Lavatera* 343. *Althaea* 244. *Sida* 345. *Hibiscus* 488.

Ord. XVIII. Geraniaceae DC. Calyx 5-sepalus et petala totidem alterna regularia (in speciebus indigenis): *stamina* 10 *basi monadelpha*, 5 *quandoque sterilia*: antherae 2-loculares: *carpella* 1-*spermia, matura, caudis propriis in spiram vel arcum volutis, a receptaculo*, in axim dieresilis producto, *separata*, placentae carpellorum axiles: embryo curvus: albumen nullum. Folia opposita, superiora alterna pedunculo opposita.

Geranium 390. *Erodium* 339.

Ord. XIX. Hypericineae DC. Calycis *sepala* 4-5 subiserialia, *subinequalia*: *corolla* 4-5 *petala regularis: stamina indefinita in androphoris* 3-5 *basi coalita*: antherae parvae 2-loculares longitudinaliter dehiscentes : capsula 1-locularis, placentis parietalibus, vel plurilocularis, placentis axilibus, modo bacca: embryo rectus: albumen nullum. Folia saepius pellucido-punctata.

Androsaemum 388. *Hypericum* 339.

Ord. XX. Acerineae DC. Calyx 5 modo 4-9-partitus: petala 5 alterna: stamina 8 rarius 5-12 , antheris 2-locularibus : ovarium saepius didymum: *stylus* 1 *stigmata* 2: *samarae duo maturitate liberae*, raro tres, *lateraliter alatae* 1-*loculares* 1-*spermiae:* placentae ex angulo interno: embryo curvatus: albumen nullum. Arbores foliis oppositis: flores saepe polygami.

Acer 161.

Ord. XXI. Ampelideae H. B. et Kunt. *Calyx parvus* 1-*sepalus*, *margine integro vel vix dentato:* petala 4-5-alterna: *stamina* 5, antheris 2-locularibus, *ante petala disco inserta: bacca succosa*, dissepimentis *tandem* destructis, 1-*locularis:* placenta centralis : seminum testa ossea: embryo rectus: albumen compactum. Plantae sarmentosae, foliis simplicibus vel compositis.

Vitis 131.

Ord. XXII. Balsamineae Rich. *Calyx* 5 *sepalus,* sepalis duobus minoribus saepe deficientibus: petala 3, lateralia 2 irregulariter 2-fida: *stamina* 3, *filamentis apice*

coherentibus, antheris 2-locularibus. *ovarium 5-loculare*, dissepimentis *maturitate* evanescentibus, *in capsulam 1-locularem elastice ruptilem mutatum*: placenta axilis: embryo rectus: albumen nullum. Plantae succulentae, foliis extipulatis.

Impatiens 153.

Ord. XXIII. Oxalideae DC. Calyx 5-partitus: petala 5 quandoque basi coalita *stamina* 10 *biseriata*, *filamentis saepius basi coalitis*, 5 *alterne brevioribus*, antheris 2-locularibus: capsula 5-locularis, loculis polyspermis angulis dehiscens, arillo carnoso elastico semen projecente: placanta axilis: embryo rectus, radicula inversa: albumen subcarnosum. Folia simplicia vel composita noctu deflexa in die extensa.

Oxalis 200.

Ord. XXIV. Zygophylleae Brow Calyx 4-5-sepalus: *petala* 5, *et stamina* 10 *libera disco hypogyno crenato vel glandulis* 10 *inserta*, antheris 2-locularibus : *ovarium superum*: caprula 9-3-cocca, coccis indehiscentibus axi adnatis; placentae axiles: embryo rectus: albumen praesens, modo nullum. Folia opposita stipulata.

Tribulus 182.

Ord. XXV, Rutaceae Juss. Calyx 4-5-partilus: petala tolidem alterna: *stamina* numero petalorum vel duplicata *ex apice disci glandulosi:* antherae 2-loculares: *ovarium lobatum*: *capsulae basi connatae apice disjunctae petalorum numero*, lobis ut plurimum introrsum dehiscentibus: placenta axlis: embryo rectus: albumen quandoque deficiens. *Falia pnnctis*, seu receptaculis oleiferis, *adspersa.*

Ruta 180. *Dictamnus* 181.

CALYCIFLORA

Ord. XXVI. Celastrinae Brow. *Calyx 4-5-fidus vel 4-5-partitus*: petala 4-5 et *stamina* totidem *libera*, *super discum glandulosum ab ovario liberum*, *vel basi ipso adnatum:* semina *arillata*: placentae centrales, embryo rectus: albumen nullum. Arbuscula vel arbores, foliis compositis aut simplicibus.

Evonymus 150.

Ord. XXVII. Staphylacea Bartl. *Calyx 5-partitus:* petala 5: *stamina totidem libera, super discum ab ovaria liberum:* capsula 2-3-loba dehiscens, raro bacca:

testa seminis ossea: placenta centralis: embryo rectus: albumen saepius nullum.
Staphylea 123.

Ord. XXVIII. Rhamneae Brow. *Calyx 5–fidus, laciniis deciduis, tubo persistenti ovario adnato: stamina libera 4–5, petalorum unguibus adnata*: ovarium disco glanduloso circumdatum: drupa vel samara: semina exarillata: placenta centralis: embryo rectus: albumen carnosum saepius nullum. Frutices aut arbores, foliis quam saepissime oppositis, non raro stipulatis.

Zizyphus 149. *Palyurus* 219. *Rhanus* 148.

Ord. XXIX. Terebinthaceae Juss. Calyx minimus plerumque 5–fidus: *petala calyci inserta segmentarum numero*: *stamina* 3–5 *libera ante discum, ovarium* 1–*ovulatum cingentem, adnata:* bacca vel capsula: placenta basilaris: embryo curvus: albumen nullum. Arbores vel arburcula succo resinoso praeditae praesertim in cartice: flores ut plurimum unisessuales.

Pistacia 522. *Rhus* 218. *Cneorum* 27.

Ord. XXX. Popilionacea l. Calyx 5–dentalus vel labiatus, deciduus vel marcescens: corolla papilionacea: stamina 10 diadelpha, vel monadelpha, rarius libera: *ovarium a disco liberum*: *legumen 2–loculare* dehiscens quandoque indehiscens vel articulatum: *placenta saturae internae adnata in dehiscentia partibilis*. embryo curvus: albumen nullum. Folia alterna stipulata. Arbores, frutices, herbae, foliis alternis stipulatis.

Trib. 1 *Sophoreae DC. Stamina libera*: *legumen torulosum: cotyledones epygeae.*
Anagyris 183

Trib. 2.ª *Loteae DC. Legumen uniloculare, vel sutura altera introflexa 2–loculare*: *cotyledones epygeae.*

Subt. 1.ª *Genisteae Koch. Stamina monadelpha*: *calyx 5–dentatus vel uuilabiatus.*

Ulex 355. *Spartium* 350. *Genista* 353. *Cytisus* 434. *Adenocarpus* 356. *Lupinus* 357.

Subt. 2.ª *Anthyllideae Koch.* Stamina monadelpha : Calyx 5–dentalus vel unilabiatus.

Ononis 341. *Anthyllis* 352. *Hymenocarpos* 365.

Subt. 3.ª *Trifoliaceae Koch.* Stamina diadelpha: falia ternata.

Medicago 373. *Trigonella* 372. *Melilotus* 374. *Bonjaneia.* 371. *Lotus* 369. *Tetragonolubus* 370. *Psoralea* 379.

Subt. 4.° *Galegeae Koch.* Stamina diadelpha: folia imparipinnata.

Glycyrrhiza 368. *Phaca* 366. *Galega* 364. *Colutea* 363. *Oxytropis* 367. *Astragalus* 377. *Biserrula* 378.

Trib. 3.ª *Hedysareae DC. Legamen in loculos tranversim divisum, vel in articulos quandoque separabiles: cotyledones epygeae.*

Subt. 1.° *Coronilleae DC. Flores umbellati.*

Scorpiorus 387. *Coronilla* 384. *Ornìthopus* 385. *Artrolobium* 386. *Hippocrepis* 382. *Securigera* 383.

Subt. 2.ª *Eudysareae DC. Flores racemosi.*

Hedysarum 381. *Onobrychis* 380.

Trib. 4.ª Vicieae DC. *Legumen uniloculare, vel septis cellulosis transversim divisum: cotyledones* crassae hypogeae.

Vicia 361. *Ervum* 362. *Pisum* 358. *Lens* 489. *Lathyrus* 360. *Orobus* 319.

Ord. XXXI. Cesalpineae R. Braw. *Calyx* 5–dentatus deciduas vel mareescens; corolla anomala: stamina 5–10 libera: *ovarium a disco liberum: legumen indehiscens, vel sutura externa tandem adaperta, dehiscens: placenta suturae internae adunata non partibilis:* embryo rectus: albumen nullum. Folia alterna stipulata.

Cercis 184. *Ceratonia* 157.

Ord. XXXII. Amygdaleae Bartl. Tubus calycis liberi, lamina glandulifera obductus, limbus 5–dentatus: *stamina 20–30 libera indifferentia, et petala* 5 *calyci inserta*, antheris 2–locularibus longitudinaliter dehiscentibus: *ovarium solitarium liberum:* discus calyci conferruminatus: *dupa* 1–*locularis* 1–2–*sperma:* placenta lateralis in canaliculo putaminis: embryo rectus: albumen nullum. Fruties vel arbores, *faliis stipulatis.*

Amygdalus 212. *Prunus* 213.

Ord. XXXIII. Rosaceae Juss. *Calyx* 4–5– *fidus: corolla regularis* 4–5–*petala*

et stamina 20–30 libera indifferentia calyci inserta: antherae longitudinaliter dehiscentes: *ovaria plurima libera*: discus centro elevatus et super calycem extensus: drupae achenae aut capsulae: placenta basilaris vel lateralis: embryo rectus: albumen nullum. Folia alterna stipulata.

Trib. 1.ª *Spiraceae DC. Carpella capsulasia introrsum dehiscentia : discus tandem excucus.*

Spiraea 217.

Trib. 2.ª *Dryadeae DC. Carpella achenoidea vel drupacea, discus maturitate exuccus vel carnosus.*

Dryas 224. *Geum* 229. *Rubus* 225. *Fragraria* 226. *Potentilla* 227. *Tormentilla* 228. *Agrimonia* 207. *Aremonia* 208.

Trib. 3.ª *Rosaceae DC. Carpella nucamentacea, parietibus internis calycis maturitate carnosi, adfixa.*

Rosa 230.

Ord. XXXIV. Sanguisorbeae Lind. *Calyx 3–5–fidus corolla nulla : stamina* 4, quandoque pauciora, *vel indefinita, in fauce super anulum apicem tubi constringentem inserta: ovaria* 1–2–4 *libera, tubo calicis inclusa:* nuces 1–2–4 in calyce saepe indurato: discus super calycem extensus: placentae laterales: embryo rectus. Flores hermaphroditi vel unisessuales. Folia stipulata.

Alchemilla 99. *Sanguisorba* 98.

Ord. XXXV. Pomaceae Lind. *Calycis tubus usque ad apicem ovario adhaerens:* petala 5 et *stamina* 20 indifferentia *anulo calycis faucem cingentis inserta:* ovarium 2–5–loculace, loculis 2–pluriovulatis; bacca pomum drupa plejopyrenae: placenta centralis: embryo rectus: albumen nullum. *Folia stipulata* alterna, inlatus ramorum fasciculata.

Crataegus 222. *Mespilus* 221. *Cydonia* 220, *Pyrus* 219. *Sorbus* 218.

Ord. XXXVI. Granateae Don ex DC. *Calycis tubus ovario adhaerens, limbo libero: petala et stamina* 20–plura indifferentia, *fauce calycis inserta : ovarium multiloculare loculis irregularibus superpositis multiovulatis:* bacca corticata, limbo

calycis coronata: semina arillata: placentae superiores parietales, inferiores basilares: radicula recta: albumen nullum. Folia extipulata, neque punctata, neque marginata.
Punica 215.

Ord. XXXVII. Onagrariae Juss. *Calycis tubus ex integro ovario adnatus*, parte superiore quandoque libera, longe producta, limbo saepius 4-fido: petala numero laciniarum calycis et *stamina totidem nunc duplicata nunc dimidio panciora* fauce tubi inserta: *ovarium 2-multiloculare* capsula vel drupa: *placentae centrales*: embryo rectus: albumen nullum. Folia alterna vel opposita, integra vel dentata.

Trib. 1.ª *Onagreae DC. Pars calycis libera cum limbo decidua.*
Epilobium 163. *Oenothera* 162.

Trib. 2.ª *Circaeae DC. Calycis tubus ultra ovarium non productus limbus deciduo.*
Circaea 16.

Trib. 3.ª *Hydrocharies Link. Calycis tubus ultra ovarium non prodoctus*, *limbus persistens.*
Trapa 95,

Ord. XXXVIII. Halorageа R. Brow. *Calycis tubus avario adnatus*, limbo 4-partito: *petala* totidem *ad faucem tubi*: *stamina* 4–8: ovarium uni-pluri loculare, loculis uniovulatis: stylus nullus : nucula, vel drupa: placentae centrales: embryo rectus: albumen carnosum. Flores unisessuales. Herbae aquatiles.
Myriophyllum 504.

Ord. XXXIX. Hippurideae Link. *Calycis tubus ovario adhaerens*, limbo minimo vix bilobo: *petala nulla*: *stamen* 1:-*authera birimosa*: *ovarium* 1-*loculare* 1-*ovulatum:* fructus extus carnosus intus cartilagineus coronatus placenta apicillaris: embryo rectus: albumen carnosum. Folia verticillata.
Hyppuris 1.

Ord. XXXX. Callitrichineae Link. *Bracteae duo involucrantes loco calycis vel corallae.* stamina 1–2 bracteis alterna: anthera reniformis transverse dehiscens :

ovarium liberum loculis 4-ovulatis: styli 2 subulati: *capsula 4-locularis in carpella 4 indehiscentia secedens:* placentae apicillares: embryo inversus in axe albuminis carnosi. Herbae aquatiles. Flores saepae unisessuales.

Callitriche 4.

Ord. XXXXI. Ceratophylleae Gray. Flores monoici. *Mas. stamina* 10–20 *involucrum* 12–*phyllum*: *paulo superantia*: *antherae* 2–loculares apice 2–cuspidatae, *loculis incompletae duplicatis*, rima communi dehiscentes. *Foem. Involucrum uniflorum*: ovarium liberum 1–ovulatum: nucula coriacea: placenta apicillaris: embryo rectus: albumen nullum: *cotyledones* 4 *verticillatae*. Plantae submersae, foliis verticillatis.

Ceratophyllum 514.

Ord. XXXXII. Lythrarieae Juss. *Calyx* 2–sepalus, *dentibus* 8–12–*biserialibus*: *petala* 4–6 *ore calycis*, *inter lobos seriei internae*, *inserta:* stamina statim sub petala: *ovarium liberum multiovulatum:* capsula 2–4–locularis, vel dissepimentis evanescentibus 1–locularis: *placentae centrales* post dehiscentiam liberae: embryo rectus: albumen nullum. Foliae extipulata.

Lythrum 204.

Ord. XXXXIII. Tamariscineae St. Hil. *Calyx* 5–*partitus:* petala 5 libera, partibus calycis alterna: stamina petalorum numero, filamentis basi monadelphis vel liberis, anteris introrsis: *ovarium liberum:* capsula 1–locularis 3–valvis: *semina plurima comosa*: *placentae valvares medianae:* embryo rectus: albumen nullum. Frutices foliis parvis deciduis.

Tamarix 122.

Ord. XXXXIV. Myrtaceae R. Brow. *Tubus calycis ovario adhaerens*: limbus 5–fidus: petala tot quot limbi portes: *stamina petalorum numero dupla, vel indefinita, libera vel polyadelpha*, fauce calycis insera: *ovarium pluriloculare,* loculis polyspermiis: bacca aut capsula: *placentae centrales:* embryo varius: albumen nullum. Arbores vel arbusculae: folia integra extipulata, nervo secus marginem donata.

Myrtus 214.

Ord. XXXXV. Cucurbitaceae Juss. *Calycis tubus ovario adhaerens,* limbo li-

bero 5-dentato vel 5-fido: *coralla 5-fida aut 5-partita fauce calycis inserta*: stamina 5 diadelpha vel symphysandra, rarius libera, antheris plicato-flexuosis: *ovarium 3-5-loculare:* pepo loculis saepe evanidis: *placentae parietales:* embryo rectus: albumen nullum. Plantae herbaceae ut plurimum sarmentosae et cirrhosae monoeciae rarius dioeciae vel polygamae.
Bryonia 337 *Momordica* 336.

Ord. XXXXVI. Portulaceae Juss. *Calyx 2-sepalus vel 2-fidus:* petala 5 plus minusque inter se coalita vel prorsus libera, basi calycis inserta: *stamina petalorum numero vel panciora, petalis opposita illisque adnata modo libera indefinita*: *ovarium uniloculare* basi calycis adhaerens 1-3-ovulatum: capsula circumscissa, vel 3-valvis: *placenta centralis* libera: embryo anularis perifericus: albumen farinosum. Herbae pinques: folia ut plurimum extipulata.
Portulaca 205.

Ord. XXXXVII. Parronichieae SL. HIL. *Calix 5-partitus persistens:* petala totidem saepe rudimentalia, basi calycis inserta eiusque partibus alterna: *stamina super discum basim calycis cingens,* petalis opposita: *ovarium liberum uniloculare:* capsula calyce cinta: *placentae centrales:* embryo anularis albumen circumdans. Folia scariasa stipulata.

Tribus 1.a *Telephieae DC. Capsula incomplete 4-locularis polysperma dehiscens*
Corrigiola 221.

Trib. 1.a *Illecebreae DC. Capsula 1-locularis 1-sperma indehiscens.*
Herniaria 159. *Illecembrum* 158.

Trib. 3.a *Polycarpeae DC. Capsula 1-locularis polysperma, valvis 3 dehiscens*
Polycarpon 80.

Ord. XXXXVIII. Schleranteae Link. *Calycis tubus campanulatus, fauce, anulo glanduloso, constricta*, limbo 4-partito: petala nulla: *stamina 5 sub anulo faucis inserta* quandoque 10, 5 tantum fertilia: ovarium liberum 1-loculare: *capsula* membranacea *calyce indurato inclusa, et cum ipso decidua:* placenta basilaris: caetera Parronichiearum.
Schleranthus 191.

Ord. IL. Crassulaceae DC. Calyx 5 raro polysepalus persistens *sepalis basí plus minus coalitis*: petala numero sepalarum libera, vel in carollam monopetalam, fundo calycis inserta: *stamina numero petalorum vel dupla*, *cum carolla vel super carollam* 1-*petalam inserta: ovaria numero petalorum libera vel inferne coalita*: carpella squama nectarifera hypogyna aucta: placenta in sutura interna carpellorum: embryo rectus: albumen carnosum. Plantae succulentae.

Tillaea 81. *Radiola* 103. *Sedum* 201. *Sempervivum* 211. *Cotyledon*. 202.

Ord. L. Cacteae DC. *Calyx ovario adhaerens*, *laciniis numerosis apice liberis sensim in corallam habientibus*: petala 2-serialia libera, vel in tubum apice libero, connata: *stamina indefinita* super discum apicem ovarii cingentem inserta: *ovarium* 1-*loculare* multiovulatum: bacca pulposa: *placentae pluriseriatae verticales:* embryo curvatus aut spiralis: albumen nullum. Frutices succulenti aculeati: folia parva.

Cactus 216.

Ord. LI. Ficoideae DC. *Calyx ovario adhaerens*, *limbo libero* 5 rarius 2-8-partitus: *petala et stamina* numerosa, ut plurimum uniseriata, *fauce tubi calycis inserta:* ovarium multiloculare, loculis multiovulatis, circa axem dispositis: *capsula* carnosa *tandem exucca, loculis in carpellis apice liberis*, stellatim divergentibus, suturna interna dehiscentibus, *tandem mutatis* placenta in angulo interno carpellorum: embryo curvus: albumen farinorum. Frutices vel herbae carnosae, stipulae nullae.

Mesembryanthemum 223.

Ord. LII. Grossularieae DC. Calyx ovario adhaerens limbo libero subplano campanulato vel tubuloso 4-5-fido: petala 4-5 et stamina totidem fauce tubi inserta: *ovarium* 1-*loculare multiovulatum: bocca limbo calycis* marcescentis *coronata*: *placentae parietales:* semina e fumiculis elongatis pendula: embryo minimus rectilineus: albumen carnosum. Frutices saepe spinosi; folia alterna lobata.

Ribes 154.

Ord. LIII. Saxifageae Juss. Calyx 4-5-fidus persistens ovario adhaerens vel liber: petala 4-5 calyci inserta: *stamina libera petalorum numero vel duplicata. super discum epyggynam vel hypogynum quandoque obsoletum: ovarium* 1-loculare, vel sutura introflexa, 2-loculare, *loculis multiovulatis*: *styli* 2 *persistentes*: capsula raro

biloba intus sub stylo dehiscens: placentae parietales vel ad septorum margines: embryo rectus: albumen carnosum. Herbae vel fruticuli foliis alternis, vel radicalibus saepe carnosis.

Saxifraga 185.

Ord. LIV. Umbelliferae Juss. *Calycis tubus orario adnatus* limbus 5–dentatus vel obsoletus: petala 5: stamina totidem calyci inserta: petala dentibus alterna, stamina opposita: *ovarium 2–loculare, loculis 1–spermiis, stylis duobus basi in discum epigyum stylopodium sistentem dilatatis, coronatum*: cremocarpium ex duobus mericarpiis maturitate ut plurimum liberis: placentae apicillares: embryo minimus rectus, albumen magnum. Folia alterna basi vaginantia: flores umbellati.

Subord. 1.° Regulares, seu umbellis perfectis.

Trib 1.° *Oncocarpia, seu cremocarpia plus minus turgida.*

Subtrib. 1.° *Quinquejugata*, seu jugis tantum primariis donata.

Apium 174. *Trinia* 175. *Ptycotis* 176. *Sison* 177. *Ammi* 178. *Aegopodium* 179. *Bunium* 180. *Pimpinella* 181. *Sium* 182. *Bupleorum* 183. *Oenanthe* 184. *Phelandrium* 185. *Phoeniculum* 186. *Briquolia* 187 *Seseli* 188. *Libanatis* 189. *Cnidium* 190. *Athamantha* 191. *Hladnichia* 192. *Coristospermum* 489. *Meum* 193. *Crithmum* 194. *Scandix* 201. *Anthriscus* 202. *Chaerophyllum* 203. *Myrris* 204. *Prangos* 205. *Conium* 206. *Smyrnium* 207.

Subtrib. 2.° *Multijugata*, seu jugis primariis et secundariis donata.

Laserpitium 209. *Elaeoselinum* 210. *Daucus* 211. *Caucalis* 212. *Torilis* 213. *Bifora* 214. *Coriandrum* 215.

Tribus. 2.ª *Omalocarpia, seu cremocarpia applanata.*

Selinum 195. *Ferula* 196. *Angelica* 195. *Palimbia* 197. *Pastinaca* 198. *Heracleum.* 199. *Tordylium* 200.

Subord. 2.ª *Descicentes*, seu umbellae imperfectae, vittae nullae.

Hydrocotyle 169. *Sanicula* 170. *Astrantia* 171. *Erynqium* 172. *Echinophora* 173.

Ord. LV. Araliaceae Juss. *Calycis tubus ovario adaereus*, limbus 4–5–dentatus liber: *petala* 5–10 *et stamina totidem supra discum epigynum*: *ovarium* 2–*loculare*, *loculis* 1–*ovulatis*: *bacca*: placenta apicillaris: embryo rectus in albumine magno: Frutices saepe sarmentosi: folia extipulata.

Hedera 155.

Ord. LVI. Corneae DC. *Drupa, putamine osseo, 2-3-locularis, raro 1-locularis:* coetera Araliacearum.

Cornus 96.

Ord. LVII. Loranthieae Juss. *Calix ovario adhaerens,* limbus integrus aut partitus: *corolla 4-partata vel 4-petala*: *stamina 4-filamentis brevibus (corolla adnata) vel nullis: antherae poris dehiscentes*; ovarium 1-loculare 1-ovulatum: bacca coronata: placenta basilaris: semen rectum: embryo inversus: albumen carnosum. Frutices parasitici succo viscoso praediti.

Viscum 97. *Loranthus* 149.

Ord. LVIII. Caprifoliaceae Juss. *Calycis tubus ovario adhaerens, in limbo brevi libero 2-3-5-dentato, continuatus*: corolla monopetala, limbo 4-5-partito, apice tubi inserta: *stamina 6 raro 4 libera carollae insidentia: ovarium 3-5-loculare, loculis 2-pluri-ovulatis*: bacca coronata: *placenta apicillaris*: embryo in centro albuminis carnosi. Herba aut arbores, foliis oppositis.

Trib. 1.ª *Sambucineae H. B. et K. Corolla rotata : stigmata 3-5 sessilia, vel stylis distinctis insidentia.*

Sambucus 217. *Viburuum* 216.

Trib. 2.ª *Lonicereae Brow. Corolla tubulosa vel campanulata saepe irregularis: stylus indivisus: stigma trilobum.*

Lonicera 147.

Ord. LIX. Stellatae l. *Calycis tubus ovario adhaerens, in limbo brevi 4-5-6-lobato vel obsoleto et in fructu evanido-continuatus*: corolla monopetala 4-5-6, fida, tubo calycis inserta: *stamina in fauce corollae, limbi laciniis alterna*: *ovarium* saepe didymum *2-loculare, loculis 1-ovulatis:* fructus indehiscens saepe bipartibilis, nucula vel drupa: *placenta basilaris*: embryo rectus in axe albuminis cornei Herbae foliis extipulatis saepe verticillatis.

Scherardia 91. *Asperula* 89. *Crucianella* 92. *Rubia* 90. *Galium* 87. *Valantia* 8.

Ord. LX. Valerianeae DC. *Calycis tubus ovario adhaerens, in limbum involutum et in pappum denique mutatum vel obsoletum, continuatus :* corolla monopotala

summo calycis tubo saepe basi gibbo vel calcarato: inserta, limbo irregulari 3–4–fido, *stamina 1–3 rarius 4–5, tubo corollae, inserta*: *ovarium* 1–2–3–loculare, *loculo unico tantum fertili* 1–ovulato: achenium: *placenta apicillaris*: embryo rectus: albumen nullum. Folia variantica extipulata.

Valeriana 21. *Chentranthus* 1. *Valerianella* 22. *Fedia* 21 A.

Ord. LXI. Dispaceae DC. Flores sessiles in capitulum densum super receptaculum commune nudum vel paleaceum, involucro communi, cintum, *calyx duplex uterque persistens, exterior turbinatus foveolatus vel costatus, interior ovario plus minus adhaerens, collo constrictus, limbo in utroque persistente:* corolla monopetala apice calycis interni inserta 3–5–fida, limbo inaequaliter secto: *stamina 4 libera tubo corollae inserta, filamentis minime articulatis:* ovarium 1–loculare: achenium: placenta apicillaris: embryo rectus: albumen carnosum. Falia opposita.

Dipsacus 83. *Cephalaria* 84. *Knautia* 85. *Scabiosa* 86.

Ord. LXII. Compositae Adams. *(Synanthereae Rich.)*. Flores sesiles in calathum dense congesti super receptaculum commune, involucro communi, cintum, vel singuli involucro peculiari et in capitlum coadunati: *calycis tubus ovario adnatus:* limbus brevis, obsoletus, saepius in pappo evolutus: corolla tubo calycis imposita limbo regulari 5–fido, modo irregulari vel ligulato: *stamina 5 tubo corollae inserta, filamentis medio articulatis*: *antherae lineares in tubum coalitae:* ovarium 1–ovulatum: achenium: placenta basilaris: embryo rectus: albumen nullum. Calatha hermaphrodita *(homogoma)* polygama *(heterogama)*, monica, vel dioica. Folia multipartita raro integra.

Trib. 1.ª *Cynareae Less. Flores tubulati conformes, vel radiati radio ligulato aut tubuloso regulari*: *stylus hermaphroditorum articulatus nodosus, saepe ad nodos, hirto–puberulus.*

Subtrib 1.ª *Calenduleae DC.* Involucrum multiflorum: flores radii ligulati faeminei fertiles, disci tubulosi hermaphodriti abbortivi.

Calendula 467.

Subtrib. 2ª *Echinopsideae Less.* Involucra uniflora in capitulum sphaericum congesta.

Echinops. 470.

Subtrib. 3.ª *Carduineae Koch.* Involucrum multiflorum: flores tubulosi hermaphroditi, marginales quandoque abortivi.

Cynara 425. *Carduus* 427. *Cnicus* 428. *Onoprodon* 424 *Artium* 423.

Trib. 4.ª *Carlineae Koch*, *(Cass. ex porte.) Involucrum multiflorum*: *flores hermaphroditi*: *pappus uniserialis ramosus deciduus.*

Carlina 922 *Staehelina* 433.

Trib. 5.ª *Serratuleae Cass.* Involucra multiflora: flores hermaphroditi: pappus plumosus vel pilosus persistens, serie interiore coeteris longiore.

Serratula 429 *Iurinea* 426.

Subtb. 6.ª *Centaurieae Less.* Iuvolucra multiflora: flores omnes hermaphroditi vel marginales neutri: pappus plumosus vel pilosus persistens quandoque nullus, serie radiorum penultima, coeteris longiore.

Carduncellus 421. *Kentrophyllum* 420. *Centaurea* 465. *Galactites* 465.

Subt. 1.ª *Xeranthemeae Less.* Involucra multiflora: flores omnes fertiles, disci hermaphoditi, marginales pauci faeminej.

Xeranthemum 439.

Trib. 2.ª *Cichoraceae. Flores omnes ligulati hermaphroditi: stylus neque articulatus neque inflatus, cruribus revolutis puberulis.*

Subt. 1.ª *Hyoserideae Gren. et God.* Receptaculum epaleaceum glabrum vel setosum: pappus coronisformis paleacens quandoque nullus.

Cathananche 419. *Cichorium* 417. *Tolpis* 400. *Hedypnois* 403. *Hyoseris* 402 *Ragadiolus* 390. *Lapsana* 389. *Arnoseris* 401.

Subt. 2.ª *Hypochaerideae Less.* Receptaculum paleaceum sero denudatum: pappus disci plumosus, pilis, basi dilata, lanceolatis.

Hypochaeris 413. *Seriola* 414. *Robertia* 415.

Subt. 3.ª *Scorzonereae Less.* Receptaculum nudum: disci pappus plumosus, pilis basi dilatatis: plumis modo liberis modo intertextis.

a Plumis liberis.

Trincia 406. *Leontodon* 404. *Apargia* 405. *Picris* 408. *Helminthia* 409. *Urospermum* 412.

b Plumis intertextis.

Scorzonera 410. *Tragopogon* 411.

Subt. 4.ª *Crepoideae Gren. et God.* Receptaculum nudum: achenium squamulis vel

spinulis quandoque coronatum : pappus sessilis vel stipitatus, pilis simplicibus denticulatis numquam plumosis.

Condrilla 393. *Phoenopus* 391. *Lactuca* 394. *Praenanthes* 392. *Soncus* 395. *Picridium* 396. *Zacintha* 407. *Crepis* 399. *Andryala* 416. *Barkausia* 398. *Hyeracium* 397.

Subt. 5.ª *Scolymeae Less.* Receptaculum squamosum denuo denudatum: squamae margine revolutae et achenia ita arcte involucrates ut alata videantur: pappus coroniformis centro nudus vel piloso-squamosus.

Scolymus 418.

Trib. 3.ª *Eupatoriaceae Less. Flores tubulosi vel in radio ligulati: stylus cylindricus neque articulatus neque inflatus: crura in floribus hermaph. elongata subteretia vel clavata superne pupillosa.*

Subt. 1.ª *Eupatorieae Koch.* Flores omnes hermaphroditi.

Eupatorium 131. *Adenostyles* 430.

Subt. 2.ª *Tussillagineae Cass.* Flores polygami.

Tussillago 499. *Petasites* 450.

Trib. 4.ª *Asteroideae Less. Stylus florum hermaph. cylindraceus bifidus, cruribus linearibus subplanis superne aequaliter minuteque puberulis.*

Subt. 1.ª *Asterineae Nees.* Antherae ecaudatae: pappus pilosus vel nullus.

Chrysocoma 422. *Aster* 496. *Margarita* 453. *Bellis* 455. *Eringeron* 493. *Solidago* 447.

Subt. 2.ª *Buphthalmeae Less.* Antherae caudatae: pappus coroniformis.

Asterisus 664.

Subt. 3.ª *Tarchonanteae Less.* Antherae caudatae: pappus e radiis sejunctis vel nullus: flores radii foeminei, disci masculini vel steriles.

Mycropus 469. *Evax* 468.

Subt. 4.ª *Inuleae Less.* Antherae caudatae: pappus e radiis sejunctis: flores radii foeminei, disci hermaphroditi.

Inula 448. *Coniza* 442. *Jasonia* 44. *Cupularia* 445.

Trib. 5.ª *Senecionideae Less.* (*paucis exclusis*) *Stylus fl. hermaph. cylindricus: crura linearia pennicillata, vel ultra pennillum in conum brevem aut apendiculam hispidulam producta.*

Subt. 1.ª *Gnaphalium Koch.* Antherae caudatae.

Filago 441. *Gnaphalium* 440.

Subt. 2ª *Heliantheae Less.* Antherae ecaudatae nigricantes: pappus nullus aristatus vel coroniformis.

Bidens 435.

Subt. 3.ª *Ahthemideae Koch.* Antherae caudatae flavae: pappus nullus aut coroniformis.

Artemisia 938. *Tanacetum* 437. *Santolina* 434. *Diotis* 436. *Achillea* 463. *Anthemis* 462. *Anacyclus* 461. *Matricaria* 460. *Pyretrum* 459. *Chrysanthemum* 456. *Xanthophtalmum* 457. *Pinardia* 458. *Doronicum* 454. *Cineraria* 452. *Senecio* 451.

Ord. LXIII. Ambrosiaceae Link. *Flores diclini. Mas.* in calathum collecti super involucrum monophyllum vel multifidum perigonium 1–phyllum 5–dentatum: stamina 5 libera, vel filamentis monadelphis fundo perigonii inserta: stylus filiformis: stigma integrum: ovarium abortivum. *Fl. foem.* solitarii vel gemini: perigonium nullum: ovarium involucro monophyllo conferruminatum stylus unus: stigmata duo arcuata: *fructus nucem* 1–2–*locularem, referens loculis* 1–2–*spermiis*, placenta basìlaris: embryo rectus: albumen nullum.

Ambrosia 502. *Xanthium* 503.

Ord. LXIV. Lobeliaceae Juss. *Tubus ovario adhaerens,* limbus liber integer vel bifidus: corolla monopetala irregularis, et stamina, summo calycis tubo, inserta: *filamenta et antherae in tubum connata*: stylus e tubo antherifero exertus: stigmata urceolo membranaceo vel corona ciliata circumdata: capsula 2–3–locularis, loculis polyspermis: placenta axilis: embryo rectus in albumine tenui. Folia alterna.

Lobelia 128.

Ord. LXV. Campanulaceae Juss. *Calycis tubus ovario adhaerens, limbus liber* 5–*fidus*: corolla 1–petala, raro irregularis summo calycis tubo inserta: *stamina* 5 *summo tubo at sub corolla inserta* filamenta libera: antherae quandoque basi adnatae: ovarium 3–5–loculare, loculis polyspermis: *stylus unicus, stigma*3–5–*fidum:* capsula dehiscens: placentae axiles: embryo rectus in centro albuminis. Folia alterna.

Jasione 144. *Trachelium* 145. *Phyteuma* 146. *Campanula* 142. *Specularia* 143.

Ord. LXVI. Vaccinieae DC. *Calycis tubus avario adhaerens*, limbo integro

libero vel 4-5-dentato: *corolla* monopetala 4-5-loba, *super discum epigynium faucem tubi circumdantem: stamina* 4-5-8-10 *similiter inserta at a coralla libera:* antherae 1-loculares bicornes, apice poris dehiscentes: stylus unus: stigma simplex: baccae 3-5-locularis, loculis polyspermis: placentae centrales: embryo rectus in asse albuminis. Fructices foliis alternis.

Vaccinium 160.

Ord. LXVII. Ericineae Desv. Calyx liber persistens 4-5-fidus vel partitus: *corolla monopetala* 4-5-fida vel partita, et stamina 4-5 quandoque 8-10, *libera neque corollae adnata super discum hypogynum inserta:* ovarium multiloculare liberum: stylus unus; stigma solitarium: capsula multilocularis, loculis 2-multiovulatis, raro bacca: semina aptera: placentae axiles: embryo rectus in axe albuminis carnosi. Arbusculae vel fructices, foliis extipulatis.

Trib. 1.ª *Arbuteae DC. Bacca: corolla caduca.*

Arbutus 177.

Trib. 2.ª *Ericeae DC. Capsula: corolla marcescens.*

Erica 156.

Ord. LXVIII. Pyrolaceae Lindl. Omnia uti in Ericineis, at *discus hypogynus nullus.* Plantae herbaceae vivaces, foliis perennantibus: scapo uudo.

Pyrola 178.

Ord. LXIX. Monotropeae Nutt. *Calyx 5-sepalus,* corolla 5-petala, utraque persistentia: *stamina* 10 *libera,* 5 *e glandulis hypogynis basim ovarii liberi cingentibus,* 5 *iis alternantia: stylus unus:* stygma magnum infondibuliforme: *capsula 5-valvis, dissepimentis incompletis, e basi media valvarum, 1-locularis*: semina numerosa: placenta centralis. Herbae ad radices arborum parasitae, facie Orobanchearum.

Monotropa 179.

COROLLIFLORA

Ord. LXX. Ebenaceae Vent. Calyx persistens 3-6-fidus: *stamina, numero laciniarum corallae 3-6-fidae aequalia vel dupla aut indefinita:* discus nullus:

ovarium liberum: stylus et stigma simplex vel divisum: *capsula aut bacca pluri-locularis, loculis* 1-2-*spermis: placentae axiles:* embryo rectus in albumine carnoso. Arbores aut frutices, floribus ut plurimum unisexualibus.

Diospyros 157.

Ord. LXXI. STYRACEAE RICH. *Stamina* 8-10, *vel plura et tunc in androphoris, corollae lobis alterna: ovarium inferum* 4-*spermum, seminibus duobus erectis duobus pendulis.* Caetera Ebenaceorum. Arbores resiniferae: folia simplicia alterna.

Styrax 165.

Ord. LXXII. AQUIFOLIACEAE RICH. Calyx 4–5–dentatus: *corolla regularis* 4–6–*partita: stamina* 5–6 *laciniis corollae inserta et iisdem alterna:* discus nullus: *ovarium solitarium:* stigma subsessile lobatum: *drupa* 2-6-*locularis, loculis* 1-*spermis, seminibus pendulis:* placentae assiles: embryo parvus rectus: albumen magnum carnosum. Plantae arboreae, foliis perennantibus, saepe dentato–spinosis.

Ilex 100.

Ord. LXXIII. OLEACEAE LYNDL. Calyx dentatus vel divisus: *corallae regularis* limbus 4–fidus vel 4-partitus: *stamina* 2 tubo corallae inserta: *discus nullus: ovarium* 2-*loculare, loculis* 2–*ovulatis pendulis:* stylus et stigma simplex vel 2–fidum: pericarpium quandoque abortu 1-loculare et etiam 1-spermum drupa, bacca, capsula vel samara: placentae axiles: embryo rectus: albumen carnosum. Arbores vel arbuscula, ramis foliisque oppositis.

Trib. 1.ª *Oleineae Koch. Pericarpium carnosum.*

Olea 9. *Phyllirea* 8. *Ligustrum* 7.

Trib. 2.ª *Lilaceae Vent. Pericarpium siccum.*

Fraxinus 18. *Ornus.*

Ord. LXXIV. JASMINEAE R. BROW. Calyx dentatus vel divisus: *corolla regularis* limbo 4-8-fido: *stamina* 2: discus nullus: *ovarium liberum* 2-*loculare, loculis* 1-*ovulatis, ovulis erectis:* stylus et stigma solitarium: pericarpium capsula vel bacca: placentae centrales basilares; embryo rectus: albumen maturitate fere evanidum. Arbusculae saepe scandentes: folia frequenter impari-pinnata.

Jasminum 6.

Ord. LXXV. Asclepiadeae. R. Brow. Calyx persistens 5-partitus: *corolla 1-petala regularis 5-fida decidua hypogyna:* stamina 5 basi corollae inserta; filamenta, in tubum pistillum includentem, saepe connata: ovaria 2: *stigma unicum* dilatatum, *stylis duobus commune*, pentagonum, *angulis glanduliferis*, *massas pallineas*, *retinens:* folliculi duo polyspermi: semina e placenta suturae proxima sero libera, pendula: embryo rectus: albumen tenue carnosum. Frutices vel herbae saepe scandentes succo lacteo acri.

Vincetoxicum 166.

Ord. LXXVI. Apocineae R. Brow. Calyx 5-partitus persistens: *corolla 1-petala regularis decidua hypogyna: stamina* 5 corollae inserta, filamentis brevibus liberis: *antherae stigmati incumbentes: pollen granulosus:* ovaria 2-1-locularia, vel 1 2-loculare: styli 2-1: stigma semper solitarium: pericarpium polyspermum folliculus, rarius capsula drupa vel bacca: placentae suturis proximae: embryo rectus in albumine carnoso. Arbores vel frutices succo lacteo caustico.

Vinca 141.

Ord. LXXVII. Gentianeae Lind. Calyx 1-sepalus divisus persistens: *corolla regularis 1-petala hypogyna:* limbi partes divisioni calycis aequales, saepius 5: *stamina tot quot corrollae laciniae, tubo inserta:* ovarium solitarium: styli 2 ex integro vel ex parte connati: stigma simplex vel bilobum: pericarpium polyspermum: *capsula 1-locularis 2-valvis, placentis marginalibus, vel dissepimentis marginalibus bilocularis, et ideo placentae centrales:* quandoque bacca: embryo rectus in axe albuminis carnosi. Plantae annuae vel vivaces foliis oppositis, vel alternis, succo aqueo amaro.

Trib. 1.ª *Menyanteae. Ovarium disco hypogyno impositum, vel glandulis stipatum. Folia alterna Koch.*

Menyanthes. 758.

Trib. 2.ª *Gentianeae verae. Discus hypogynus nullus. Folia opposita Koch.*
Chlora 158. *Gentiana* 167. *Erythraea* 129.

Ord. LXXVIII. Convolvulacae Juss. Calyx persistens 5-partitus rarius 5-fidus: *corolla 1-petala regularis hypogyna* limbo 5-lobo*: stamina 5 fundo corollae inserta: ovarium liberum super discum hypogynum:* stylus simplex quandoque 2-fidus

capsula 2-3-4-locularis, 2-3-4-valvis, *loculis* 1-2-*spermis*, varimode dehiscens, modo indehiscens: placentae basilares: embryo curvus: albumen tenue mucillaginosum: cotyledones quandoque deficientes. Plantae saepae volubiles: folia alterna stipulata quandoque nulla.

Trib. 1.ª *Genuinae Link.* Foliis et cotyledonibus praediae.
Convolvolus 140. *Calystegia* 139. *Cressa* 488.
Trib. 2.ª *Cuscutineae Link.* Foliis et cotyledonibus nullis: embryo spiralis.
Cuscuta 168.

Ord. LXXIX. Boragineae Desv. Calyx persistens 5-partitus vel 5-dentatus: *corolla 1-petala hypogyna* decidua *regularis 5-fida, rarius irregularis: stamina* 5 *tubo vel fundo corollae inserta: ovaria libera super discum hypogynum modo* 4 1-*ovulata, modo* 2 2-*ovulata, vel unicum maturitate in quatuor secedens:* stylus e receptaculo in medio ovulorum stigmate terminatus: gynobasium calyci inclusum: placentae basilares: embryo rectus: albumen nullum. Herbae aut suffrutices, foliis alternis extipulatis.

Trib. 1.ª *Heliotropeae Koch. Ovarium* 1 *maturitate in colliculos* 4 *sejunctum.*
Heliotropium 107.

Trib. 2.ª *Cynoglosseae Koch. Colliculi* 4 *semper distincti, stylo adnati.*
Asperugo 117. *Cynoglossum* 118.

Trib. 3.ª *Anchuseae Koch. Colliculi,* 4 *disco tumido anulari basi cinti.*
Borago 114. *Anchusa* 115. *Lycopsis* 112. *Symphytum* 116.

Trib. 4.ª *Lythospermeae Koch. Colliculi* 4 *vel* 2 *super discum planum vel convexiusculum.*
Onosma 110. *Cerinthe* 106. *Echium* 111. *Pulmonaria* 108. *Lythospermum* 108. *Myosatis* 113.

Ord. LXXX. Solaneae Juss. Calyx persistens 5-fidus vel 5-partitus: quandoque circumscissus parte superiore decidua *coralla 1-petala hypogina 5-loba: stamina* 5 *tubo corallae inserta, laciniis alterna: filamentorum apex acutus:* antherae apice adnatae: ovarium liberum: stylus 1: stigma simplex: *pericarpium polysper-*

mum 2-loculare 2-4-*valve* capsula, pyxidium, vel bacca: placentae e medio dissepimenti: embryo anularis vel spiralis: albumen carnosum. Folia ut plurimum alterna: inflorescentia saepe extraxillaris.

Lycium 138. *Solanum* 134. *Physalis* 135. *Atropa* 136. *Mandragora* 137. *Datura* 133 *Hyoscyamus* 132.

Ord. LXXXI. Verbasceae Bartl. *Corolla irregularis: filamenta apice dilatata, antheris unilocularibus transverse vel oblique adnatis:* embryo rectus: coetera Solanearum.

Verbascum 131. *Scrophularia* 288.

Ord. LXXXII. Antirrhineae Juss. Calyx persistens divisus: *corolla 1-petala hypogyna irregularis: stamina 2 vel 4 corollae inserta, dum 4 didynamia: antherae basi appadiculatae:* ovarium solitarium liberum: stylus 1: stigma integrum vel bilobum: pericarpium 2-loculare multiovulatum capsula varimode dehiscens, raro bacca: placentae in medio dissepimentorum: *embryo rectus albumine carnoso inclusus.* Herbae vel suffrutices, foliis magna ex parte oppositis.

Gratiola 10. *Digitalis* 231. *Antirrhinum* 292. *Linaria* 293. *Erinus* 284. *Veronica* 15.

Ord. LXXXIII. Orobancheae Juss. *Ovarium uniloculare: placentae parietales; squamae foliorum vices, at nunquam virides:* coetera Antirrhinearum.

Orobanche 294. *Latraea* 295.

Ord. LXXXIV. Rhinanthaceae DC. *Antherae basi mucronatae vel spinulosae:* coetera Antirrhinearum.

Melampyrum 290. *Pedicularis* 289. *Rhinanthus* 285. *Bartxia* 286. *Euphrasia* 287.

Ord. LXXXV. Acanthaceae Juss. *Albumen nullum: funiculi umbilicales cartilagineo-adscendentes:* coetera Antirrhinearum.

Acanthus 295A.

Ord. LXXXVI. Labiatae Juss. Calyx tubulosus persistens: *corolla 1-petala hypogina irregularis* saepe 2-labiata: stamina didynamia vel driandra corollae inserta: antherarum loculi paralleli vel divaricati, vel basi conjuncti, rarius con-

netivo elongato dissili: *ovaria 4 libera super discum hypoginum: stylus 1 e medio ovariorum*: nuces 4 calyci inclusae, abortu quandoque pauciores; placentae basilares: embryo rectus, radicula infera: albumen nullum. Caulis tetragonus: folia alternatim opposita.

Trib. 1. 1.ª *Didynamiae. Stamina 4 subordinata.*

Subt. 1.ª *Menthoideae* Benth. Antherarum loculi paralleli vel divaricati.

Mentha 272. *Lycopus* 12.

Subt. 2.ª *Satureineae Benth.* Antherarum loculi obliqui.

Origanum 270. *Thymus* 261. *Satureja* 252. *Clynopodium* 264.

Subt. 3.ª *Melissineae Benth.* Loculi apice connati, rima communi dehiscentes.

Melissa 260.

Subt. 4.ª *Nepeteae Bent.* Stamina superiora longiora.

Nepeta 275. *Glecoma* 274.

Subt. 5.ª *Stachydeae Benth.* Stamina inferiora longiora.

Melittis 265. *Lamium* 273. *Galeopsis* 271. *Stachys* 276. *Betonica* 279. *Sideritis* 269 *Marrubium* 280. *Ballota* 278. *Leonurus* 277. *Phlomis* 281.

Subt. 6.ª *Scutellarineae Benth.* Calyx fructifer apice clausus

Scutellaria 266. *Prnuella* 239.

Subt. 7.ª *Prasineae Benth.* Fructus drupaceus.

Prasium 261.

Subt. 8.ª *Ajugoideae Benth.* Corolla 1–labiata, seu labium superius brevissimum, vel ita partitum, partibus labio inferiore adnatis, ut deficere videatur.

Ajuga 267. *Teucrium* 268.

Trib. 2.ª *Diandrae. Stamina duo, antheris bilocularibus* (*Monardeae Benth.*)

Rosmarinus 14. *Salvia* 13.

Ord. LXVXVII. Verenaceae Juss. Calyx tubulosus persistens: *corolla tubulosa hypogyna limbo irregulari: stamina didynamia vel diandra corallae tubo inserta*: ovarium liberum: stylus unus: *pericarpium subdrupaceum 4–loculare loculis 1-spermis, vel capsulare in carpella 4 1-sperma maturitate solutum:* placentae basilares: embryo rectus: radicula infera: albumen nullum. Plantae consistentia variae, foliis oppositis.

Vitex 283. *Verbena* 282.

Ord. LXXXVIII. Lentibulariae Rich. Calyx persistens 2–5–divisus; *corolla*

hypogyna irregularis 2-labiata calcarata: *stamina 2 fundo corollae inserta*: antherae 1-loculares transverse dehiscentes: *ovarium liberum:* stylus 1: *capsula 1-locularis polysperma* dehiscens vel ruptilis: *placenta centralis libera*: embryo rectus: albumen nullum. Plantae paludosae vel aquaticae: folia vessiculis saepe comitata, stipulis nullis.

Pinguicula 11. *Utricularia* 11A.

Ord. LXXXXIX. Primulaceae Vent. Calyx persistens 4-5-divisus vel dentatus: *corolla hypogyna regularis 4-5-fida: stamina tubo vel fauce inserta numero lobulorum corallae*, *et iis opposita*, modo duplicata, alterna sterilia: *ovarium liberum:* stylus unus: *capsula 1-locularis polysperma*, valvis vel dentibus sepalorum numero, dehiscens, vel pyxidata: *placenta centralis libera*: embryo rectus infra albumen carnosum. Herbae foliis ut plurimum oppositis.

Lysimachia 121. *Anagallis* 120. *Centunculus* 93. *Androsace* 126. *Primula* 124. *Hottonia* 125. *Soldanella* 123. *Cyclamen* 122. *Samolus* 127.

Ord. XC. Globularieae DC: Calyx persistens, limbo inaequaliter 5-fido vel 2-labiato: *corolla hypogyna irregularis*, labio superiore 2, inferiore 5-fido: *stamina 4 summo tubo inserta*, *quintum*, *inter lacinias labii superioris*, *deficiens: ovarium* 1-*loculare:* stylus 1: stigma 2-fidum: pericarpium indehiscens 1-spermum: placenta apicillaris: embryo rectus: albumen carnosum. Herbae vel arbuscula, foliis alternis extipulatis.

Globularia 82.

Ord. XCI. Plumbagineae Juss. Calyx persistens 5-10-lobatus vel truncatus oblique pedunculo insertus: *corolla 1-petala regularis limbo 5-partito*, *aut 5-petala* unquiculata: *stamina 5 hypogyna*, *in corolla polypetala petalorum unquibus adnata: ovorium liberum 1-loculare*: styli 5, vel unico stigmatibus 5: capsula pentagona indehiscens, modo apice aut horizontaliter dehiscens: placenta basilaris, semine solitario pendulo: embryo rectus: albumen farinosum. Folia integra saepe radicalia, floribus spicatis aut capitalis.

Armeria 326. *Statice* 225. *Plumbago* 119.

Ord. CXII. Plantagineae Juss. Flores hermaphroditi quandoque monoici. Calyx persistens 4-partitus, in foemineis 3-sepalus: *corolla 1-petala hypogyna 4-fida regularis scariosa:* stamina 4 tubo corollae vel receptaculo inserta, antheris introrsis: ovarium liberum 1-loculare: stylus 1: stigma simplex vel 2-fidum:

pericarpium modo capsula circumscissa 2–4–locularis loculis polyspermis, placentis centralibus, *modo nux monosperma*, placenta basilari: embryo rectus: albumen carnosum. Herbae acaules vel caulescentes nervis foliorum parallelis.

Plantago 93.

MONOCHLAMYDEA

Ord. XCIII. Amarantaceae Juss. *Perigonium liberum scariosum 3–5–partitum: stamina hypogyna 3–5 libera*, laciniis perigonii opposita, aut monadelpha: *ovarium liberum 1–loculare*: stylus 1 quandoque subnullus: stigma solitarium capitato-lobatum, vel 2–3 filiformia: pericarpium capsula circumscissa, vel ruptilis, raro bacca: semina plurima: placentae basilares: embryo curvus vel perifericus: albumen farinosum. Folia alterna, *stipulis vaginiisque nullis.*

Amaranthus 163.

Ord. XCIV. Phytolaceae R. Brow. *Perigonium liberum petaloideum 4–5–partitum: stamina fundo perigonii inserta* tot quot perigonii laciniae, et illis alterna, modo plura inordinata: ovarium liberum 1–10–loculare loculis 1–ovulatis: styli simplices loculorum numero: bacca: placentae basilares: embryo perifericus: albumen farinosum. *Folia alterna, stipulis vaginisque nullis.*

Phytolacca 203.

Ord. XCV. Chenopodeae Vent. *Perigonium sepaloideum liberum rarius adhaerens 5–partitum* vel 5–phyllum: *stamina fundo perigonii inserta*, numero partium perigonii aequalia vel pauciora, opposita: ovarium liberum quandoque calyci adnatum 1–loculare 1–ovulatum: stylus simplex vel 2–3–4–partitus: stigmata totidem integra: *pericarpium indehiscens siccum vel bacciforme, ex varia calycis modificatione:* embryo circularis anularis vel spiralis: albumen farinosum vel nullum. Folia alterna *stipulis vaginisque nullis.* Flores hermaphroditi vel polygami.

Trib. 1.ª *Salsoleae Mey. Flores hermaphroditi: embryo spiralis: caulis continuus.*

Salsola 161.

Trib. 2.ª *Salicornieae Mey. Flores hermaphroditi: embryo perifericus: caulis articulatus.*

Salicornia 2.

Trib. 3.ª *Chenopodieae Mey. Flores hermaphroditi: embryo periferius: caulis continuus.*

Palycnemum 29. *Chenopodium* 160. *Beta* 162.

Trib. 4.ª *Atripliceae Mey. Flores diclini monoici vel dioici rarissime hermaphroditis mixti: embryo perifericus: caulis continuus.*

Spinacia 521. *Atriplex* 526. *Teligonum* 513.

Ord. XCVI. Polygoneae Juss. *Perigonium sepaloideum vel petaloideum 3–5–6–partitum* saepius persistens et liberum: *stamina definita basi perigonii inserta* et glandulis hypogynis, quandoque nullis, alterna: ovarium saepius liberum 1–loculare styli 2–3: stigma simplex capitatum aut pennicillatum: *pericarpium indehiscens, nucula vel achena*, laciniis perigonii involutum 1-spermum: placenta basilaris: embryo inversus centralis, vel curvatus unilateralis, vel perifericus: albumen farinaceum. *Folia stipulata stipulis vaginantibus.*

Rumex 150. *Polygonum* 169.

Ord. XCVII. Thymeleae Juss. (Daphnoideae Vent.) *Perigonium tubulosum liberum petalaideum*, limbo regulari 4–5–fido: *stamina* 8–10 *fauce vel tubo inserta*, perigonii laciniis numero dupla: *antherae introrsae* 2–loculares *longitudinaliter dehiscentes:* ovarium liberum 1–loculare: stylus et stigma solitarium: bacca succosa vel exucca: *semen unicum e placenta apicillari pendulum*: embryo rectus: albumen tenue carnosum vel nullum. Frutices foliis extipulatis.

Daphne 164. *Passerina* 165. *Stellera* 166.

Ord. XCVIII. Laurineae DC. *Perigonium sepaloideum liberum, limbo subnullo vel 4–5–fido: stamina 6 basi laciniarum inserta* uniseriata, vel 12 biserrata: *antherae filamento adnata* biloculares *valvis dehiscentes*: ovarium liberum 1–loculare stylus et stigma solitarium pericarium 1–spermum drupa aut bacca: semen magnum e placenta apicillari: embryo rectus: albumen nullum. Arbores vel frutices: flores hermaphroditi vel dioici.

Laurus 172.

Ord. XCIX. Santalaceae R. Brow. *Perigonium petaloideum ovario adhaerens limbo 3–4–5–fido: stamina numero laciniarum perigoni et super carum basim inserta: ovarium 1–loculare* 2–4–ovulatum, ovulis juxta apicem placentae centralis

adfixis: stylus 1: stigma simplex: pericarpium carnosum vel exuccum 1-spermum saepius coronatum: embryo rectus in albumine carnoso immersus. Folia alterna sparsa extipulata.

Thesium 156. *Osyris* 28.

Ord. C. Cytineae Brog. *Perigonium petaloideum tubuloso-campanulatum adhaerens, limbo 4-5-6-partito: stamina 8-16-plura* columnae centrali adnata, antheris extrorsis 2-locularibus longitudinaliter dehiscentibus tot quot laciniae perigonii: *ovarium 1-loculare multiovulatum:* stylus brevis terminalis: stigma discoideum: pericarpium 1-loculare polyspermum intus pulposum, baccam modo exterius siccam, referens: *placentae quatuor parietales* in septis aliquando productae: embryo rectus: albumen carnosum. Plantae parasiticae *Orobarchearum*, vel *Monotropae* facie.

Cytinus 159.

Ord. CI. Aristolochiae Juss. *Perigonium petaloideum ovario adhaerens limbo ventricoso vel tubuloso superius oblique truncato vel trifido*: stamina 6-12 libera modo apice ovarii inserta, filamentis brevibus, modo stylo sub stigmate adnata: antherae extrorsa 2-loculares longitudinaliter dehiscentes: *ovarium 3-6-loculare loculis multiovulatis:* pericarpium indehiscens capsula aut bacca: *placenta axillis*: embryo minimus ad basim albuminis cartilaginei. Herbae aut sufrutices et tunc saepius sarmentosi, foliis alternis,

Aristolochia 485. *Asarum* 206.

Ord. CII. Euphorbiaceae Juss. Flores unisessuales. *Perigonium duplex, exterior* (calyx Juss.) *in lacinias 4-6 divisum, vel* nullum: *interior* (corolla Juss.) *petaloideum, laciniis cum externo alternis, vel nullum*: *Mas. stamina centro floris inserta vel sub rudimento pistilli,* divisionibus perigonialibus aequalia pauciora vel majora: filamenta libera vel varie connata: antera 2-loculares longitudinaliter dehiscentes. *Foem.* Ovarium liberum sessile aut stipitatum, ut plurimum triloculare, loculis 1-2-spermis, *ovulis pendulis*: styli et stigmata loculorum numero, vel in unum coaliti stigmate multilobato: *capsula 2-3-pluri-cocca*, coccis circa *placentam centralem* in orbem dispositis, elastice dehiscentibus, nervo mediano valvarum adaperto: embryo rectus axilis: albumen carnoso-oleosum. Plantae saepe lactescentes.

Euphorbia 492. *Mercurialis* 173. *Crozophora* 401. *Buxus* 499.

Ord. CIII. Mareae Endl. *Flores unisessuales Mas.* Perigonium monophyllum

3–4–partitum: stamina 3–4 partibus perigonii opposita e fundo orta: filamenta subexerta: antherae 2–loculares introrsae longitudinaliter dehiscentes. *Fl. foem.* Perigonium 4–5–divisum: ovarium liberum 1–loculare 1–ovulatum, raro 2–loculare, loculo altero vacuo: stylus bifurcus: stigmata furcationibus lateralia: *pericarpia perigonio obvoluta libera, vel in fructu unico coalita, modo receptaculo carnoso clauso vel adaperto sustenta: placentae apicillares: embryo curvus in albumine carnoso.* Arbores succo saepius lacteo: folia alterna: stipulae liberae et deciduae.

Morus 486. *Ficus* 391.

Ord. CIV. Celtideae Endl. *Flores hermaphroditi quandoque polygami.* Perigonium monophyllum liberum 5–partitum: stamina 5 partibus perigonii opposita: antherae introrsae 2–loculares, longitudinaliter dehiscentes, filamentis brevibus elastice assurgentibus, articulatae: ovarium superum 1–loculare: stigmata duo terminalia elongata integra vel bifida: *drupa vix carnosa* 1–*locularis* 1–*sperma*: semen pendulum e *placenta parietali: embryo curvus: albumen carnosum* saepe attenuatum. Arbores foliis alternis.

Celtis 168.

Ord. CV. Ulmaceae Mirb. *Flores hermaphroditi raro polygami.* Perigonium liberum persistens 4–8–fidum: stamina numero partium perigonii, atque illis opposita: filamenta exilia: antherae introrsae longitudinaliter dehiscentes: ovarium liberum 2–loculare, loculis 1–ovulatis, septis quandoque incompletis uniloculare: styli duo divaricati: stigmata recurva: *samara coriacea* 1–*locularis*: 1–*sperma*: *placenta apicillaris: embryo rectus: albumen nullum.*

Ulmus 167.

Ord. CVI. Urticeae DC. Fl. Fr. *Flores monoici, dioici, rarius polygami. Fl. herm.* et *mas.* perigonium persistens 4–5 divisum: stamina 4–5 divisionibus perigonii opposita: filamenta incurva in anthesi elastice assurgentia: antherae introrsae 2–loculares longitudinaliter dehiscentes: ovarium in hermaph. completum, in masculis rudimentale. *Fl. foem.* divisiones perigonii liberi inaequales, externae minores, quandoque nullae, vel perigonium tubulosum 2–4–dentatum: ovarium liberum: stylus brevis aut nullus: stigma simplex vel multipartitum: stamina completa quandoque rudimetalia: *nucula membranacea vel crustacea unilocularis* 1–*sperma: placenta basilaris: embryo rectus*: *albumen carnosum.* Folia nervosa pilosa, pilis saepe urentibus.

Urtica 498. *Parietaria* 831.

Ord. CVII. Cannabineae Endl. *Flores dioici. Mas.* Perigonium 5-phyllum: stamina 5 e fundo perigonii orta, phyllis opposita: antherae terminales longitudinaliter dehiscentes. *Foem.* Perigonium monophyllum: ovarium liberum: stylus brevis nullusque: stigmata duo filiformia: *nux 2–valvis 1–locularis 1–sperma, perigonio accreto, involuta: placenta apicillaris: embryo curvus vel spiralis: albumen nullum.* Plantae annuae tenacitate fibrarum praeclarae, stipulis persistentibus vel deciduis.

Cannabis 520. *Umulus* 519.

Ord. CVIII. Juglandae DC. Flores monoici, *masculi amentacei.* Perigonium 2–6–partitum: stamina plurima in medio perigonii: filamenta brevissima: antherae 2–loculares longitudinaliter dehiscentes: *Flor. foem. solitarii bini vel terni in apice ramulorum: involucrum (*calyx alior.*) tubulosum limbo 4–dentato, perigonio, et perigonium (*corolla alior.*) limbo 3–4–fido, ovario adhaerens*: ovarium 1–loculare 1–ovulatum: stylus brevissimus: stigmata 2 lanceolata, vel 1 petato–bilobum: drupa carnosa putamine 2–4–valvi: placenta basilaris: embryo inversus, *cotyledonibus magnis amphractuoso–plicatis*: albumen nullum. Arbores foliis extipulatis.

Juglans 512.

Ord. CIX. Cupuliferae Rich. Flores monoici, *masculi amentacei.* Amentum cylindricum vel subrotundum: perigonium nullum, vel squamiforme, vel calyciforme 3–4fidum: stamina 5 plurima, perigonio vel bracteae inserta: filamenta inaequalia libera vel coalita: antherae 1–loculares introrsae longitudinaliter dehiscentes. *Foem. solitarii vel plures aggregati vel spicati.* Perigonium ovario adhaerens, limbo denticulato, maturitate saepe evanido: ovarium 2–6–loculare, loculis 1–2–ovulatis: stigmata 2–6 basi saepe coalita: *involucrum multiforme, maturescente fructu, acerescens, et pericarpia complete vel incomplete includens*: pericarpium nux unilocularis 1–sperma, seminibus e placenta apicillari pendula: embryo rectus: albumen nullum. Arbuscula vel arbores elatae, foliis alternis simplicibus: stipulis deciduis.

Corylus 505. *Carpinus* 506. *Ostria* 507. *Fagus* 508. *Castanea* 509. *Quercus* 510.

Ord. CX. Salicineae Rich. *Flores unisessuales dioici amenthacei.* Amenta ex bracteis squamaeformibus, proferentibus, glandulam 1–2, vel urceolum sub genitalia. *Mas.* Stamina 2–4 libera vel monadelpha: antherae 2–loculares longitudinaliter dehiscentes. *Foem. ovarium liberum 1–loculare multiovulatum.* stylus 1: stigmata 2 saepe bifida: capsula 2–valvis: *semina numerosa comosa pendula* e pla-

centis binis parietalibus: embryo rectus: albumen nullum. Arbores vel arbuscula, foliis alternis: stipulis deciduis, saepe nullis.

Salix 19. *Populus* 167.

Ord. CXI. Plataneae Lestib. *Flores unisessuales monoici in ramis distinctis,* amentis globosis, floribus nudis. *Mas.* Stamina indefinita, squamis clavaeformibus immixta: filamenta brevissima: antherae 2-loculares, loculis oblongis connectivo adnexis longitudinaliter dehiscentibus. *Foem.* ovaria plurima obconica 1-locularia 1-2 ovulata, squamis intermixta: *stigma laterale in stylo laterali elongato*: *nucula 1-sperma, pilis articulatis, basi dense stipata:* placenta apicillaris: embryo rectus: albumen tenue carnosum. Arbores mole insignes, foliis lobatis alternis, stipulis deciduis.

Platanus 511.

Ord. CXII. Betulineae Rich in Kunth. *Flores unisessuales monoici amentacei* ex bracteis squamaeformibus pedicellatis. *Mas.* flores terni nudi in squamis ternis perigonialibus, squamula basi utrinque munitis, vel perigonium monophyllum apice 4-fidum squamis simplicibus, insidens: stamina 2-4 in quovis perigonio: antherae 2-loculares longitudinaliter dehiscentes. *Foem.* perigonium nullum: bracteae solitariae vel ternae sessiles, *singulae, ovarium bilocuiare, loculis uniovulatis, sustinentes*: stylus nullus, stigmata 2 filiformia: *pericarpium nux* aptera vel alata 2-locularis 2-sperma, vel *samara late alata* 1-locularis 1-sperma: placentae apicillares: embryo rectus: albumen nullum. Arbores foliis alternis, stipulis deciduis

Alnus 500.

Ord. CXIII. Abietineae L. B. Rich. *Flores monoici raro dioici: Mas. antherae sessiles in facie inferiore squamarum*, amenthum masculum, constituentium: loculi duo plurimi saepius longitudinaliter dehiscentes, connectivo in pelta superius dilatato, sejuncti. Amentha foeminea tandem in strobilos conversa: *strobili e squamis in axillis bractearum positis* conflati: *ovula bina,* stylo nullo, stigmate cito marcescente, *in facie interna et inferiore squamarum:* squamae maturitate, bracteis induratis accretis, inclusae, vel apice exertae: semina, testa coriacea vel liqnosa, in alis membranaceis persistentibus vel deciduis, producta: embryo rectus in albumine carnoso: cotyledones verticillatae. Arbores.

Pinus 515.

Obs. Clarmus R. Brown squamas uti pericarpia adaperta considerat.

Ord. CXIV. Cupressineae L. C. Rich. *Flores monoici vel dioici.* Amenta paucisquamata. *Mas. Antherae in basi interna squamarum:* filamenta brevia crassa connectivo peltato terminata, loculos 3–12 longitudinaliter dehiscentes, sustinentia: amenta foeminea, in *strobilos parvos globosos, squamis paucis liquosis aut carnosis,* liberis aut coalitis, *bracteis nullis,* tandem conversa: *ovula 1–plura in basi faciei internae squamarum:* styli 1–3 breves vel nulli: stigmata perforata: semina aptera vel alata, testa ossea: embryo rectus in albumine carnoso: cotyledones duae, raro plures verticillatae. Arbores

Cupressus 506. *Juniperus* 524. *Taxus* 346.

MONOCOTYLEDONEA

Ord. CXV. Hydrocharideae DC. *Flores dioici raro hermaphroditi. Perigonium 6–partitum laminis 2–seriatis, seriei internae, majoribus coloratis: stamina libera 3–6–plura,* laminis internis, alterna: antherae introrsae 2–loculares longitudinaliter dehiscentes: *ovarium inferum:* stylus nullus aut brevis: stigmata 3–6 plus minusque bifida: pericarpium capsulare 1–multiloculare, loculis polyspermis: placentae parietales vel septis adnatae: embryo rectus: albumen nullum. Plantae aquaticae, foliis radicalibus, modo caulinis fasciculatis.

Trib. 1.ª *Stratiotideae Endl. Ovaria plurilocularia: stigmata sex.*
Hydrocharis 175.

Trib. 2.ª *Vallisnerieae Endl. Ovarium 1–loculare, stigmata tria.*
Vallisneria 518.

Ord. CXVI. Alismaceae R. Brow. *Flores hermaphroditi vel monoici. Perigonium 6–partitum, laminis 2–seriatis, serie interna colorata:* stamina 6 vel indefinita hypogina: antherae 1–loculares longitudinaliter dehiscentes: *ovaria supera 2–6–plura libera vel sutura interna coalita, singula stylo brevi terminata 1–2–ovulata:* carpella indehiscentia 1, raro 2–spermia: placentae ex sutura interna: embryo curvus. albumen nullum. Herbae aquatiles, nervis foliorum parallelis.

Alisma 155. *Sagittaria* 258.

Ord. CXVII. Butomeae Rich. *Perigonium 6–partitum biseriatum, serie interna colorata saepe et externa: stamina 9: ovaria 6 multiovulata: carpella capsularia 6*

sutura interna plus minus basi adhaerentia, apice dehiscentia polysperma: placentae parietales ramosae: embryo curvus rectusve: coetera *Alismacearum.*

Butomus 184.

Ord. CXVIII. JUNCAGINEAE RICH. *Perigonium inferum 6-phyllum*: stamina 6 hypogyna fundo perigonii inserta: antherae 2-loculares longitudinaliter dehiscentes: *ovaria supera 3-6-plura*, plus minus intus coalita, singula, stylo brevi vel stigmate oblique adnato, terminata: *carpella capsularia 3-6 ab axe soluta 1-2-spermia ex interius dehiscentia*: placenta ex sutura interna: embryo rectus: albumen nullum. Plantae aquatiles vel paludosae, foliis gramineis.

Triglochin 151.

Ord. CXIX. POTAMEAE JUSS. Flores hermaphroditi aut unisessuales. *Perigonium sepaloideum liberum 4-partitum spataceum, vel nullum*: stamina libera 1-2-4: antherae saepius sessiles 1-2-loculares longitudinaliter dehiscente: *ovaria 4 plura, stylo vel stigmate sessili terminata: carpella indehiscentia, nuculae vel drupeolae*, 1-locularia 1-spermia: placentae ex angulo interno prope apicem vel ex apice: embryo plicatus vel curvus: albumen nullum. Plantae submersae, vel foliis superioribus tantnm natantibus.

Potamogeton 104. *Ruppia* 105. *Zannichelia* 494.

Ord. CXX. NAJADEAE LINK. *Flores unisessuales sparsi*. Spatha multiflora folio terminata, vel 1-flora urceolum referens: stamina 1-3: filamenta brevia aut nulla: anthera 1-4-locularis, valvis vel rima dehiscens: *ovarium solitarium liberum*: stigma 1 sessile vix conspicuum, vel 2-3 filiformia: pericarpium 2-3 valve 1-loculare 1-spermium, nucula vel drupeola: embryo rectus vel arcuato-flexus: *albumen nullum.* Herbae aqua demersae.

Najas 493. *Kernera* 29A. *Caulinia* 5.

Obs. Sunt qui Zosteraceas a Najadeis dividunt, et in peculiarem recipiunt familiam; at Najadearum charactes usque modo satis perspecti? de Potamearum, et Najadarum sede vera nonne hadue disputatur?

Ord. CXXI. LEMNACEAE LINK. *Perigonium* (spatha aliorum) herbaceum *1-phyllum integrum initio clausum denuo adapertum ore crenulato*: *stamina* 1-2 *hypogyna* (altero serius explicato Koch): antherae didymae 2-loculares transverse vel lateraliter dehiscentes: *ovarium liberum*: stylus brevis: stigma obtusum: perigonium

nucamentaceum utriculiforme, modo transversaliter dehiscens, uniloculare: semi. loculorum numero 2-6, embryo breviter arcuatum: albumen nullum. *Plantae* herbaceae natantes *caulophyllae*, seu caule in foliorum forma dilatato.

Lemna 17.

Ord. CXXII. Typhaceae Juss. *Flores monoici dense congesti in spicis cylindricis vel capitulis globosis: flores masculi superiores, foeminei inferiores:* squamae 3 plura, vel setae in basi cujusvis floris. *Mas.* stamina 3 plura libera vel connata: antherae erectae basifixae 2-loculares longitudinaliter dehiscentes. *Foem.* ovarium liberum: stylus 1: stigma simplex uniloculare: pericarpium indehiscens 1-loculare 1–ovulatum, bacca vel utriculus, maturitate in latus adapertum: placentae basilares: embryo rectus in centro albuminis carnosi. Plantae palustres, foliis ensiformibus elongatis.

Tipha 517. *Sparganium* 497.

Ord. CXXIII. Palmae L. Ord. nat. n. 1. *Flores hermaphroditi vel polygami* saepius diclinii *in spadice ramoso 1–plurivalvi.* Perigonium persistens 6–partitum, partibus 2–seriatis alternis: stamina 6 rarius 3 in basi partium perigonii; *antherae didymae filamentis adnatae:* ovarium 3–loculare vel profunde trilobum, ovulo unico erecto in quoque loculo vel lobo: loculi lobique stylo stigmateque unico terminati: pericarpium bacca vel drupa : placentae basilares : *embryo minimus in cavitate albuminis magni* maturitate cornei: cotyledon germinatione accreta. Plantae arborae *stipite* plus minus evoluto : foliis vaginantibus pinnato aut palmato–lobatis.

Chamaerops 154.

Ord. CXXIV. Aroideae Juss. Flores monoici vel hermaphroditi. *Monoici nudi, spadicem carnosum, ex integro vel ex parte, dense tegentes: hermaphroditi, perigonium squamaeforme 4-6–partitum.* In monoicis, stamina, filamentis brevissimis, ovariis intermixta, vel super ovaria sita, antheris 2-locularibus, rima recta vel transversali, dehiscentibus: in hermaphroditis, stamina perigonii squamis opposita, filamentis tenuibus, antheris didymis : ovaria libera 1-3-locularia : stigma solitarium sessile, vel stylo insidens: pericarpium indehiscens siccum vel baccatum, loculis mono–olygospermis: embryo in axe albuminis carnosi vel farinosi. Herbae aut suffrutices caule rhizomatico vel adscendente, foliis vaginantibus.

Arum 490. *Arisarum* 489.

Ord. CXXV. ORCHIDEAE Juss. *Perigonium petaloideum inferius ovario adhaerens, superius sexpartitum*, partes, in corollam ringentem et ex torsione fructus resupinatam, dispositae: tres externae et duo ex internis labium superius galeatum, *(Galea)* tertia ex internis major, forma mire ludibunda, et in calcar inferius saepe producta, descendit, et labellum sistit: ovarium uniloculare multiovulatum, placentis parietalibus, in capsulam, valvis tribus dehiscentem, mutatum: *stigma in stylo staminibus conferruminatum productum, gynostemium irregulare sistens*: stigma in fundo perigonii madidum *(Gynizus)*: stylus staminiferus ex latere posteriori gynizi superius productus, et anterius inclinatus *(Rostellum)*: glandulae in basi rostelli supra gynizum pronae *(Proscolla)*: stamina tria duo lateralia sterilia, rarius intermedium sterile, lateralia fertilia: antherae 2-loculares, loculis discretis vel approximatis, septis incompletis 2-4-fidae: massae pollinis cereaceae coerentes, vel granulosae facile separabiles, corpore glanduloso elastico *(Retinaculum)*, retentae, in pediculo (*Caudicula*) inferius attenuato productae: retinaculum sacco simplici *(Bursicula)* vel duplo aliquando exceptum: semina scobiformia: embryo in basi albuminis carnosi. Plantae herbaceae perennates, foliis vaginantibus, tuberculis, radicibus veris, interpositis.

Orchis 471. *Platanthera* 472. *Himantoglossum* 473. *Peristylus* 474. *Nigritella* 475. *Aceras* 476. *Ophris* 477. *Serapias* 478. *Spiranthes* 479. *Neottia* 480. *Listera* 481. *Epipactis* 482. *Cephalanthera* 483. *Limodarum* 484.

Ord. CXXVI. IRIDEAE Juss. *Perigonium petaloideum inferius ovario adhaerens superius sexpartitum*, partibus biserialis alternis: *stamina* 3 basi segmentorum exteriorum inserta: *antherae extrorsae* longitudinaliter dehiscentes: ovarium 3-loculare, ovulis biseriatis: stylus unus: stigmata tria quandoque dilatata: capsula 3-valvis, valvis medio septiferis: testa seminis carnosa vel membranacea: placentae in margine interno septorum: embryo in axe albuminis cornei vel carnosi. Plantae herbaceae, radicibus tuberosis, vel bulbosis.

Crocus 23. *Romulea* 24. *Gladiolus* 25. *Iris*. 26. *Gynandriris* 485.

Ord. CXXVII. AMARYLLIDEAE R. Brow. Perigonii tubus supra ovarium saepe productus, fauce nuda vel coronata: *stamina* 6: *antherae introrsae:* coetera Iridearum. Plantae herbaceae ut plurimum bulbiferae, foliis radicalibus integris basi vaginantibus

Trib. 1.ª *Amarylleae Endl. Faux perigonii nuda.*

Galanthus 128. *Sternbergia* 131. *Agave* 145.

Trib. 2.ª *Narcisseae End. Faux perigonii corona vel urceolo aucta.*
Narcissus 129. *Pancratium* 130.

Ord. CXXVIII. Asparagae Juss. *Perigonium petaloideum liberum exapetalum vel* 4-6-8-10-*fidum*, partibus 2-seriatis: stamina numero laciniarum perigonii, receptaculo vel perigonio, inserta: *antherae introrsae* 2-loculares longitudinaliter dehiscentes: *ovarium liberum* ut plurimum triloculare, loculis 1-pluriovulatis: styli loculorum numero liberi vel saepius coaliti: stigma simplex vel trilobum: *pericarpium indehiscens*, *bacca* 3-*locularis* quandoque obliteratione septorum 1-locularis, monospermum: placentae ex angulo interno loculorum: embryo in albumine carnoso vel corneo. Flores quandoque uniseriales, venulis foliorum anastomasantibus.
Asparagus 143. *Paris* 171. *Convallaria* 142. *Smilax* 144. *Ruscus* 138.

Ord. CXXIX. Dioscoreae R. Brow. *Flores dioici. Perigonium ovario adhaerens*: coetera Asparagearum.
Thamus 523.

Ord. CXXX. Liliaceae DC. *Perigonium petaloideum liberum hexapetalum*, *vel tubuloso-campanulatum ore* 6-*fido*, *laciniis partibusque* 2-*seriatis:* stamina 6 receptaculo vel perigonio inserta: antherae 2-loculares introrsae longitudinaliter dehiscentes: ovarium liberum: stylus 1: stigmata 3, vel 1 triquetrum: *pericarpium*, *capsula* 3-*locularis*, *valvis* 3 *medio septiferis*, *dehiscens*, *polyspermum*, seminibus 2-seriatis: placentae ex angulo interno loculorum: embryo in albumine carnoso. Plantae herbaceae bulbo perennantes, bulbillis, in scapo vel in foliis, quandoque adjectis.

Trib. 1.ª *Tulipeae DC. Semina plana: stigmata tria.*
Tulipa 135. *Lilium* 133. *Fritillaria* 134.

Trib. 2.ª *Asphodeleae Juss. Semina rotundata vel angulata, testa crustacea.*
Asphodelus 138. *Anthericum* 139. *Scilla* 137. *Hyacinthus* 140. *Muscari* 141. *Ornithogalum* 136. *Allium* 132.

Ord. CXXXI. Colchicaceae DC. *Perigonium petaloideum* liberum 6-*phyllum*. *phyllis unquiculatis*, *unquibus liberis*, *vel in tubum elongatum*, e radice ortum, *cor-*

natis: stamina 6 receptaculo vel fauce perigonii inserta: antherae biloculares extrorsae longitudinaliter dehiscentes: *ovarium 3-loculare*, loculis vel coalitis vel plus minus liberis, *in folliculos tres maturitate mutatum, angulo interno dehiscentes, vel totos liberos, vel basi interna plus minus coalitos*: styli 3 liberi vel in unum coalitos: semina plurima: placenta in sutura folliculorum: embryo subcylindricus albumine denso carnoso vel cartilagineo, involutus. Plantae herbaceae radicibus fibrosis vel bulbiferis.

Trib. 1.ª *Colchiceae Nees. Ungues perigonii in tubum elongatum coalitae: radices bulbiferae.*
Colchicum 133.

Trib. 2.ª *Veratreae Nees. Ungues perigonii brevissimae liberae, vel in tubum brevem coalitae: radices fibrosae.*
Veratrum 152.

Ord. CXXXII. Juncaceae Bart. *Perigonium inferum glumaceum glumis* 6 *scariosis liberis 2-seriatis persistentibus*: stamina 6 raro 4, perigonii glumis opposita: antherae introrsae 2-loculares basifixae longitudinaliter dehiscentes: ovarium et stylus solitarius: stigmata 3 filiformia pilosa: *capsula 3-locularis valvis* 3 medio *septiferis* et placentiferis loculis polyspermis, *vel 1-locularis 3-sperma*, seminibus in basi valvarum positis: embryo subcylindricus in basi albuminis carnosi. Plantae herbaceae saepe perennantes foliis vaginantibus, non raro fistulosis.
Juncus 146. *Luzula* 147.

Ord. CXXXIII. Cyperaceae Juss. Flores hermaphroditi vel diclinii *in axilla squamarum glumacearum. Glumae disticae vel undique imbricatae unisessuales, quandoque 2-valves,* spicas spiculasque conflantes, valva interiore rachide adnata, vel ovarium complete vestiens in urceolum tandem mutata: setae plus minus copiosae (*nonullis perigonium*), sub ovario, quandoque deficientes: stamina 3: antherae introrsae basifixae acuminatae 2-loculares longitudiualiter dehiscentes: ovarium liberum: stylus 1: stigmata 2-3: pericarpium nux triangularis vel compressa 1-locularis 1-sperma, setis basi ornata vel urceolo inclusa: placenta basilaris: embryo parvus in basi albuminis farinosi. Plantae herbaceae saepe perennantes: folia graminea vaginis integris.

Trib. 1.ª *Cypereae Koch. Flores hermaphroditi: glumae disticae.*
Cyperus 36. *Schoenus* 30.

Trib. 2.ª *Scirpeae Koch. Flores hermaphroditi: glumae undique imbricatae.*
Cladium 31. *Eleocharis* 37. *Scirpus* 33. *Fimbristylis* 32. *Eriophorum* 35.

Trib. 3.ª *Cariceae Koch. Flores diclini.*
Carex 496.

Ord. CXXXIV. Gramineae Juss. *Flores glumacei hermaphroditi vel unisessuales in spiculas.* Spiculae ex gluma 2–valvi, valvis disticis, raro 1–valvi, varius deficicente, *(valva calycinia L.)* et ex flore vel floribus (*flosculi L.*) alternis disticis conflatae: glumellae in basi cujusve floris *(gluma corollina L)*, valvis alternis, valvulis internis 2–3 quandoque adjectis, (glumellulae nomine retius quam alio nomine distinguendae) sub organis genitalibus positis, atque glumellis alternis: stamina 3 rarius 6 vel 1–2 libera hypogyna: antherae basi apiceque emarginatae longitudinaliter, raro apice poro, dehiscentes: ovarium 1 superum : styli 2 quandoque coaliti: stigmata plumosa pilosa vel aspergilliformia 2 raro 1–3: caryopsis libera, glumellis quandoque involuta 1–sperma, semine pericarpio adnato: *embryo parvus, albumini denso farinoso, basilaris et lateralis.* Plantae annuae aut perennes, *caule, culmo, foliis e nodis, in vaginam fixam, erumpentibus*, inter vaginam et folium *ligula.*

Trib. 1.ª *Andropogoneae Kunt. Spiculae geminae dorso compressae altera sessilis, altera pedicellata; flos unicus hermaphroditus flore sterili vel masculo adjecto: stigmata sub apice floris exerta.*
Andropogon 56. *Pollinia* 57. *Dinebra* 54. *Sorgum* 58. *Saccharum* 55.

Trib. 2.ª *Paniceae Kunt. Spiculae dorso compressae plano convexae: flos unicus hermaphroditus: stigmata ex apice vel sub apice floris exerta.*
Panicum 63. *Lappago* 46.

Trib. 3.ª *Phalaridea Kunt. Spiculae in latus compressae: flos unicus hermaphroditus, floribus duobus masculis aut rudimentalibus comitatus: stigmata ex apice floris exerta.*
Phalaris 50. *Anthoxanthum* 20.

Trib. 4.ª *Alopecuroidea Kunt. Spiculae in latus compressae 1-florae, flore rudimentali saepe adiceto: stigmata elongata ex apice floris exerta.*
Alopecurus 38. *Crypsis* 44. *Phleum* 39.

Trib. 5.ª *Chlorideae Kunt. Spiculae in latus compressae, faciebus convexae: flos unicus hermaphroditus: stigmata sub apice floris exerta.*
Cynodon 49. *Digitaria* 48.

Trib. 6.ª *Agrostideae Kunt. Spiculae sparsae: flos* 1, *raro plures hermaphroditi: stigmata sub apice floris exerta.*
Polypogon 40. *Agrostis* 43. *Lagurus* 51 *Ammophila* 79.

Trib. 7.ª *Stipaceae Kunt. Spiculae sparsae: flos* 1 *hermaphroditus: stigmata e latere floris exerta.*
Stipa 42. *Aristella* 92. *Milium* 41.

Trib. 8.ª *Arundinaceae Kunt. Spiculae sparsae: flores* 2-6 *hermaproditi: stigmata sub apice floris exerta.*
Arundo 78.

Trib. 9.ª *Seslericae Koch. Spiculae in latus compressae, faciebus convexis: flores* 2-6 *hermaphroditi: stigmata ex apice floris exerta.*
Echinaria 69. *Sesleria* 68.

Trib. 10.ª *Avenaceae Kunt. Spiculae sparsae* 2-9-*florae: flos internus aliquando masculus, coeteri hermaphroditi: stigmata ex latere floris exerta.*
Triodia 70. *Aira* 52. *Holcus* 50. *Arrenantherum* 60. *Avena* 71. *Triodia* 70. *Melica* 53.

Trib. 11.ª *Festucaceae Kunt. Spiculae sparsae: flores hermaphroditi* 2-*plures: stigmata e basi floris exerta.*
Brixa 73. *Poa* 72. *Molinia* 54. *Dactylis* 76. *Cynosurus* 74. *Festuca* 75. *Bromus* 77.

Trib. 12.ª *Hordeaceae Kunt. Spiculae* 2-*multiflorae in singulo rachidis dente: flos terminalis saepe sterilis: stigmata e basi floris exerta.*
Triticum 65. *Secale* 64. *Hordeum* 47. *Lolium* 66. *Aegylops* 67. *Rottboellia* 61. *Psilurus* 62.

Trib. 13.ª *Nardoideae Koch. Spiculae solitariae in singula rachidis excoratione receptae: flos unicus hermaphroditus: stigma solitarium elongatum ex apice floris exertum.*

Nardus 37.

ACOTILEDONEA

Ord. CXXXV. Equisetaceae DC. Squamae angulatae peltatae stipitatae, in apice caulis, spicatim dispositae: sporangia 7–9 membranacea oblonga, latere interno tandem adaperto, dehiscentia, in facie inferiore squamarum in orbem disposita: sporae numerosissimae globulosae hinc acutatae, filamentis duobus auctae: fila utrinque progressive incrassata spiraliter circa sporas convoluta, siccitate elastice in crucem distensa. Caulis simplex vel ramosus articulatus, articuli caulis fistulosi, ramorum farcti, omnes vagina dentata muniti: radices rhizomaticae sepe repentes. Plantae vivaces terrestres vel aquaticae,

Equisetum 527.

Ord. CXXXVI. Marsileaceae R. Brow. Sporangia globosa vel oblonga coriacea vel membranacea, involucris seu coneptaculis, conflata, nuculas vel capsulas referentia, in basi foliorum vel petiolorum, aut inter fibras radicales. Sporangia dimorpha; alia sporis foeta, peculiari involucro suffulta, alia diaphana granulis luteis repleta. Plantae aquatiles: rhizoma plus minus evolutum: petioli aphylli vel foliati.

Trib. 1.ª *Marsileae Sporocarpia (Sporangia) coriacea basi foliorum petialorumve inserta. Rhizoma filiforme sub aqua protractum et radicans. Folia vernatione circinalia. Koch.*

Pilularia 529. *Marsilea* 528.

Trib. 2.ª *Salviniaceae Bartl. Sporocarpia (Sparangia) membranacea intra fibras radicales inserta vel caulis ramorumque basi adnata et deorsum spectantia. Plantae in aqua libere natantes. Folia distica vernatione a latere involuta Koch.*

Salvinia 350.

Trib 3.ª *Isoeteae Bartl. Sporangia in basi interna foliorum: folia fasciculata stricta, etiam in vernatione erecta, e bulbo radicali erumpentia caulis nullus.*

Isoetes 531.

Ord. CXXXVII. Lycopodiaceae DC. Sparangia solitaria axillaria in foliis caulinis sparsa, vel in ramorum apicibus spicatim approximata, modo uniformia, modo difformia, in valvulas semper dehiscentia: uniformia reniforma vel subglobosa sporis numerosissimis laeribus vel papillosis quaternatim in corpuscula trigona coherentia: difformia, alia uniformibus similia at muriculata, alia sporas 3–4 majores includentia, striis tribus apice conniventibus, notata. Plantae ut plurimum vivaces super cortices arborum vel ad terram muscosam: caulis alternatim ramosus, basi decumbens in rhizoma super terram vel sub terra protensus: folia spiralia, inferiora radiculas emittentia, quae spiculas comitantur in bracteas mutata.

Lycopodium 532. *Selaginella* 533.

Ordo CXXXVIII. Felices L. Sporangia pedicellata vel sessilia regulariter vel irregulariter dehiscentia *anulo (gyra, gyroma)* elastice completo vel incompleto quandoque deficiente donata: coacervatio sporangiorum, *sori*, seriata vel inordinata in facie inferiore frondium, vel in earum apicibus metamorphosatis, spiculas peniculasve referentibus: sori sub epidermide erumpunt et modo *indusiati* seu epidermide varimode comitati, modo epidermide decidua *nudi*: sporae in quoque sporangio numerosae nudae. Plantae sepius vivaces rhizomate horizontali (in exoticis stipite): folia *(frondes)* sparsa vel coadunata, foliatione paucis exceptis circinali.

Trib. 1.ª *Ophioglosseae R. Brow. Sporangia sessilia libera vel connata in apice frondis integra vel ramosa: sporangia unilocularia anulo destituta, valvis dehiscentia. Frondes duo dissimiles, altera sporangifera: foliatio minime circinalis.*

Ophioglossum 534. *Botrychium* 535.

Trib. 2.ª *Osmundaceae R. Brow. Sporangia libera pedicellata membranacea reticulata, anulo destituta, longitudinaliter in valvas binas dehiscentia, in apice ramoso frondium.*

Osmunda 536.

Trib. 3ª *Polypodiaceae R. Brow. Sporangia sessilia vel pedicellata, anulo elastico einta, transversaliter et irregulariter dehiscentia, in facie inferiore frondium.*

Subt. 1.ª *Polypodiaceae nudae Koch.* Indusio prorsus destitutae.

Ceterach 537. *Polypodium* 538. *Grammitis* 539.

Subt. 2.ª *Polypodiaceae indusiatae Koch.* Indusio munitae.

Aspidium 540. *Polystricum* 541. *Anthyrium* 542. *Cystopteris* 543. *Asplenium* 544. *Scolopendrium* 545. *Blechuum* 546. *Pteris* 547. *Adjanthum* 548.

OBSERVATIO

Genus *Chara* 495 in hac serie ingredi nequit, nam planta contextu vasculari expers. De vera Charearum sede usque modo disputatum est: ex recentiorum observationibus, magna cum Algis, affinitas manat.



PRAECIPUA MENDA TYPOGRAPHICA CORRIGE, OMISSA ADDE, NONULLA DELE.

			CORRIGE
Pag. 1	Lin. 14	Caulina	Caulinia
2	1	monygynia	monogynia
20	33	Antoxanthum	Anthoxanthum
39	24	Caryosis	Caryopsis
11	25	Saccarum	Saccharum
13	10	Cypereorum	Cyperearum
46	12	p. 862 Phalaris subulata	p. 360 Phalaris arenaria
50	3	laciniis	vaginis
54	9	Perenn.	Ann.
56	15	aristata	cristata
59	30	Will.	Vill.
62	22	stipula	ligula
91	3	Catili	Catilli
14	5	Ruppia	Ruppia L.
119	26	acutis oppositis	acutis, ramis oppositis
121	29	histerismum	hysterismum
150	1	Parronichiae	Paronichiae
162	23	Lasfrpitium	Laserpitium
167	28	Monugynia	Monogynia
168	36	inquisitur	inquiritur
173	11	*Barragine*	*Borragine*
181	36	Bienn.	Ann.
183	18	confortis	confertis
188	21	incoertae	incertae
192	15	*Carregiola*	*Corregiola*
204	28	Saccoro	Saccharo
211	6	tollendas	tollendam
213	4	Ambrosiodes	Ambrosioides
»	7	Ambrosoides	Ambrosioides

			CORRIGE
220	34	alpium	apenninorum
221	8	alpinis	apenninis
222	24	Guscuta	Cuscuta
227	14	dycandra	Decandria
228	35	Picaeni aud.	Piceni haud
232	32	Lachenali	Silaifolia
233	12	praehebet	praebet
262	15	Luzola	Luzula
277	4	Asfodelus	Asphodelus
283	4	esfusus	effusus
294	26	alius	aljus
296	14	Monohynia	Monogynia
«	27	Moerhingia	Moehringia
300	16	coesuris	caesuris
302	30–35	Opolus	Opulus
309	16	Moeringia	Moehringia
316	18	honaris	honoris
323	5	Paronichieae	Alsineae
324	14	Dycandria	Decandria
340	15	superante	superantibus
358	14	dasiphyllum	dasyphyllum
364	27	vomitorio	vomitoria.
392	14	Gatta della Rosa	Galla della Rosa
403	11	laeve	leve
430	32	Origonum	Origanum
453	29	*Succimele*	*Succiamele*
459	14	Bartolonii	Bertolonii
467	12	*Menorella*	*Mentorella*
476	6	minor Engl	minor Smith. Engl.
481	5	ad Hostiam	ad Ostiam
488	3	Mattiola	Matthiola
»	25	Synclitae	Synclistae
492	16	Plantae diuretae	Plantae diureticae
498	16	graminifolium	latifolium

			CORRIGE
516	19	β austriaca	β austriacam
526	10	in apennis	in apenninis
537	15	laetolem	lethalem
547	9	Astrolobium	Artrolobium
563	31	O. variegatus β.	O. vernus β
577	36	in sterilibus inter segeties	in sterilibus, et inter segetes
594	1	M. vulgaris	M. officinalis
614	26	Sucurigera	Securigera
620	9	Cent. 13	Cent. 13. p. 28.
629	2	imermia	inermia
637	29	Paloygamia	Polygamia
639	8	camplocarensis.	Camploclarensis
644	4	absoleta	obsoleta
689	5	Policaria	Pulicaria
694	32	faetens	foetens
754	34	tennifolia	tenuifolia
756	7	ut sterquilinis	et sterquilinis
763	13	Joulis	Torilis
»	17	Coristospermim	Coristospermum
764	20	nurbonense	narbonense
»	29	Hexandria monaggina.	Hexandria monogynie
773	9	604	487
776	21	Hybtscus	Hibiscus
784	27	conferruminatum	conferruminatis
828	19	*Spinaei*	*Spinaci*
844	22	Filis-mas	Filix-mas
853	5	donatae	donata
856	24	Arabis	Arabis 367
862	8	Rhanus	Rhamnus
863	2	Bonjeneia	Bonjeanea
»	12	Eudysareae	Euhedysareae
865	18	Haloragea	Halorageae
870	27	Seherardia	Sherardia
871	30	Echinops 470	Echinops 637

			CORRIGE
874	1	Gnaphalium	Gnaphalieae
881	27	capitalis	capitatis
883	6	Teligomum	Theligonum
884	36	Mareae Eudl.	Moreae Endl.

ADDE

Pag. 5 post lin. 6. UTRICULARIA L. Calyx 2-phyllus liber persistens, phyllis integerrimis: corolla personata: labium inferius rotundatum integrum calcaratum, superiore undulato, majore: pyxidium uniloculare: semina numerosa minuta. *Utriculariae* Link.

Pag. 9 lin. 30. in abruz. (Sang. Fl. Rom. Prod. tab. 3.)

Pag. 57 lin. 10. post productis – giumae corolline valvis calycinis subaequalibus, externa etc.

Pag. 75 post lin. 1. ante 23 *sterilis* – Avena

Pag. 97 post lin. 1. post Bromus – *Bromi secalini* – locustis compresso turgidis: valva corollina interna remote ciliata

Pag. 123 post lin. 26. Ann. Flor. Majo-Junio. Flores luteoli vel purpurascentes.

Pag. 146 post lin. 16. *Campanulaceae A. DC.*

Pag. 172 post lin. 13. In montium apricis inter saxa. *Presso Rocca di Papa ad Acquapendente* etc.

Ann. Flor. Martio-Majo. Flores purpurei demum coerulei

Pag. 207 post lin. 16. VIOLA.

2286. montana L. Sp. Pl. p. 1325. Radice robusta fusiformi: caule simplici ramosove erecto trigono: foliis alternis oblongo-lanceolatis, stipulisque grandibus foliaceis petiolo longioribus: laxe breviterque serratis: floribus solitaris cernuis ex pedunculis axillaribus: sepalis lanceolato-acuminatis basi truncata: nectario obtufo, apendices calycinas, subaequante: capsula oblongo-trigona obtusa.

V. montana *Bert. Fl. It. t. 2. p.* 705.

In alpestribus subapenninarum. *Presso Quercino.*

Perenn. Flor. Martio-Aprili

Flores coerulei, petalo majore, venis purpureo-coeruleis, percurso.

Pag. 221 post lin. 33. In apenninis Umbriae - *Valle Canetra*, *Boschi del Cavaliere* etc.

Pag. 222 post lin. 21. In apenninis elatis Umbriae. *Vettore*

Pag. 272 post lin. 4. A. ursinum *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 65.

In sylvaticis apenninorum Umbriae. *Boschi del Cavaliere*

Perenn. Flor. Majo. Flores albi

Vulgo *Aglio orsino*

Pag. 276 post lin. 30. Perenn. Flor. Aprili Majo. Floses coerulei.

Pag. 300 post lin. 28. E. carnea. *Bert. Fl. It. t. 4. p.* 329.

Pag. 415 post lin. 14. In alpinis herbosis montis Vettore. *Monte la Rosa.*

Pag. 423 post lin. 16. Perenn. Flor. Julio-Augusto. Flores luteo-aurei.

Pag. 437 post lin. 14. 295A. ACANTHUS L. Calyx liber persistens quadripartitus, laciniis inaequalibus difformibus: corolla 1-labiata, tubo brevissimo, fauce villis clausa, labio amplo 3-lobo deflexo: stamina basi corallae inserta, filamentis robustis, inferioribus apice incurvis, antheris 1-locularibus margine barbatis: styli filiformes longitudine staminum: stigma 2-fidum: capsula ovata 2-valvis 2-locularis: dissepimentum placentiferum valvis contrarium: semina ovata compressa.

Pag. 449 post lin. 4. Perenn. Flor. Junio. Flores lutei.

Pag. 475 post lin. 10. In Umbria, et Piceno.

Pag. 481 post lin. 27. Cruciferae Juss.

Pag. 487 325A. ARABIS L. Calyx 4-phyllus, foliolis erectis, binis basi saccatis: corollae cruciferae petala calyce duplo longiora, unquibus cuneatis, limbo obovato: staminum filamenta quandoque basi glandulifera: antherae oblongae: stylus subnullus: stigma obtusum: siliqua linearis compressa 2-locularis 2-valvis, valvis planis vel convexis: semina ovalia vel rotunda saepe alata in quovis loculo 1-serialia, e funiculis exilibus ex utroque latere septi alternatim orta, pendula.

325B. BARBAREA R. BROW. Calyx liber 4-phyllus, foliolis erectis conformibus: corolla crucifera, petalis calyce duplo longioribus, laminis obovatis, unquibus linearibus: staminum filamenta basi glandulifera: antherae oblongae: stylus brevis: stigma simplex obtusum: siliqua linearis tetragona, valvis carinatis: semina oblonga echinulata uniseriata, e funiculis crassiusculis ex altero latere septi orta.

Pag. 494 post lin. 19. In saxosis apenninorum. *Vettore.*

Perenn. Flor. Junio-Jullo. Flores flavi.

Pag. 517 post lin. 7. Bienn. Flor. Martio. Flores flavi.

Pag. 557 post lin. 24. Ann. Flor. Majo-Junio. Flores lutei carina saturatiore.

Pag. 561 post lin. 8. Suffrut. Flor. Junio. Flores lutei

Pag. 560 post lin. 26. Ann. Flor. Martio-Majo. Flores albo-coerulescentes, quandoque albi.

Pag. 598 post lin. 13. Ann. Flor. Julio. Flores purpurascentes.

Pag. 611 post lin. 10. Perenn. Flor. Julio. Flores albi aliquoties purpurei.

Pag. 617 post lin. 26. HYPERICINEAE.

Pag. 744 ante ZIZIPHORA, DIANDRIA - MONOGYNIA

Pag. 757 post lin. 24. P. subulata *Sang. Cent.* 3. *p.* 25. *n.* 49.

Pag. 818 post lin. 29. Vulgo. *Carpino nero*

Pag. 856 lin. 31. Arabis 317.

Pag. 859 lin. 6. Gypsophyla 320.

Pag. » lin. 15. Holosteum 110

Pag. 868 lin. 22. Glinus 210.

Pag. 869 lin. 4. Crysosplenium 186.

Pag. » lin. 33. Adoxa 170.

Pag. 877 lin. 26. Villarlia 130.

Pag. 880 lin. 25. Ziziphora 489.

DELE

Pag. 131	Lin. 23	P. subulata Sang. Cent. tres p. 25. n. 49
»	25	*Vettore Monte Capod'acqua*
515	23	E. cheiranthoides Fl. Rom. Prod. p. 218. n. 761.
558	3	y heterophylla cum definictione et synonimis.
856	30	Arabis 317.
868	7	Radiola 103.

INDEX NOMINUM PRODROMI FLORAE ROMANAE

Nomina Ordinum, Tribuum, Subtribuum etc. literis majusculis; Synonima, et nomina vulgaria obliquis notantur.

A

Abbracciabosco 201
Abete 824
ABIETINEAE 887
ACANTHACEAE 879
Acanto 480
Acanthus 879 903
mollis 479
Acer 297 860
campestre 302
α hebecarpum »
β collinum »
γ austriacum »
mospessulanum 303
Opulus 302
Pseudo-Platanus 3
Pseudo-Platanus 302
Aceras 721 891
Antropophora 732
ACERINEAE 181 860
Acero 302
Acero fico »
Acero montano 303
Acetosa 355
Acetosa romana »
Acetosella 293 »
Achillea 636 874
Ageratum 706
liqustica 707
Achillea
Millefolium »
Millefolium β »
nobilis »
punctata 708
tanacetifolia 707
tomentosa 706
β ochroleuca 707
Aconito falso 410
Aconitum 396 855
Lycoctonum 411
Acoro falso 37
Actaea 394 855
spicata 401
Adenocarpus 539 862
parvifolius 561
Adenostyles 629 873
alpina 673
Adianthum 819 897
Capillus-Veneris »
Adonis 397 855
autumnalis 772
aestivalis 412
distorta 413
flammea 772
Adoxa 299 869
moscatellina 314
Aegopodium 154 869
Podagraria 227
Aegylops 27 895

Aegylops
  neglecta 73
  ovata 72
Aetionema 485 857
  saxatilis 499
Agave 263
  americana 281
Aglietto 268
Aglio salvatico »
Agno casto 462
Agrifoglio 136
Agrimonia 365
Agrimonia 361 864
  Eupatoria 364
  odorata 365
Agrostemma 322 859
  caelirosa 352
  coronaria »
  Flos-Jovis 353
  Githago 352
AGROSTIDEAE 895
Agrostis 24 895
  olivetorum 748
  milium-comosum 47
  pungens 50
  stolomifera »
  verticillata »
  vulgaris 49
    β polymorpha »
  vulgaris α κ »
  vulgaris β »
Aira 25 895
  aquatica 56
  articulata 57
  canescens »
  capillaris 58
Aira
    β aristata »
  caryophyllea 57
  caryophyllea 58
  cristata 749
  cupauiana »
  flexuosa 57
  grandiflora 56
  pubescens »
Ajuga 430 880
  acaulis 444
  chamaepytis 445
  genevensis 444
  Iva 445
  reptans 444
AJUGOIDEAE 880
Alaterno 204
Albuccio 308
Albuccio gatto »
Alberello »
Albero di Giuda 327
  Id. di S. Lucia 372
  Id. della morte 537
Alcea 533
Alchechengi 189
Alchemilla 113 864
  alpina 136
  aphanes »
  arvensis »
  vulgaris 135
    β hybrida »
Alcocorno 820
Alicacabo 189
Alisma 265 880
  Damasonium 296
  Plantago 295

Alisma
β angustifolia »
ranunculoides »
ALISMACEAE 265 888
Alismo 295
Alleluja 355
Alliaria 516
Allium 261 892
album 271
Ampeloprasum 267
angulosum 270
Chamaemoly 269
descendens 268
fallax 270
montanum 268
neapolitanum 271
nigrum »
pallens 268
paniculatum 269
pendulinum 271
porrum 267
roseum 270
β umbella bulbifera »
roseum β »
roseum β Umbella capsulifera »
sphaerocephalum 267
β descendens »
suaveolens 270
subhirsutum 269
triquetrum 270
triquetrum 271
ursinum »
vineale 268
β compactum »
Alloro 316
Alno 815
Alnus 782 887
glutinosa 815
ALOINEAE 326
ALOPECUROIDEAE 894
Alopecurus 23 894
agrestis 43
bulbosus 44
geniculatus »
utriculatus »
Altea 536
Althaea 522 860
cannabina 536
hirsuta »
officinalis 535
ALSINEAE 113 321 322 859
Alyssum 484 856
calycinum 495
campestre »
incanum 502
maritimum 495
montanum »
β diffusum 496
AMARANTHEAE 150 151 882
Amaranthus 150 882
adsceendens 216
albus 215
Blitum »
polygonoides 216
prostratus »
retroflexus 217
sylvestris 216
Amarella 221
Amaryllis lutea 265
Ambrosia 783 874
maritima 816
Ambrosia »

AMBROSIACEAE 874
AMENTACEAE 5
Ammi 154 869
glaucifolium 227
majus »
Visnaga »
Ammophyla 29 895
arundinacea 106
AMPELIDEAE 148 860
AMPELODESMOS 104
AMYGDALEAE 368 863
Amygdalus » »
communis 372
Anacyclus 625 874
radiatus 702
tomentosus »
Anagallide 177
Anagallis 142 881
arvensis 177
coerulea »
Anagyris 319 862
foetida 326
Anchusa 141 878
angustifolia 173
Barrelieri 174
hybrida 173
italica 174
officinalis 173
undulata »
ANCHUSEAE 878
Andriala 626 873
integrifolia 660
Andropogon 25 894
angustifolium 62
angustifolius »
arundinaceus 63

Andropogon
distachyos 62
Gryllus 63
hirtum 61
hirtus 62
Ischoenum 61
pubescens 750
ANDROPOGONEAE 894
Androsace 143 881
villosa 180
Androsaemum 617 860
officinale 618
Androsemo »
ANEMONES 423
Anemone 398 855
alpina 425
β millefoliata »
apennina 423
coronaria 424
hortensis 425
β pavonina »
narcissifolia 424
nemorosa 423
ranunculoides 424
Anemoni 425
Anethum Phoeniculum 233
piperatum 234
Angelica 259 869
sylvestris β 259
sylvestris 260
Angelica (radice di)
Aniceto 243
Aniso salvatico 676
ANTHEMIDEAE 874
Anthemis 635 874
arvensis 705

Anthemis
Barrelieri 704
Cota 702
Cotula 705
fuscata »
maritima 704
mista 703
montana 704
mucronulata »
secundiramea 703
tinctoria 706
tomentosa 704
Triumfetti 702
Anthericum 262 892
liliago 278
Anthoxanthum 5 894
odoratum 20
Anthriscus 160 869
sicula 241
vulgaris »
ANTHYLLIDEAE 862
Anthyllis 539 »
Barba-Jovis 777
Dillenii »
montana 558
tetraphylla 557
β bicalar »
ε humilis »
tetraphylla β »
Vulneraria »
Vulneraria ε »
Vulneraria β flore rubro 777
Anthyrium 847 897
Filix-foemina 847
ANTIRRHINEAE 436 879
Antirrhinum 436-473 879
alpinum 473
chalepense 474
cirrhosum 472
cymbalaria 471
β acutangulum »
Elatine 472
graecum 773
Linaria 474
majus 475
minus 473
Orontium 475
pelliserianum 474
pilosum 472
α glabrum »
purpureum 473
spurium 472
tortuosum 475
Apio palustre 226
Apium 153 869
graveolens 226
Petroselinum 761
APOCINEAE 146 877
AQUIFOLIACEAE 113 876
Aquilegia 396 855
pyrenaica 412
vulgaris 411
Aquilina »
ARALIACEAE 149 299 869
Arabis 487 856 903
alpina 507
auriculata 508
hirta 509
muralis »
pumila 774
saxatilis »

Arabis
  Thaliana 513
  Turrita 509
  verna 507
Apargia 624 872
  autumnalis 654
  cichoracea »
  hispida 653
    α major »
    β saxatilis »
    γ glabra »
  hispida β glabra »
  tuberosa 654
  Villarsii 653
ARBUTEAE 875
Arbutus 318 875
  Unedo 324
    β bacca acuta »
  Uva ursi 325
Aremonia 361 864
  agrimonioides 365
Arenaria 321 859
  Arduini β 337
  austriaca »
  grandiflora »
  marina 338
  rubra »
  marginata 768
  serpillifolia 337
  tenuifolia 338
  trinervia 336
  verna 338
Armeria 167 881
  alpina 286
  denticulata »
  vulgaris 255
Armeria vulgaris
    β plantaginea 256
Arisarum 780 890
  proboscideum 787
  tenuifolium »
  vulgare »
Aristella 24 895
  bromoides 49
Aristolochia 723 884
  Clematitis 743
  pallida »
  rotunda »
Aristolochia fabacea 549
  Id. rotonda 742
ARISTOLOCHIAE 723 884
Arnoglosso 129
Arnopogon picroides 659
Arnoseris 623 872
  pusilla 651
Aro serpone 788
AROIDEAE 780 890
Arrenantherum 26 895
  avenaceum 64
Arrerta bovi 553
Artamita 178–179
Artemisia 630 874
  absinthium 677
  arborescens »
  argentea »
  camphorata 677
  coerulescens 678
  spicata 676
  vulgaris 678
Artium 627 871
  Bardana 664
  Lappa »

Artium
tomentosum 665
Artrolobium 547 863
ebracteatum 617
scorpioides 616
ARUNDINACEAE 895
Arundo 29 895
arenaria 107
Ampelodesmos 104
Calamagrostis »
Donax 103
epigejos 105
montana 106
phragmitis 105
Pliniana 103
Plini 104
Arum 780 890
Arisarum 788
Dragunculus »
italicum »
maculatum »
proboscideum 787
Asaro 364
Asarum 361 884
europaeum 364
ASCLEPIADEAE 151 877
ASERINEAE 361
Asfodelo 277
ASPARAGEAE 891
Asparagus 262 892
acutifolius 281
officinalis 280
scaber 766
tenuifolius 280
Asperugo 142 878
procumbens 175
Asperula 112 870
angustifolia 126
arvensis 124
cynanchica 126
β nitens »
galioides 125
laevigata 126
longifolia »
neglecta »
odorata 124
taurina 125
tinctoria »
Asparago 281
ASPHODELEAE 892
Asphodelus 262 892
albus 277
fistulosus »
lutens »
ramosus »
Asplenium 837 897
Trichomanes » 846
viride » »
Ruta-muraria » »
adianthum-nigrum 847
adiantum-nigrum β »
fissum »
β serpentini »
Aspidium 837 897
aculeatum 844
Filix mas β 845
dilatatum »
rigidum »
Lonchitis 843
Asprella 123
Assentio romano 678
Id. salvatico »

Asta regia 277
Aster 632 873
  alpinum 686
  Tripolium »
ASTEROIDEAE 873
Asterinae 873
Asteriscus 636 873
  aquaticus 708
  spinosus »
Astragalus 545 863
  aristatus 611
  boeticus 610
  depressus 609
  glycyphyllos 610
  hamosus »
  monspessulanus »
  sesamens 609
  siculus 611
  sirinicus »
  vessicarius 609
Astrantia 152 869
  major 223
  pauciflora 224
Astrologia rotonda 743
Athamanta 157 869
  Libanotis 236
  sicula »
Atriplex 831
  augustifolia 834
  hastata »
    γ salina »
  patula »
  portulacoides »
  rosea »
Atropa 145 879
  Belladonna 189
Attaccamani 123
Avena 28 895
  barbata 755
  condensata 77
  elatior 64
  fatua 75
    β atherantha »
  flavescens 77
  fragilis 78
  neglecta 77
  parviflora 78
  pratensis 76
  sterilis 75
  tenuis »
  versicolor 76
  villosa »
AVENACEAE 895
Avorniello 560

B

Baccaro 364
Balaustio 375
Balaustium »
Ballota 432 880
  nigra 459
    β flore albo »
Ballerini »
BALSAMINEAE 860
Bambagia salvatica 681
Barba di Becco 657
Bardana 664
Barbarea 434 856 903
  arcuata 509
  bracteosa »
  vulgaris »

Barbarea
  vulgaris β 509
  vulgaris κ »
Barkausia 622 873
  bursifolia 647
  foetida 648
  setosa »
    β glabra 649
Barretta da prete 205
Bartxia 434 879
  latifolia 465
  maxima 464
  odontites »
  serotina »
  trixago »
  versicolor »
  viscosa 463
Beccabunga 15-16
Beckmannia 27
  eruceformis 68
Bedequar 392
Belladonna 189
Bellis 634 873
  annua 698
  hybrida »
  perennis 697
  sylvestris »
Berberi 289
Berberideae 263 855
Berberis 26 855
  vulgaris 289
Berteroa 486 856
  incana 502
  obliqua »
Beta 150 883
  maritima 214
Beta
  sicla 215
  vulgaris α β »
Betonica 433 880
  alopecurus 460
  hirsuta »
  officinalis »
Betonica 460
Betulaceae 784 785
Betulineae 887
Bidens 630 874
  tripartita 675
Bieta 215
  Id. d'acqua 138
  Id. bianca 215
  Id. marina »
Bifora 164 869
  testiculata 249
Biscutella 483 856
  hispida 493
  laevigata 494
  lyrata »
  maritima »
Biserrula 545 863
  Pelecinus 611
Bisnaga 227-304
Bistorta 310
Blechnum 837 897
  Spicant 848
Bocca d'Orso 443
  Id. di Leone 475
Bonjeanea 543 863
  hirsuta 582
  recta »
Borragine 878
  Id. salvatica 172

Borragineae 878
Borago 141 878
officinalis 173
Bottoni di Rose 393
Botrychium 836 897
Lunaria 842
Bozarago 219
Branca orsina 480
Brassica 489 856
campestris 776
Eruca 517
fruticulosa »
Gravinae »
incana »
oleracea 516
Brignolia 156 869
pastinacaefolia 234
Brionia 523
Briza 28 895
Eragrostis 84
maxima 85
media »
minor »
Broccolo 516
Bromus 29 895
asper 100
arvensis 97
barbatus 94
diandrus 102
distachyos 95
erectus 100
giganteus 99
intermedius »
ligusticus 92
madritensis 102
Bromus
maximus 102
β erectus »
mollis 98
pinnatus 95
racemosus 97
scaberrimus 101
β rubro-violaceus »
scoparius 99
secalinus 97
β villosus »
squarrosus 98
β minor »
sterilis 101
sylvaticus 94
tectorum 102
trivialis 82
Buganeve 265
Buglossa 173
Brugnolo 373
Id. salvatico 373-374
Brunella 437
Bryonia 520 867
dioica 523
Bunias 482 857
Erucago 491
Bunium 154 869
alpinum 28
Bulbocastrum »
Buphthalmeae 873
Bupthalmum spinosum 708
Bupleurum 155 869
aristatum 231
β robustum 762
cernuum 231
glaucum 762

Bupleurum
junceum 231
odontites »
protractum »
rotundifolium 230
rotundifolium »
tenuissimum 762
Butomeae 315 888
Butomus 11 889
umbellatus 317
Busso 815
Buxus 782 884
sempervirens 815

C

Cacalia alpina 673
Cacapugia 797
Caccialepre 643
Cacteae 868
Cactus 369 868
opuntia 375
Caglio 121
Calamagrostis 105
Calamento 441
Calaminta »
Calcitrapae 715
Calendula 637 871
arvensis 718
Calenduleae 871
Calepina 481 857
Corvini 490
Callitriche 1 866
autumnalis 4
β caule fluitante »
verna 3
Callitriche verna
α vulgaris 3
γ stellata »
Callitrichineae 865
Calta 718
Caltha 398 855
palustris 423
Calystegia 145 878
sepium 191
Soldanella »
sylvestris »
β lucana »
Camelea 306
Camedrio 447
Camomilla 675–701
Id. bastarda 705
puzzolente »
Campanelle 191–192
Campanula 146 874
bononiensis 196
diffusa 198
Erinus 195
foliosa 197
fragilis 198
garganica 199
glomerata 197
graminifolia »
latifolia 196
linifolia 191
β glabra »
micrantha 759
persicifolia 196
Medium 759
Rapunculus 195
rotundifolia »
sibirica 198

Campanula
spicata 197
Trachelium 190
CAMPANULACEAE 147 874
Canna 103
Cannabis 826 886
sativa 828
CANNABINEAE 886
Cannei 230
Capelvenere 846 849
Id. nero 847
Cannone 103
Capo di frate 652
Id. di serpe 120
Cappari 402
CAPPARIDEAE 394 857
Capparis » »
rupestris 402
spinosa »
CAPRIFOLIACEAE 147 165 870
Capsella 486 857
Bursa-pastoris 501
Caprifico 789
CAPSULARIA 855
Carciofolo 666
Carciofolaccio 488
Cardamine 487 856
amara 506
β grandiflora 507
Celidonia 505
hirsuta 506
impatiens 505
parviflora 506
Cardo 225
asinino 669
mariano »
Cardo
marino 225
santo 716
stellato 225
Cardiaca 459
CARDUINEAE 871
Carduncellus 627 871
coeruleus 662
β tingitanus »
γ pinnatifidus »
coeruleus ϰ »
coeruleus β »
Carduus 627 871
acaulis α 662
acaulis β 663
affinis 668
cephalanthus »
leucographus 666
marianus 669
mollis 666
nutans 667
β montanus »
nutans β »
personata 667
pygnocephalus »
simplicifolius 668
Carex 681 894
acuta 851
alpestris 806
davalliana 801
depauperata 808
digitata 804
distans 807
divisa 802
divulsa »
extensa 806

Carex
ferruginea 910
flava »
frigida »
glauca 811
gynobasis 806
gynomane 802
hirta 813
Halleriana 805
Linkii 801
longifolia 805
macrolepsis 804
maxima 813
Micheli 808
muricata 803
mycrocarpa 813
nervosa 807
Oederi 806
olbiensis 809
ovalis 802
paludosa 812
paniculata 803
pendula 812
praecox 805
punctata 807
recurva 811
remota 804
riparia 812
Scopolii 810
sempervirens »
strigosa 809
strigosa »
sylvatica »
tenuis 810
vulgaris 811
vulpina 803

Cariofillata 389
Carlina 627 872
acaulis 662
acaulis α »
acaulis β 663
achantifolia »
lanata »
vulgaris »
Carlina bianca 663
CARLINEAE 873
Carota 245
Carota marina 246
Carpino 818
Carpino bianco »
Id. nero »
Castanea 784 886
vesca 819
Castagna d'acqua 133
Id. di terra 228
Carpinus 784 886
Betulus 818
Carthamus coeruleus 662
β coeruleus »
lanatus »
Catanache 626 872
lutea 661
CATAPUTIAE 797
Catapuzia »
Caucalis 163 869
arvensis 248
daucoides 247
grandiflora »
latifolia 248
nodiflora 249
maritima 247
platycarpos 764

Caucalis
pumila 247
Scandix 241
Caulinia 1 889
fragilis 4
Cavolaccio 10-291
Cavolo arboreo 516
bolognese »
capuccio »
di lupo 422
verde 516
Cedronella 438
Celastrineae 166 248 861
Celidonia 401
Celidonia minore »
Celtideae 885
Celtis 151 885
australis 218
Centaurea minore 182
Centaurea 636 872
alba 713
β deusta »
alba β »
amara 712
aspera 715
benedicta »
Calcitrapa 716
ceratophylla »
cichoracea 717
cineraria 711
cinerea »
cristata 714
Cuprina 708
Cyanus 709
dissecta 711
disseeta α β »

Centaurea
Jacea 709 713
montana 710
napifolia 713
nigrescens 709
β nigra »
paniculata 710
β maculata »
paniculata 710
Pauzini 716
Phrygia 709
romana 713
rupestris 712
Scabiosa »
solstitialis 715
sonchifolia 714
sphaerocephala »
splendens 717
Centaurieae 872
Centimorbia 168-312
Centinodia 312
Centocchio 309 336
Centograni 335
Centranthus 1 871
angustifolius 744
Calcitrapa 2
ruber »
Centunculus 112 881
minimus 133
Cephalanthera 722 891
ensifolia 742
grandiflora 741
rubra 742
Cephalaria 111 871
laucautha 115
transilvanica »

Cerasa nera 373
Ceraso marino 324
Ceraso salvatico 372–373
Cerasus avium 372
Cerastium 322 859
alpinum 351
β augustifolium »
κ heterophyllum »
alpinum β 771
aquaticum 350
arvense 771
arvense 350
brachypetalum 349
campanulatum »
illyricum »
lineare »
manticum 351
repens 350
semidecandrum 779
semidecandrum 349
tetrandrum 351
tomentosum 350
viscosum 348
β semidecandrum »
β *macrius* »
vulgatum »
β pentandrum »
vulgatum β minus »
sylvaticum 250
Ceratocephalus 397 855
falcatus 421
Ceratonia 149 863
Siliqua 209
CERATOPHYLLEAE 786 866
Ceratophyllum » »
demersum 823
Cercis 319 863
siliquastrum 327
Cerfoglio 242
Cerinthe 140 878
aspera 167
minor β maculata 168
maculata »
Cerqua 822
Cerquiguala 447
Cerro 821
CESALPINEAE 863
Ceterach 836 897
officinarum 842
Chaerophyllum 161 869
sativum 241
sylvestre 242
Chamaerops 264
humilis 295
CHAMESICAE 789
Chara 781
aspera 800
flexilis 801
hispida 800
pulchella »
vulgaris »
CHARACIAE 797
Chakile 482 856
latifolia 491
maritima »
Cheiranthus 487 856
Cheiri 509
incanus 510
litoreus 512
maritimus 511
stinuatus »
tristis »

Chelidonium 394 856
majus 401
CHENOPODEAE 150 882
CHENOPODIEAE »
Chenopodium 11 882
album 212
album α »
album β »
ambrosioides 213
Bonus Enricus 211
botryoides 211
Botrys 212
hybridum »
maritimum 214
murale 211
olidum 213
opulifolium 212
polyspermum 213
rubrum 211
urbicum »
Vulvaria 213
Chironia Centaurium 181
pulchella 181 759
lutea 182
Chlora 266 877
perfoliata 301
serotina »
CHLORIDEAE 894
Chrysanthemum 634 874
atratum 699
coronarium 700
graminifolium 699
Leucanthemum »
β montanum »
Leucantemum β »
Myconis 701
Chrysanthemum
segetum 699
Chrysocoma 629 873
linosyris 674
palustris »
Crysosplenium 320 869
alternifolium 331
Chrysurus elegans 87
Ciambrusco 205
Cicerchia 565
CICHORACEAE 872
Cichorium 626 »
Intybus 660
Ciciliano 618
Cicoria 660
Cicuta 243
Cineraria 633 874
longifolia 695
maritima 696
Cinobasto 392
Cinoglosso 175
Cinquefoglio 385–387
Cimiciotto 460
Circaea 5 865
intermedia 745
luteliana 16
CIRCEAE 865
CISTINAE 395 858
Cisto 404 408
Cistus 395 858
albidus 771
affinis 403
incanus »
β villosus 404
longifolius 772
monspeliensis 403

Cistus
salvifolius 404
villosus »
Cladium 22 893
Mariscus 39
Clematis 399 855
Flammula 426
recta »
Viticella »
Clinopodio 443
Clinopodium 429 880
vulgare 443
Clypeola 482 857
Jonthlaspi 493
Cneorum 22 862
tricoccum 38
Cnicus 638 861
Acarna 670
arvensis 672
eriophorus 671
Erisithales »
ferox 672
italicus 670
lanceolatus »
monspessulanus 671
oleraceus »
polyanthemus 269
pungens »
strictus »
syriacus 272
syriacus β »
Cnidium 157 869
apioides 235
Cochlearia 486 856
draba 498
saxatilis 502
Cocomero asinino 523
Coda di Cavallo 3 838
di Fanelli 686
di Volpe »
Colchicaceae 264 892
Colchico 295
Colchicum 264 893
autumnale 294
× parvulum 295
autumnale α β γ »
montanum »
Colutea 541 863
arborescens 576
Comellina saxatilis 503
Compositae 871
Compositae asteroideae 629 631 634 636 637
cichoraceae 621 626
cynareae 626 629 631 636 637 871
eupatorineae 629 638
senecionideae 631 633 634 636
Condrylla 622 877
juncea 639
Conium 162 869
maculatum 243
Coniza 631 873
ambigua 684
geminiflora »
sordida 683
squarrosa »
Consolida maggiore 174
media 445
regia 409
Convallaria 262 892
multiflora 280

Convallaria
polygonatum 280
verticillata 279
Convolvolus 146 878
atthaeoides 192
atthaeoides »
arvensis »
Cantabrica 193
hirsutus 192
meonanthus 193
sepium 191
soldanella »
siculus 192
sylvestris 191
tenuissimus 193
tricolor »
Convalvulaceae 145 146 147 152 877
Corbezzolo 334
Coriandolo 349
Coriandrum 164 869
sativum 249
testiculatum »
Coristospermum 763 869
cuneifolium 763
Corneae 113 870
Corniolo 134
Cornus 112 870
Mas 133
sanguinea 134
Corona delle streghe 821
Coronilla 546 863
coronata 779
eretica 616
Emerus 614
minima 615
Coronilla
Valentina 615
varia »
Coronillae 863
Coronopus Ruelli 491
Coronosemium 606
Corregiola 192
Corrigiola 166 867
litoralis 252
Corydalis 537 856
bulbosa 549
digitata »
ochroleuca »
tuberosa »
Corylus 783 886
Avellana 817
tubulosa 818
Cotino 252
Cotogno 378
Cotognastro 380
Cotoguata 379
Cotyledon 302 868
horizontalis 360
Umbilicus »
Crassulaceae 323 868
Crataegus 370 864
aria 380
monogyna 381
oxyacantha »
oxyacanthoides »
laciniata »
pyracantha 379
torminalis 380
Crescione de'prati 14
Crespis 623 873
foetida 648

Crepis	
lacera	649
latialis	»
leontodontoides	»
neglecta	»
pulchra	»
scariosa	648
setosa	»
tectorum	650
CREPOIDEAE	872
Crespigno	642
Cressa	761 878
cretica	»
Crithmum	158 869
maritimum	237
CROCODILOIDEAE	717
Crocus	21 891
biflorus	33
sativus	34
suaveolens	33
vernus	»
vernus α	»
vernus β	»
vernus γ	34
Crozophora	782 884
tinctoria	823
Crucianella	112 870
angustifolia	128
maritima	»
monspeliaca	»
CRUCIFERAE	481 489 856
Crypsis	24 894
aculeata	50
alopecurus	»
schoenoides	»
Cucubalus	321 859
baccifer	339
bacciferus	»
italicus	344
CUCURBITACEAE	866
Cupressus	786 888
horizontalis	824
sempervirens	»
CUPRESSINEAE	888
Cupularia	632 873
graveolens	685
viscosa	682
CUPULIFERAE	784 785 886
Cuscuta	152 878
Epithymum	222
europaea	»
CUSCUTINEAE	878
CYANI	709
Cyatheaa fragilis	845
fragilis κ	546
alpina	»
Cyclamen	142 881
hederaefolium	178
hederaefolium	178 179
neapolitanum	178
vernum	»
Cydonia	369 864
vulgaris	378
Cynanchum vinectoxicum	219
Cynara	628 871
Carduncellus	666
horrida	»
dactylon	53
CYNOGLOSSEAE	878
Cynoglossum	142 878
apenninum	176

Cynoglossum
officinale 175
β montanum »
pictum »
Cynosurus 28 895
aureus 706
cristatus 86
echinatus 87
elegans »
β gracilis »
elegans »
CYPERACEAE 22 893
CYPEREAE »
Cyperus 23 893
badius 42
flavescens 41
fuscus »
longus 42
Monti »
olivaris »
rotundus »
Tenorii 41
Cystopteris 845 897
fragilis »
regia »
alpina 846
CYTINEAE 884
Cytinus 297 »
hypocystis 301
Cytisus 539 862
argenteus 561
candicans 569
divaricatus 561
Laburnum 559
prostratus 560
sessilifolius »
Cytisus
supinus 560
triflorus »

D

Dactylis 29 895
glomerata 96
litoralis »
Daphne 298 883
collina 306
glandulosa »
Gnidium 307
Laureola 306
Mezereum 305
Datura 144 879
Stramonium 187
Daucus 163 869
Broteri 246
Carota 245
Carota »
Carota β polygamus 246
Carota β sylvestris 245
Gingidium × hispidus 246
muricatus 764
muricatus 247
parviflorus 246
setulosus »
sylvestris »
Delphinium 396 855
Ajacis 410
Consolida 409
β divaricatum »
halteratum »
peregrinum »
staphisagria 411

Delphinium
velutinum 409
Dentaria 487 856
Enneaphylla 504
Enneaphyllos »
pinnata 505
polyphyllos »
trifoliata »
Dentaria 176
Dente cavallino 187
di cane 652
Dentischio 829
DESCISCENTES 869
DEYEUXIA 106
DIANDRAE 880
DIANTHEAE 859
Dianthus 320 859
Armeria 333
atrorubens »
barbatus 332
Chartusianorum »
Caryophyllus 334
ciliatus »
delthoidens »
monspessulanus »
prolifer 333
vellutinus »
Diapensio 223
Dictamnus 319 861
albus 326
DIDYNAMIAE 808
Digitalis 436 879
ferruginea 471
lutea »
purpurea 537
Digitaria 24 894
ciliaris 53
glabra 748
sanguinalis 53
β ciliaris »
Dineba 25 894
arabica 60
DIOSMEAE 319
Diospyros 296 876
lotus 300
Diplototaxis 459 857
bracteata 776
erucoides 519
muralis »
tenuifolia »
β integrifolia »
tenuifolia ϰ »
DIOSCOREAE 827 892
Diotis 630 874
candidissima 676
Dittamo bianco 326
DIPSACEAE 111 871
Dipsacus »
sylvestris 115
Orsini 114
Doronico 697
Doronicum 634 874
Columnae 697
Pardalianches 696
Dorychinium 544
herbaceum 582
suffruticosum »
Draba 485 856
aizoides 499
muralis 500
praecox »

Draba
verna 500
Dragonzio 788
DROSERACEAE 166 858
DRYADEAE 864
Dryas 370 864
octopetala 382
Drypis 165 859
spinosa 252
Dulcamara 188

E

EBENACEAE 875
Echinaria 28 895
capitata 74
ECHINOCLOAE 67
Echinophora 153 869
spinosa 225
ECHINOPSIDEAE 871
Echynops 637 871
elegans 719
sphaerocephalus »
Ritro »
Echium 141 878
calycinum 171
italicum 170
plantagineum »
violaceum 171
vulgare »
β longifolium »
δ parviflorum »
ε grandiflorum »
Edera terrestre 455
Ederella 13
Elaeosclinum 163 869
Asplenium 245
Eleocaris 22 893
palustris 40
Elenio 687
Eliotropio 162
Ellera 208
Elleboro bianco 294
nero »
Emero 615
Epilobium 297 865
alsinaefolium 305
angustifolium 303
angustissimum »
hirsutum 304
lanceolatum 304
montanum 305
β humilis »
parviflorum 304
pubescens »
tetragonum »
virgatum 768
Epipactis 722 891
latifolia 741
mycrophylla 740
nidusavis »
ovata »
EQUISETACEAE 896
EQUISETI 834
Equisetum 834 896
arvense 838
hyemale 839
limosum 838
palustre »
Telmateja »
variegatum 839

Eragrostides 84
Eranthis 773 855
hyemalis 773
Erba benedetta 389
canina 53
calli (da) 356
cardellina 692
chiarella 10 11
cornetta 638
croce 120
croce maggiore »
cupola (della) 443
febbri (da) 182
latte (del) 669
dorata 842
gamberina 3
Giovanni (di S.) 462
lenticchia 210
lunaria 842
magica 16
medica 585
morella 188 798
morroidi (da) 10
moscatella 11
nocca 401 422
nocca bastarda 423
pepe 440
piattella 472
pina 427
pittima 222
porri 168
pulla 17
quattrina 178
rota 455
saetta 428
sanguigna 9
Erba santa 618
Santa Barbara 509
sardonia 417
sega 8
sega maggiore 9
spagna 585
Soda 2
Sofia 515
stella 132
storna 501
streghe (delle) 16 317
Sulla 613
taglio (da) 8
tagli (da) 673
tortora 168
Trago 214
Trinità (della) Trinitas 426
vescica 8
vetraria 832
Erica 296 875
arborea 299
cornea 300
multiflora »
scoparia 299
Ericeae 875
Ericineae 318 875
Eringeron 631 873
aere 684
alpinum 685
canadense 684
linifolium »
Erinus 434 879
alpinus 463
Ermodattilo falso 37
Erniaria 210

Eriophorum 22 893
pubescens 41
Erodium 521 860
Botrys 525
ciconium 526
cicutarium 525
laciniatum »
laciniatum »
β hispidum »
malachoides 527
moscatum 526
maritimum 527
romanum 524
Eranthis 773 855
hyemalis 773
Eruca 489 857
sativa 517
Ervum 541 863
gracile 778
gracile 575
hirsutum 576
tetrospermum 575
uniflorum 576
Erysimum 489 857
Alliaria 515
alpinum 516
australe 775
Barbarea 509
cheirantoides 775
lanceolatum 515
officinale 514
orientale β austriacum 516
orientale »
Eryngium 153 869
amethystitum 225
campestre 225
dilatatum 224
maritimum »
pusillum »
Erythraea 144 877
Centaurium 181
β grandiflora 181 759
γ pulchella » »
grandiflora 759
maritima 182
pulchella 750
spicata 182
Eschio 821
EUHEDYSAREAE 863
Eufrasia 466
Eupatorio 674
Eupatorio giallo 676
Eufragia 466
Esula maggiore 796
Euphorbia 780 884
amygdaloides 797
Charascias 798
Chamaesysce 790
coralloides 795
Cyparissias »
Dendroides 794
denudata 795
dulcis 792
eriocarpa 798
exigua 792
falcata 791
α mucronata »
fruticosa 794
elioscopia 791
Lathyris 797
Myrsites 798
nicaensis 792

Paralias 793
palustris 796
Peplis 790
Peplus »
pilosa 795
β platyphylla »
pinea 793
platyphylla 796
platyphylla ϰ »
Preslei 789
purpurata 793
segetalis »
spinosa 792
sylvatica 797
terracina 791
trinervis 790
Eupatoricae 873
Eupatorium 629 873
cannabinum 673
corsicum 674
Euphorbiaceae 780 884
Euphrasia 443 879
latifolia 465
latifolia »
odontites 462
lutea 466
officinalis 465
β pectinata »
ϰ tricuspidata »
pratensis 462
serotina 465
Eutriphyllum 598
Evax 637 873
asterisciflora 718
pygmaea »
Evonymus 148 861
Evax
europaeus 204
latifolius 205

F

Fagus 784 886
sylvatica 819
Faggio »
Farfaraccio 691
Farfara 690
Farnia 822
Farsetia 485 836
clypeata 199
Fava porcina 18
grassa 356
salvatica 372
Fedia 157 871
carinata 33
cornucopiae 107
dentata 32
eriocarpa »
hamata 33
olitaria 31
Felandrio acquatico 233
Felce 848
aquilina »
florida 842
maschio 844
Ferola 238
Ferula 159 869
communis 237 238
Ferulago »
glauca »
nodiflora 237
β muralis 238

Ferula
nodiflora 238
Festuca 29 895
Alopecurus 93
arundinacea 90
bromoides 93
ciliata »
cristata 91
distachya 95
divaricata 71
divaricata 88
β dumetorum »
κ ovina »
elatior 90
flavescens 87
fluitans 79
gracilis 94
gigantea 100
Halleri 89
heterophylla »
ligustica 92
Micheli 91
myuros 92
α major 93
β minor »
myuros »
β bromoides »
ovina 89
phoenicoides 95
pinnata 94
poeformis 88
serotina 90
segetum 78
spadicea 89
uniglumis 92
Festucaceae 895
FESTUCAE 87
Fiammula 426
Ficaria 397 855
calthaefolia 772
ranunculoides 413
Fico d'india 375
salvatico 789
FICOIDEAE 868
Ficus 780 885
Carica 789
Fieno santo 612
Filago 631 874
arvensis 682
eryocephala »
gallica 683
germanica 681
germanica β 682
heterantha »
minima »
FILICES 836
Filiera 6
Filipendula 376
Fimbristylis 22 893
dichotomus 39
Finocchiella 233
Finocchietti »
Finocchio dolce 234
marino 237
romano 234
salvatico 233
Fiore cappuccio 409
di Cucco 353
di morto 194
stella »
Foeniculum 156 869
officinale 233

Foeniculum
  piperatum 234
  sativum »
Fragole 385
Fragraria 371 864
  collina 384
  vesca 385
Framboes 384
Frangola 203
Frassino 18
Fraxinus 5 876
  excelsior 17
  Ornus 18
Fritillaria 261 892
  Meleagris 273
  montana »
  Orsiniana 481
Fumaria 537 856
  agraria 548
  capreolata »
  Officinalis 547
    β densiflora »
    ϰ subemarginata »
    δ Vaillantii 548
  officinalis β »
  officinalis ϰ »
  parviflora »
FUMARIACEAE 537 856
Fungo della rosa 392
Fusagine 205
Fusagine maggiore »

G

Galactites 636 872
  tomentosa 717
Galanthus 260 891
  nivalis 265
Calega 541 863
  officinalis 577
GALEGEAE 862
Galeopsis 431 880
  Ladanum 450
    β intermedia »
  Tetrait »
Galium 111 870
  Aparine 122
  cruciatum 128
  elatnm 736
  erectum β lucidum 120
  lucidum 121
  Mollugo »
  murale »
  palustre 120
    β uliginosum »
  parisiense 123
    β anglicum »
  pusillum 121
    δ magellense »
    γ baldense »
  purpureum 122
    β glabrum »
  rotundifolium β 123
  rubioides 119
  rubrum 122
  tricorne 122
  vernum 119
  verum 121
Gallinella 336
Garofani 334
  a mazzetto 332
Gatta della rosa 392

Gattaria 455
Gatto 308
Genista 539 862
candicans 559
genuensis 558
januensis 559
ovata »
sagittalis 558
tinctoria 559
GENISTEAE 862
Gentiana 151 877
acaulis 220
amarella 221
bavarica 220
campestrls 521
ciliata 222
cruciata 219
lutea »
nivalis 220
utriculosa 221
verna 220
β pumila »
γ elongata »
Geranium 521 860
argenteum 529
columbinum 530
dissectum 531
lucidum 530
macrorrhizum 528
molle 529
nodosum 528
Pheum »
pusillum 530
pyrenaicum 529
Robertianum 531
β purpureum »
Geranium
Robertianum β 531
reflexum 528
rotundifolium 529
sanguineum 527
sylvaticum 528
tuberosum 527
GERANIACEAE 223 521 860
GENTIANEAE 141 144 148 758 877
GENTIANAE VERAE 877
Gensole 204
Gensulmino 6
Gensiana 219
Gettone 352
Genzianella 222
Geum 371 864
montanum 389
urbanum »
Ghianda amara 821
Giara 788 789
Giglio 389
giallo 37
di S. Antonio 272
nero 772
salvatico 352
Ginebro 830
Ginepro »
rosso »
Ginestra dei Carbonari 552
Ginestrella 559
Ginestrone 561
Giracapo 965
Gitone 352
Giugiale 214
Giunco da macellajo 282
da fiscelle 283

Giuncharella 283
Giusquiamo 178
Gladiolus 21 891
  byzantinus 35
  communis »
  segetum 36
Glaucium 394 856
  luteum 401
Glecoma 431 880
  hederacea 455
Glinus 362 688
  lotoides 367
Globularia 110 881
  cordifolia 114
  vulgaris »
GLOBULARIACEAE 881
GLOBULARINEAE 111
Glycyrrhiza 543 863
  glabra 578
GLYCERIAE 79
Gnidio 307
GNAPHALIACEAE 874
Gnaphalium 631 874
  angustifolium 679
  citrinum »
  dioicum 681
  leontopodium »
  minimum 882
  rectum 680
  Stoechas 679
  supinum »
  uliginosnm »
Gramiccia 53
Gramignia »
GRAMINEAE 6 23 894
Grammitis 836 897
  leptophylla 843
GRANATEAE 368 864
Granato 374
Gratiola 5 879
  officinalis 8
GROSSULARIAE 149 868
Grattaculi 307 392
Grespigno 642
Grugnale 143
Guado 493
Guado montagnolo »
Gynandriris 746 891
Sisyrinchium »
Gypsophila 320 859
  dianthoides 331
  saxifraga »
  Vaccaria »

H

HALORAGEAE 1 865
Hedera 149 869
  Helix 208
  Poetarum »
Hedypnois 623 872
  cretica 652
  ragadialoides 651
HEDYSAREAE 863
Hedysarum 546 863
  capitatum 613
  coronarium »
HELIANTHEAE 874
Helianthemum 395 858
  alpestre 405
  Barrelieri 407

Helianthemum
Fumana 405
Guttatum 406
halimifolium 404
italicum 405
laevipes 404
marifolium 405
maritimum α β »
polifolium 408
pulverulentum »
salicifolium 406
Savi 407
Thymifolium 406
viride 407
vulgare β »
HELIOTROPEAE 878
Heliotropium 140 878
europaeum 168
Helleborine cordigera 738
lingua 739
longipetala 738
pseudo-cordigera »
Helleborus 390 855
foetidus 422
viridis »
HELXINE 313
Hepatica 398 855
triloba 425
Heracleum 160 869
flavescens 763
Orsini 240
Panaces 239
Spondylium »
Herniaria 150 867
glabra 210
hirsuta »
Herniaria
β cinerea 210
ϰ fruticosa »
hirsuta »
Hesperis 488 856
Alliaria 513
heterophylla 774
laciniata 512
β hirsuta »
γ glutinosa »
laciniata β »
matronalis 513
β heterophylla »
parviflora 512
verna 507
Hibiscus 776 860
Trionum 776
Hieracium 622 837
amplexicaule 647
aureum 643
bulbosum »
cymosum 644
dubium »
florentinum »
Jaquini 645
machranthum 644
murorum 645
murorum 646
praenanthoides 647
pilosella 643
pranellifolium 645
sabaudum 647
sabinum 644
sylvaticum 646
tuberosum 643 654
villosum 646

Himantoglossum 720 891
hircinum 731
Hladnichia 158 860
galaceusis 236
Holcus 26 895
lanatus 64
mollis »
Holosteum 110 859
umbellatum »
HORDEACEAE 895
Hordeum 24 895
bulbosum 51
maritimum »
murinum »
strictum »
Hottonia 143 881
palustris 180
Hutchinsia 484 856
alpina 496
petraea »
pilosa »
Hyacinthus 262 892
comosus 279
Botryoides »
racemosus »
romanus 278
HYDROCHARIDEAE 316 888
HYDROCHARIES 865
Hydrocharis 316 888
morsus-ranae 317
Hydrocotyle 152 869
vulgaris 223
natans »
Hypericum 617 860
elegans 619
hircinum 618
Hypericum
hirsutum 620
hyssopifolium »
linearifolium 619
montanum 620
perfoliatum »
perforatum 619
quadrangulum 618
Reicheri 619
HYPERICINEAE 617 860
HYPOCHAERIDEAE 872
Hypochaeris 625 863
Balbisi 659
dimorpha »
glabra »
pinnatifida 660
radicata 659
HYPPURIDEAE 865
Hyppuris 1 865
vulgaris 3
Hymenocarpos 542 862
circinnata 577
Hyoscyamus 144 879
albus 187
niger 186
Hyoseris 623 812
hedipnois α β 651
hedipnois γ »
radicata »
scabra »

I

Jacea 207
JACEAE 708
Jasminum 4 876
officinale 6

Jasione 632 873
sicula 685
Iberis 484 836
pinnata 497
saxatilis 496
Tenoreana 497
umbellata »
Illecebreae 867
Illecebrum 150 867
serpillifolium 209
verticillatum »
Impatiens 861
nolitangere 207
Inula 633 873
britannica 689
dysenterica »
erithmoides 688
Helenium 687
hirta 688
montana »
odora 689
Pulicaria 690
salicina 687
squarrosa 688
viscosa 686
Inuleae 873
Iperico 619
Ipocisto 301
Iride fiorentina 36
pavonazza 36
Iris 22 91
florentina 36
foetidissima 37
Germanica 36
italica 477
pseudo-Acorus 36
Iris
tuberosa 37
Sisyrinchium 747
Iringio 225
Isatis 483 857
alpina 493
tinctoria »
Isoeteae 896
Isoetes 896 835
lacustris 840
Ischio 821
Isopyrum 855 398
thalictroides 422
Juglandeae 886 785
Juglans 785 886
regia 822
Juncagineae 889
Junceae 893 263
Juncus 893 »
acutiflorus 286
acutiflorus α 287
acutus 282
aquaticus 286
articulatus 286
acutiflorus »
articulatus β acutiflorus 767
β acutiflorus 287
α divaricatus »
δ viviparus »
ε macrocephalus »
articus 284
bicephalus 285
biglumis 284
Bufonius 285
Bufonius »
bulbosus 286

Juncus
capitatus 767
compressus 282
conglomeratus »
depauperatus 283
effusus »
glaucus »
heterophyllus 767
insulanus 285
maritimus 282
multiflorus 286
obtusiflorus 286
trifidus 284
triglumis »
sylvaticus 107
sylvaticus 286
Jurinea 628 872
mallis 666
Juniperus 888 827
communis 829
Lycia 831
macrocarpa 830
nana »
Oxycedrus »
phoenicia »
Sabina 831
Ivartetica 445
Ivartritica »

K

Kentrophyllum 627 872
lanatum 662
Kernera 870 108
oceanica »
Knautia 108 871
arvensis 116
Knautia
β pinnatafida 116
integrifolia »
β hybrida 116
integrifolia β »
sylvatica 115
Koeleria cristata 6
phleoides 91
villosa 56
KOELERIA 91
Koniga 483 856
maritima 495

L

LABIATAE 5 25 428 433 744 879
Laburno 560
Lactuga 622 873
muralis 639
perennis 691
Scariola 640
Saligna 641
viscosa 640
LAGOPUS 595
Lagurus 25 895
ovatus 55
Lamium 4 31 880
album 453
album 454
amplexicaule »
bifidum »
levigatum 453
longiflorum »
maculatum »
maculatum »
Orvula »

Lamium
purpureum 454
Lampone 384
Lantana 250
Lappa 816
Lappa piccola 817
Lappago 894 24
racemosa 51
Lampone 384
Lapsana 621 872
communis 638
Laserpitium 162 819
gallicum 244
latifolium »
Siler »
Lattuga velenosa 640
selvatica »
Lattughella di campagna 31
Lattugaccio 658
Latraea 437 879
squamaria 479
Lathyrus 540 863
aphaca 564
angulatus 566
articulatus 565
auriculatus »
annuus 566
bytinicus 567
Cicera 565
coccineus »
hirsutus 366
Nissolia 564
Ochrus »
pratensis 568
sativus 565
sylvestris 568
Lathyrus
β ensifolius 568
Lavatera 22 860
arborea 334
cretica 535
hispida 534
punctata 335
sylvestris 539
triloba 535
trimestris »
Lauro tino 250
LAURINEAE 315 883
Laurus 315 »
nobilis 316
Leccio 820
Leccino »
Legno casto 462
di S. Andrea 301
puzzo 204
Quajaco 301
santo »
LEGUMINOSAE 149 319 538 547
Lelia cochleorioides 490
LEMNACEAE 889
Lemna 5 890
gibba 17
minor »
polyrhiza »
trisulca »
Lens 778 863
esculenta 778
Lentagine 250
Lente 779
d'acqua 17
LENTIBULARIAE 5 880
Lenticchia 779

Lentrisco 829
Leonurus 432 880
Cardiaca 459
Leontodon 623 872
apenninum 652
palustre 653
Taraxacum 652
β alpinum »
Taraxacum β »
Lepidium 484 857
campestre 498
Draba »
graminifolium »
latifolium 498
petraeum 496
Libanotis 557 869
sicula 535
Licopodio 841
Ligusticum apioides 236
Ligustro 6
Ligustrum 4 876
vulgare 6
LILIACEAE 261 262 892
Lilium 261 892
bulbiferum 272
candidum »
Martagon »
Limodorum 722 881
Abortivum 742
Linaria 471
Linaria alpina 473
chalepensis 474
cymbalaria 471
cirrhosa 473
elatine 472
minor 473
Linaria
pelliseriana 474
pilosa 472
purpurea 473
spuria 472
vulgaris 474
LINEAE 859
Lino 256
LINOIDEAE 113 167
Linterno 474
Linternuzzo »
Linum 167 859
alpinum 256
angustifolium »
campanulatum 481
catharticum 259
gallicum 258
maritimum »
nodiflorum »
serrulatum 257
strictum 258
tenuifolium 257
usitatissimum 256
viscosum 257
Listera 722 891
ovata 740
LITHOSPERMAE 878
Lithospermum 140 878
apulum 169
arvense »
officinale »
purpureo-coeruleum »
Lobelia 143 874
laurentia 181
LOBELIACEAE 143 874
Logliarella 72

Lolium 27 896
  italicum 752
  multiflorum »
  perenne 71
    κ multiflorum 72
    α multiflorum 72
    β tenue 752
  perenne α »
  romanum 753
  siculum »
  strictum 754
  temulentum 72
    β robustum 754
Lonicera 147 870
  alpigena 202
  balearica »
  Caprifolium 201
  etrusca »
  implexa »
  xylosteum 202
Loppo 203
LORANTHEAE 113 268 870
Loranthus 263 870
  europaeus 263
LOTEAE 862
Lotus 543 862
  angustissimus 580
  conimbricensis 579
  corniculatus 580
  cytisoides 579
  edulis »
  hirsutus 582
  hispidus 580
  minor 779
  ornithopodioides 581
  rectus 582
Lotus
  tenuis 582
Lunaria 483 856
  annua 494
  rediviva »
  rediviva »
Lunaria »
Lunaria maggiore »
  minore 842
Lupino 562
Lupinella 612
Lupinello 613
Lupinus 548 862
  albus 561
  angustissimus 562
  hirsutus »
  luteus »
Luzula 263 893
  albida 288
  campestris »
  Fosteri 287
  spicata 288
  sylvatica »
Lychnis 322 852
  dioica 353
    β alba »
    γ rosea »
  dioica γ »
  dioica α alba 353
  dioica β rnbra 771
  coronaria »
  coeli-rosa 352
  Flos-Cuculi 353
  Gytago 352
  laeta 354
  vespertina 771

Lycium 144 879
barbarum 191
europaeum »
Lycopodia 831
Lycopodiaceae 897
Licopodio 835
Lycopodium 835 897
clavatum 840
Lycopsis 141 878
bullata 172
variegata »
Lycopus 5 880
europaeus 8
exaltatus 9
europaeus et exaltatus 8
Lysimachia 142 881
Linum stellatum 178
Nummularia »
punctata 177
vulgaris »
Lythrarieae 362 866
Lythrum 361 866
Graefferi 363
hyssopifolia »
hyssopifolia »
Salicaria »

M

Macerone 244
Madreselva 201
Maggio piccolo 615
pendulino 560
Malchomia 488 857
maritima 511
Orsiniana »
Malchomia
litorea 512
parviflora »
Malicorium 375
Malope 521 860
malacoides 531
Malva 522 860
Alcea 533
althaeoides »
maritima 532
moscata 533
niceaensis 532
rotundifolia »
rotundifolia »
sylvestris »
β mauritiana »
sylvestris β mauritiana »
Malva »
Malva arborea 534
Malvaceae 521 522 859
Malus communis α sylvestris 378
Mandorlo 372
Mandragora maschia 190
femmina 189
Margarita 634 873
Bellidiastrum 696
Margaritine 697 698
Margaritine rosse 533
Marruca 252
Marrubbio 461
Marrubium 433 880
candidissimum 461
peregrinum »
vulgare »
Marsilaceae 896
Marsileae 834 »

Marsilea 834 896
quadrifolia 840
Mastice 829
Matricaria 701
Matricaria 635 874
Camomilla 871
Mazza sorda 825
Medio 760
Medicago 544 863
apiculata 586
Braunii 592
circinnata 577
cupaniana 584
cylindracea 589
Decandollei 590
denticulata 587
disciformis 590
Echinus 591
Gerardi 588
falcata 585
helix 586
intertexta 591
litoralis »
litoralis α 584
lupulina »
maculata 588
marginata 586
marina 588
minima 592
β brachioides »
γ recta »
minima α »
minima β »
nigra 587
obscura 584
orbicularis 586
Medicago
orbicularis β 586
praecox 587
prostrata 585
sativa »
sphaerocarpos 589
tribuloides »
tuberculata »
Willdenowii 584
Meleagride 273
Melampyrum 879 435
arvense 470
barbatum »
cristatum »
nemorosum »
Melanzio selvatico »
Melica 25 895
Bauinii 450
ciliata 25
nebrodensis 749
minuta 60
minuta 60
pyramidalis 59
ramosa »
ramosa »
uniflora »
Melittis 830 429
melissophyllum 443
Melissa 438
Melissa 428 800
officinalis 438
cordifolia »
Calamintha 441
MELISSINEAE 880
Mellagine 324
Melo cotogno 378
Melilotus . 592

Melo granato 374
salvatico 378
Menyantheae 877
Menianthes 758 »
trifoliata 758
Menta acquatica 452
dei gatti 455
selvatica 451
romana »
Mentastro »
Mentha 431 880
hirsuta 451
β pubescens 452
macrostachya 451
β elliptica »
δ oblonga »
Pulegium 452
ratundifolia 451
sylvestris 450
β major 451
γ minor »
Menthoideae 880
Mentone 451
Meo barbuto 236
odoroso 237
Mercorella 317
Mercurialis 315 884
annua 316
ambigua 317
perennis 316
Mesembryanthemum 373 868
nodiflorum 380
Mesembryneae 370
Mespilus 370 864
Amelanchier 379
Cotoneaster »
Mespilus
germanica 379
pyracantha »
Meum 158 869
athamanticum 236
carvifolium »
Mezzereo 306
Miglioalsole 169
Milium 23 895
effusum 47
lendigerum »
multiflorum »
muticum 748
paradoxum 47
scabrum 747
Millefolio 307
Mirica 253
Mirtillo 307
Mirto 374
Moehringia 298 859
muscosa 309
Moenchia 113 859
erecta 137
Molinia 109 895
coerulea 109
Momordica 520 867
Elaterium 523
Monotropa 318 875
Hypocistis 325
Monotropeae 875
Morso di Gallina 12
More nere 382
Moreae 757 884
Mortella 374 815
Mortella nera 379

Morus 757 885
nigra 757
Muscari 262 892
Botryoides 279
commutatum »
comosum 278
parviflorum 766
racemosum 279
Multijugata 869
Myagrum 482 873
erucaefolium 490
perfoliatum »
orientale 491
Mycropus 637 873
erectus 718
pygmeus »
Myosotis 141 878
alpestris 480
arvensis »
Lappula 172
palustris »
versicolor »
versicolor »
Myrica 253
Myriophyllum 783 865
pectinatum 817
spicatum »
verticillatum »
Myrrhis 161 869
aurea 242
hirsuta »
magellensis »
temulenta 243
Myrtaceae 368 866
Myrtus 368 866
communis 374
Myrtus
β leucographus 771

N

Najadeae 889
Najades 1
Najas 781 889
marina 799
minor 4
Narcisseae 260
Narcissus 260 891
biflorus 265
incomparabilis 266
patulus 764
poeticus 265
pseudo-narcissus 266
β flore pleno »
pseudo-narcissus γ »
Remopolensis 765
serotinus »
Tazzetta 266
unicolor »
Nardoideae 895
Nardo salvatico 2
Nardus 23 895
stricta 43
Nastursium 486 856
ambiguum 504
anceps 774
officinale 503
pratense »
sylvestre »
Neottia 772 891
Nidus avis 740
Nepeta 432 880
Cataria 455

Nepeta
  Nepetella 456
  nuda 455
NEPETEAE 880
Neslia 481 857
  paniculata 490
Nespolo 379
Nibbio 250
Nigella 397 855
  arvensis 412
  damascena 412 891
Nigritella 721
  angustifolia 732
    β rosea »
  angustifolia β »
Nocchia 818
Nocchia tonda »
  lunga »
  colla mantiglia »
Noce puzza 187
NOTORHIZEAE 857
Nuphar 395 856
  lutea 408
Nufaro »
Nufaro giallo »
Nummularia 178
Nymphaea 395 856
  alba 408
  lutea »
NYMPHAEACEAE 521 522 856

O

Occhio di sole 273
  di bove 699 701 706
Oenanthe 155 869
  fistulosa 231
Oenanthe
  Lachenali 232
  peucedanifolia »
  pimpinelloides »
  silaifolia »
Ogliosa 241
Olea 4 876
  europeae 7
    α *sylvestris* »
OLEACEAE 4 5 876
Olivello 7
Olivo selvatico »
Olmaria 376
Olmo 217
Ombrellini 360
ONAGRARIAE 5 865
ONAGREAE »
Onobrychis 545 863
  alba 612
  caput–Galli »
  sativa »
    α agrestis »
    β montana »
Ononide 553
Ononis 538 862
  antiquorum 553
  arvensis »
  biflora 557
  cenisia 556
  Cherleri 554
  Columnae »
  diffusa »
  minutissima »
  mitissima 553
  mollis 454
  Natrix 556

Ononis
β pinguis 556
Natrix β »
olygophylla 354
reclinata »
serrata »
variegata »
viscosa 556
Onopordon 627 781
arabicum 666
acanthium 665
illyricum »
tauricum »
virens »
Onosma 140 878
echioides 170
montana »
Ontano 815
Ophyoglosseae 897 836
Ophyoglossum » »
lusitanicum 842
vulgatum 841
Opoponaco 239
Oppio 302
Ophris 721 891
apifera 733
arachnites 734
aranifera »
β atrata »
Bertoloni 736
bombilifera 737
exaltata 734
fusca 737
julca »
lutea 736
myodes 733
Ophris
Speculum 736
Speculum »
Tenoreana 735
Tentredinifera »
Orchideae 719 890
Orchis 719 891
bifolia 731
conopsea 730
coriophora 724
expansa 723
fusca 727
β angustata 728
galeata 727
laxiflora 728
α ensifolia 729
maculata »
Mascula 723
militaris 727
Morio 724
Morio-laxiflora 729
palustris 728
papilionacea 723
provincialis 728
pseudo-sambucina 730
β romana »
pyramidalis 724
romana 730
rubra 723
sambucina 729
β purpurea 730
sambucina β »
secundiflora 725
tephrosanthos 726
undulatifolia »
ustulata 725

Orchis
  variegata 726
Orecchia d'Orso 180
  di Sorcio 644
Origano 450
Origanum 430 880
  vulgare 449
    β creticum »
    δ virens »
Ormio salvatico 450
Ornello 18
Orniello »
Ornithogalum 261 592
  arvense 274
  divergens »
  collinum 275
  fislulorum 765
  narbonese 275
  nutans »
  pyrenaicum »
  tenuifolium »
  umbellatum 274
Ornithopus 547 863
  compressus 616
  bracteatus 617
  scorpioides 616
Ornus europaea 180
Orobanche 437 879
  canescens 478
  caryophyllea »
  Chritmi 477
  concolor 476
  cruenta 477
  cruenta α β 478
  elatior »
  elatior »
Orobanche
  Epithimum 478
  laurina 476
  major »
  minor 477
  pruinosa 478
  ramosa »
OROBANCHEAE 431 879
Orobus 540 863
  niger 563
  variegatus »
  variegatus β »
  vernus »
Osmunda 842
Osmunda 836 897
  regalis 842
OSMUNDACEAE 836 897
ORTHOPLOCEAE 857
Ostria 784 886
  vulgaris 818
  Ladelcii »
Osyris 22 886
  alba 38
OSYRINEAE 149
Ova di Ranocchie 8
Oxalis 323 861
  Acetosella 355
  corniculata »
Oxytropis 542 863
  campestris 578
  montana 577
  pilosa 578
  uralensis »

P

Paeonia 396 855
  Corallina 409

Paeonia
  officinalis 409
Paeoniaceae 396
Paglia da sedie 42
  da botti 825
  marina 108
Palatana 832
Palloni di maggio 250
Palimbia 159 869
  Chabrei 238
Palmae 264
Palyurus 169 862
  australis 252
  aculeatus »
Pancratium 891 260
  maritimum 267
  illyricum 765
Pane di Serpa 789
Pangrazio marino 267
Panica 68
Panicastrella 67
Paniceae 894
Panicum 27 »
  ambiguum 751
  Crus-galli 67
  eruciforme 750
  glaucum 67
  repens 68
  verticillatum 66
  viride »
  zonale 68
Panporcino 178 479
Papaver 393 856
  dubium 399
    β rubici 400
  hybridum 399
Papaver
  Rhoeas 400
  sonniferum β nigrum »
Papaveraceae 393 394 856
Papavero salvatico 400
Parietaria 831 885
  cretica 832
  diffusa »
  erecta »
  lusitanica »
  officinalis »
Paris 299 892
  quadrifolia 314
Parnassia 166 857
  palustris »
Parronichieae 30 150 166 321 867
Passerina 290 883
  hirsuta 307
Pastinaca 159 869
  divaricata 762
  Opoponax 239
  sativa 238
    β latifolia 239
Pastinaca 239 245
Pastinaca marina 225
Paterlenghi 392 393
Pazienza 213
Pedicularis 435 879
  comosa 469
  fasciculata »
  foliosa 468
  tuberosa 469
  verticillata 468
Pelosella 644
Peonia femina 409
  maschio »

Pepe d'acqua 311
Peplo 791
Peperella 251
Perazzo 377
Perfoliata 230
Peristylus 720 891
  albidus 731
  viridis 732
Pero corvino 380
PERSONATAE 5
Persicaria 310 311
Petasites 633 873
  albus 691
  fragrans 690
  vulgaris »
Phaca 542 863
  australis 577
Phalangium Liliago 278
PHALARIDEAE 894
Phalaris 24 894
  aquatica 54
  canariensis »
  minor 55
  nitida 53
    β maritima 54
  nodosa »
  paradoxa 55
  subulata 747
  truncata 748
Phelandrium 156 869
  aquaticum 232
  globulosum 233
Phyllirea 4 876
  angustifolia 7
  latifolia »
  latifolia »
Phyllirea
  media 6
  stricta 7
PHLEASTRUM 597
Phleum 23 894
  alpinum 45
  arenarium 46
  asperum 109
  Gerardi 45
  Micheli »
  pratense 49
    β humilis 45
  pratense β γ »
  tenue 747
Phlomis 433 880
  Herba-venti 462
Phoenopus 453 880
  vimineus 639
PHRAGMITIS 105
Phyteuma 147 874
  hemispherica 20
  orbicularis »
Phytolacca 324 882
  decandra 360
PHYTOLACEAE 324 882
Pianta americana 187
Piantaggine d'acqua 295
  maggiore, minore 129
Piattella 472
Piede di Gallo 700
Pichridium 622 873
  vulgare 642
Picris 624 872
  hieracioides 655
Pigno 824
Pigno da pignolo »

Pigno domestico 824
Pilularia 835 896
globulifera 840
Pimpinella 155 869
magna 228
peregrina »
saxifraga 229
Tragium »
Pimpinella »
Pimpinella maggiore 135
minore »
Pinquicula 5 880
grandiflora 8
Pinardia 635 874
coronaria 700
Pino 824
Pino d'aleppo 823
di Gerusalemme »
Pinus 786 887
halepensis 823
picea 824
pinea »
Pioppo 308
Pisciacane 652
Pisellina 563
Pisello salvatico »
Pisum 540 863
arvense 563
sativum 778
Pitartima 249
Pittimo 223
PLANTAGINEAE 112
PLANTAGINES 128
Plantago 112 882
alpina 130
β montana 131

Plantago
arenaria 132
Bellardi 130
Coronopus 131
β macrorhiza 132
Cynops »
Lagopus 130
lanceolata 129
β altissima »
δ capitata »
major 128
maritima 131
media 129
pilosa 131
Psyllium 132
serraria 157
subulata »
vittorialis 130
Platanthera 720 891
bifolia 731
PLATANEAE 887
Platano 822
Platano orientale »
Platanus 785 887
orientalis 822
PLEURORHIZEAE 856
Plumbago 192 881
europaea 176
Poa 28 895
alpina 80
β vivipera 81
γ brevifolia 756
annua 81
bulbosa »
β vivipera 82
bulbosa β »

Poa
compressa 83
distans β maritima 79
distans β major »
dura 80
Eragrostis 84
festucaeformis 755
fluitans 79
machrostachia 84
nemoralis 83
β montaua »
pilosa 84
pratensis 82
β angustifolia 756
pratensis β 756
rigida 80
β maritima »
rigida α muralis »
β maritima »
trivialis 82
trivialis »
Podagraria 228
Podospermum laciniatum 657
Pollandrello 381
Pollinia 25 894
distachia 62
Grillus 63
Poligola amara 551
Polio montano 448
Polipodio 843
Polipodio quercino »
Polmonaria 170
Polycarpon 30 867
tetralphyllum 107
POLICARPEAE 867
Polycnemum 22 883
arvense 38
Polygala 538 858
amara 550
flavescens »
major »
monspeliaca »
vulgaris 549
POLYGALEAE 538 858
POLYGONEAE 298 883
Polygonum » »
amphibium 310
aviculare 312
β Bellardi »
Bistorta 309
controversum 313
Convolvolus »
dumentorum 314
flagellare 312
hydropiper 311
lapatifolium 310
laxiflorum »
maritimum 313
Persicaria 311
Persicaria »
viviparum 310
POLYPODIACEA 836 897
Polypodium » »
Dryopteris 843
β calcareum »
vulgare 842
β serrulatum 843
vulgare β »
Polypogon 23 895
monspeliensis 46
maritimus »

Polystricum 887 837
cristatum 849
Filix-mas »
spinulosum »
Thelipteris »
rigidum »
POMACEAE 864
Populus 298 886
alba 307
canescens 308
nigra »
nigra β 309
pyramidalis »
tremula 308
Porcacchia 364
Porcacchia marina 833
Portulaca 361 867
oleracea 364
PORTULACEAE 361 867
PATAMEAE 889
Patamogeton 889 114
crispum 889 138
fluitans 137
lucidum 138
marinum 139
natans 137
β fluitans »
oblongum 138
pectinatum 139
pusillum »
perfoliatum 138
Zosteraefolium 139
POTAMOGETONEAE 114
Potentilla 371 864
alpestris 387
apennina 386

Potentilla
argentea 386
aurea 388
canescens 385
caulescens 386
de Tomasii »
Fragariastrum 387
Fragorioides »
hirta 385
recta »
reptans 387
tormentilla 388
verna »
Poterium Sanguisorba 135
Prangos 161 869
ferulacea 243
PRASINEAE 880
Prasium 428 880
majus 438
Praenanthes 621 873
muralis 648
purpurea 639
Primavera 179
Primavere 697
Primofiore 697 718
Primula 143 881
acaulis 180
auricula »
elatior 758
suaveolens 180
Veris 179
Prismacorpus falcatus 200
hirtus 190
hybridus »
Speculum »

Prunella 428 880
laciniata 437
vulgaris »
Prunus 368 863
Cerasus 372
β avium »
domestica 373
Mahalab 372
insititia 373
spinosa »
PSEUDOSPERMIA 855
Psilio 132
Psilurus 26 895
nardoides 66
Psoralea 545 863
bitumiuosa 612
Pteris 837 897
Aquilina 848
Pteroneorum 487 856
graecum 507
Ptycotis 154 869
verticillata 226
Pulegio 452
PULSATILLAE 425
PULICARIAE 689
Pulmonaria 140 878
officinalis 170
Punica 368 869
Granatum 374
Pyrola 318 875
minor 325
secunda »
PSRORACEAE 875
Pyrethrum 835 874
Achilleae 700
corymbosum »
Pyrethrum
corymbosum 700
Myconis 701
Parthemium 700
Pyuss 369 864
aucuparia 376
amygdaloides 377
communis »
cuneifolia 377
Malus 379

Q

Quadarella 365
Quajaco 300
Quercia 822
Quercia castagnola 821
Quercus 785 886
Cerris 820
Esculus 821
Ilex 819
pedunculata 822
pseudo-suber 820
pubescens 821
sessilifolia »
β apennina »
Robur 822
β intermedia »
Suber 820

R

Rabarbaro dei Frati 292
Radichiella 42
Radiola 113 859
millegrana 137

Ragadiolo 638
Ragadiolus 621 872
  edulis 638
  stellatus »
  stellatus α β »
RHAPONTICA 712
Rafanelle 414
Ramerino 11
Ramoraccie selvatiche 492
Ranunculaceae 396 389 855
RANUNCULACEAE VERAE »
  SPURIAE »
Ranunculus 397 »
  aconitifolius 415
  acris 773
  alpestris 414
  aquatilis 420
  aquatilis α »
  aquatilis β 421
  aquatilis γ »
  arvensis 419
  brevifolius 414
  bulbosus 418
  cherophyllos 415
    β flabellatus »
  cherophyllos 416
  costantinopolitanus 418
  flabellatus 413
  flammula »
  fluviatilis 421
  gramineus 414
  illyricus 416
    β tridentatus »
  illyricus β »
  lanuginosus 417
  lanuginosus 417

Ranunculus
  millefoliatus 416
  montanus 417
  muricatus 420
  neapolitanus 419
  ophioglossifolius 414
  pantotrix 421
  pencedanifolius »
  phylonotis 418
    β diffusus 419
  repens 418
  scelleratus 416
  Sequieri 415
  vellutinus 416
Rhaphanus 482 857
  Landra 492
  Raphanistrum »
  sativus »
Rapistrum 482 857
  orientale 490
  paniculatum »
  rugosum 491
Raponsolo 195
Rasparella 838 839
Ravanella 492
Regamo 450
Regina dei prati 376
Regolizia 579
Reseda 361 858
  alba 366
  lutea »
  luteola »
  Phyteuma 366
  suffruticulosa »
  undata »
RESEDACEAE 362 858

RHAMNEAE 147 165 862
Rhamnus 147 »
 Alaternus 204
 alpinus 203
 catharticus 202
 Frangula 203
 pumilus 204
 saxatilis 203
RHINANTHEAE 879
Rhinanthus 869 434
 Alectorolophus 463
 Crista-galli »
 hirsutus »
Rhus 165 862
 Coriaria 251
 Cotinus »
Ribes 149 868
 Grossularia 208
 petreum β vitifolium 207
 rubrum »
Ribes rosso »
Ricottaria 37
Riscolo 214
Robbia 127
Robbia salvatica »
Robertica 725 872
 taraxacoides 660
Rogo 382
Romice 290
Romulea 21 891
 Bulbocodium 34
 Columnae 35
 β versicolar »
 ramiflora »
Rosa di fratta 392 393
 canina 392
Rosa salvatica 392 393
Rosa 371 864
 alpina 392
 arvensis »
 canina 391
 α glabra »
 β nitens »
 γ glancescens 392
 δ dumetorum »
 ε microcarpa »
 ζ bractescens »
 collina 391
 dumetorum »
 gallica 393
 glutinosa 390
 pomifera »
 pumila 393
 parvifolia 390
 rubiginosa »
 β sepium 391
 rubiginosa pubera »
 sepium »
 sempervirens 392
 Seraphini 390
 stylosa 391
 spinosissima 389
ROSACEAE 369 370 371 863
Roscani 214
Rosmarino 11
Rosmarinus 5 880
 officinalis 11
Rosolaccio 400
Rottboella filiformis 65
 monandra 66
 subulata 65

Rottbollia 26 895
cylindrica 65
filiformis »
incurvata 64
Roverella 821
Rovistico 6
Rovo 382
Rubia 112 870
peregrina 127
peregrina »
tinctorum »
tinctorum »
β angustifolia »
RUBIACEAE »
Rubus 371 864
caesius 383
corylifolius 384
fruticosus 382
glandulosus 383
idaeus 384
tomentosus 383
β denudatus »
Rughetta 517
Rumex 264 883
Acetosa 292
Acetosella »
acutus 290
acutus »
alpinus 291
Bucephalophorus »
crispus 290
hydrolapatum 291
montanus 293
nemolapatum 290
obtusifolius »
pseudo-acetosa 292
Rumex
pseudo-acetosa β 293
pulcher 290
scutatus 292
triangularis »
Ruppia 114 889
maritima 139
Ruscus 520 892
aculeatus 524
hypoglossum »
microglossum »
Ruta 326
Ruta conina 468
capraria 877
muraria 618 847
Ruta 318 861
RUTACEAE » »

S

Sabbina 831
SABULINEAE 859
Saccharum 21 894
cylindricum 61
Ravennae »
Sagina 113 859
apetala 137
erecta »
procumbens 136
Sagittaria 399 888
sagittifolia 427
Salcio arboreo 19
bianco »
da legare »
fragile »
giallo »

Salcio vetrice 19
Salicaria 362
Salicornia 1 882
fruticosa 3
β radicans »
ϰ macrostachya »
geniculata »
herbacea 2
SALICINEAE 886
Salix 363 887
acuminata 20
alba 19
caprea 20
helix »
herbacea »
incana 19
myrsinites 745
pentandra »
phylicifolia 18
retusa 19
viminalis 745
triandria 18
vitellina 19
Salsa nostrale 281
Salsifi 657
Salsifino »
Salsola 150 882
fruticosa 214
Kali 213
maritima 214
Soda »
Tragus »
SALSOLEAE 882
Salvastrella 135
Salvia d'ucelli 9
d'arrosti »

Salvia 5 880
clandestina 10
glutinosa 11
Garganica 744
hematodes 9
hematodes α »
hematodes β »
multifida 10
officinalis 9
pratensis 10
Sclarea »
tyberina 9
Verbeneca 10
virgata »
viscosa »
Salvinia 835 896
natans 840
SALVINIACEAE 896
Sambuchella 250 254
SAMBUCINEAE 870
Sambuco 251
Sambucus 165 870
Ebulus 250
nigra 251
Samolus 143 881
Valerandi »
Sanguinello 6 136
Sanguisorba 113 864
officinalis 134
minor 135
SANGUISORBEAE 113 135 361 362 864
Sanicola 223
Sanicula 152 869
europaea 223
Santia maritima 46
plumosa »

SANTALACEAE 883
Santolina 629 874
chamaecyparissus 675
β ericoides »
chamaecyparissus »
leucantha »
Satureja 429 880
graeca 442
β tenuifolia »
juliana 443
montana »
tenuifolia 442
SATUREINEAE 880
Satyrium Antropophora 733
hircinum 731
viride 732
Savina 831
Saxifraga 320 869
aizoides 328
Aizoon 327
androsacea 330
bulbifera 329
caesia 328
granulata 329
lingulata 327
moscata 330
moscata α »
moscata β »
oppositifolia »
porophylla 328
rotundifolia »
tridactylites 329
β alpina 330
veronicaefolia 329
SAXIFRAGEAE 320 868
Scabiosa 111 871
argentea 118
arvensis 116
arvensis α »
arvensis β »
atropurpurea 118
columbaria 116
β Columnae 117
columbaria 118
crenata 117
β minor »
graminifolia 119
gramuntia 117
gramuntia β »
leucantha 115
maritima 112
α ambigua 118
β macrocephala »
δ prolifera »
maritima α 117
maritima β »
pyrenaica 118
β montana »
rutaefolia »
transilvanica 115
Scandix 160 869
pecten-Veneris 241
Scapigliata 412
Scarpette della Madonna 472
Scariola 640
Scatolicchio 819
Scilla 276
Scilla 261 892
autumnalis 236
bifolia »
campanulata »

Scilla hyacinthoides 766
maritima 236
patula »
SCIRPEAE 893
Scirpus 22 »
annuus 39
caricinus 108
holoschoenus 40
holoschoenus α »
holoschoenus β »
holoschoenus γ »
lacustris 39
maritimus »
palustris 41
Savi 40
SCHLERANTHEAE 867
Schleranthus 321 »
annuus 331
Schoenus 22 893
mariscus 38
mucronatus »
nigrigans »
Scopa 299 300
Scopa fina »
Scopiglio 552
Scopini 300
Scoponi 300
Scolopendrio 847
Scolopendrium 897 »
breve 848
Hemionitis »
officinale 848
Scolymus 626 873
hispanicus 661
maculatus »
SCOLYMEAE 872
Scordio 447
Scorpiorus 547 863
subvillosa 617
Scorzonera 624 872
graminifolia γ 656
hispanica »
β graminifolia »
γ montana »
hispanica β »
humilis 655
laciniata 656
β intermedia »
laciniata β 657
purpurea 656
β rosea »
purpurea β »
SCORZONEREAE 872
Scotano 252
Scrophularia 435 879
aquatica 466
canina 467
β crysanthemifolia 468
Hoppi »
lucida »
nodosa 466
peregrina 467
Scopoli »
vernalis »
SEROPHULARINEAE 5 144 434 436
Scutellaria 429 880
Columnae 144
hastifolia 143
minor 144
SCUTELLARINEAE 880
Secale 109 895
cereale »

Secale
villosum 69
Securigera 546 863
Coronilla 614
Sedum 323 868
acre 359
album 358
album »
albescens 357
altissimum »
anopetalum »
atratum 359
dasyphyllum 358
galioides 356
hispanicum 358
latifolium 355
magellense 356
reflexum 357
rubens 358
sexangulare 360
stellatum 356
telephium »
Segala 110
Selaginella 835 897
denticulata 841
helvetica »
Sellero 226
Sellero montano 244
Selleracccio »
Selinum 158 869
Orcoselinum 237
sulcatum »
Sempervirum 363 868
arachnoideum 367
montanum »
Sena nostrale 576
Sena dei poveri 576
falsa »
Senebiera 482 857
Coronopus 491
didyma 773
Senecio 633 874
aquaticus 694
cacaliaster »
cordatus 695
crassifolius 692
Doronicum 694
erraticus 693
Jacobea »
laciniatus »
lanatus 695
β floccosus »
lanatus β »
leucanthemifolius 692
lividus »
nemorensis 694
Saracenicus »
sylvaticus 692
tenuifolius 693
vulgaris 691
SENECIONIDEAE 873
Senepa bianca 518
Serapias 721 891
cordigera 728
ensifolia 742
grandiflora 741
lingua 738
lingua β latifolia »
longipetala »
mycrophylla 741
oxyglottis 739
rubra 742

Seriola 625 872
aethnensis 659
cretensis 660
Serratola 873
Serratula 628 872
nudicaulis 673
tinctoria »
SERRATULEAE 872
Seseli 156 869
ammoides 226
glaucum 234
montanum 235
tortuosum »
Sesleria 27 895
argentea 755
coerulea 73
β tenuifolia 74
ϰ cylindrica »
coerulea β tenuifolia »
coerulea ϰ cylindrica »
cylindrica 73
echinata 74
tenuifolia 754
SESLERIEAE 895
Sgarzella 42
Sherardia 112 870
arvensis 127
muralis 123
Sida 522 860
Abutilon 536
Sideritis 430 880
montana 449
romana »
sicula 448
syriaca »
Sigillo di Salomone 280
Silene 322 859
acaulis 347
Armeria 342
Been 346
brachypetala 345
Campellii 770
catholica 343
cerastoides 769
conica 344
corsica 769
cretica 345
gallica 339
Grefferi 340
hispida 349
inaperta 345
inflata 347
β angustifolia »
inflata »
inflata β »
italica 344
neglecta 340
niceaensis 346
nocturna 340
nocturna β »
nutans 343
Otites 342
β multiflora »
paradoxa 344
pendula 341
quadrifida 346
Saxifraga »
sericea 341
staminea 342
tenuiflora 768
trinervia 341
Tenoreana 769

Silene
uniflora 347
β crassifolia »
vespertina 340
viridiflora 343
SILENEAE 320 321 322 858
SILIQUOSAE DEHISCENTES 856 857
INDEHISCENTES » »
Silio 132
Sinapis 489 857
alba 518
arvensis »
erucoides 519
incana 518
nigra »
Sison 154 869
Amomum 226
Sisymbrium 488 857
amphibium 504
altissimum 775
Columnae 514
Irio »
Nasturtium 503
murale 519
officinale 514
pannonicum »
polyceratium 513
Sophia 515
sylvestre 503
tenuifolium 519
Thalianum 513
vimineum 519
Sium 155 869
angustifolium 230
nodiflorum 229
SMILACEAE 362 520
Smilax 892 262
aspera 281
mauritanica »
Smyrnium 162 869
Olusatrum 244
perfoliatum »
Socera e nuora 257
Sofia 515
SOPHOREAE 862
Solano nero 188
SOLANACEAE 144 145
SOLANEAE 878
Solanum 145 879
Dulcamara 188
nigrum »
β moscatum 759
miniatum 188
sodomeum »
villosum »
Soldanella 143 881
alpina 179
Sommacco 251
Soncus 622 873
arvensis 641
asper 642
maritimus 641
oleraceus »
oleraceus α laevis »
oleraceus β aspers »
picroides 643
tenerrimns 642
Sorbo 377
Sorbo gentile »
montano 384
salvatico 376

Sorbus 369 864
Aria 380
aucuparia 376
domestica »
torminalis 380
Sorgum 26 984
halepense 63
Spadacciolo 35
Sparganium 781 890
ramosum 813
simplex 814
Spartium 358 862
junceum 551
radiatum »
scoparium 552
spinescens »
β ramosissimum »
spinosum 553
villosum 552
Sparaci 280
Sparaci amari 767
Spazzola 874
Specchio di Venere 199
Specularia 874 146
falcata 199
hybrida »
Speculum »
γ pubescens »
Spina santa 289
Spinacia 826 883
glabra 828
oleracea »
oleracea β »
Spinaci 828
Spinaci salvatici »
Spinacio »
Spino 828
Spino bianco 381
d'asino 817
cervino 203
merlo »
nero 374
Spiraea 369 864
filipendula 375
flabellata »
Ulmaria β 376
SPIRACEAE 369 864
Spiranthes 721 891
autumnalis 739
aestivalis »
Sprone di cavaliere 410
STACHYDEAE 880
Stachys 430 »
annua 458
arvensis »
germanica 456
heraclea 457
hirta »
italica »
labiosa 459
maritima 458
palustris 456
recta 458
sylvativa 456
Staehelina 629 872
dubia 674
Stafissagria 411
STAPHYLACEAE 861
Staphylea 166 862
pinnata 253
Statice 167 881
caspia 254

Statice
globulariaefolia 254
Limonium »
oleaefolia »
reticulata »
Scopoliana 255
STELLATAE 870
Stellaria 321 859
Holostea 336
latifolia 768
nemorum 335
media »
β apetala 768
saxifraga 335
STELLARINEAE 859
Stellera 298 883
Passerina 307
Sternbergia 267 891
lutea 267
Stipa 23 895
aristella 49
capillata 48
pennata »
tortilis »
STIPACEAE 895
STOEBE 714
Storace 324
Straccia broghe 281
Strama 104
Stramonio 187
STRATIOTIDEAE 88
Stregonia 161
Strozzalupo 411
Stucchio 302
Stuzzicadenti 227 829
Stuzzica orecchie 48
STYRACEAE 318 876
Styrax » »
officinale 324
Succiamele 453
Sughera 820
Sugherella »
Sughero »
Sugo di Liquirizia 579
SUMACCHINEAE 165
Symphytum 141 868
officinale 174
β purpureum »
tuberosum »
β bulbosum »

T

Tabacco di palude 291
Taffolo 829
Tamarigio 253
Tamarisco »
TAMARISCINEAE 166 866
Tamarix » »
africana 253
gallica »
germanica »
Tamaro 829
Tanaceto 676
Tanacetum 630 874
vulgare 676
Tarassaco 652
TARCHONANTHEAE 873
Tasso 537
Tasso barbasso 183
falso »
Tazzetta 341

TAXINEAE 523
Taxus 522 888
  baccata 537
Teesdalia 484 856
  Lepidium 497
TELEPHIEAE 867
TEREBINTACEAE 22 862
Terebinto 828
Testa di Bove 349
Testicolo di cane 739
Tetragonolobus 543 853
  purpureus 581
  Requieni »
  siliquosus »
Teucrio 447
Teucrium 430 880
  Botrys 145
  Camaedrys 147
  flavum »
  fruticans 146
  montanum 147
  Polium 148
    β flavescens »
  pseudo-hyssopus 147
  pseudo-Scorodonia 146
  Scordium »
  Scorodonia »
Thalictrum 399 835
  aquilegifolium 427
  flavum »
    β aquilegifolium »
  minus »
Thamus 827 892
  communis 829
Thapsia asplenium 245
The svizzero 16
Theligonum 785 883
  Cynocrambe 822
Thesium 149 884
  divaricatum 209
  linophyllum »
    β latifolium »
  linophyllum »
  humifusum 760
Thlaspi 486 856
  arvense 501
  alliaceum »
  alpestre »
  Bursa-pastoris »
  campestre 498
  nudicaule 497
  perfoliatum 502
  saxatile 498
THYMELEAE 883
Thymus 429 880
  Acinos 440
  acicularis 439
  alpinus 440
  Calamintha 441
  grandiflorum 442
  Nepeta 441
  pannonicus 439
  Serpillum »
    α montanus »
    β gracilis »
  vulgaris 440
  Zygis 439
Tiglio 402 403
Tilia 394 859
  europaea 402
  grandiflora »
  parviflora 403

Tilia
platyphyllos 402
TILIACEAE 394 859
Tillaea 30 868
muscosa 107
Timo 440
TITHIMALI 790
Tordylium 160 869
apulum 241
maximum 240
officinale »
Tolpis 623 872
barbata 650
umbellata »
virgata »
Torilis 164 869
anthriscus 248
heterophylla »
β divaricata 763
helvetica 248
nodosa 249
Tormentilla 371 864
erecta 388
Tormentilla »
Tortomaglio 798
Tozzettia pratensis 44
Trachelium 147 874
coeruleum 200
Tragio 229
Tragopogon 625 872
angustifolium 658
crocifolium »
majus 657
parvifolium »
pratense »
Tragus racemosus 51
Trapa 112 865
natans 135
TRAPACEAE 112
Tribulus 319 861
terrestris 326
Triglochin 264 889
Barrelieri 293
palustre 294
Trifoglio fibrino 758
bolognese 600
TRIFOLIACEAE 863
TRIFOLIASTRUM 602
Trifolium 544 863
agrarium 606
agrarium 607
alpestre 599
angustifolium 595
arvense 596
aureum α 607
aureum β 608
badium 606
Bocconi 597
caespitosum 603
Cherleri 601
filiforme 608
fragiferum 605
glomeratum 602
hirtum »
hybridum 603
incarnatum 596
lappaceum 597
latinum 604
ligusticum 596
maritimum 597
medium 600
minus 608

Trifolium
montanum 604
nigrescens 603
ochroleucum 599
patens 607
pallidum »
pratense 600
procumbens 607
procumbens 608
repens 603
resupinatum 605
β suavelens »
rubens 596
scabrum 598
Sebastiani »
spadiceum 607
stellatum 601
striatum 598
strictum 602
suaveolens 605
subterraneum 604
suffocatum 602
supinum 599
tomentosum 606
vesiculosum 604
Trincia 625 872
tuberosa 654
hirta »
Trinia 184 869
vulgarls 226
γ Dalechampii 762
Triodia 28 895
decumbens 74
Triticum 27 895
caninum 70
divaricatum »
Triticum
hemipoa 751
junceum 69
litorale 752
loliaceum 71
maritimum 70
pungens 751
repens 69
β glaucescens 70
villosum 69
Trollius 855 898
europaeus 422
Tulipa 261 892
Clusiana 273
Oculus-solis »
praecox »
sylvestris 274
Tulipano 273 »
TULIPEAE 892
Turrutis sagittata 508
Tussilago 633 873
Farfara 690
Petasites 691
TUSSILAGINEAE 873
Tuttabona 212
Typha 787 890
angustifolia 825
latifolia »
minor »
TYPHACEAE 890

U

Ulex 538 862
europaeus 561

Ulmus 151 825
campestris 217
effusa »
major 218
montana »
suberosa »
Umbellico di Venere 360
UMBELLIFERAE 152 164 869
Urinaria 474
Urospermum 625 869
Dalechampii 658
picroides »
β ruderale 659
picroides β »
Urtica 782 885
dioica 815
membranacea 814
pilulifera »
urens »
Urtica romana »
piccola »
pungente »
URTICEAE 782 885
Urticone 815
Utricularia 881 902
vulgaris 8
UTRICULARIAE 902
Uva orsina 325
Uvetta di spagna 361

V

VACCINIEAE 874
Vaccinium 297 »
Myrtillus 307
Valantia 14 870
cruciata 120
Valantia
glabra 120
hispida 124
muralis »
spuria 122
Valeriana 21 871
Calcitrapa 2
latifolia »
montana β cuspidata 30
montana »
olitoria 31
officinalis »
rubra 2
Saliunca 30
tripteris 31
tuberosa 30
Valeriana minore 31
rossa 2
VALERIANEAE 1 21 870
Valerianella 21 871
angustifolia 744
carinata 33
coronata 746
dentata 32
echinata 746
eriocarpa 32
gibbosa 31
hamata 38
mixta 108
olitoria 31
puberula 32
pumila »
Vallisneria 826 888
spiralis 827
VALLISNERIEAE 888

Velezia 859 321
rigida 335
Veratreae 893
Veratrum 264 893
album 294
nigrum »
Verbasceae 879
Verbasco 183
Verbascum 144 879
argyrostachyon 184
Blattaria 185
condensatum 184
densiflorum 183
floccosum 186
longifolium »
Lychnitis »
β luteum »
γ macranthum »
macrurum 183
nigrum 185
niveum 184
phlomoides »
β sanniticum »
phoeniceum »
pulverulentum 186
sinuatum 185
thapsiforme 183
Thapsus 182
Thapsus 183
Vedovine 201
Verbena 433 800
officinalis 462
Verbena »
Verbenaceae 443 880
Verga sanguigna 134
Veronica 8 879
acinifolia 13
agrestls 12
agrestis 11
alpina 14
anagallis 15
aphylla »
arvensis 13
bellidioides 14
Beccabunga 15
δ alpina »
Buxbaumi 12
Chamaedrys 14
cymbalaria »
didyma 12
hederifolia »
montana 15
officinalis 16
praecox 13
prostrata 14
scutellata 15
serpillifolia 13
δ tenella 745
spicata 16
urticaefolia 14
Veronica maschia 16
Viburno 250
Viburnum 165 870
Lantana 250
Opulus »
Tinus »
Vicieae 863
Vicia 573 863
angustifolia 572
atropurpurea 570
bytinica 567

Vicia
cassubica 560
Cracca 569
dasycarpa »
dumetorum 568
Ervilla 571
Gerardi 568
glauca 570
grandiflora 574
hirta 573
hybrida 574
lathyroides 573
leucantha 778
lutea »
melanops 570
narbonensis 571
onobrychioides 560
pannonica 570
peregrina 573
pimpinelloides 575
pseudocracca 569
sativa 572
α obovata »
β segetalis »
sepium 571
spuria 574
tenuifolia 568
tricolor 570
Villarsia 144 877
Nymphoides 182
Villucchio 192
Vinca 148 877
acutiflora 19
major »
minor »
Vinca perviuca »
Vincetossico 151
Vineetoxicum 151 877
officinale 151
VIOLARIEAE 148 858
Viola » »
calcarata 206
β grandiflora »
canina »
canina δ »
cenisia 766
grandiflora 206
hirta 205
hirto-alba 760
montana 902
odorata 205
lutea 760
tricolor 207
Viola mammola 206
salvatica 207 354
matrona 513
Viole di pasqua 510
rosse »
Violaciocche »
Viorna 426
Viperina di spagna 656
Vischio 134 289
Visco » »
Visco quercino »
Viscum 113 870
album 134
Vitalbio 426
Vite bianca 523
nera 829
salvatica 188 205
Vitex 434 880
Agnus-castus 462

Vitis 148 860
  vinifera 205
Vulneraria 558

Z

Zaffrano 34
Zaffrano bastardo 295
  falso 33
Zambuco 251
Zacintha 624 873
  verrucosa 655
Zannichelia 781
  · palustrts 799
  petata »
Ziziphora 744
  capitata »
Zizolo salvatico 214
Zizyphus 147 862
  vulgaris 2
Zostera marina 108
Zygophylleae 310 861

X

Xanthium 783 874
  italicum 816
  spinosum »
  strumarium »
Xantophtalmum 634 874
  segetum 699
Xeranthemeae 872
Xeranthemum 630 872
  cylindraceum 679
  inapertum 678

FINIS

Ex Actis Academiae Pontificiae novorum Lyncaeorum



Dispacus Orsini p. 115

Roma Lit Danesi

TAV. II.



Carduus simplicifolius p. 668

Roma Lit Danesi



Roma Lit Danesi



2

2

2 *Lolium romanum* p. 753

1. *Agrostis Olivetorum* p. 748.

Roma Lit Danesi



Roma lit. Danesi



Panicum ambiguum p. 751.

Roma Lit Danesi



Silene Campelli pag. 700

Roma Lit Danesi



Ostria Ladelcii pag. 818

Roma Lit. Danesi

